

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XXVII.



MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT
SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM
TOMVS XXVII.



HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXV.

SCRIPTORUM TOMO VICESIMO SEPTIMO CONTINENTUR:

EX RERUM ANGLICARUM SCRIPTORIBUS SAECULI XII. ET XIII.

EDIDERUNT F. LIEBERMANN ET R. PAULI.



Cum primum nobis constaret, ex rerum Anglicarum scriptoribus ea quae ubertim ad res imperii Germanici illustrandas praebent huic collectioni esse inserenda, amicus coniunctissimus R. Pauli consilium non solum approbavit, sed ea qua excelluit ingenii alacritate et industria rem perficiendam libenter suscepit, adiuncto sibi socio V. D. F. Liebermann in rebus Anglicis optime versato. Uterque per annos sequentes compluries bibliothecas Anglicas visitarunt, codices cum editis contulerunt, inedita nonnulla descripserunt, benevole a bibliothecarum praefectis et viris de historia patria optime meritis adiuti, inter quos praesertim vir summe reverendus W. Stubbs, tunc professor Oxoniensis, nunc episcopus Cestrensis, est nominandus, qui non solum scriptorum quam plurimorum editionibus diligentissime paratis,

sed etiam consiliis et litteris datis quamcumque petivimus huic labori opem tulit. Quem, quamvis indefesso studio promotum, R. Pauli praematura morte abreptus nondum absolutum reliquit. Quare V. Cl. Liebermann praeter ea quae mox susceperat omnia secundis curis perlegenda, supplenda, emendanda curavit, neque quae praeceptoris amicique et quae sua essent discerni voluit. Loci vero ita collecti in tantam molem excreverunt, ut hoc uno tomo omnes comprehendi haud potuerint, ne lectoribus pondus eius nimis onerosum efficeretur. Quare uberiores narrationes et acta publica quae auctores in Sancti Albani monasterio degentes, praesertim Matheus Parisiensis, de rebus saec. XIII. in Germania Italiave gestis congesserunt, quippe quae apte dividi non possint, sequenti tomo sunt reservata.

Dabam Berolini Kal. Decembris 1884.

G. WAITZ.

EX RERUM ANGLICARUM SCRIPTORIBUS

SAEC. XII. ET XIII.

EDIDERUNT F. LIEBERMANN ET R. PAULI.

E GESTIS STEPHANI REGIS ANGLORUM.

Gesta Stephani clericus quidam, qui res Angliae imprimis Occidentalis, quae Walliae adiacet, quamvis alienigena, suo oculo bene perspexit regemque ipsum, etsi partibus eius favit, satis integro animo iudicavit, plene et, nisi annos diesque notare fere semper omisisset, accurate, uno, ut videtur, tractu conscripsit. Quae Duchesne inter Scriptores Normanniae p. 927 *(Lut. Paris. a.* 1619*) e codice mutilo Laudunensi a.* 1148. *abrupto eoque unico et iam deperdito primus evulgavit, Sewell separato volumine* 8⁰. *sumptibus Societatis Angliae Historicae Lond. a.* 1846. *iterum edidit notisque illustravit. Qua ex editione nihil nisi haec de Flandrensibus utrique parti Anglorum stipendiatis colligenda habui.*

F. L.

Rex Stephanus . . . . . . municipium civitatis Malmesbiriae[1] artificiose et inexpu- I, p. 59.
gnanter patratum redditum suscepit, intercepto in eo Roberto filio Huberti cum suis, 1139.
viro crudelissimo nullique in malitia et scelere aequando. . . . . . .

Prope hoc tempus[2] Robertus filius Huberti, vir genere Flandrensis, animo et actu p. 66.
fraudulentus, qui, ut de euangelico iudice dicitur, nec Deum nec homines reverebatur, ex 1140. Luc. 18, 2.
Roberti comitis militia furtive proficiscens — erat enim illius stipendiarius —, castellum regis quod Divisa[3] dicebatur ornanter et inexpugnabiliter muratum, tensis a muri propugnaculo scalis usque ad imum ex corio firme et ingeniose contextis, noctu occupavit . . . . . .
Huius igitur tam egregii facinoris fama se latius dispergente, comes Glaornensis filium cum p. 67.
copioso militum agmine tanquam Roberti conamen astipulaturus transmisit, sed ille verbis eum iniuriosis aspernans, minis quoque intermixtis a portis abigens, vilificatum ad patrem remisit, affirmans, ut castellum possideret, non fortiori se committeret, castellum se conquisisse. Et quidem ita se res habebat, ita et versipellis ille versute cogitabat, quatinus nec ex parte comitis se continens, nec ex consortio regis[4] se profitens, suae gentis[5] viribus abundanter intro receptis, omnem circumquaque provinciam[6] aut dolo deciperet aut viribus obtineret. Sed malitia illius in se ipsum Deo mirabiliter iudice fuit reflexa, quia secundum
illam divinitus prolatam sententiam: *Per quae peccat quis, per haec et torquebitur* — quia enim Sap. 11, 17.
alios circumvenire dolose attemptabat, et ille dolo circumventus, captus et catenatus diversis suppliciis fatigatus interiit. . . . . . .

1) *A.* 1139 . . . . . . *Nonis Octobris Robertus quidam, filius Huberti, immanis ac barbarus castellum Malmesbirie . . . . . . furtim noctu ingressus, . . veruntamen ante quindecim dies . . . . . . a rege fugatus* Will. Malmesbur. Hist. Nov. II, 30; *Willelmus de Ipre, ut fertur, consanguineus ipsius Rotberti* ib., SS. XIII, p. 133. 2) *A.* 1140. 7. *Kal. Aprilis* Will. Malmesbur. Hist. Nov. II, 36. 3) Devizes in com. Wilts. 4) Stephani. 5) *Effera barbarorum multitudo, quae gratia militandi facto grege Angliam confluxerat*, quam *barones . . . . . . ex remotissimis provinciis conciverant* (p. 97; cf. 100. 103. 106) plerumque ex Flandria concurrerat. De sceleribus nefandis noster aeque ac fere omnis Anglus eos obiurgat. 6) *Iactare non dubitavit se totam regionem a Wintonia usque Londoniam per id castellum occupaturum et ad tuitionem sui pro militibus Flandrie missurum.* Will. Malmesbur. Hist. Nov. II, 36.

p. 68. Audiens Glaorniae comes nefandissimum illum in Iohannis custodia, qui suae adhuc partis fidissimus erat coadiutor, tali modo detentum, non mediocriter collaetabatur, eximiamque militum frequentiam in suum advocans comitatum, ad Iohannem advenit adductumque ante Divisas Robertum in omnium suorum oculis alte suspendit. . . . . . .

p. 71. Hostes[1] . . . . . . in regium se vivacissime commiscuerunt exercitum, istisque inter-
1142. emptis et illis ad redimendum captis, plurimis autem, antequam manus consererent, ut comes Mellonensis et Willelmus ille de Ipra[2], proh pudor! fugitantibus, regem tandem valide et constantissime repugnantem ceperunt[3]. . . . . . .

1) sc. regis Stephani. 2) De eo cf. SS. XIII, p. 133, n. 4. Monachus quoque de Bello (Battle in Sussex), qui primis saec. XIII. annis scripsit, his verbis (ed. Anglia Christiana p. 66) mentionem eius fecit: *Stephanus . . . . . . rex abbatem* [Walterum de Bello, 1139—1171] *mandans coram se venire fecit. Quibus a conventu nobilium apud regiam ventilatis curiam, cum studio et arte Willelmi de Ypra, qui Cantie comitatum tunc possidebat, rex quoque archiepiscopo* [Theobaldo Cantuariensi] *favens* [leg. *favebat*], *abbatem ut pacis transgressorem argueret . . . . . .* Cf. Ann. de Bermundeseia (iam intra Londinium sita, ed. Luard, Ann. Monast. III, p. 437, a. 1144: *Willelmus de Ipra relaxavit et remisit monachis de Bermundeseye decem solidos redditus . . . . . .* 3) Febr. 2. 1141. apud Lincolniam.

EX OSBERNI LIBELLO DE EXPUGNATIONE LYXBONENSI.

Inter libros celeberrimos Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis codex nr. 470, *folia viginti duo formae quae* 12. *a bibliopolis vocatur continens, narrationem de expeditione maritima a.* 1147. *a Lotharingis, Flandrensibus, Normannis, Anglis in Terram Sanctam suscepta usque ad civitatem Ulisiponensem expugnatam praebet. Cuius auctor rebus gestis in agmine Anglorum ut videtur Orientalium, duce Hervaeo de Glanvilla, interfuit*[1], *gentem Normannorum laudibus celebravit, de Germanorum gloria aliquantum detraxit; cum praeterea voces Francogallicas*[2] *sermoni immiscuerit, a Normannis qui Angliam subiecerant oriundus fuisse videtur. Orationibus ecclesiasticis tam fuse indulsit, ut sacerdotis signum prae se*[3] *ferat; tamen ne planum nomen quidem suum vel amici quem alloquitur, nedum titulos distinctos, verbis quibus opus inscripsit* Osb. de Baldr.[4] R. salutem *indicare voluit. — Codicem Cantabrigiensem ipse abbreviationibus plus aequo usus exarasse, saepius inter lineas rasisse, in margine correxisse videtur.*

Cum bellum Portugalicum, tum invidiam inter Anglonormannos et Rhenanos incensam uberius exposuit[5] *quam ille cuius relationem et Duodechinus*[6] *et Annalista Magdeburgensis*[7] *et Arnulfus presbyter Flandrensis*[8] *secuti sunt. Sicut in Chronica Regia Coloniensi p.* 84, *nonnulla quoque apud scriptores Anglos aequales invenies, scilicet apud Henricum Huntingdoniensem ed. Savile fol.* 226. *et SS. XIII, p.* 153. *et apud Iohannem priorem Hagustaldensem ed. Raine I, p.* 157. *a.* 1148*:* His temporibus civitas Holisiponis in Hyspania circumcincta obsidione et expugnatione a christianis capta est. In qua, eiectis idolatris, sedem episcopalem resuscitaverunt; *et apud Annalistam S. Edmundi (ed. Liebermann, 'Anglonorm. Geschichtsq.' p.* 133*) ad* a. 1147*:* Civitas Ulixisbona capta est.

Osberni narratiuncula primum in Portugaliae Monumentis historicis iussu academiae scientiarum Olisiponensis editis SS. I, p. 392—405, *a.* 1861,

1) Cf. p. CLVI, ed. Stubbs: *Duo tantum tentoria Hervaei de Glanvilla et Saherii apparuere, caeteris regressis. Nos vero excubavimus*, cum p. CLXIV. *Saherius ex nostro tentorio vel ex suo proprio* etc. Hervaei partibus favit Osbernus contra Anglos Meridionales et Bristolenses p. CLVIII, CLXXVII. 2) *garciones* p. CLXIV. 3) Forsan ipse fuerit *sacerdos quidam sermonem* p. CLXXI. habens. 4) Cogitarem de loco Balderton prope Newark, qui a comitatu de Norfolk non ita longe distat, nisi multae coniecturae fieri possent. 5) Et de fontibus et de itinere optime disseruit Cosack, Diss. Hal. 1875. 'Eroberung von Lissabon'. 6) Cuius epistola Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p. 27, inserta est. 7) SS. XVI, p. 189. 8) Cuius litterae ad episcopum Morinensem missae exstant ap. Martene et Durand, Coll. ampl. I, col. 800.

N. E. Hamiltonio, tunc temporis Musei Britannici sodali, procurante, haud accurate divulgata est et iterum, V. Cl. W. Stubbs curante, qui praefationi, qua Itinerarium peregrinorum et Gesta regis Ricardi *a.* 1864. *enucleavit, libellum inseruit p. CXLII—CLXXXII. Qua ex recensione, autographo Cantabrigiensi a.* 1880. *denuo a me ipso inspecto, sumpsi quaecumque Germanos, in primis Colonienses et Flandrenses spectant.* *R. P.*

1147. Osb. de Baldr. R. salutem.

Qualiter circa nos habeatur, magni fore voti[a] apud vos scitu pro certo credimus, idemque de vobis apud nos agi nulla dubitatione teneamini. Itineris ergo nostri vel prospera vel adversa vel que interim facta vel dicta vel visa vel audita relatu digna fuerint quecunque scripto manifestabimus.

Mai. 19—23 Igitur apud portum de Dertemuthe[1] diversarum nationum et morum et linguarum gentes navibus circiter 164 convenere. Horum omnium trifariam partitur exercitus. Sub comite Arnoldo de Aerescot[2], nepote Godefridi ducis, a Romani imperii partibus secedit exercitus. Sub Christiano de Gistellis[3] Flandrenses et Bononenses. Ceterorum omnium sub constabulariis quatuor. Sub Herveo de Glanvilla Norfolcenses et Suðfolcenses, sub Symone Dorobernensi omnes Cantie naves, sub Andrea Londonienses, sub Saherio de Arcellis relique omnium naves. Inter hos tot linguarum populos firmissima concordie atque amicitie pignora; insuper leges severissimas sanxerunt, ut mortuum pro mortuo, dentem pro dente. . . . . . .

Iun. 17. Cum autem pervenissemus ad Portum[4], episcopus[5] una cum clericis suis nobis obviam factus est. Nam rex[6] longe aberat cum exercitu suo contra Mauros. . . . . . .

Completo sermone, post expletionem misse deliberatum est ab omnibus, ut Christianus dux Flandrensium et comes de Aerescot et naves plurime, que nondum ex dispersione convenerant, expectarentur, et advocaretur Iohannes archiepiscopus Braccarensis. Congregatis igitur ex dispersione navibus, deliberatum est, ut episcopi una nobiscum in navibus apud civitatem venirent Lixbonensem, ut illinc a rege illorum audiremus presentes que absentibus mandabantur. . . . .

Ad hec omnes responsuri una in concilium veniunt. Quid vero in hoc quisque, prout animi lingueque facilitas abundabat, dixerit nichilque aliud nisi aerem verberare conferret, cum parum auctoritatis constet in fabula, non inconvenienter pretereundum puto. Sed cum multi multa supervacua proferrent, usque post prandium differtur consultum, quid potius
Iun. 29. eligendum esset. Sed interim, quo pacto nescio quibusve internuntiis, Flandrenses regis sponsionibus acquiescunt. Nam ut estimo, quos rei familiaris inopia urgebat, hos procul dubio peccuniarum spes capescendarum facilius ad consuetudinem suam reducit. . . . . . .

Interea quisque prout arbitrabatur prudentior sententiam rogatus, diversi diversa pro-
Act. 9, 1. tulere. Inter quos Willelmus Vitulus, 'adhuc spirans minarum cedisque' pyratice, et Radulfus, frater eius, et omnes fere Hamtunenses[7] et Hastingenses cum hiis qui ante hoc quinquennium urbem Ulyxibonam obsidendam convenerant, omnes uno ore regis sponsionem[b] accipere nichil aliud quam proditionem aiebant; plurima etiam super hiis retractantes, que vel ficta, vel si qua vera fuerint, eorum magis deputanda insipientiae quam alterius pravitati, aut ea que magis patebant longi dispendia laboris in obsidione nolle pati. Insuper maximo questui fore, si costam Hyspanie sub festinatione transcurrerent, ac perinde multas peccunias ab Affrice navibus et Hyspanie mercatoriis leviter extorquerent; ventumque insuper plurimum eo tempore in Ierusalem navigantibus aptum commemorant, nec se quosquam expectaturos, si solum 8 vel 10 naves sotias habuerint; et multa hiis similia, que potius fortune casibus subiacent quam virtuti. Sed nostrorum maior pars, omni occasione remota, assen-

a) voti *excidit in editione Stubbsiana.* b) *in marg. add. c.*

1) Darthmouth in comitatu Devon. 2) Aerschot a Lovanio in septentrionem; de quo cf. Butkens, 'Trophées de Brabant' II, p. 31. 3) Ghistelles prope Ostende; cf. Pass. Karoli, SS. XII, p. 617. 4) Portus Gallorum, Oporto. 5) Petrus II. 6) Alfonsus I. 7) Viri de Southampton.

sum remanendi prebet, Colonensibus, Flandrensibus, Bolonensibus, Britonibus, Scottis in 1147. hoc idem libentissime assentientibus, ceteris cum Willelmo Vitulo, quasi navibus octo Normannorum, Hamtonensium et Bristowensium[1], adhuc in hac pertinatia immobiliter durantibus. Interim Flandrenses et Colonenses et Bolonenses ad orientalem civitatis partem cum classe sua secedunt. Item post parum perversos exhortatum in concilio venimus, ut exhortationibus blandisque promissis eos nobiscum retineremus vel quasi fidei iuramentique transgressores coniurateque societatis ab omni nostrorum et a sancte matris ecclesie communione segregaremus. Hinc illinc acclamantibus cunctis, Herveus de Glanvilla, vix nactus silentium, orationem huiusmodi habuit[a]: . . . . . .

Et cum hec ad ultimum pro lacrimis vix dixisset, pedibus Willelmi Vituli humiliari voluit, optimatibus astantium militum et ceterorum idem facientibus; sed non sunt permissi ab eo et a cause sue sotiis[b] circumstantibus. Aqquievit[c] tandem Willelmus et sotii eius nobiscum manere, quantum sibi victualia suppeterent, nec amplius die uno, nisi regis vel nostrorum stipendiis teneretur. Et lacrimati sunt omnes pre gaudio, dicentes: 'Deus, adiuva nos'!

Electi sunt ex optimatibus nostris una cum Colonensibus et Flandrensibus, per quos inter nos et regem sponsionum et conventionum fieret diffinitionis terminatio. Qui una cum rege et archiepiscopo et coepiscopis et clericis et laicis testamentum confirmationis pactionum postea coram omnibus prolatum in hec verba fecerunt: . . . . . .

Mane autem facto circiter horam primam hostes exeunt[d], ut nos ab urbe repellerent; Iul. 1 supervenientibus[e] ex omni parte regis et nostrorum familiarium presidiis, iterum includuntur; sicque denique urbe obsidione inclusa, infra suburbium sub muris eorum hospitati sumus, nec sine magna nostri eventus omnium ceterorum invidia hiis ex parte Flandrensium compertis. Muro urbis se includunt Mauri, relicto eis inexpugnato suburbio. . . . . . .

Interea ecclesie due a Francis construuntur in sepulturam defunctorum, una[2] ab orientali parte a Colonensibus et Flandrensibus, ubi duo muti a nativitate, Deo adiuvante, officia lingue susceperunt, altera[3] ab Anglis et a Normannis ab occidentali parte. Cum autem ibi per dies 15 sedissemus, machinas utrimque facere incepimus, Colonenses et Flandrenses Iul. 15. suem, arietem, turrim ambulatoriam, nostri turrim ambulatoriam nonaginta 5 pedum altitudinis. Omnibus ad hec agenda intentis, prodigiale quid a parte Flandrensium evenire contigit. Die namque dominica post expletionem misse sacerdos panem benedictum videt[f] sanguineum; quem dum cultello purgare iuberet, inventus est adeo cum sanguine permixtus ut caro, que nunquam sine sanguine potest incidi. Divisus vero postea per frusta in huiusmodi specie et post urbis captionem multis diebus visus est. Quidam vero hoc interpretantes aiebant, gentem illam ferocem et indomitam, alieni cupidam, licet tunc sub specie peregrinationis et religionis, sitim sanguinis humani nondum deposuisse. Colonenses interim et Flandrenses 5 fundis balearicis muros et hostium turres temptant concutere. Pactis tandem eorum machinis et ad murum deductis, vix arietem reduxere, ceteris igne et Aug. 3 satis contumeliose consumptis. 15 Turris vero nostra, cum iam ad murum fere duceretur, sabloni inhesit immobilis, a tribus eorum fundis irremisibiliter per dies noctesque concussa, ubi non sine magno nostrorum labore et detrimento in defendendo frustra, post dies quatuor comburitur ab hostibus. Inde nostri non parum consternati, animis erectis vix infra dies 8 esse valebant. Sed cum tandem per sex epdomadas urbem obsedissemus, comperto quod eos fames aliquantulum perurgeret, [nobis[g]] vero panis et vini frugumque inestimabilis copia suppeteret, paulum resumpsere animos. Naves terre deducunt, mala submittunt, funalia domibus includunt, hyemandi signum. Colonenses vero subterraneas fossas quinquies aggressi, ut murum precipitarent, toties cassati sunt. Inde iterum nostri causa consternationis habita, inter se multum murmurantes. . . . . . .

Factum est item in una dierum, ut quidam ex nostris Tagum apud Elmadam[4] pisca-

a) non hiis verbis sed hoc . . . d persua . . . . . ribus in modo, *mutilata in margine c.* b) *deest St.* c) *ita c.* d) ineunt *St.* e) supereminentibus *St.* f) *Stubbs pro verbo quodam eraso in lacuna quidem minutissima suggessit:* videt. g) *supplevit St.*

1) Bristol. 2) Sanctorum Martyrum; cf. Cosack p. 46. 3) S. Vincentii. 4) Hodie Almada civitas, quae Tagi sinistrae ripae subiacet.

1147. [tum [a]] transirent. Erat enim littoris illius harena piscatoribus habilior; et venientes provintie illius Mauri plures occiderunt et quinque ex his Brittones captivos inde transtulere. Indignati igitur inde nostri, consilio ab omnibus utrimque diffinito decretum est, ut ducenti milites cum peditibus quingentis Elmadam depredatum mitterentur. Facta igitur hora transeundi, Colonenses et Flandrenses suos a transitu, invidia vel timore vel qua causa nescio, a nostrorum societate subtraxere. Normanni igitur et Angli et qui nobiscum ex nostra parte manebant, omnium societate destituti, Saherium de Arcellis militem tricesimum cum centum aut eo amplius peditibus expeditis ad prefinitum transmisere negotium. Qui vero, cesis bello amplius quingentis Mauris, cum captivis fere ducentis et capitibus amplius octoginta, non sine magna nostrorum leticia et hostium merore, eadem qua exierant die victores reversi sunt, uno solum ex nostris interempto. Capita vero hastilibus infixa quando a muris conspexissent Mauri, rogatum nostros obviam suplices, ut capita cesa reciperent, exeunt. Que [b] accepta cum planctu et ululatu multo infra muros sustulere. Audita est autem per totam noctem vox doloris et eiulatio planctus miserabilis fere per omnes civitatis partes. Huius vero ausu facinoris preclari hostibus terrori maximo postmodum semper fuimus, Colonensibus et Flandrensibus et Portugalensibus honori. . . . . . .

Sept. 8. Item Normanni et Anglici et qui cum eis erant turrim ambulatoriam 83 pedum altitudinis incipiunt. Colonenses iterum et Flandrenses, ut murum precipitarent, fossam contra murum editioris castri effodere incipiunt, opus admirabile dictu, habens aditus quinque, continuatum vero infra 40 cubitorum latitudinis a fronte, quod infra mensem consummavere.

Interea fames et cadaverum fetor hostes — nam sepeliendi locus infra urbem deerat — miserabiliter angebat [c]; sed et sub muris purgamenta que a navibus proiciebantur undis allata comestum colligebant. Unde ridiculum quoddam evenire contigit, ut quidam scilicet Flandrenses inter domorum ruinas excubantes ficus comederent et satiati partem in loco relinquerent. Quo a quattuor Mauris comperto, quasi aves ad escam clanculo pedetentim advenere. Quo comperto, Flandrenses huiusmodi reliquias sepius per loca, ut eos inescarent, dispergebant. Tandem vero, in locis consuetis retibus extensis, tres ex Mauris retibus involutos cepere, quod risui deinceps maximo nobis fuit. Subfossato igitur muro impositaque Oct. 16. ignis materia, nocte eadem sub gallicantu murus quasi cubitorum triginta solotenus corruit. At vero Mauri, qui murorum invigilabant excubiis, anxie clamare auditi sunt, ut iam finem laboribus diuturnis imponerent, ipsumque diem supremum, et cum morte dividendum fore, et hoc maximum fieri solatium, si ipsam non timentes semet ipsos pro nostris mutuassent. Nam illuc ire necessario unde redire non erat necessario; nam ubique, si vita bene finisset, non abbreviata diceretur, nam quantum debuisset, non quantum potuisset, perdurasset, nec quamdiu, sed quam bene acta foret, referret, bonam tantum clausulam imposuissent. Omnes igitur Mauri circumquaque ad ruinam muri defendendum [d] confluxere, repagula postium opponentes. Exeuntes igitur Colonenses et Flandrenses, ut experirentur introitum, repulsi sunt. Nam licet murus corruisset, loci natura introitum solo prohibebat aggere. Sed cum eos cominus optinere nequirent, impetu sagittarum prenimio eos eminus affligebant, ut velut yricii pilis yrsuti immobiliter defendentes, acsi nichil lesi paterentur, viderentur. Defensi sunt itaque ab eis et ab eorum congressu usque ad horam diei primam, redeuntibus illis ad castrum. Normanni vero atque Angli, ut sotiorum vici suffragarent, armati veniunt, ut iam vulneratis et lassatis hostibus introitum presumerent, sed a Flandrensium et Colonensium ducibus convitiis lacessiti, prohibiti sunt, rogantes nos, ut per machinas nostras, quoquo modo fieri posset, temptaremus aditum; nam hunc qui patebat aditum sibi, non nobis parasse aiebant. . . . . . .

Oct. 22. Summo igitur mane, convocatis Colonensibus et Flandrensibus, constabularii nostri una cum senioribus castra regis adeunt, auditum quid veteratores illi sibi deliberassent. Interrogati, urbem regi tradendam, aurum et argentum ceterasque omnes civium facultates in manibus nostris dandum, favent. Ad hoc responsuri nostri exeunt. . . . . . .

Normanni quoque et Angli, quibus bellorum casus gravissimo oneri fuerat, longa fatigati obsidione, concedi oportere aiebant honestumque nec peccuniam vel cibaria

a) pisca . . . c.; *supplevit St.* b) Que — sustulere *exciderunt in ed. St.* c) angebant *St.* d) defendendam *St.*

honori urbis capessende preponendum; Colonenses vero et Flandrenses, quibus semper 1147. habendi innata cupiditas, longi itineris dispendia suorumque interitum multumque itineris superesse commemorantes, nil reliqui fieri posse hostibus decernebant. In hoc tandem luctamine adducti, ut omnes facultates sue et cibaria soli alcaie[1] donarentur, sola eius Arabica iumentina excepta, quam ut sibi aliquo extorqueret argumento, comes de Aerescot concupierat. In hoc demum eorum fixa sententia stetit; nostris quam indigne ferentibus, nocte dirimente concilium, obsides in sententia sua perseverant, Francis ad utrumlibet se habentibus, pacem vel bellum scilicet. In crastino autem bis aditum ferro experiendum decreverunt, reversis omnibus ad castra; cum interim Colonenses et Flandrenses indignati, quod rex obsidibus, ut videbatur, favisset, ex castris armati prorunnt, ut obsides a castris regis, vindicandum in eos, violenter eriperent. Tumultus atque armorum strepitus fit undique. Nos vero, cum in meditullio inter regis et eorum castra adhuc colloquentes expectaremus, que parabantur regi nuntiamus. Christianus vero dux Flandrensium et comes de Aerescot, eorum tumultu comperto, vix etiam armati eorum inceptum compescunt. Dein conciliatum pro suis[a] sedato tumultu regem adeunt, protestantes huius actionis immunes se fore. Accepta itaque ab eis securitate, tandem animo recepto, iubet suos arma deponere, obsidionem relicturum in crastinum se multum asserens, sed et honestatem urbi capessende non postposuisse, imo pro nichilo omnia ducere, si ea caruisset, aiebat; verumptamen hiis affectum iniuriis, hominibus impuris, audacissimis, quodlibet ausuris ultra assotiari nolle. Recepto vix tandem animo, ut quid in crastino vellet deliberaret, aqquievit. Deliberatum est itaque in crastino, ut omnes utrimque duces nostri pro se et suis fidelitatem regi tenendam facerent, dum in terra sua morarentur. Oct 23.

Hiis ita utrimque firmatis, sicut pridem poposcerunt Mauri, concessum est de urbe tradenda. Decretum est itaque inter nos, ut centum 40 armatorum ex nostris partibus et centum et 60 ex Colonensibus et Flandrensibus civitatem pre omnibus ingrederentur atque munimentum superioris castri in pace tenerent, ut in ipso hostes peccunias et facultates suas omnes iuramento probatas coram nostris deferrent, et hiis ita coadunatis, urbem postea a nostris perscrutari, si quid amplius allati penes aliquos inventum in cuius penatibus fuerit, dominum ipsius capite plectendum, et hoc modo omnes spoliatos extra urbem in pace dimittendos. Aperta itaque porta, et ad hoc delectis data intrandi copia, Colonenses et Flandrenses argumentum fallendi callidum excogitantes, ut sui honoris causa preintrarent, a nostris impetraverunt. Accepta itaque huiusmodi licentia et preintrandi occasione, amplius ducentis ex eis cum denominatis supra subintrant, exceptis aliis quos iam per muri ruinam, que ex eorum patebat partibus, intromiserant, nullo nostrorum nisi denominatis presumente aditum. Precedente itaque archiepiscopo et coepiscopis cum dominicae crucis vexillo, duces nostri una cum rege et qui ad hoc fuerant delecti subintrant. O quanta omnium leticia! O quanta omnium specialis gloria! O quanta pre gaudio et pietate lacrimarum affluentia! cum ad laudem et honorem Dei et sanctissime virginis Marie crucis salutifere vexillum in summa arce positum subacte in signum urbis ab omnibus videretur, precinente archiepiscopo et coepiscopis cum clero et omnibus, non sine lacrimis, admirabili iubilo *Te Deum* Ps. 51, 7 *laudamus* cum *Asperges me* et orationibus devotis. Rex interim muros editioris castri pedes circuit. Colonenses igitur et Flandrenses, visis in urbe tot adminiculis cupiditatis, nullam iurisiurandi vel fidei religionem observant[2], hinc illinc discurrunt, predas agunt, fores effringunt, penetralia cuiusque domus rimantur, cives proturbant et contra ius et fas contumeliis afficiunt, vasa vestesque dissipant, in virgines contumeliose agunt, fas et nefas equipendunt, furtim omnia distrahunt, que fieri omnibus communia debuerant. Episcopum vero civitatis antiquissimum, preciso iugulo, contra ius et fas occidunt, ipsumque civitatis alcaiz, asportatis omnibus a domo sua, capiunt. Iumentinam suam, de qua superius, ipse comes de Aerescot propriis manibus arripuit eamque requisitus a rege et ab omnibus nostris in

a) prorsus *St.*

1) *Algadi* arabice iudicem significat, unde Hispani *alcaide* praefectum castelli, *alcalde* praesidem curiae sive senatus municipalis vocant. 2) Sed vide Chronicam regiam Coloniensem p. 85: *Unde factum est, ut Algaida princeps eorum hoc pacto cum christianis conveniret, ut exercitus omnem supellectilem cum auro et argento acciperet.*

tanta obstinatione retinuit, ut diceret ipse alcaiz, quod iumentina sua sanguinem micturiens pullum perdidisset, actionis obscene callide imprimens vitium. Normanni vero atque Angli, quibus fides et religio maximo constabat, contemplantes quid huiusmodi portenderet actio, in loco denominato quieti sedebant, malentes observare manus ab omni rapina quam fidei et societatis coniurate statuta violare. Que res comitem de Aerescot et Christianum et eorum primarios maximo pudore suffudit, quorum iam evidenter iureiurando postposito, nostris non permixta patebat cupiditas. Sed tandem in se reversi, precibus obnixis apud nostros impetraverunt, ut reliquas urbis partes nostri pariter cum suis pacifice ad partes adunarent, ut sic denique post portiones acceptas omnium iniurias et subreptiones in pace discuti, emendatum parati quod male presumpsissent. . . . . . .

E CHRONICIS HAUGUSTALDENSIBUS.

Monasterium Haugustaldense sive hodierno nomine Hexhamense in Northanhymbrorum provincia haud procul a Tyna flumine[1] *a s. Wilfrido fundatum, a.* 678—821. *episcopatui Berniciae sedem praebuit; anno autem* 875. *a Danis exustum est. Deinde parochia loci fere desolati Dunelmensi dioecesi subiecta, usque ad saeculum XII. in. ad unam presbyterorum gentem quasi haereditaria successione pertinuit. Sed cum praesul Dunelmensis a.* 1083. *sacerdotibus matrimonio interdiceret, Eilavus Hexhamensis potius Eboracensem sibi dioecesanum elegit. Cuius filius Eilavus II. tandem a.* 1113. *ad ecclesiam reformandam inclinatus permisit, ut Thomas II. archiepiscopus canonicos regulares Haugustaldum introduceret.*

Inter quos Ricardus a. 1138.[2] *vel iam antea canonicatu, inde ab a.* 1141. *prioratu functus, a.* 1154. *sanctorum reliquias transferri curavit et describendas sibi quidem proposuit*[3], *sed Ailredo*[4] *abbati Rievallensi, filio Eilavi II. presbyteri Hexhamensis, reliquit. Hic abbas, quamvis Cistercii severitatem observans, praedicavit* Richardum virum sane ab ipsa adolescentia honestae vitae et gravitatis, qui, etiam cum esset in saeculo, ob insigne castitatis et sobrietatis fere monachus putaretur[5]. *Mortuus est Ricardus inter annos* 1163. *et* 1178.[6]

Ricardi opera exstant duo, quorum altero, quod De statu et pontificibus ecclesiae Hagustaldensis *inscribitur, Beda, Vitis ss. Wilfridi, Cuthberti, Iohannis Beverlacensis, imprimis autem Simeone Dunelmensi adhibitis, historia Northumbrensis*[7] *inde a s. VII. ex. usque ad s. XII. med. breviter perstringitur, Germania autem ne verbo quidem tangitur; altero* De Gestis regis Stephani et bello Standardii[8] *a.* 1135—1139. *agitur. Cuius libelli initio Henrici I. obitus moresque, verbis e chronica, ut mihi videtur, Huntingdoniensi*[9] *sumptis, leviter adumbrati hac sententia p.* 70. *dimittuntur:* Si quis autem plenius nosse desiderat, actus eius in cronicis de gestis Anglorum invenire poterit. *Reliqua vero, quam-*

1) Ric. Haug. p. 8. 2) Si idem est ac Ricardus canonicus, qui a. 1138. Eilavo II. morituro Dunelmiae adstitit; cf. ib. p. 55. 3) Ib. p. 36. 4) Tractatum *De sanctis ecclesiae Haugustaldensis [auctore Aelredo abbate Rivallensi]*, post Mabillon, Acta SS. ord. Bened. III, I, p. 204, et Bollandistas Sept. 7. ed. Raine pro Soc. Surteesiana t. XLIV (Hexhamensi) p. 173. Historiae Germanicae nihil affert. — Alia Aethelredi opera theologica e Bibliotheca Cisterciensi et historica e Twysdenii Hist. Angl. SS. p. 337. collegit Migne, Patrol. Lat. t. CXCV, p. 197. 5) Ed. Raine p. 193. Quibus ex verbis Raine sine causa concludit, Ailredum post Ricardi mortem scripsisse et, cum Ailredus 1167, Ian. 7. obierit, Ricardum iam a. 1166. vel antea mortuum esse. — De documentis, quibus Ricardus circa s. XII. med. occurrit, cf. Raine p. CXLIII. et eiusdem Soc. Surtees. vol. a. 1871, p. LXI sq. 6) *De priore Ricardo qui nunc est* agit *Concordia facta inter Eboracensem archiepiscopum et Dunelmensem episcopum.* quae, ap. Hoveden, ut editor Stubbs IV, p. XXVII. corrigit, perperam a. 1174. inserta, inter annos 1163. et 1166. data est. 7) Apud Ricardum Gesta Northymbriae nobis deperdita laudari, SS. XIII, p. 102. monui. 8) Quo provincia Eboracensis de Scottis a. 1138, Aug. 22. apud Northallerton victoriam reportavit. 9) Nec mirum; ex Huntingdonia enim primus prior Hexham venerat; Aelred p. 192.

quam versus quoque Hugonis Sotovaginae de Standardo[1] *laudantur, auctor sicut oculis vidit vel a testibus vicinis audivit simplici et veraci sermone, Stephano nondum mortuo*[2], *narravit.*

Iohannes successor Ricardi prioratum inter a. 1163. *et* 1178.[3] *ingressus, ultra a.* 1191.[4] *tenuit et obiit ante a.* 1209[5]. *Chronicon Simeonis Dunelmensis a.* 1130. *finitum continuandum non multo post a.* 1162.[6] *excepisse videtur, sed non ultra a.* 1153. *perduxit. Quamquam Gestis Stephani, Monachis Wigorniensi*[7] *et Malmesburiensi, Hugoni Eboracensi et Galfrido Nottinghamensi quaedam debuit, plerumque tamen Ricardum*[8] *decessorem suum et inde ab a.* 1140. *propriam memoriam secutus est.*

Ricardi Bellum Standardii et Iohannis opus unico codice, ab archiepiscopo Parker Collegio Corporis Christi Cantabrigiensi donato, olim F. V, iam 139 *designato, exstant et ab eodem scriptore s. XIII. in. exarata esse videntur. Qui minus accurate cum sub a.* 1138. *eclipsim solis a.* 1133. *et Aelredi historiam et Serlonis carmen*[9] *de bello Standardii operi Iohannis inseruit, tum medio annali* 1140, *quo s. Thurstani historiam inde ab a.* 1119. *interiectam invenit, numero falso lecto, annum* 1141. *incepit; quam ob rem posteriores quoque annales singulo anno rectam computationem praecedere fecit*[10].

Editionem Twysdenianam inter Historiae Anglicanae SS. X. a. 1652, *p.* 257. *longe praestat Societatis Surteesianae vol. XLIV, quod 'The priory of Hexham. I: the historians' inscriptum, a I. Raine doctissima praefatione, amplissimis notis, pluribus scriptis antehac ineditis a.* 1864. *exornatum est.* *F. L.*

INCIPIT HISTORIA PIE MEMORIE RICARDI PRIORIS HAUGUSTALDENSIS ECCLESIE DE GESTIS REGIS STEPHANI ET DE BELLO STANDARDII.

Anno Verbi incarnati 1135. . . . Rex autem nobilis Henricus . . . duas reginas habuit,
1110. primam nomine Matildam, filiam Malcolmi regis Scotie, ex qua unam filiam[11] genuit, que
1127. primo imperatori[12] Henrico Alemannie ac deinde Gaufrido Andegavensium comiti in con-
1121. iugium data est. . . . Alteram vero reginam post mortem Matildis nomine Adelizam, filiam
Godefridi ducis Luvanie, accepit; sed hec sterilis permansit. . . . . . .

1138. Anno igitur 1138.* . . . David . . . rex[17] . . . ad Northymbriam devastandam cum omni multitudine sua properavit . . . Coadunatus autem erat iste nefandus exercitus de

*) *Cf. quae eodem aevo Aethelredus sive Ailredus supra dictus* De bello apud Standardum iuxta Alvertonam, *ed. Twysden inter Historiae Angl. SS. X, c.* 337, *narravit:* Anno dominicae incarnationis 1138, rege Stephano circa partes australes occupato, rex Scottorum innumerabilem coegit exercitum . . . Non latuit proceres Transhumbranos[13] eius adventus . . . Erant itaque in australi[14] exercitu primi principes: Willielmus comes Albemarum[15], iuvenis tunc strenuissimus et in armis multum exercitatus, habens secum tam de Ponciis[16] quam de Morinis milites plurimos, non minus astutia militari quam animi virtute praestantes; Waltherus quoque de Gant, morti iam ultima senectute vicinus, vir mansuetus et pius, qui et ipse validissimam manum de Flandrensibus et Normannis adducens, tam sapientia quam pondere sermonum reliquam multitudinem plurimum animavit . . . . Walterus Espec, vir senex, . . . hac oratione deiectos quadam formidine erexit ani-

1) P. 90; cuius Hugonis cantoris Eboracensis Acta archiepiscoporum saec. XI. ex. et XII. in. adhuc inedita in Anglia latere doleo. 2) *Stephani . . . quae habitura sint singula finem, nondum sciri valet* p. 70. 3) Donationem recepit ab Ada matre Willelmi regis Scotiae, quae a. 1178. mortua est; Raine p. CLII; unde Hardy, 'Descr. Catal.' II, p. 122, Ricardum usque ad a. 1190. vel 1192. vixisse, probare possit, nescio. 4) Donationem fecit capellano Godefridi archiepiscopi Eboracensis, qui a. 1191. consecratus est; Raine ib. 5) Quo anno datur emptio quaedam Willelmi prioris Haugustaldensis, ib. p. CLVIII. 6) Willelmum filium Stephani regis et Ricardum episcopum Londoniensem obiisse, novit p. 122. 161. 7) Cf. a. 1133. 8) Cf. a. 1135. 1136. 9) Ed. Twysden l. l. c. 331. 10) Quem errorem Lappenberg, 'Gesch. v. England' II, p. 294. primus detexit. 11) Adelizam sive Mathildem. 12) Chartae Henrici I, quas *in anno quo rex filiam suam Romano imperatori dedit* signavit, exstant Chron. Abingdon. ed. Stevenson II, p. 65. 108. 13) i. e. de Northumberland. 14) Scilicet Anglorum. 15) Aumale. 16) Ponthieu. 17) Scotorum.

Normannis, Germanis[1], Anglis, de Northymbranis et Cumbris, de Teswetadala, de Lodonea, de Pictis, qui vulgo Galleweienses dicuntur, et Scottis. . . . . . .

Circa idem tempus[2] quidam Albericus Hostiensis* episcopus in illas partes venit, quem Innocentius[3] Romane sedis apostolicus, ut legationis officio in Anglia et Scottia fungeretur, miserat. Erat autem vir iste natione Gallicus, professione monachus, observatione Cluniacensis, divina ac seculari eruditione perspicuus, in ecclesiasticis negotiis optime exercitatus, facundia preclarus, consilio providus et, quod his omnibus maius est, in habitu et vultu, denique in omni conversatione et actione sua magne mansuetudinis ac religionis documentum preferebat. Hic igitur primo apud Cluniacum ad conversionem veniens, propter prudentiam ac religionem suam supprior ibi effectus est. Unde ad eius providentiam omnis regularium observationum diligentia maxime pertinebat. Deinde in Francia apud Parisius, in cella que dicitur ad Sanctum Martinum de Campis, prioris officium strenue aliquandiu explevit. Post aliquot vero annos, quia fratribus suis valde necessarius ac dilectus erat, iterum ad supprioratus dignitatem domum revocatus est. Exinde vero ad Vergelense[4] cenobium electus est, ut ei abbatis iure preesset. Deinde ad Hostiensis ecclesie presulatum canonica electione subli- 1138. matus est[5]. Huius autem ecclesie episcopis ex speciali antiqui honoris prerogativa constitutum est ipsum apostolicum consecrare. Iste igitur, ut supradictum est, in Angliam veniens, de statu sancte Romane matris ecclesie omnibus eius fidelibus filiis magnum gaudium attulit. Namque domnus papa supranominatus universis catholice ecclesie filiis cartam suam[6] per illum direxit. In hac autem referebat, quomodo, dum navis sancti Petri diutissime ac gravissime fluctibus inimicorum occupata et operta precipitaretur atque scopulis scismaticorum conquassata ac dilacerata pessumdaretur, de salutis sue reparatione iam pene desperare cogebatur, quia ineffabilis desolatio atque detestabilis abhominatio, qua a primogenito Sathane, scilicet Petro Leone[7], et eius fautoribus miserabiliter afflicta est, octo annis continuis duravit. Nec opus est eam describere, cum fere ab universo orbe cognita 1130—1138. sit atque defleta. Verumptamen immensa Christi pietas, que quasi dormire atque eam, peccatis nostris exigentibus, penitus neglexisse videbatur, a suis fidelibus precum et lacrimarum instantia pulsata ac tandem excitata, omnem pelagi furorem vel fragorem, ventorum sevitiam, tempestatum rabiem potenti virtutis sue imperio compescuit; mutans itaque pro-

mos: '. . . Quis Apuliam[8], Siciliam, Calabriam nisi noster Normannus edomuit? Nonne uterque imperator[9] eadem die eadem fere hora terga vertit Normannis, cum alter adversus patrem, alter adversus filium dimicaret? . . . . . .'

*) *Cf. Hugonem de Kirkstall Cisterciensem, qui saec. XIII. in. 'ex ore Serlonis senis' Chronicon de Fontibus prope Ripon litteris tradidit, cuius opus e cod. Galeano Coll. Trin. Cantabr. O. 1. 79, saec. XV. exarato, Soc. Surteesianae vol. XLII. Walbran, 'Memorials of Fountains', 1862. doctissime edidit, p. 70:* Et factum est in diebus illis, ut Albericus Hostiensis episcopus a latere domni pape ad Anglicanas partes legatus accederet. Occurritur ei a rege et regno, et inter ceteros abbates Fontanensis[10] vocatus accedit, dignam tante pietati reverentiam exhibiturus. Suscepit eum legatus cum honore condigno, et advertens hominem litteratum et prudentem, familiarem[a] habuit et iniuncti officii adiutorem. Invenit eum[b] in consiliis providum, in iudiciis discretum, solicitum in hiis que Dei sunt et in Scripturis Sacris non mediocriter eruditum. Et visum est virum tantum Romanis innotescere, assistere domno pape; nec debere tantam[c] lucernam latere sub modio[d]. Peracta legatione, renitentem trahit ad curiam, volens hominem in[e] maioris administrationis gradum[f] promoveri. Sed Dominus melius providit ei, . . . Romam siquidem veniens . . . in pace consummatur. *Cf. catalogum abbatum ib.* 1139. *p. 130:* 1139, 2. Kal. Maii obiit Ricardus primus abbas de Fontibus, . . . iacet Rome, adductus Apr. 30. illuc per Albericum episcopum Hostiensem[g].

a) famuliarem *ed. Walbran;* admodum *add. ms. Arundel.* b) hominem *Ar.* c) talem *Ar.* d) Denique *ins. Ar.* e) vol. eum ad ma. *Ar.* f) officium *Ar.* g) Hostiensis *ed.*

1) 'Stipendiariis de Lotharingia inferiore, unde Flandrenses sive Flamingi in documentis Scottorum saepe inveniuntur'. Robertson, 'Scotland under her early kings' I, p. 196. 2) Haec recte post proelium Standardi mense Augusto factum narrantur. 3) Supra affert noster litteras, quibus papa Stephanum regem a. 1136. in. confirmat, quae alibi non habentur; cf. Jaffé, Reg. pont. nr. 5567. 4) *Verzeliensis* Mon. Wig. 1138, SS. V, p. 568; Vezelay (dép. Yonne, arr. Avallon). Plura de Alberico ex epistolis s. Bernardi, Petri Venerabilis, Chron. Verziliaciensi annotat Raine p. 96. 5) *Die paschali* Mon. Wig. ib. 6) Cuius noster solus mentionem habet; ap. Jaffé, Reg. pont. desideratur. 7) Qui m. Ian. a. 1138. obiit. 8) Simili modo Henricus Huntingdoniensis episcopum Orcadum Anglonormannos exhortantem introduxit: *dives Apulia vos sortita refloruit* (ed. Arnold p. 262). 9) *Robertus (Wiscardus) duos imperatores in uno vicit prelio* Rob. Gesta ducum Norm. VII, 42, SS. XXVI, p. 8. 10) Ricardus.

cellam eius in auram lenitatis, in portu tranquillitatis et in gaudio securitatis illam requiescere fecit. Porro omnium inimicorum suorum superbiam et gloriam in conculcationem et ignominiam convertit ac omnium sibi adversantium colla sue potestatis imperio subiecit.
Ps. 8, 1. Unde non immerito cum psalmista proclamare possumus: *Domine, dominus noster, quam ammirabile est nomen tuum in universa terra; quoniam elevata est magnificentia tua super celos.* Exceptis autem his litteris, que in hunc modum de recuperatione pacis et unitatis sancte Romane ecclesie et de reparatione apostolice potestatis et dignitatis loquebantur, alias litteras regibus Anglie et Scottie et Turstino archiepiscopo Eboracensi — quippe tunc temporis Cantuariensis metropolis proprio pastore carebat — et episcopis atque abbatibus ac prelatis sancte ecclesie utriusque regni a predicto papa directas[1] de auctoritate sue legationis attulit . . . Ad Haugustaldense cenobium[2] pervenit. . . . Deinde per Northymbriam
Sept. 26. et Cumbarland quarto die ante festum sancti Michaelis ad Carlel[3] pervenit, ibique regem Scottie[4] cum episcopis, abbatibus, prioribus, baronibus sue terre reperit. Illi vero diu a Cisalpina, imo fere ab universa ecclesia[5] discordantes, exose memorie Petro Leoni et apostasie eius nimium favisse videbantur. Tunc vero divina gratia inspirati, mandata Innocentii pape et legatum eius omnes unanimiter cum magna veneratione susceperunt. . . . Invitavit quoque omnes episcopos et abbates plurimos Anglie ad generale concilium, quod domnus
1139. Apr. 2. papa Innocentius ad medium quadragesime Rome celebraturus erat[6]. . . . . . .
Ian. 13. Anno igitur 1139, perfectis negotiis suis in Anglia, sepe dictus legatus mox post octabas epiphanie cum suis ad mare reversus transfretavit; nam ad predictum concilium domni pape tempore congruo pervenire properavit. . . . . .

INCIPIT HISTORIA IOHANNIS PRIORIS HAUGUSTALDENSIS ECCLESIE 25 ANNORUM.

. . . .

Anno 1138. . . . . . Eodem anno mortuus est Petrus Lèo, qui in inimicitias Innocentii pape factione sua a quibusdam intrusus apostolicus in Urbe, per octo annos Romanam incubabat ecclesiam. Innocentius vero libera auctoritate in Urbe, sicut prius in orbe, ecclesiastice monarchie presedit dignitati. Qui et generali decreto omnes Petri Leonis scismatis complices ab omni ecclesiastico ordine et honore deposuit et, ne quis sedem apostolicam simili presumptione in posterum usurparet, sub anathemate interdixit. Directus
Ricard Haugust. est autem ab eodem papa legatus Anglie et Scottie Albericus Hostiensis episcopus, natione Gallicus, professione monachus Cluniacensis et in eodem cenobio supprioris officio ad disponendas regulares observationes prelatus monachis cunctis, excellentia virtutis et plenitudine eruditionis instructus. . . . . . .

Anno 1139. prefatus legatus Albericus post octabas epiphanie reversus est . . . . . . Applicuit in Angliam Aaliz[7] imperatrix, filia Henrici regis, uxor Galfridi comitis Andegavensis. . . . . . .

Oct. 20. Anno 1140. . . . Anno 1119.[a] Calixtus papa concilium Remis instituit decimo tertio Kalendas Novembris. . . . . . .

Anno 1141.[b] . . . Rexit autem familiam regis Stephani Willelmus d'Ipre[8], homo Flandrensis, et Pharamus[9], nepos regine Matildis, et iste Bononiensis. . . . . . .

Anno 1143.[c] . . . Hoc anno obiit papa Innocentius; substitutus est pro eo Celestinus, vir grandevus, supra vires quedam animo concipiens adversus Rogerum regem Sicilie propter eandem Siciliam, que iuri apostolici competebat. Fuerat autem alumpnus Andegavensium, eorumque manus corroborare in depressionem regis Stephani proposuerat. Qui et hac de causa in inimicitias Henrici episcopi Wintoniensis[10] concitabatur. . . . . . .

a) 1141. *cod. et ed. Twysden; scriptor enim auctorem a.* 1140, *quo s. Thurstanus obiit, eius archiepiscopatus inde a concilio Remensi gesti historiam inseruisse non vidit, quapropter annales sequentes singulo anno verum tempus praecedunt. RAINE.* b) 1142. *c. Twysden.* c) 1144. *c. Twysden.*

1) Quarum mentionem Jaffé omisit; cf. Mon. Wigorn. ed. Thorpe II, p. 106: *Albericus Ostiensis episcopus, . . . lectis coram rege et primoribus Angliae litteris ab apostolica sede directis, . . . suscipitur.* 2) Ubi Ricardus noster de chartis illis certior factus esse videtur. RAINE. 3) Carlisle. 4) David. 5) Sicilia quoque cum Anacleto II. antipapa stetit. 6) Ap. Jaffé: 1139, Apr. 4. 7) Cf. a. 1149: *Henricus filius Adele imperatricis;* hoc nomen *Aeðelic* Mathildae datur ab annalista Anglosaxonico a. 1127, SS. XIII, p. 119. 8) Saepius apud nostrum occurrit; cf. de eo supra p. 4, n. 2. 9) Filius Willelmi Bononiensis; cf. SS. XIII, p. 133, n. 4. 10) Fratris Stephani regis.

Anno 1144.[a] Henricus episcopus Wintoniensis Romam profecturus apud Cluniacum moratus est. Interim Celestinus papa obiit; cui Lucius successit, non adeo austerum spiritum[1] gerens animi. . . . . . .

Anno 1145.[b] Hicmarus[2] episcopus cardinalis directus ab apostolico Lucio legatus venit in Angliam, habens pallium Willelmo archiepiscopo[3] destinatum. . . . Obiit itaque Lucius papa, rexitque apostolicam sedem Eugenius, abbas[4] observationis Cisterciensis, prius vocatus Bernardus. . . . Convenerunt qui adversati fuerant Willelmo[5], . . . quibus instantibus in appellatione adversus eundem archiepiscopum Eboraci, Hicmarus revocatus Romam rediit palliumque reportavit.

Anno 1146.[c] Willelmus archiepiscopus Eboracensis apostolicum Eugenium adiit, officii sui plenitudinem, id est pallium, postulaturus. Astipulabantur ei instanter suffragia Romani senatus. Scripsit vero adversus eum Bernardus abbas Clarevallis[6], cui apostolicus quasi peccatum arriolandi[7] reputavit repugnare et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Fuitque in angustia animi positus, dum, frustrata Romanorum sententia, abbatis consulto prefert satisfacere. Precepit itaque tandem, eundem Willelmum ab officio episcopali cessare, donec Willelmus episcopus Dunelmi, decanus quondam Eboracensis, secundum decretum Innocentii pape sacramento suo[8] huic controversie finem daret. Videns ergo idem Willelmus conatus suos nequaquam prosperari, ad Rogerum regem Sicilie, cognatum suum, divertit et cum Rodberto cancellario eiusdem regis[9], oriundo de Anglia, scilicet in Salesbia[d,10], plurimis diebus commoratus est. Erat autem Rodbertus idem potentissimus inter amicos regis, pecuniosus et donatus honoribus magnis. . . . . . . Preminuit his diebus in clero Romano Rodbertus Pullanus[11], cancellarius apostolice sedis, in omni sapientia et doctrina experientissimus, Britannia oriundus, ab ineunte etate philosophie deditus eiusque optentu episcopalem honorem ab Henrico rege oblatum respuens, victum et vestitum habens, his contentus fuit. . . . . . .

Anno 1147.[e] . . . Eugenius papa in Gallis concilio[12] presidens, Willelmum Eboracensem generali edicto ab archiepiscopatus Eboracensis officio et beneficio ammovendum censuit . . . Eundem itaque Willelmum de Sicilia reversum Henricus episcopus Wintonie ad se tulit . . . Factaque est dissensio inter eos[13] de qualitate persone eligende . . . Litem hanc eorum diremit apostolicus, consecrans Henricum archiepiscopum Eboracensem apud civitatem Treveris[14] in octabis sancti Andree, dominica secunda adventus Domini*. Hyla- Dec. 7.

*) *Cf. Hugonis Chron. Fontan. p. 79:* Pars cleri non modica Willielmum thesaurarium in archiepiscopum elegit, pars altera, interposita appellatione, reclamavit . . . Pallium tamen a sede apostolica . . . impetrare non potuit. . . . Scripsit contra eum beatus Bernardus abbas Clarevallis ad papam Innocentium, qui tunc summa rerum regebat, cuius adhuc extant epistole[15] . . . Innocentius papa rebus interim humanis exuitur, et substitutus est pro eo Celestinus papa; quo in brevi sublato de medio[16], Eugenius, Clarevallensis cenobii quondam monachus, summus pontifex factus est. Eugenio igitur rerum summa tenente, insurrexerunt in archiepiscopum Willielmum, . . . quorum unus erat domnus abbas Fontanensis Henricus; . . . iudicante papa Eugenio, a cathedra Eboracensi amotus est . . . Henricus de assensu sanioris partis in archiepiscopum electus est; Claram-vallem ascendit visurus sanctum abbatem Bernardum, de cuius consilio totus ipse pendebat. Inde profectus ad curiam, papam Eugenium Treveris invenit, a quo et honorifice susceptus est. Consentit domnus papa in electum, [cuius[f] manu] consecratur

p. 99. p. 102.

a) 1145. *c. Tw.* b) 1146. *c. Tw.* c) 1147. *c. Tw.* d) *ita c.;* Salesberia *Tw.* e) 1148. *c. Tw.* f) *ex Ar.*

1) Scilicet contra Stephani gentem Blesensem. 2) Imarus Tusculanus. 3) Quem Stephanus rex consanguineus Eboraci eligi fecerat. 4) S. Anastasii Romae. 5) Scilicet Cistercienses. 6) Opera I, p. 236. 249; cf. Ep. ad Eugenium p. 229. 7) 'Arium haereticum sequendi'. RAINE. De *hariolando* vix cogitandum videtur. 8) Quo confirmaret, Eboracensem canonice electum esse. 9) De quo cf. Behring, 'Roger von Sicilien' in Progr. Elbing. 1882, p. 15. 10) Selby in com. Eboraci, ut Raine putat. 11) Archidiaconus Roffensis fuit et Oxoniae et Parisiis theologiam legit; cuius opera ed. Migne, Patrol. Lat. t. CLXXXVI; cf. Wright, 'Biogr. Britann.' II, p. 182; Schaarschmidt, 'Johann v. Salisbury' p. 20. S. Bernhardus eum rogavit, ut Eugenium papam electum adiuvaret, Opp. I, p. 325; cf. p. 194. Nomen *Roberti presb. card. et cancellarii* bullis paparum a. 1145. et 1146. subscriptum est Jaffé, Reg. pont. p. 609. 616. 12) Cf. Gervas. Cant. ed. Stubbs I, p. 134: *Cum Eugenius b. Willelmum Parisius deposuisset.* Eadem synodus m. Maio Bernardum contra Gilbertum Porretanum disputantem audivit, nec cum Remensi a. 1148. confundenda est. 13) Scilicet electores Eboracenses, 1147, Iul. 24. 14) Ubi adhuc 1148, Ian. 13. cum papa fuit, Gesta Trever., SS. XXIV, p. 378; Balderici G. Alberonis Trev., SS. VIII, p. 255. 15) Quarum una sola, nr. 346, nobis asservata est. 16) Lucius II. omittitur.

rius vero[1] ex apostolici precepto iam fuit consecratus episcopus ecclesie Cicestrie. Qui Hylarius in ministerio Henrici Wintonie episcopi plurimum glorie pretium emeruit; postea ad ministerium apostolici translatus, in reddendis et prosequendis causis advocatus disertissimus et iurisconsulti[a] peritus in curia Romana fuit[2]. . . . . . .

Anno 1148.[b] . . . His temporibus[3] civitas Holisiponis in Hyspania circumcincta obsidione et expugnatione a christianis capta est. In qua, eiectis idolatris, sedem episcopalem resuscitaverunt. . . . . . .

Anno 1153.[c] . . . Obiit Eugenius papa; successit ei Anastasius, vir grandevus. Bernardus quoque abbas Clarevallis, quem unctio Spiritus docuit de omnibus, defunctus est. . . . . . .

in archiepiscopum et, accepto palleo, cum favore et gratia sedis Romane infulatus ad propria redit. . . . . . .

Suffraganeum quoque Eboracensis provinciae, episcopum Dunelmensem rex Stephanus alterum nepotem Hugonem de Puteaco contra Cisterciensium consilia eligi curavit; cf. Gaufridi sacristae de Coldingham continuationem
1153. *Historiae Dunelmensis a.* 1153 1213, *saec. XIII. in. scriptam et a v. d. Raine, Soc. Surteesianae vol. IX. a.* 1839. *editam:* 109 . . . De electione Hugonis Dunhelmensis episcopi . . . Hec autem, ut ad Henrici Murdac archiepiscopi Eboracensis et Bernardi abbatis Clarevalensis et aliorum probabilium virorum notitiam attingissent[d], gravi in priorem Laurentium et maiores ecclesie furore succensi sunt . . . Romam igitur cum electo suo proficisci statuentes, iter arripiunt, Laurentius prior scilicet et archidiaconus[4] . . . Et transfretantes, priusquam transalpinarunt, audierunt papam Eugenium, cui tota partis adverse spes incumbebat, eo quod ipse sicut et ipsi Cisterciensis esset, humanitus excessisse, aliumque Anastasium nomine, virum sanctum et senem, in
Dec. 21. apostolatum successisse . . . Dominus papa votis petentium annuit et eum in festivitate sancti Thome apostoli in episcopum consecravit[5].

Ex eodem loco Coldingham[6] Reginaldus monachus iam saec. XII. cathedralem Dunelmensem intravit. Qui Libellum de Miraculis s. Cuthberti, *Aetheldredo abbati Rievallensi[7] inscriptum, postquam hic a.* 1167. *obiit, ultra a.* 1173. *continuavit et codicem Capituli* Dunelmensis *fortasse ipse correxit. Edidit Societas Surteesiana t. I, a.* 1835, *cui haec desumere libet:*

27. Quomodo quidam famulus heremitae in Farne[8] insula degentis aviculam quamdam beati Cuthberti furtive occiderit. . . . Aves illae beati Cuthberti specialiter nominantur, ab Anglis vero 'lomes'[9] vocantur, ab Saxonibus autem et qui Frisiam incolunt 'eires'[10] dicuntur. . . . . . .

30. Quomodo beatus Cuthbertus quosdam nautas Anglorum sub Fresonum incursu periclitantes tam de mortis incendio quam de maris periculo eripuerit et nautae ex impotentia desperantis dextram tenuerit et eos ad Farneam insulam mira sub celeritate perduxerit. . . . Diversa commercia inferentes, data temporis oportunitate, de portibus Anglorum proficiscuntur. . . . Subito, turbine saeviente, super paganas Fresonum nationes irruunt, et pene praecipitanter navis latera ad portus insperati scopulos allidunt. Pagani exinde illi, qui diutius navium adventus sitienti desiderio sustinendo exploraverant, quam festinantius cum clavis et malleis, cum forcifibus, gladiis et fustibus et arcubus accurrebant. . . . Navigia ut eos comprehenderunt praeparabant. Quod nautae videntes et Fresonum paganorum, nemini parcentium, fuisse regionem considerantes, statim ad unicae protectionis subsidium confugiunt et beati Cuthberti auxilium gemitibus et vocibus implorant. . . . Nec Fresonum audacia, fluminibus iacientibus et ventis retardantibus, ad nautarum laesiones poterat admitti. . . . Nautae denique ad portum insulae de Farne applicuerant et cum oblationis devotione et multa lacrimarum inundatione fratri Bartholomaeo et Aelwino haec omnia ex ordine proferebant, qui et nobis haec fideli attestatione commendabant.

51. Qualiter sanctus Cuthbertus subpriorem Dunelmensis ecclesiae pie increpavit. . . . Subprior ecclesiae Henricus[11] natione Teutonicus ignoranter et tamen regulariter hostia dormitorii cum clave serratili interius obstruxit. . . . . . .

112. De clerico quodam Norwagensi. . . . Daciam[e] denique, Ysiam, Frigiam et omnes sinus marinos Norvagiae contiguos cum terris hic innumerandis adivit; sed nullus quidem sanctorum indigenarum quicquam ei opis, solaminis seu levaminis praestare delegit. . . . . . .

a) *ita Raine et Twysden.* b) 1149. *c. Tw.* c) 1154. *c. Tw.* d) *ita ed.* e) Daciem *ed.*

1) Quem partes Stephani Eboracensem elegerant. 2) Cf. Rad. Dicet. ed. Stubbs I, p. 263. 3) Potius 1147. 4) Dunelmenses. 5) In appendice ed. Raine p. xxxiv, exstat bulla Anastasii cathedrali Dunelmensi *data Laterani* 18. *Kal. Ian.;* quae ap. Jaffé deest. 6) In com. Berwick. 7) De quo v. supra p. 11 sq. 8) A Berwick upon Tweed in mer. et or. 9) Hodie *loom* sive *loon*, nostris *Lumme*. 10) Nunc Anglice et Germanice *Eider*. 11) Cui Reginaldus *Vitam (Stemma) et Miracula s. Oswaldi* inscripsit; cf. Hardy 'Descr. Catal.' I, p. 289.

EX LIBRIS AUCTORUM AEQUALIUM DE S. THOMA CANTUARIENSI.

Quae amici familiarissimi ac discipuli de b. Thomae archiepiscopi Cantuariensis vita, passione, miraculis retulerunt, per partes aut ad discordiam inter imperatorem Fridericum I. et Alexandrum III. pontificem Romanum exortam pertinent aut Germanorum regiones in primis Flandrensium obiter tangunt. In confinio enim Franciae et Lotharingiae multi erant, qui miracula martyris Cantuariae ipsi videre aut saltem domi audire posterisque tradere vellent[1]. *Inter omnes Iohannes Saresberiensis, socius celeberrimus, b. Thomae vitam primus adumbravit, sed magis meditationum piarum excitandarum quam rerum gestarum explicandarum causa, ita ut in opusculo perpauca tantum inveniantur, quae propositis nostris conducant; quibus subiunxi nonnulla ex auctario, quod Alanus, a.* 1179.[2] *prior Cantuariensis, a.* 1186. *abbas Tewkesberiensis, epistolarum s. Thomae collector indefessus, Iohannis libello addidit*[3].

Willelmus filius Stephani, presbyter Londiniensis, qui gloriatus est, sese eiusdem domini concivem, clericum et convictorem et ad partem sollicitudinis eius oris ipsius invitatum alloquio, in cancellaria eius dictatorem, in capella, eo celebrante, subdiaconum, sedente eo ad cognitionem causarum, epistolarum et instrumentorum, que offerebantur, lectorem et aliquarum, eo quandoque iubente, causarum patronum fuisse, *inter a.* 1175. *et* 1181. *b. Thomae vitam narravit, cui civitatis Londiniensis descriptionem insignem praemisit, v. I. C. Robertson, 'Materials' III, p.* 1. 2. *Quamquam se cum archiepiscopo curiae Northamptoniensi interfuisse, eum in monasterio Floriacensi exulantem adiisse, die mortis numquam dereliquisse declarat, miro modo nullus aequalium, qui multi iterum atque iterum epistolas, miracula, passiones dictarunt et exscripserunt, Willelmum Londiniensem umquam laudavit. Attamen codices vitae ab ipso compositae plures et antiqui supersunt. Auctor e libro prodit, qui potius vitae iucunditates quaerens, minime amicorum et discipulorum fervidorum more exulis comes fidelis fuit, sed iam Northamptoniae Herberto magistro, archi-*

1) Aegidio abbate Alnensi (de Aulne-sur-Sambre) petente, Thomas monachus Frigidi-montis dioec. Belvacensis Vitam s. Thomae e novem operibus conscripsit, quam Giles pro Soc. Caxtoniana inter Anecdota Bedae p. 207. edidit. — Philippus archidiaconus Leodiensis, postea abbas Eleemosynae, sequentiam de s. Thoma ib. p. 167. editam composuit. — Miracula per vestem Thomae S. Iudoci in Nemore (St. Josse-en-bois sive Dommartin) facta exstant ib. p. 137. — Igniacensibus monachis Adae fratri et Radulfo cognato Odo abbas Belli, olim prior Cantuariae, epistola, quam Robertson, 'Materials for the history of Thomas Becket' (inter Rerum Britannicarum medii aevi scriptores) II, p. XLIX. excudit, 'Miracula s. Thomae' (auct. Benedicto) transmisit. — Libros de Thoma mss., qui olim ecclesiis S. Vedasti, Alnae, Dunarum, Signiaci, Bonae Spei, Cameronis pertinebant, notant Hardy, 'Descr. Catalogue' II, p. 315. 325. 368. 375. 377. et Robertson l. l. II, p. XXI. XLIX. 2) *Ante paucos annos Beneventane ecclesie canonicus* Gervas. Cant. ad a. 1179, ed. Stubbs I, p. 293. 3) Secutus sum editionem Robertson l. l. II, p. 299.

episcopi asseclae vehementissimo, repugnavit et, Gilberto Londiniensi episcopo obtemperans, regem ipsum versibus adulatoriis sibi conciliavit; qua de causa, ut videtur, et auctor Quadrilogi, qui evangelistarum novi salvatoris, ut ita dicam, harmoniam composuit, et alii, praecipue monachi, consulto eum neglexerunt. Opus ex libris scriptis multo melius quam decessores recensuit I. C. Robertson, sed vix iustis votis satisfecit. In primis enim codicibus A Ms. Lambeth. 138, *D Ms. Bodl. Douce* 287, *I Ms. Cotton. Iulius A. XI, L Ms. Mus. Brit. Lansdowne* 398. *usus, nec aetatem vel originem singulorum nec duas recensiones A. I. et D. L. omnino discernendas esse animadvertit. Alios, quos Hardy, 'Catal.' II, p.* 330. *adnotavit, ac codicem inter documenta civitatis Londiniensis asservatum prorsus neglexit. Cf. quae F. Liebermann, 'Histor. Zeitschrift' XLI, p.* 333. *reprehendit.*

Guarnerius clericus in oppidulo Pont-Sainte-Maxence (arr. Senlis) natus[1], *itaque patriae*[2] *et linguae Francogallicae*[3] *gloria elatus, Thomam Becket cancellarium Angliae (a.* 1159*) arma contra Francos ferentem ipse vidit*[4]. *Tunc, martyrio eius cognito, statim memoriam sancti sacerdotii propugnatoris litteris tradere curavit. Prima autem editione, quae quamvis a scribis furtim venumdata*[5] *ad nos non pervenit, potius acri studio quam aequae moderationi*[6] *quod indulsisset cum doleret, Cantuariam se contulit, ubi Thomae familiaribus*[7], *imprimis sorore abbatissa*[8] *Barkingensi, Odone priore conventuque Cantuariensi*[9], *diligenter interrogatis, per quatuor annos historiam veritati soli studens emendavit et sermone Francogallico eleganter limato, versibus fere* 6000 *Alexandrinis* d'une rime en cinc clauses coplez[10] *comprehensam absolvit*[11]. *Carmini denique circa a.* 1175.[12] *perfecto ad ipsius martyris limina*[13] *peregrinos auditores invenit et miraculum poenitentiae ibi ab Henrico II. a.* 1175. *actae, postea*[14], *certe autem ante a.* 1183[15], *annexuisse videtur.*

Vitas sancti Thomae lingua Latina et Romana[16], *id est vulgari, iam pridem conceptas esse quamquam non ignoravit*[17], *nullum tamen librum historicum, qui adhuc exstet, adhibuit*[18]. *Econtra chartas, litteras epistolasque publicas, quarum quaedam nunc desiderantur*[19], *fere ad verbum in sermonem Gallicum vertit atque res singulas, quas ex ore testium et spectatorum exquisivit, fida diligentia distinxit nec quaedam a Thoma non ita sancte gesta praetermisit. Cum*

1) Cf. v. 5811: *Guarniers li clers del Punt;* v. 5872: *Guarniers li clerc del Punt Saincte Mescente nez.*
2) Cf. v. 2157: *Por ço est France France, par les seinz u jo fui, que cil que mester unt, i vengent a refui!*
3) Cf. v. 5820: *Mis languages est buens: car en France fui nez.*
4) Cf. v. 359: *Jo l' vi sor Franceis plusur feiz chevaucher.*
5) V. 151: *Cel primer romaunz m'unt escrivein emblé . . . et maint riche hume l'unt akaté.*
6) V. 146: *Primes treitai de joie et suvent i menti, ainceis ke jo l'ëusse amendé et tempré.*
7) V. 147: *A Chantorbire alai; des amis saint Toma la verité cuilli;* v. 5822: *Des privez saint Thomas la verité apris.*
8) V. 5836: *L'abesse suer saint Thomas.*
9) V. 5865: *Oede li buens priurs* (qui a. 1175. abbas Belli factus est), *li covenz m'unt maintenu an et jur;* v. 5817: *Romanz fu a Cantorbire amendez.*
10) V. 5819.
11) Guarnerii artem poeticam disserit Leclerc, 'Hist. littéraire' t. XXIII, p. 367.
12) V. 144: *Quatre aunz i ai bien mis;* v. 5821: *L'an secund que li sainz fu en l'iglise ocis comenchai et al quart fin i mis.*
13) V. 5813: *Meinte feiz le list a la tumbe.*
14) Optimo enim codici Parisiensi deest. Accedit quod initio carminis v. 66. nonnisi 'episcopos et principes ad s. Thomam currere' dicit, cum peregrinationes Henrici a. 1174. et 1175, Ludovici VII. a. 1179, si novisset, vix omisisset.
15) Quo Henricus (III) obiit; cf. v. penultimum: *Deu tienge en bon amur e le pere e le fiz e lur doinst vïe.*
16) Michel evulgavit alterum carmen Francogallicum de s. Thoma inter notas ad Benoit de S. More t. III, p. 461. 615, quod tamen res Germanicas non tangit.
17) V. 161: *Tut cil autre romaunz, c'un ad fet del martyr, clerc u lai, muine u dame, mult les i öi mentir;* v. 5829: *Cil qui del seint treitié unt ou Romanz ou Latin.*
18) Mebes Dissert. Wratislav. a. 1876, Benedicti Cantuariensis Vitam s. Thomae iam deperditam et Guarnerio et scriptoribus Latinis ad manum fuisse, opinatur. Sed Benedictus forsitan nonnisi Passionem Thomae scripsit, et certe a. 1177. Benedictus non mortuus, sed abbas Petriburgi factus est; cf. M[eyer] in 'Revue critique' a. 1876, nr. 27.
19) Haec docet Thurot in 'Comptes rendus de l'Acad. des Inscr.', Par. 1871, p. 153.

praeterea ingenia moresque hominum vigente colore depingere sciret, iure ac merito a coaevis scriptoribus, immo ipsius archiepiscopi sociis Willelmo et Edwardo Cantuariensibus et anonymis Pontiniacensi et Lambethiano dignus iudicatus est, quem, per partes verbum e verbo reddentes, in linguam Latinam transferrent.

Codices sunt hi:

1) *Guelferbytanus* 34. 6. *Ms. Aug.* 4. *saec. XIII. in., initio mutilus incipit a versu* 1071.

2)[1] *Olim S. Ebrulfi Uticensis, postea Heber, iam Parisiensis nr.* 13513 *(Supplément français nr.* 6236*), mbr.* 4°, *codex optimae notae, saec. XIII. in. a scriba, ut videtur, Anglonormannico exaratus, appendicem de Henrico II. a.* 1174. *Cantuariam profecto non exhibet.*

3) *Harleianus nr.* 270, *in Museo Britannico asservatus, saec. XIII. med. scriptus videtur*[2].

4) *Cottonianus Domitianus A XI. eiusdem Musei, saec. XIV. in. confectus, plus quam dimidio operis deperdito, partem inde a versu* 4395. *usque ad finem continet. Ordinem verborum scriba haud raro invertit narrationemque contraxit.*

Immanuel Bekker inter Commentationes Academiae Berolinensis a. 1838. *codicem* 1 *praelo mandavit, cuius lacunas a.* 1844. *e codice* 3 *supplevit. Tunc codicem* 2 *Hippeau Parisiis* 1859. 8°. *excudi fecit. Denique ex omnibus libris manu scriptis P. Meyer, qui primam editionem criticam inter 'Materials for the History of Thomas Becket' tomo octavo prodituro praeparat, in 'Recueil d'anciens textes' ultimam carminis partem, qua occisio Thomae narratur, evulgavit.*

Nos Bekkerum secuti, lectiones Parisienses, exceptis iis quae sola ratione verba scribendi ab eo variant, notis adiecimus. Contextum V. Cl. Tobler benigne perlegit.

Edwardus, Anglicus natu . . . cognomento Grim, castello illo in Anglia quod dicitur Cantebrige oriundus, . . . etsi de provincia, de archipraesulis tamen propria familia non erat, sed casu sic ad archipraesulem suum, nuper tunc reversum ab exilio, videndum venerat. *Ita Willelmus monachus, Willelmus filius Stephani, praecipue Herbertus de Bosham clericum quendam designarunt, qui conflictui fatali tam proxime adstitit, ut, quod ipse dixit,* eodem ictu praeciso brachio haec referentis, *passionem et videndo et audiendo confirmaret et simul pateretur; v. 'Materials' I, p.* 134. *III, p.* 139. 498. 529. *II*, 437. *Apud multos igitur alios eius, qui socius fere mortis fuerat, memoria habetur. Sed ipse quoque*, quae ad nostram pervenere notitiam, illorum scilicet relatu, qui viventi familiarius adhaeserunt, vel nos ipsi perspeximus, *epistolis nonnullis, miraculis, quae Benedictus ediderat, Iohannis Saresberiensis libello adhibitis, suam sancti Thomae Vitam composuit; v. 'Materials' II, p.* 355. 437. 441. *Tempore, quo Herbertus* Catalogum eruditorum Thomae *collegit, iam mortuus fuit, v. 'Materials' III, p.* 530. *De codicibus saec. XIII. XIV. XV. exaratis v. Hardy, 'Catal.' II, p.* 333. 334. *Edwardi librum ediderunt Giles et Robertson, sed opus primum ab eis quae alii aut addiderunt aut interpolarunt librorum scriptorum auxilio distinguere haud satis studuerunt.*

Anonymus primus, a v. d. Giles sine causa Rogerius de Pontiniaco

1) Cf. Leroux de Lincy in 'Bibliothèque de l'École des Chartes' IV, p. 208. 2) Cf. Michel in 'Rapports au Ministre' inter 'Documents inédits pour l'hist. de France' a. 1839, p. 263.

vocatus, quem idem I, p. 90. *et Robertson IV, p.* 1. *ediderunt, in codice unico, a.* 1464. per me Lodewinum Confluentie fratrem huius domus in crastino Lucie virginis et martyris *exarato, nunc Parisiensi nr.* 5615. *exstat. Auctor, quicumque fuit, iam Iohannis Saresberiensis et Willelmi Cantuariensis libros laudat, de se ipso vero praedicat, se* beato viro tempore exilii sui *ministrasse et* sacra manuum eius impositione officium sacerdotale *suscepisse.* Ea, *inquit,* que de ipso minus dicta sunt, ne temporis vetustate penitus pereant a memoria . . . adnotare curavimus, nihil omnino inserentes nisi quod vel ipsi vidimus et audivimus vel certissima ac fidelissima eorum, qui interfuerunt, relatione cognovimus.

Anonymus alter, qui Lambethianus ex bibliotheca in qua opus eius exstat vocari solet, quamquam Thomae familiaritate vix unquam coniunctus, singula ab eo gesta minus accurate breviusque quam alii qui vitam sancti enarraverunt perstrinxit et Iohannis Saresberiensis verba compluribus locis excepit, nihilominus, cum, iam ante a. 1174.[1] *scribens, adversariorum quoque iudicia sincere exposuerit et quae erant litis potissima momenta integre perspexerit et quaedam quae alibi frustra quaereres exhibeat, dignus qui nostrae quoque collectioni nonnihil conferret visus est. E codice unico Lambethiensi nr.* 137. *saec. XIV. exarato primo a Giles, postea multo melius a Robertson, 'Materials' IV, p.* 81. *divulgatus est. Perperam autem editores scribam secuti prologum alienum addiderunt, qui (Passioni s. Thomae in codice Bodleiano Laud. nr.* 114. *iam saec. XII. exaratae fortasse iure ac merito praefixus) auctorem nonnisi* martyrium se praesente actum *narraturum introducit, cum Lambethianus caedem ad altare perpetratam esse falso contenderit.*

Sequitur Herbertus, sicut natione et cognomine de Boseham, *vico quodam in pago Sussexiae, cuius pater sibi vestem sacerdotalem induerat. Qui b. Thomae a primis pontificatus diebus, in conciliis Turonensi, Clarendoniensi, Northamptoniensi adstitit eique apud S. Bertinum commorato pecunias apportavit. Acerrimus ecclesiae defensor, admodum arrogans, vana et magniloqua verba adamavit et multa, quae bene cognoverat, sermone nimis prolixo fere ipse obruit. Iam aestate a.* 1170. *archiepiscopi nuntius una cum Iohanne Saresberiensi ab Henrico rege petiit, ut illi castrum Roffense restitueret. Deinde in primis s. Thomam incitavit, ut Cantuariam reverteretur, sed die* 27. *Decembris ab eo ad regem Francorum dimissus, martyrio non interfuit et per annos iterum in terra Gallorum remansit. Graviter obiurgavit episcopos Anglicanos, qui* patroni mortui corporis et in corruptionem descendentis mortuas quotidie adorant reliquias et vivas[2] spernunt. *V. quod Robertson e 'libro melorum' 'Materials' III, p.* 553. *extraxit. Ex ore regis ipsius tamen nonnulla de nece perpetrata et de poenitentia ab eodem peracta audivit.* Quasi solus adhuc reservatus *quarto decimo anno post archiepiscopi interitum eius vitam enarrasse coeperat, sed regis Henrici ipsius die* 6. *Iulii* 1189. *mortui mentionem fecit. Balduino archiepiscopo (a.* 1184—1190*) sex libros vitae inscripsit, quibus septimum vel catalogum eruditorum Thomae et librum melorum addidit. Posteri vitam b. Thomae ab Herberto ultra modum dilatatam et transcripserunt et breviarunt. Primi ordinis exemplaria exstant in codice S. Vedasti Atrebatensi nr.* 649. *saec. XII. et in codice Collegii Corporis Christi Oxoniensis nr.* 146. *saec. XIII. vel XIV, quorum alter decimo quoque folio nequiter exciso, alter tribus libris primis*

1) Thomam a. 1173. sanctis adscriptum esse et Henricum II. a. 1174. ad eius sepulcrum peregrinasse, nondum noverat. 2) Semetipsum dicit.

amissis valde laceratus est. Auxilio codicis alterius ordinis saeculo XII. exarati, quondam in monasterio Aulnensi, hodie inter libros Phillippsianos Cheltenham *sub nr.* 4622. *asservati lacunas quodam modo explerunt editio Gilesiana S. Thom. Cant. t. XII. et XIII. et Robertsoniana, 'Materials' III, p.* 155 *sqq.*

Denique opusculis codicis Musei Britannici Lansdowne *nr.* 398. *saec. XV. exarati, quae praecipue homiliae cuiusdam de s. Thoma fragmenta fuisse videntur, pauca desumpsi, quae ante concordiam Venetiis a.* 1177. *inter imperium et sacerdotium restitutam dictata esse possunt; v. Robertson IV, p. XV. et p.* 146.

Miracula, quae caede die 29. *Decembris* 1170. *vix perpetrata iam percrebuerunt, ab ipsis sepulcri custodibus eodem loco literis mandata sunt. Gervasius Cantuariensis ipse, quem Thomas archiepiscopus a.* 1163. *in numerum monachorum ecclesiae cathedralis receperat:* Subsecuta sunt e vestigio, *inquit*, usitata et experta miracula, que sicut innumera ita seculis sunt inaudita. . . . . Extant in ecclesia Christi Cantuarie duo volumina miraculorum eius, que ut huic compendio insererem, non est necesse. *V. Opp. I, p.* 229. 230. *ed. Stubbs. Nuper vere reperta sunt volumina Benedicti et Wilhelmi monachorum Cantuariensium, quos quoad vitam et passionem martyris narraverunt una cum aliis de s. Thomae vita disserentibus auctor Quadrilogi, quem vocant, tempore fere translationis eiusdem* 7. *Iul.* 1220. *celebratae exscripsit. Fragmenta Quadrilogi edidit primus suo quidem more I. A. Giles, Vitarum S. Thomae tom. II. a.* 1845. *Miracula a Benedicto collecta idem a.* 1850. *sumptibus societatis Caxtonianae excudi fecit. Denuo autem utriusque auctoris opera recensuit Robertson, 'Materials' tom. I. et II. a.* 1875. *et* 1876, *cuius operae praecipue debeo quae inde desumpsi.*

Benedictus, iam ante a. 1170. *monachus Cantuariensis, a.* 1175. *prior eiusdem ecclesiae, a.* 1177. *abbas Petroburgensis*[1], *duobus annis post archiepiscopum trucidatum elapsis, ut mihi videtur, passionem tantum quasi miraculorum prooemium, eaque quae reliquiarum custos se et vidisse et audivisse affirmat,* ex fratrum voluntate et praecepto *descripsit. Gervasius Cantuariensis in Actibus pontif. Cantuar. II, p.* 391. *laudat eundem propter* miracula quae vidit et conscripsit Benedictus. *Robertus Swapham, qui circa a.* 1270. *coenobii Petroburgensis historiam*[2] *composuit,* unum egregium volumen de passione et miraculis s. Thomae *Benedicto eiusdem monasterii abbati attribuit (v. Sparke, Historiae Anglicanae SS. p.* 98*), quod* cum magno codice de miraculis conscripto, *quem Willelmus filius Stephani viderat, congruisse videtur; v. 'Materials' III, p.* 151. *Alii insuper, qui martyris aequales eius vitam tradiderunt, scilicet Eduardus Grim et Anonymus qui Pontiniacensis vocatur, Benedicti libris iam usi sunt; sed libellum, quem de passione composuit, mox a libris miraculorum seiunctum et prorsus neglectum esse constat. V. quod Robertson II, p. XXIV. XXV. de codicibus miraculorum Lambethiano, Cantabrigiensi, Parisiensi, Cheltenhamensi disserit.*

Eodem fere tempore Willelmus *alter monachus Cantuariensis, qui martyrem tribus visionibus conspexisse miratus est,* evolutis ex passione decem circiter et septem mensibus, *miracula adnotare coeperat,* quae, *ut ipse dicit,* in schedulis occultabat incorrecta et imperfecta *(v. 'Materials' I, p.* 2*). Postea autem, iam epistolis quibusdam b. Thomae adhibitis, vitam quoque addidit, quam, ut Gervasius, Act. pontif. Cant., Opp. II, p.* 391, *tradit,* cum miraculis

1) Gesta Henrici II. scripsisse olim falso dicebatur, ut infra suo loco monstrabimus. 2) Quam invenies infra.

multis scripsit Willielmus Cantuariensis. *S. Thomas autem, ab exilio redux, nostrum, quem cum subpriore vel priore eiusdem nominis atque ecclesiae confundere non licet, et monachum et diaconum consecraverat; qui non solum die funesto Cantuariae aderat, sed ibidem deinde residebat, unde ab iis, qui martyris sepulcrum adoraturi veniebant, permulta audivit; v. 'Materials' I, p.* 119. 133. *Miraculorum, quae Henrico II. regi inscripsit, quod vix ante a.* 1174. *fieri potuisset, primo, ut videtur, libros quatuor edidit, quibus paullo post quintum et sextum subiunxit (cf. VI, c.* 166, *'Materials' I, p.* 543, *quod de Waldemaro Danorum rege et Kanuto filio iam adulto narravit). Codices duo hodie exstant, quorum primus Wintoniensis saec. XIII. exeunte exaratus, multis locis manu altera accuratius correctus, duobus foliis vitae privatus, in fine libri sexti aliquantulum mutilatus est. Alterum nunc Montepessulanum nr.* 2. *signatum, quondam Claraevallensem, nuper reperit magnaque ex parte contulit Robertson; v. 'Materials' I, p. XXXII; IV, p. XXIV—XXVI, p.* 442—453. *In hoc codice libello de b. Thomae vita a Iohanne Saresberiensi composito annexa sunt miracula a Benedicto libris quatuor collecta et collectio Willelmi Cantuariensis, in qua libris septem distincta non solum octoginta capitula ultima codicis Wintoniensis prorsus desiderantur, sed alia omissa, immutata, transposita sunt. Nihilominus nonnulli loci, si cum codice Wintoniensi manu altera castigato confers, textum priorem reddere videntur. Et vitam et miracula Robertson, 'Materials' t. I. primus edidit. I. A. Giles t. II. vitae fragmenta tantum coacervavit, quae ab auctore Quadrilogi Willelmo monacho attribuuntur.*

Dabam Gottingae d. 28. *Maii* 1881. *R. P.*

E VITA SANCTI THOMAE AUCTORE IOHANNE SARESBERIENSI.

1162. (9). Thomas . . . aliquandiu regi[1] et aliis eum promoveri[a] volentibus reluctatus est; sed electio divina tantum prevaluit[2], ut, suadente et inducente et instanter urgente venerabili viro Heinrico Pisano presbytero cardinali[3] et apostolice sedis legato[4], desiderio regis acquiesceret et consiliis amicorum. . . . . . .

1164 (18). Ad portum Sandwici pervenit. Et cum potiores vectores non haberet ad manum, in fragili cymbula a duobus sacerdotibus traiectus est in Flandriam, paucis[b] aliis navigium potius impedientibus quam aliquam solatii vel auxilii ferentibus opem. Actus ergo in exilium, Christi confessor a domino papa Alexandro Senonis honorifice susceptus et ab eo in monasterio Pontiniacensi commendatus est[5]. . . . . . .

E VITA SANCTI THOMAE AUCTORE ALANO ABBATE TEWKESBERIENSI.

1164. . . . (16). Demum vero procurato transitu, cum angustia sepius huc illucque depulsus, vix tandem in summo dispendio Flandrie appulit. Pedes igitur, quia sic oportuit, et indutus veste alba et monachili cappa super scapulas posita, in tempestate, pluvia et luto non ex solito iter peragit; et dum pertransiret obiter, accidit iuniores stare et eorum aliquem accipitrem tenere in manu. Visaque ave, Cantuariensis eo intendit, memor pristine conditionis et oblitus exilii. Quo viso, inquit unus: 'Ni fallor, ecce hic est Cantuariensis archiepiscopus'. Alter ait: 'Fatuus es; quid opus est Cantuariensi archiepiscopo, ut sic incedat?' Expavit Cantuariensis, timens detegi, et forte timor ille huius vanitatis culpam ipso tempore potuit diluere.

a) promovere *Mss. Brit. Mus. Addit.* 10050. *et Harlei.* 2802. b) paucis al. — fer. opem *om. Ms. Brit. Mus. Addit.* 10050.

1) Henrico II. 2) Mense Maio a. 1162. 3) Tit. SS. Nerei et Achillei. 4) Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p. 329. 5) Mense Nov. a. 1164; cf. ib. p. 432.

(17). Veniens autem usque Clarum-mariscum[1], oppido fatigatus quievit. Deinceps 1164. paulisper procedens, hospitatus est apud cellulam quandam beati Bertini prope ipsam abbatiam, ubi occurrerunt ei quidam familiares, qui iam exierant de Anglia. Et eum inde deducentes, navigando — erat enim illis iter per aquam — usque ad Sanctum Bertinum properabant. In eundo vero ait quidam: 'Domine, fatigatus es ex itinere, et venturi sumus hodie ad eximie humanitatis viros, qui plurimum congratulabuntur tibi in Domino, quod illesus evasisti; fac igitur caritatem iis, ut in adventu tuo hodie comedant pinguia'. 'Quarta', inquit dominus Cantuariensis, 'est feria, et oportet nos hodie a talibus abstinere'. Et subintulit alter: 'Domine, forsitan non abundant piscibus, et oportebit nos eis condescendere'. 'Domini est', inquit Cantuariensis, 'id providere'. Inter loquendum igitur ad nutum Dei exiliens de aqua grandis piscis, proiecit se cum impetu in gremium viri Dei, piscis, inquam, quam brennam[a. 2] vocant; et factus est eis transitus ille iucundus in laude Dei. Ductus itaque ad Sanctum Bertinum et illic comiter exceptus, duxit ibidem suos expectare. . . . . . .

E VITA SANCTI THOMAE AUCTORE WILLELMO FILIO STEPHANI.

(10). De pace reddita Anglie, eiectis Flandrensibus. Et cum tempore regis 1155 Stephani . . . alienigene Flandrenses et marticole[b] viri Cantiam et plurimam regni partem occupassent, cumque diuturnitate guerre fere vicennalis ita turbata essent omnia, ut impossibile videretur Flandrenses eici et regnum in statum pristinum et antiquam dignitatem et pacem reformari, maxime novo rege adolescente, miseratione Dei, consilio cancellarii[3] et cleri et baronum regni, qui pacis bonum volebant, infra tres primos menses coronationis regis[4] Willelmus de Ipra, violentus incubator Cantie cum lacrimis emigravit; Flandrenses omnes, collectis impedimentis et armis, ad mare tendunt. . . . . . .

(17). . . . Nam cum[c] in scismate Romane ecclesie hinc[d] Octavianus[e] et imperator 1160. Fredericus, qui eum fovebat, inde[f] catholicus papa Alexander cum suis cardinalibus et sequacibus nuncios suos misissent[g] ad regem Francorum et regem Anglorum tunc transmarinum, illi autem, convocatis episcopis plurimis et summatibus regnorum suorum, apud Novumforum[h. 5] congregati essent, nuncios illos et rationes eorum audituri et de merito electionis eorum, utrius[i] obedientie se subderent, tractaturi, placuissetque tandem eis Alexandri, que iustior eis et sanctior non immerito visa est pro eo, quod archiepiscopus Rothomagensis Hugo eam approbavit et per Gilonem, nepotem et archidiaconum suum, suffraganeis suis recipiendam mandavit, rex vehementer commotus domos archidiaconi dirui precepit. . . . . . .

(62). . . . Eademque die, commemorationis scilicet fidelium defunctorum, et ipse[6] et 1164. Nov. 2. nuntii contra eum missi transfretaverunt; illi ad portum magnum, multa tamen acti tempestate, ut Londoniensis episcopus[7] capam et cucullam exueret, appulsi sunt; archiepiscopus[k] secretius ad Graveningas[8]. Inde pedes ivit et pauper cum duobus tantum conversis[l] usque ad quoddam horreum Cistellensium monachorum de Claro-marisco. Magnitudine tamen animi spretor erat fortune modo ringentis, ut prius ridentis. Obiter agnovit eum aliquis et dixit: 'Hic equidem est ille olim cancellarius Anglie, modo Cantuariensis archiepiscopus'. Respondit: 'Solentne sic ire Cantuarie archiepiscopi?' In villula[m] quadam conduxit equum, cum ulterius pedes ire non posset, quem ascendit absque sella. . . . . . .

(63). Quam honorifice suscepit eum pius comes Flandrie. . . . Ventum est ad horreum illud. Inde cymba vectus est ad Clarum-mariscum, inde ad Sanctum Audomarum, ubi ab abbate Sancti Bertini[9] et conventu, piis erumpentibus lacrimis, cum gaudio uberiore suscipitur. Ab Philippo, filio Tierrici, illustri comite Flandrie, rogato conductum ei et securitatem eundi ad dominum regem Francorum prestare, cum debita com-

a) braenham *Ms. Cotton. Claudius B. II.* b) maricolae *A.* c) eos *L.* d) *deest L.* e) Octovianus *D.* f) Fr. fovebant unde *L.* g) Al. consilio suorum cardinalium nu. su. misit *L.* h) cum *inseru L.* i) utriusque *D.* k) ille *D.* l) conservis *D.* m) villa *D.*

1) Claimarais prope St. Omer, abbatia Cisterciensis. 2) Gallice *brême;* Anglice *bream;* nostris *brassen.* 3) Thomae Becket. 4) Henricus II. coronatus est 1154, Dec. 19. 5) Neufmarché ad Eptam, confinium inter Normanniam et Franciam. 6) Sc. Thomas. 7) Gilbertus Foliot. 8) Gravelingen. 9) Godescalco.

1164. passione et veneratione susceptus, desiderata impetravit. Moram aliquam faciens cum abbate Sancti Bertini, suos consacerdotes et clericos et laceri agminis sui aliquot[a] ibi expectabat. Ibi equi, capella, vestimenta et omnia necessaria sibi et suis, qui ad eum ibi[b] venerunt, munificentia comitis, liberalitate abbatis et vicinarum personarum ad plenum ministrantur. . . . . . .

(64). Innotuit adventus ipsius[1]. . . . Tandem rumor hic domino pape Alexandro tertio divulgatus est, qui erat Senonis. Scisma siquidem erat in sancta Romana ecclesia, proh dolor! et Fredericus, strenuus, si Deum amaret, imperator, cum tota sequela omnium terrarum suarum scismaticos unum, alium et tertium[2] fovebat. Sed et nunciorum regis Anglie adventus domino pape innotuit . . . Affluxere undique quicunque ad curiam domini pape venire poterant de regno Francie, de Burgundia videre et audire tot et tantos nuncios regis Anglorum. . . . . . .

(70). . . . Pro coexulibus eius iunioribus vel medie manus immerito proscriptis plurimi Franci pia compassione regem rogaverunt: rex Francorum aliquibus, imperatrix[3], regis Anglorum mater, aliquibus, comes Flandrensis[4] aliquibus, alii quidem episcopi et comites Gallie aliquibus. . . . . . .

(73). . . . Gillebertus Londoniensis ei[1] sepius rescripsit, sepius pro causa illa etiam[c] domino pape persuadere intendens, regium sanguinem, cum vicerit, vinci[5], ut in partem regis papa ferretur inclinatior et ne asperum quid adversum regem loqueretur occasione archiepiscopi, ne forte in scismate illo generali rex cum omnibus terris suis parti adverse cum imperatore apostatam fovente adderetur, et tunc in threnos[d], ut verbo eius utar, dominus[e] papa totus ire posset[6]. . . . . . .

1166. (97). Vocatus intravit magister Herbertus de Boseham[7]. Rex suis ait de eo: 'En videbitis quendam superbum intrare'. Ipse quidem, statura ut erat procerus et forma venustus, etiam satis splendide erat indutus, habens de quodam panno viridi Autisiodorensi tunicam et pallium ab humeris more Alamannorum[f] dependens, ad talos demissum, ornatum decenter contingentibus suis. Prefata regis salutatione, sedit. Conventus est simili modo, quo Iohannes[8]. . . . De consuetudinibus[9] ait quod dixerat Iohannes et adiecit, mirum sibi videri, quod rex scribi illas fecerat. 'Sunt enim', ait, 'et in regnis aliis alique male consuetudines contra ecclesiam Dei, sed non scripte; ideoque, quia scripte non sunt, spes est maior, quod inspirante regibus Deo exterminentur[g]'. Rex, eum volens capere in sermone, ait: 'Et quenam sunt male consuetudines in regno domini nostri regis Francorum?' Herbertus: 'Consuetudines telonei[h] et pasagii, que etiam a clericis et peregrinis exiguntur. Item obeunte episcopo, bona domus, aes, omnia mobilia, etiam fenestre et ostia exportantur et regis fiunt. Item forte similes vel alie alique male consuetudines sunt, sed non scripte, in regno regis Alemannorum'. Rex: 'Quare in nomine dignitatis derogas ei[i], non vocans eum imperatorem Alemannorum?' Herbertus: 'Rex est Alemannorum; sed ubi scribit, scribit: *Imperator Romanorum semper augustus*'. Rex ait: 'Proh dolor[k]! magna siquidem indignatio, quod hic filius sacerdotis regnum meum perturbat et pacem meam inquietat'. . . . . . .

1170. (121).[1] . . . Nuntium regis iunioris[10] accepit in crastino Iocelinum[l], fratrem regine[11] de Arundello[m], quod nolebat rex eum ad se venire. . . . . . .

a) aliquid *I.* b) *deest I.* c) *deest D.* d) trenos *D. I.* e) dominus papa *des. I.* f) Alemannorum *L.* g) exterminantur *D. L.* h) thelonei *D.* i) *deest L.* k) phudor *D. L.* l) Gocelinum *D. I.* m) de Ar. *om. I.*

1) Agitur de Thoma archiepiscopo. 2) Victorem (IV), Paschalem (III), Calixtum (III). 3) Mathildis. 4) Philippus. 5) *regium — vinci* sunt verba ex epistola Gilberti a. 1165. papae missa (ap. Robertson, 'Materials' V, p. 207) desumpta. 6) *Ne doleatis et tam regem ipsum quam innumeros cum eo populos a vestra obedientia avertatis* ib. 7) E clericis archiepiscopi qui *venerunt Andegavum, a rege beneficiorum suorum ecclesiasticorum restitutionem* petentes. 8) sc. Saresberiensis. 9) i. e. regni Angliae in curia Clarendonensi m. Ianuario 1164. contra conatus ecclesiasticos renovatis et promulgatis. 10) Henrici (III). 11) Adelae Lovaniensis, quae, Henrico I. mortuo, comiti Willelmo de Arundel nupserat.

E VITA SANCTI THOMAE
AUCTORE GUARNERIO DE PONTE SANCTAE MAXENTIAE.

[p. 60][a]. Mes l'abé d'Evesham aveit[1] dunkes[b] mandé, 1162.
Dan Adam de Saint Liz, prudume e renumé;
Ke pur sun paile[c] alast, li aveit comandé.
Dui bon clerc e uns moines i sunt od lui[d] alé
E pape Alisandre unt a Munpelier trové.
. . . .
[p. 50[e]]. A la mer vint li ber[f,1], a Sandwiz eschipa. 1164. Nov
Entre Gravenige e Merc tart al seir ariva.
Ne pout aler a pie; car[g] mult tost s'alassa[h].
Uns granz sollers aveit, ke uns freres li presta;
Entur le col del pie a nuals les laça.
Chäuz est[i] el gravier, quant se hasta d'aler;
Leva s'en; si a pris ses mains a reguarder.
Dunc li unt un jument[k] senz sele fait lüer:
— Car ne porent nul[l] autre a cele feiz trover —
Nis de fain l'aveit fait sis maistre enchevestrer.
[p. 51]. Il orent un vadlet en la greve trové,
A[m] cui un cheval unt pur uit deniers lüé —
E quant puroec ala, mult aveit demuré;
Idunc quiderent estre tuit pris u encusé —;
Cel jument amena[n], Cristïen[o,2] unt munté.
Tut a ars[p] li unt fait dous liwes chevalchier;
Ne mais que d'une chape qu'unt fait suz lui[q] pleier.
Dunc se firent ensemble a Clermareis nagier.
Puis vunt a Saint Omer; ne s'i volent targier,
Mais partut se feseient repundre al herbergier.
Dunc vint a Saint Omer danz Richarz de Luci[3].
De Saint Jame[4] par Flandres sun chemin acuilli,
A[r] l'arcevesque vint, quant parler en öi:
De tut l'acordereit, ço dit, al rei Henri,
Se[s] returnout od lui. Mais il i[t] ad failli.
L'arcevesques[u] respunt: ne volt pas returner,
Car il nel purreit pas en nul sens acorder;
N'a lui ne volt il pas einsi sun cors livrer;
A l'apostolie volt, ço dit, tut dreit aler,
Par ki conseil voldra del tut en tut errer.
Richarz li respundi par ire e par buffei:
'Quant ne volez venir ensemble od mei al rei,
Or vus desfi ge dunc e des miens e de mei!'
L'arcevesques respunt senz ire e senz desrei:
'Richarz, tu es mis huem: si me deis porter fei'.
Richarz li respundi: 'Mun humage vus rent'.
'Jo nel te[v] prestai pas', fait li il erramment,
'Mais[w] de mei ne tendras ja mais veraiement!'
'Ne vus rent', fait li il, 'ne fiu ne tenement,
Mais ne vus afïez des ore en mei neent'.

a) *versus secundum ed. Hippeau, paginas secundum Bekker, qui initio cod. 3. sequitur, designo.* b) Ev. ad sainz Tomas 2. c) pal 3. d) li 3. e) *quae sequuntur Bekker desumpsit e cod.* 1. f) sainz 2. g) e 2. h) se lassa 2. i) Chaut out grant 2. k) une jument li unt 2. l) poeient autre 2. m) de 2. n) cele ju. mena 2. o) i *add.* 1. p) as 1. q) li 1. r) e 1. s) s'il 2. t) li 2. u) *ita* 2 *recte;* arcevesque 1 *saepius.* v) *deest* 1. w) Mes ja mes ne t. de mei, men escient 2.

1) Thomas archiepiscopus. 2) Cf. v. 2009: *K'il puisse estre celez, or est Thomas changés: Kerstïens est numez.* 3) Capitalis iustitiarius Angliae. 4) Compostella.

1164. Dunc enveia li bers al cunte[1] dous abez,
Qu'il li doinse conduit, qu'il seit ultre passez
Par Flandres, u il est venuz e arivez:
Car d'Engleterre esteit priveement turnez
Pur le rei sun seignur, vers qui il ert medlez.
[p. 52]. Li quens li respundi, sun conseil en prendra;
E tant est riches huem qu'en la terre qu'il a,
Ço dit, que un arcevesque retenir bien purra.
Quant l'arcevesques l'ot, a l'evesque en parla,
Celui de Terewane[2], qui la nuit l'en mena.
Car mult cremi de sei, quant le respuns öi;
Mult nota les paroles, que li quens respundi,
Pur ço que li quens ert cusins[3] le rei Henri,
E erent d'un conseil e durement ami.
A l'evesque Milun sun conseil en gehi.
Il ert le jur venuz l'arcevesque veeir;
E quant il s'en ala la nuit en l'oscur seir,
L'arcevesques Thomas, ki mult out grant saveir,
Le[a] conveia la fors; pur desaparceveir
Fist estaindre les cirges, qu'um nel pëust veeir.
'Esteigniez', fait lur il, 'ces cirges alumez;
Laissiez le aler a Deu'! Ensi s'est delivrez.
Il se trestrent ariere, e il esteit muntez
Sur un grant cheval[b] blanc, qui li fu amenez
De la curt cel evesque. Tut einsi s'est turnez[c].
De ses hummes einsi nuitantre s'en embla
Par l'evesque Milun, qui la nuit l'en mena;
De Flandres est eissuz, a Seissuns s'en ala;
L'endemain a ses hummes ariere remanda,
Qu'il alout a Seissuns, a lui venissent la.
. . . .
1167. [p. 100]. Uns altres[4] li[5] pramist altresi grant honur,
Que ja ne li faudreit[d] pur nul humme a nul jur,
N'il ne cremi les reis, l'Engleis ne le Francur,
Aleman ne Tieis, ne duc n'emperëur.
Mais li buens reis de France le retint a sujur.
. . . .
1170. [p. 123]. De sun päis veeir aveit grant desirier,
E des suens ramener od lui e conseillier,
Que li reis Henris out sis anz fait essillier.
A Witsant[e] est venuz, ala par le gravier
Pur esguarder l'oré e pur esbanïer.
Li deiens de Buluigne[f] — Milun l'öi nummer —
Est dunc venuz a lui un message mustrer.
'Sire', fait il, 'ne vieng passage demander,
Mais de part mun seignur un message aporter,
Le cunte[6] de Buloigne[g], qui ça me fist aler;
Ço vus mande mis sires, que vus bien vus guaitiez.
Mult avez enemis d'armes apareilliez;
Par tuz les porz de la estes forment guaitiez;
Se vus i arivez, tuz serez detrenchiez
U mis en grant fermine e en chartre lanciez'.
. . . .

a) l'en 2. b) bl. chev. 2. c) eissi s'en est enblez 2. d) falsist 2. e) Huitsand 2. f) Boloinne 2. g) Boloingne 2.

1) Philippo. 2) Milo Morinorum episcopus. 3) Henrici II. proavia Mathildis fuerat soror Roberti Frisonis, proavi Philippi. 4) Princeps aliquis Gallorum. 5) Thomae, opera regis Anglorum e Francia pellendo. 6) Matthias.

[p. 157]. Randulf del Broc fu dunc[1] chief de l'arceveschié; 1171.
Quanqu'il fist e defist, ert par tout otrïé.
Les rentes e l'aveir ad al rei enveié;
5744 Ja mais tut cil denier n'ierent bien enpleié.
. . . .
5751 Car nuls ne puet aveir en sun tresor fiance;
N'es Brabenchuns n'est pas de la fin demurance,
N'es Flamencs, n'es Engleis, ne en tuz cels de France.
. . . .
[p. 163 a]. Or ad Deus pardunė al rei sun maltalent: 1174. Iul. 13.
Car en cel jur mäime qu'il fist amendement[2],
Parti li quens de Flandres[3] de la mer od sa gent,
Qui voleit Engleterre del tut metre a neent.
. . . .

E VITA SANCTI THOMAE AUCTORE EDWARDO GRIM.

(49.) . . . Demum[4] ad portum Sanwicum perventum est, unde latenter in navicella transmissi, applicant in arena, retracto mari, portum publicum devitantes. Incedentibus autem illis per arenam aliquamdiu ac festinantibus, corruit in terram sanctus archiepiscopus, insolita vestium calceamentorumque grossitudine prepeditus. Erectus vero, manus elevans et inspiciens, ingemuit graviter, magistra premonitus experientia, quam non sit sperandum in incerto divitiarum, quam fallax, quam fugitiva sit omnis vite presentis gloria. Pro copia namque, que illi pro voto aderat paulo ante equorum fortium ac pretiosorum, vix inventum vilissimum iumentum conductum, feno capistratum et sine sella, ut in Christi paupertate et ipse, iam pauper factus pro Christo, incipiat gloriari. Quanta autem trepidatio quantave sollicitudo fugientes occupaverit, ne subito comprehensi reducerentur, quis referet? Denique ad augmentum formidinis apud Sanctum Audomarum, cum iam ulterius occultari non possent, Ricardum de Luci reperiunt, qui pro responso quodam ad comitem[5] missus est. (1164. cf. Guarn.)

(50.) Miles igitur, ut cognovit, aggreditur archiepiscopum, hortatur, ut secum redeat: reconciliabit eum regi. Excusat ille, negat reditum nec se committere audet militi, sciens regis animum implacabilem, cum semel amittitur; papam potius adibit, illius deinceps ope et consilio reversurus. Tumet miles et minatur et, ne in illum confidat, interdicit ulterius, sed magis ut inimicum devitet. Ad hec archiepiscopus: 'Non minas', inquit, 'non improperia merui, sed fidem mihi et subiectionem debes'. Ad comitem mittit vir Dei, ducatum postulans et liberum per Flandriam transitum. Minatur comes, et archiepiscopus ad Dominum suum conversus, qui non deseruit sperantes in se, nec misericordiam amovit a genere iustorum, ipso duce et episcopo Tavernensi[6] auxiliante, nocte eadem liberatus est de ore leonis et de manu bestie et regem declinavit et comitem et Flandriam pertransivit immunis. In crastino autem remandavit sociis, ut properantes post ipsum Suessionem venirent. . . . . . . (Iud. 13, 17.)

E VITA SANCTI THOMAE AUCTORE ANONYMO PRIMO.

(54.) . . . Cum autem ad mare pervenisset et ibi circa littus paucis diebus latuisset, paratum sibi tandem a quodam sacerdote navigium nocte conscendit et prospera, divino nutu fretus, navigatione, cum adhuc noctis pars magna restaret, in partibus Flandrie, non quidem in portu aliquo, sed in sabulo propter cautelam applicuit. (1164.)

(55.) Exigebat igitur necessitas, ut pedes iter faceret; quem laborem insuetum et intolerabilem graviter ferens, sepius in littore lubrico et arenoso vacillans corruebat. Comites vero itineris, videntes tantum virum insolito labore fatigari — iam enim sepius corruendo

a) p. 214. ed. Hippeau.

1) Thoma occiso. 2) Poenitentiam ad sepulcrum martyris. 3) Angliam aggressurus classem prope Gravelinas comparaverat. 4) Haec ex Guarnerii poemate sumta esse, supra p. 22. monuimus. 5) Flandriae. 6) Milone II.

manus leserat et vulneraverat —, non se facile a lacrimis continebant. Die autem facta apparuit eis puer quidam, cui occurrentes rogabant, ut equitaturam quamlibet eis salva mercede sua quereret et adduceret. Qui currens in proximam villam et multam ibi moram faciens, multum eos sollicitos ac pavidos reddidit, ne forte explorator esset aut delator. Tandem tamen rediit, adducens in manu iumentum instratum, cui tantum[a] pro freno funis ex feno confectus a collo dependebat. Sed quoniam necessitas non eligit nec quod vult facit, subiecta[b] eidem iumento cappa, beatum virum desuper sedere fecerunt; talique equitatura per duo fere miliaria usus est. Tolerabilius vero et honestius estimans, si pedes incederet, iterum cepit cum suis ambulare. Cumque quendam vicum ingrederetur, videns eos quedam mulier, mirata est, venerabilemque virum diligentius intuens et nescio quid speciale magnificumque in eius vultu perpendens, labori illius compatiens et volens eis beneficium prestare, festina cucurrit in domum suam, ut baculum quereret, quem ei ad sustentandum porrigeret. Arripiens autem veru quoddam, fumo et fuligine sordidum necnon et adipe piscium, qui ex eo dependerant, madidum atque confectum, ei porrexit. Cuius ille circa se benevolentiam non spernens, quasi pro magno munere gratias egit et quod oblatum fuerat suscepit. Cum vero paullulum processissent, stabat miles quidam in foribus domus sue, accipitrem manu tenens; qui videns quatuor viros religionis habitum preferentes preterire et diligentius intuens eos, ait ad circumstantes: 'Unus ex istis aut archiepiscopus est Cantuariensis aut ei simillimus'. Cui respondit frater Scaillmannus: 'Verene aliquando tu vidisti Cantuariensem archiepiscopum ita gradientem?'

cf. Will c. 62, p. 23.

(56.) Pervenerunt autem ad fluvium, ubi reperta navicula usque Clarum-mariscum navigio pervenerunt. Abbas autem et fratres loci illius, cognoscentes venerandum antistitem, inestimabili gaudio repleti sunt eumque cum omni honore et reverentia officiosissime susceperunt. Mansit igitur occultus apud eos paucis diebus. Interim quidam ex clericis suis, quibus ipse a Northamtona fugiens, ut se sequerentur, mandaverat, ad eum venerunt. Famuli quoque eius, secundum quod disposuerat, cum magna parte archiepiscopalis supellectilis ibi ad eum infra paucos dies venerunt. Interim venit Ricardus de Luci, ad Flandrensem comitem missus a rege Anglorum. Hic audiens archiepiscopum apud Clarum-mariscum morari — siquidem iam de eo sermo circumquaque percrepuerat —, accessit ad eum, suadens diligenter quidem, sed frustra, quatenus una secum in Angliam ad regem reverteretur. Sed intelligens ex responsionibus beati viri se inaniter laborare, cepit ei minari, dicens se de cetero eius futurum inimicum. Cui cum vir sanctus diceret: 'Homo meus es et talia mihi loqui non debes', ille contra: 'Hominium', inquit, 'meum tibi reddo'. Cui iterum archiepiscopus: 'Tu', inquit, 'illud a me mutuo non accepisti'.

cf. Guarn p. 25.

ib. p. 26

(57.) Misit itaque venerandus antistes duos abbates ad comitem Flandrensem, petens, ut ei conductum prebeat, donec transeat terram eius. Comes vero, qui regis Anglorum erat consanguineus et parti eius favebat, respondit, consilium se supra hoc habiturum, addens etiam, se satis potentem, qui unum archiepiscopum in sua dominatione et terra detineat. Quo audito, archiepiscopus suspectam habuit huiuscemodi responsionem, timens, ne forte comes aliquid erga se violenter ageret, ut exinde gratiam sibi maiorem apud regem pararet. Quapropter retulit verbum istud ad Milonem Tarvanensem[c] episcopum, qui tunc forte visitationis gratia ad eum venerat. Erat enim idem Milo de Anglia oriundus, vir prudens valde et magnificus quique archiepiscopum summa devotione et intima dilectione colebat. Communi igitur amborum consilio et industria protractum est consilium inter eos usque in noctem. Cumque iam nox esset et tenebre cuncta occupassent, surgens episcopus, cepit velle recedere; quem archiepiscopus preeuntibus cereis usque ad portam persecutus est. Tunc iussit archiepiscopus luminaria amoveri et, quasi secretius aliquid cum episcopo locuturus, paullulum a circumstantibus avulsus est; sicque ascenso equo albo, quem ei episcopus preparaverat, una cum eodem Tarvanam[d] usque nocte ipsa pervenit. In crastino mandavit suis, ut ei apud Suessionem occurrerent. Tali itaque modo Flandriensis comitis minas evasit et usque Suessionem sine impedimento cum suis Deo protegente pervenit. . . . . . .

a) tanto *ed.* b) *sic cod., ut videtur, pro* superiecta. c) Carvanensem *c.* d) Carvanam *c.*

E VITA SANCTI THOMAE
AUCTORE ANONYMO II. QUI VOCATUR LAMBETHIANUS.

(12). . . . Si vindictam emulabatur[1] in peccantes, non erat qui secum ad iustitiam stare confideret. Ecclesiastica siquidem parum tunc prevalebat censura, pretextu scismatis Alemannici, quod ecclesiam Romanam satis presserat et depresserat. Contra beatum enim papam Alexandrum alio quodam viribus imperatoris in idolum apostolice sedis erecto, sub eius apostasiis Italia tota gemebat, orthodoxo clero partim metu subacto, partim sedibus suis pulso, pesteque cupiditatis alio substituto. Quod dum et in aliis provinciis timebatur, erat quidem remissior prelatorum ecclesie vigor et principum seculi presumptio promptior.

(19). . . . Prospere[1] navigavit in Flandriam, inde viam carpens ad dominum papam 1164.
Alexandrum, qui tunc Senonis residebat. . . . . . .

(30). Iam autem nonnihil virium vis scismatis amiserat, iamque plurimum furor eius
detumuerat; quia princeps eiusdem imperator ab Italia expulsus satis minor existebat, et 1168.
ecclesie Romane vigor magna ex parte revaluerat. In transmarinis quoque populis suis et clero scismatis regem augmentum aggredi non posse sine discrimine maximo manifeste cernebatur, et ob hoc etiam eiusdem excessus in Anglia iuste putabatur facilius reprimendos. . . . . . .

E VITA SANCTI THOMAE
AUCTORE HERBERTO DE BOSEHAM.

EX LIBRO III.

4. . . . Nuntii vero ad felicis memorie Alexandrum tertium Romane sedis pontificem
confestim directi sunt[2], qui de novo propter scisma, quod in Romana tunc ecclesia erat, apud 1162.
Montem-Pessulanum applicuerat et ibidem per aliquod tempus moram fecerat. . . . . . .

20. Et ecce, quia post modicum felicis memorie tertius Alexander papa per universam catholicorum ecclesiam — erat quippe in Romana ecclesia tunc scisma — concilium
convocat, unde et archipresul noster, qui in omnibus magnus, magnificentissime quidem 1163.
ad transfretandum se parat . . . Mare ingreditur et in Flandria, in portu qui dicitur Graveshende[a] applicuit prospere, cum magno quidem et magnifico apparatu. Cui mox in ipsa maris ripa nobilis Flandrie et Viromandie comes Philippus et in crastino terre illius proceres et nobiles occurrerunt, omnem honorem exhibentes certatim et sua et que poterant offerentes. . . . . . .

38. . . . Et quia eo tempore ratio redituum et totius archiepiscopatus generalis pen- 1164.
sio fiebat, precepit, ut exsculperem, si quid possem, et ad transmarina, ad castrum videlicet illud opinatissimum Sancti Audomari in Flandria, accelerarem et in nobili et omni religione prospicuo monasterio Sancti Bertini ipsius certissime prestolarer adventum; illic favente Domino sine occasione venturum se asseverans, nisi aut captio aut mors ipsa impediret. . . . . . .

EX LIBRO IV.

2. . . . Rex scripto suo pie recordationis Ludovico tunc regi Francorum[3] et nobili comiti Flandrie Philippo conquerendo intimavit, Thomam quondam Cantuariensem archiepiscopum — talis quippe erat scripti conceptio — a regno suo tanquam proditorem fugisse, et ne eum in terra sua reciperent[b]. . . . . . .

3. . . . Die vero animarum, qui fuit tertia feria, quintus decimus dies ab illa tertia Nov. 2.
feria, ab illo die Martis, quo apud Northamtune pugnarat ad bestias[4], nocte parum ante diem absque omni vectura in scapha intravit mare et circa vesperam applicuit in quodam maris littore, quod a vulgo terre dicitur Oye in Bolonia, per unam leugam distans a portu

a) Graveninges *Quadrilogus*. b) reciperet *c*.

1) Thomas. 2) A Thoma in Cantuariensem archiepiscopum Ion. 3. consecrato. 3) Epistola ab Henrico II. ad Ludovicum VII. missa exstat ap. Robertson, 'Materials' V, p. 134. 4) Dies Nov. 2. erat dies lunae et vicesimus post curiam Northamptoniae.

1164. qui dicitur Graveninges. Et ivit vir Dei pedes quantum potuit; sed parum potuit, eo quod cum modicum vas marinum intrasset, scapham, ut diximus, per crebros et profundos maris iactus non parum fuisset ex mari fatigatus. Unde et post modicum iter reclinavit in terram, non valens procedere, et dixit fratribus qui cum eo erant: 'Hinc non recedam, nisi vehar a vobis aut queratis mihi vecturam'. Et quesierunt ei iumentum pro uno argenteo; et quidem iumentum hoc non frenum, sed tantum plectam[a] circa collum habebat. Et posuerunt vestimenta sua supra dorsum et eum desuper sedere fecerunt. . . . . . . Tertia itaque feria,
Nov. 2 que dies animarum fuit, in transmarina applicuit et in vespera Graveninges venit.

4. Et cum sero recubuisset una cum tribus fratribus vie sociis, ab hospite suo in fractione panis agnitus est, cum tamen in mensa non magis ipsi quam alii deferretur, immo minus, utpote qui in mensa primum nequaquam teneret locum, sed extremum. Qui etiam per totum hoc itinerarium suum, sicut habitu ita et nomine mutato, a confratribus suis vie sociis frater Christianus vocabatur*, nomen Christiani sortitus pro proprio, totum ob id, ne potuisset agnosci. Verum cautus hic hospes notavit, quod pre ceteris recumbentibus singularem haberet vescendi modum et in distributione affectum. . . . Videns itaque hominem in modo edendi, in corporis qualitate et gestu ceteris longe dissimilem, existimavit mox, se magnum aliquem virum in hospitio suo suscepisse, et pro certo suspicabatur, Cantuariensem hunc esse archiepiscopum, eo quod iam densus in terra circumquaque percrebruerat rumor, Cantuariensem sic a Northamtune clam recessisse et iam in partes illas aut applicuisse aut in proximo applicandum fore. Hospes igitur confestim rusticam suam seorsum vocavit et instillavit secretius, Cantuariensem esse, quem hospitio susceperat. At illa impatiens, vix verbo exaudito, ad mensam properat, et post modicum intuitum mox rediens et subridens: 'Certe', inquit, 'bone vir, ipse est'. Rustica igitur mox sollicitior circa ministerium discurrit, festinat et nunc nuces, nunc poma, nunc caseolum ante fratrem Christianum apponit. Frater vero Christianus, suspicans se iam ex aliquibus indiciis deprehensum, carere mallet his, que rustica affectuose apponebat, et tamen dissimulat. Cena autem facta, hospes cum nova vultus hilaritate accedit propius. Quem cum frater Christianus supra sedem iuxta se ponere voluisset, hospes constanter renuit, in terra secus ipsius pedes sedens. Et post modicum: 'Domine', inquit, 'gratias ago Deo, quod dignus fui, ut sub tectum meum intrares'. Cui mox frater Christianus: 'Quis igitur sum ego? Nonne ego quidam pauper frater sum et Christianus dicor?' Et hospes: 'Certe', inquit, 'quicquid dicaris, scio te magnum virum esse et Cantuariensem archiepiscopum'. Igitur cum frater Christianus nullis verborum involucris ab hospite suo se potuisset evolvere, quin horum alterutrum necesse haberet, aut de se veritatem fateri constanter aut diffiteri mendaciter, confessus est, quod ipse est, et non negavit. Et ne se proderet, hospitem suum blandis demulcens, secum duxit in crastino. Ecce quam longa viri Dei pericula, qui etiam iam in portu periclitabatur!

5. Rex quippe nobili comiti Flandrie Philippo, germano suo et amicis suis magnatibus terre scripto[1] iam et verbo disseminarat, Thomam quondam Cantuariensem archiepiscopum — talis enim erat scripti conceptio — de regno suo tanquam proditorem suum fugisse; unde et quam longa manus regia, tam longa pericula regiam manum fugientis, et ideo omnia plena suspicionibus et securitas nulla. Causa etiam, qua in illis partibus prodi metuerat, erat ea[b], quod domino rege Anglorum procurante Matheus, frater comitis Flandrensis Philippi, tunc Bolonie comes, cum abbatissa quadam, filia[2] Stephani quondam regis Anglorum, matrimonium profanum et omnibus post futuris seculis detestandum contraxerat, archipresule, tunc regis cancellario, propter facti enormitatem contradicente et quoad potuit reclamante, unde et comes Bolonie extunc perfecto eum odio oderat. Erat

*) et habitum et nomen mutaverat proprium, nunc se vocari faciens Hermannum, quod Anglice sonat 'Hic homo', nunc vero fratrem Christianum *addidit Herberto s. XIII. in. Thomas*, a viro egregio, abbate scilicet Aegidio de Alna, monasterio territorii Leodinensis rogatus, *ut Vitam s. Thomae scriberet (ap. Giles inter Anecdota Bedae p. 250).*

a) *ita Quadrilogus*, prolectam *cod. Atrebat.* b) eo *ed. Rob.*

1) Hoc deperditum videtur; sed verba quae sequuntur occurrunt in epistola cuius supra p. 29, n. 4. mentio fit. 2) Maria, a. 1160. V. Sigeb. Auctar. Afflig., SS. VI, p. 404, et Radulfi de Diceto Ymag. Hist. I, p. 303.

quidem sic; verebatur itaque ipse, nec igitur sine causa in partibus illis manifestari se 1164. noluit[a], unde propter crastine diete longitudinem et vie difficultatem et insidias, quas verebatur, in crastino summo diluculo arripuit iter, et de Graveninges pedes ivit vir Dei tota ea die, via admodum lutosa et lubrica, tempore presertim hiemali, et circa noctem venit ad monasterium de sancto illo ordine Cisterciensi, quod in terra dicitur Clermareis, ad supputationem indigenarum iter duodecim leugarum terre ea die conficiens. Est autem monasterium hoc situm prope illud castrum nobile, quod supra nominavimus, Sancti Audomari.

6. In hoc autem monasterio discipulus qui scripsit hec, circiter quatuor quinqueve dies preveniens, sicut supra diximus, sibi iniunctum domini sui prestolabatur adventum, in nobili videlicet et omni sanctitate preclara abbatia Sancti Bertini. Unde mox in adventu domini nuncio accepto, eadem nocte veni, et quidem gavisus sum viso domino, nihilominus et compassus, audiens, ipso videlicet mihi referente tunc itineris sui difficultates et pericula. . . . . . .

7. . . . Eadem itaque nocte qua et archipresul dicti regis nuncii mare intraverunt et eadem die qua et archipresul ad castrum Sancti Audomari venerunt. Et quia celebre erat in terra, quod Cantuariensis archiepiscopus ad monasterium illud de Clermareis, ad quod iam venit, adventare proposuerat, eadem nocte post nocturnam synaxim decantatam intravit stagnum quoddam grande et spatiosum, supra quod monasterium illud situm est, et in scapha venit ad locum[1] quendam abditum, aquis septum, qui ab incolis dicitur Eldemenstre[b], quondam hermitorium beati et gloriosi confessoris Bertini. Verebatur quippe, si in monasterio illo usque in crastinum moraretur, forte ad aliquorum indicia indigenis et presertim regis nunciis revelari in crastino, qui forte ad videndum eum diverterent, et videntes eum sic, fieret opprobrium abundantibus et despectio superbis, et insultarent de facili, quod cf. Ps. 122,4 fatue et inconsulte de tanta quondam fortuna ad tantam nunc miseriam devenisset. Unde et eadem nocte se subtraxit et in dicto hermitorio per tres latuit dies, et in quarto ad petitionem sancte memorie Godescalli tunc abbatis et conventus loci ad abbatiam Sancti Bertini venit, et, tanquam diebus nubis et caliginis aliquantulum serenatis, veri solis radius mundo iam sensim oriens et ostendens. Sed archipresulem in dicto Sancti Bertini monasterio apud Sanctum Audomarum dimittentes adhuc, prius viam et actus nunciorum prosequamur. Qui mox in crastino sui adventus a Sancto Audomaro recedentes . . . litteras ipsi[c,2] nomine regis Anglorum porrexerunt, quarum forma illis similis, quas supra diximus comiti Flandrensi directas. . . . . . . Discipulus vero qui scripsit hec et quidam alius de archipresulis societate, cautus quidem et eruditus, de consilio archipresulis et precepto nuncios quotidie, nescientibus ipsis, e vestigio sequebantur. . . . . . .

8. . . . Ad dominum papam accelerabamus et venimus Senonis, quo nuncii proxima die que precessit nos prevenerant. . . . Artabatur itaque Romanus pontifex, cernens regis iuventutem et dominationem amplam et durum illud et dirum quod tunc erat in Dei ecclesia scisma; metuebat, quod, si rex pateretur repulsam presertim per tam magnos et honoratos facte petitionis, maior in ecclesia scissura fieret, quod et ipsi qui missi, presertim laici, minabantur. . . . . . .

9. . . . Archipresul vero, quem supra in Flandria adhuc apud Sanctum Audomarum in preclara et religiosa Sancti Bertini abbatia dimisimus, propter terre, quas, ut supra diximus, verebatur, insidias, paucas ibi faciens dies, noctu Flandriam egreditur, sed in equis et comitatu multorum. Siquidem bone memorie Milo, tunc Tervanensis episcopus et supra nominatus Sancti Bertini tunc abbas ipsum propter vie securitatem comitati, eduxerunt de terra et ad inclitam Galliarum civitatem Suessionem perduxerunt. . . . . . .

11. Verum in crastino a quibusdam cardinalium . . . archipresul, tanquam familiaribus suis et faventibus sibi, benigna quadam et amicabili est asperitate obiurgatus, quod diebus illis tam malis, tempore videlicet scismatis, et inter ruinas ecclesie contra principem

a) voluit *ed. Giles.* b) Ealdemunstre, Aldmunstre, *Quadrilogi codd.* c) ipsius *c.*

1) 'Nunc vicus Saint-Mommelin appellatur uno miliari ab Audomaropoli', Mabillon ad Folcardi Vitam S. Bertini, Acta SS. Bened. III, 2, p. 104, ubi nostrum citat; cf. Folcwinum, SS. XIII, p. 608. — Folcardus, qui e Sithiensi monasterio Cantuariam emigravit, fortasse Vitam Bertini secum apportavit. 2) Ludovico VII.

1164. suum, contra potestatem tantam se erexerit. . . . Respondit: '. . . In hora hac et potestate tenebrarum, tanto videlicet imperatore Frederico et tanto antipapa Octaviano, scismaticis tam insignibus, in catholicos principes, qui ab ecclesia non recesserunt, sed persistiterunt, etiam multum delinquentes, nequaquam Petri gladium exerendum[a] fateor, sed reponendum, ut dicitis, ne forte in ecclesia Dei scissura deterior fiat. . . . Attamen qui scismatici habentur, christiane sunt fidei professores, ecclesiam quidem vulnerantes, perimentes minime, miserante Domino, ad Romane ecclesie obedientiam reversuri in brevi . . . . . .'

17. . . . . . . In Romana vero ecclesia, ut supra iam diximus, durum scisma tunc erat, tanto imperatore Frederico et tam generoso viro Octoviano antipapa tunc divisis ab ecclesia et facientibus scisma; unde, nec sine causa magna, videbatur tunc maioris adhuc et durioris scismatis causa, si in tantam potestatem, Anglorum regem dico, etate iuvenem et in cismarinis et transmarinis tam late et tam magnifice dominantem, gladio Verbi exerto, ab ecclesia separaretur; ne forte, rege iuvene et tam potente ob id commoto, facile ad partes ecclesie inimicas transiret. . . . . .

EX LIBRO V.

1170. 5. . . . Repatriantes venimus in Bolonensi territorio ad portum qui dicitur Witsant. . . . De sociis nostris ingessit se unus bone memorie Gunterius[b.1] nomine, homo simplex et timens Deum. . . . Et dissuasit in Angliam tunc reverti. Et archipresul cito post dirigens verbum ad discipulum qui scripsit hec . . .: 'Et tu', inquit, 'quid dicis?' Et discipulus: 'Domine', inquit, '. . . . si in Flandriam seu in peregrinationis nostre terram regredimur, vertetur id nobis in confusionem et ignominiam, et erimus oneri qui hucusque fuimus honori'. . . . . .

EX LIBRO VII.

1. De catalogo eruditorum Thome. . . . . . .

(2). Inter eruditos vero Thome eruditissimus preclarus quidam sicut natione et nomine Lumbardus, de preclara civitate Placentia oriundus, . . . in sapientia et scientia magnus effectus est. Hic discipulus, tempore quo vacabat quietis et otii, magistrum in exilio canones docuit. Ad cuius etiam docentis pedes quotidie sedebat discipulus qui scripsit hec. Nobiscum semper [erat[c]] comes individuus, quousque tandem ob preclara ipsius merita ad
1171. Romanam ecclesiam ab exilio vocatus et sancte Romane ecclesie cardinalis effectus, demum per Romanum pontificem in Beneventanum[2] archipresulem promotus est. . . . . . . (5). Post hunc Reginaldus, natione Anglus, sed sicut educatione et cognomento Lumbar-
1174. dus. . . . In Bathoniensem episcopum promotus est[3]. (6). Post hunc nomine et fama celebris Girardus nomine proprio, cognomento Puella, natione Anglus. Iste post longos potus turbidarum aquarum Syor[4] hausit sibi tandem purissimas de fontibus Syloe.
1183. . . . In Conventrensem episcopum promotus est. . . . . . . (16). Post hunc Gunterius[5] cognomento de Wintonia, unde et oriundus; homo simplex et rectus, timoratus et sine querela. Cui quod defuit in scientia commodius ipsi desuper est suppletum in vita. . . . . . . (18). Fuerunt adhuc et duo, unus dictus Rotholandus, alter vero Harialdus, natione Lumbardi, viri quidem industrii et prepotentes in litteris, quos pater noster iam peregrinans vocavit ad se. Quibus intuitu litterature sue et prudentie, cum pauca haberent, de sua paupertate communicabat, per annos singulos primo, quem prenominavimus, marcas decem, alteri vero centum argenteorum solidos singulis peregrinationis sue annis largiendo. (19). Superest de hac nostra domini nostri beati martyris societate unus adhuc, domino nostro carus admodum et acceptus, quem quidem pono per se, quasi singulariter magnum et magnifice singularem et etiam quia[d] vocatione inter novissimos. Hic est Humbertus

a) exercendum *ed. Giles.* b) Guntarius *D ap. Rob., fortasse c. Phillipps* 4622. c) *add. ed. Giles.* d) in *add. cod. Coll. Corp. Christi Oxon.*

1) Flandrensis epistola Henrico II. a. 1171. a clericis regis missa (in Gest. Henrici ed. Stubbs I, p. 21.) vocatur; Herbertus autem aliter, v. infra VII. 1. 2) Inter canonicos Beneventanos tunc fuit ille Alanus, cuius opere supra p. 22 sq. usi sumus; cf. Robertson, 'Materials' II, p. XLIV. 3) Electus in archiepiscopum Cantuariensem mortuus est a. 1191. exeunte. 4) Reinaldo archiepiscopo Coloniensi amicitia et servitio erat coniunctus et conabatur Iohannem quoque Saresberiensem Coloniam attrahere, qui plures epistolas ei misit; cf. Schaarschmidt, 'Johann von Salisbury' p. 274; Prutz, 'Friedrich I'. p. 341. 5) Ab aliis Flandrensis vocatur v. supra n. 1.

nomine proprio, natione Lumbardus, de inclita illa civitate que Mediolanum dicitur oriun-
dus, vir opere plurimum potens et sermone. Qui sicut de virtute ad virtutem, pariter et per
ecclesiasticos ascendens gradus, cum adhuc exularemus, primo fuit Bituricensis archidia-
conus et tunc a domino nostro vocatus, de nostra societate factus est quasi unus ex nobis.
Postea vero ob preclara ipsius merita in Mediolanensem archipresulem, unde et ortus
fuerat, est promotus. Et exinde primo secundove huius promotionis sue anno in omnium
patrem et patronum est conversus, de archipresule in summum Romane sedis pontificem 1185.
sublimatus, hodie totius ecclesie rector, sicut re et nomine Urbanus tertius.

EX EIUSDEM LIBRO MELORUM.

II. 5. . . . Occisores[1] hi, multarum possessionum domini et in etate illa inter etates
florida magis et lubrica, cito tamen post patratum sacrilegium, relictis omnibus, Iherosoli- 1170.
mam profecti, publicam egerunt penitentiam. . . . Horum[a] tamen unus, . . . cum in regno
regis Siculi apud preclaram illam civitatem que Cusentia dicitur in infirmitatem decu-
buisset extremam, . . . neomartyris[1] indulgentiam[b], suffragium et patrocinium cum summa
contritione, gemitibus et suspiriis inenarrabilibus incessanter implorabat . . . Willelmus
de Traci hic erat . . . Supradicte civitatis episcopus[2] certissime retulit sic, Willelmi illius
in hac infirmitate confessor. . . . . . .

EX FRAGMENTIS

cod. Lansdowniani 398.

I. Proh dolor, sanctam ecclesiam Romanam et ecclesiam Anglorum seminator ziza- f. 45.
nie inimicus gravi dolore afflixit, gravi ulcere vulneravit. A seculo non est auditum,
fuisse in Romana ecclesia aliquod scisma, quod non finiretur vel utroque electorum super-
stite, ut legitur de Symmacho et Laurentio — Symmachus enim, in sede apostolica confir-
matus, Laurentium ex misericordia Nucerinum pontificem constituit —, vel saltem morte alte-
rius electorum. Nunc autem adeo multiplicata sunt mala, adeo invaluit dissensio, ut, Octa-
viano in scismate defuncto, secundum iam et tertium idolum elevatum sit, et ab unitate 1168.
sancte Romane ecclesie et catholici pape Alexandri audientia et obedientia imperator
Fredericus cum tota sua sequela discesserit sub iuramento[c]. Sed miserator et misericors
Dominus matri nostre ecclesie Romane pacem provideat et donet unitatem! . . . . . .

Ut commemorem de maxima ira regum christianorum, tamen ad consequentiam non
trahenda, sed ut infra illam longe subsistant principes, Rogerus, Sicilie, que de iure
domini pape esse deberet, invasor et violentus incubator, domino pape reclamanti infe-
stus, episcopis Sicilie, ad concilium summe sedis se evocatos esse dicentibus et ad iter
se preparantibus, ait: 'Equidem obedientiam[d], quam Deo et domino pape debetis, vobis
non inhibeo, sed equi et omnes possessiones regni mei mee sunt; pedites ibitis'. Illi, gau-
dentes, quod aliquam contumeliam paterentur pro Christi nomine, pedestre iter arripiunt
usque Beneventum[e]. Quo audito, dominus papa, eis de virtute obedientie gratiam ha-
bens, pedestrem ad concilium veniendi remisit eis necessitatem et mandavit redire ad
propria. . . . . . .

III. . . . Iterum autem atque iterum rex[3] perpendens, quia supplicationibus nihil proficeret,
sed magis curiam Romanam exasperaret, domino pape nuntios et huiusmodi mandatum
direxit, ut, si in eum durius aliquid ageret, ipse parti scismatice adhereret, que tunc in
Alemannia scismate Octoviani aberraverat, vel ipse apostolicum suum tertium in terra
sua faceret et pro curia Romana in nullo ulterius obsecundaret. Et horum fortassis alte-
rum fecisset, nisi consilium et voluntas Lodovici regis Gallie simul et timor et proprius
pudor restitisset; sapiens enim semper in malefactis pudorem veretur. . . . . . .

a) Quorum *cod. Atrebat.* 649. b) indulgentias *cod. Corp. Coll. Oxon.* c) *lacuna in c.* d) obedientia *c.* e) Bone-
ventum *c.*

1) Thomae. 2) Rufus. 3) Henricus II.

E MIRACULIS SANCTI THOMAE A BENEDICTO MONACHO CANTUARIENSI COLLECTIS.

Prologus. . . . Hec est etiam lux[1], per quam occidentalis ecclesia in initio scismatis illuminata divisit lucem a tenebris et, Octoviano repulso, catholicum papam Alexandrum sibi in pastorem elegit. Qui si esset scismaticus, nequaquam martyr noster a tanta labe transisset immunis nec picem tetigisset, quin ab ea inquinatus fuisset. . . . . .

EX LIBRO II.

30. Novimus enim viri natione Flandrensis, civis vero Cantuariensis Ertini[a] coniugem Mathildem nomine. . . . . .

51. Canonicum et camerarium ecclesie sancte Frideswithe de Oxenefordia Robertum[2] diarrhoea nimis attenuaverat. . . . Prior, magister Robertus de Crikelada . . . nobis postea, salutatione premissa, rescripsit sic:

52. *Preteritis*[b] *iam ferme duodecim annis aut eo amplius, cum essem in Sicilia et vellem transire a civitate Catinia usque ad Syracusam, ambulabam secus mare Adriaticum: sic enim se protendebat via. Flatus austri cum estu maris, quod erat in sinistra, inflaturam in pedem et in tibiam meam cum rubedine pessima intulit. Sed in perendinatione, qua perendinavi apud Syracusam, fomentis adhibitis et emplastris, convalui et perfectius, cum reversus Romam, illic pharmacia purgatus sum, nec in toto reditu meo in Angliam quicquam eiusmodi sensi.* . . . . . .

EX LIBRO III.

55. Corruerat aucupis Flandrensis Radulfi[3] filia et, crure confracto, sanari non poterat. . . . . .

EX LIBRO IV.

17. Homo quidam apud Sanctum[c] Audomarum Lambertus nomine fecit cenam magnam. . . . Iuvenis Alelmus, qui unus erat ex recumbentibus, pastillum incidendum arripuit et, evadente cultello, pollicem sinistrum usque ad unguis medietatem fidit. . . . . .

18. Infirmatus est in gremio materno Weremundus fere trimus, Wielardi filius apud Beitinum[4]. . . . Querentibus illis aquam martyris, erat qui diceret, haberi eam in pago[d] vicino mille passuum intercapedine disparato. Quod cum audisset pater, festinavit ad locum, reversusque aquam a Tetione, Hertranni filio, susceptam pueri iam fere exanimis ori infudit. . . . . .

19. Tetionis prenominati filius Hermerus . . . percussus est passione miranda . . . Pater . . . audiens autem apud portum Witsandi in ecclesia beati Nicholai de reliquiis martyris Cantuariensis haberi, illuc divertit. . . . . .

20. Ab eodem Tetione aquam suscepit in vasculo Vidochus de Anoch. . . . . .

23. De confinio Tavernensis[5] et Pontivi[6] tres egrotos suscepimus: Ernaldum fratremque eius Ernulfum et eorum vicinum Amalricum. . . . . .

37. Plenam demonio mulierculam, Matildem nomine, de partibus Colonie[7] adductam conspeximus et coram nobis mire insanientem abhorruimus. Nam et linteum, quo solo corpus contexerat, in minutias scidit et cuidam eam amovere volenti non fictis viribus alapam impegit. Parvulum etiam sibi occurrentem suffocasset, nisi a circumstantibus citius fuisset ereptus. Alligata itaque coram martyre, quasi quatuor aut quinque horas insanivit, donec eam per sanitatis beneficium respexit. Expulsus vero spiritus nequam inhonesta egressionis sue reliquit vestigia. Illa quoque in se ipsam paulatim rediens, in crastino sibi ex integro restituta est. Retulit autem idiomate suo, nobis vix intelligibili, vidisse se in somnis martyrem, pontificalibus indutum, habentem per obliquum faciei tractum illum sanguinis, de quo et in Passione eius fecimus mentionem[8], et infirmitatis sue modum percunctantem, se vero ostendisse sciscitanti et corporis passionem et mentis. Tunc sanctum promisisse sanitatem sibi et ad apostolorum limina seu etiam beati Iacobi ecclesiam iter peregrinationis iniunxisse, sic eam absolvendam esse promittens. Querentibus etiam nobis, qualiter in insaniam conversa fuisset, narravit, quod frater suus iuvenem, qui eam temere diligebat, occiderit, unde et se ipsam amentia correptam parvulum suum, die precedenti baptizatum, pugno percussisse et sustulisse de medio. Discessit igitur a martyre sana et leta, criminis sui tantum venieque sollicita.

68. Quanta sit calculosis anxietas, miles Flandrensis Girardus[9] de Samford in se ipso expertus est. . . . . .

a) Eytini *c. Trin. Cantabr.*, Eitini *c. Paris.* b) pre ceteris *c. Lamb.* c) *deest c. Paris.* d) a vic. *c Lamb.*

1) Thomas. 2) Hic quoque Vitam s. Thomae nobis deperditam scripsit, qua auctor quidam Islandicus usus est; cf. quae Magnussen in 'Academy' a. 1880, p. 385. docuit. Praeterea de Roberto v. Wright, Biographia Britann. lit. II, p. 186. 3) Fortasse idem, cuius Willelmus Mirac. VI, 147. mentionem facit. 4) Béthune? 5) Thérouanne. 6) Ponthieu. 7) Cf. in Chron. Reg. Colon. p. 123. caecum quendam b. Nicolai ecclesiam adientem, scilicet in vico Harbledown vocato prope Cantuariam. 8) *Facies tamen a cruore prorsus immunis apparuit, excepto tractu quodam gracili, qui a dextra frontis parte in faciem sinistram per transversum nasi descenderat.* Fragmenta Passionis s. Thomae auctore Benedicto, ed. Robertson, 'Materials' II, p. 15. 9) Alium, ut videtur, Gerardum Flandrensem per Thomam curatum esse, narrat Will. Cantuar. Mirac. III, 21. VI, 72.

73. Sequestrandus erat a communi hominum habitatione iuvenis Flandrensis Girardus de Lilla, ne lepre contagio, qua fervebat, contaminaret alios. Sustinuerant autem illum concives multo tempore, utpote non abiecte natum plurimumque dilectum, donec tandem manifesta colluvione tristem expulsionis sue excepit sententiam. . . . . . .

87. Scripsit etiam nobis miraculi cuiusdam veritatem requirentibus venerabilis abbas Sancti Remigii Petrus, inter alia dicens: *De monacho Montis-Dei*[1] *nomine Gaufrido refero que veraciter gesta partim ab*[a] *ipso, plenius a monacho nostro*[b], *qui tunc temporis ibi scribebat, audivi. Forte ab Anglia carta miraculorum sancti Thome ad nos devenerat et a nobis ad fratres de Monte-Dei. Iam dictus frater, turgidus et inflatus toto corpore ut vere hydropicus, cellam egredi non poterat. Accepta itaque cum fide et invocatione sancti nominis carta, tetigit pedes suos et tibias et totum corpus suum, et in tantum convaluit, ut, parvo tempore interposito, ad ecclesiam et ad officia sua, non tamen ex toto curatus, rediret.*

EX LIBRO V.

4. Pater omnipotens . . . percussit Hugonem de Hembegim[c. 2] lepra repentina. . . . . . .

EX LIBRO VI.

4. . . . Redeunte igitur rege Anglie Ricardo a peregrinatione Ierosolimitana, eoque capto et ab 1192.
imperatore Alemannie detento, rumor falsus, qui eum iam Rotomagum venisse diceret, in Anglia percrebuit pluresque regni magnates in occursum eius excitavit. . . . . . .

6. . . . Agnoscens igitur episcopus[3], quis esset sanctus, qui fecisset ei in captivitate misericordiam, illum adire decrevit. Verumtamen, quia reges Tharsis, cuius ipse tunc erat episcopus, apud Coloniam requiescere audierat, voluit et per eos iter facere et ad martyrem liberatorem suum[d] pertransire. Veniens autem in partibus Austrie, incidit in latrones, qui ei omnia, que auferri poterant, preter sola corpora abstulerunt. Quo facto, habita cum suis deliberatione, quid facto opus esset, omnes unanimi consilio decreverunt, deficiente viatico, via qua venerant reverti, hinc occidentali[e] tam remota distantia una cum viarum periculo dissuadente progressus, hinc rei familiaris inopia, quam ferre patienter non poterant, persuadente recursum. Nocte igitur, qua cum crastino repatriare proposuerant, apparuit beatus Thomas tertia vice episcopo, dum dormiret, conturbatus. . . . Mane enim facto, ad primam, que in via se offerebat ecclesia, episcopo divertente, cum suos casus et causam peregrinationis exposuisset, rector ecclesie illius e vestigio septem libras argenti probate Coloniensis monete larga et liberali manu iuxta promissum martyris erogavit. Deinde per Alemanniam transiens, invenit, qui ei non solum sufficienter necessaria inveniret, verum etiam qui ei adeo affluenter effunderet, quod ipse comprovincialium paupertati plurimum subveniret et de sua abundantia aliorum copiose sublevaret inopiam. Demum vero mari transito ad memoriam martyris veniens . . . liberatori suo gratiarum multiplices retulit actiones. . . . . .

E VITA ET MIRACULIS SANCTI THOMAE A WILLELMO MONACHO CANTUARIENSI EDITIS.

EX VITAE LIBRO I.

8. . . . Consecratus vero[4] infra tres menses consecrationis sue ad exponendam fidem 1162.
suam palliumque suscipiendum, quia in propria persona proficisci non potuit, mittens ad Montis-Pessulani [civitatem[f]], pallium transmissum accepit. Ea enim tempestate pontifex Romanus Alexander, vir magnus et sanctitatis exemplum, Gallicanis in regionibus scisma Romane ecclesie declinabat. . . . . . .

33. Egressus itaque de loco certaminis[5], apud quendam heremitam quasi dies 7 et inde 1164.
passim per monasteria delitescens, tandem in fragili scapha a portu Sandwico[g] duorum sacerdotum remigio transpositus est in Flandrias[6] iuxta castrum quod Merc[7] Flandrenses appellant. Unde pedestre iter arripiens, mutata veste, sensit primitivas exilii sui molestias. . . . Fatigatus autem ex modico itinere, conducto iumento imponitur, cui, suppositis comitum suorum vestimentis, insidens, Christi prefert Ierosolyme triumphantis imaginem. Et paululum progressus, quosdam de more gentis illius armatos obviam habuit. Quibus percunctantibus, an archiepiscopus ipse Cantuariensis esset, vigilanti verbo respondit[8]: 'Siccine

a) ad *ed. Rob.* b) vestro *c. Lamb.* c) Amblengim *c. Trin. Cantabr.* d) suam *ed. Rob.* e) occidentalis *ed. Rob.* f) *cod. Wint. in marg.* g) Sandwico *add. manus recentior c. Wint.*

1) Mont-Dieu prope Sedan. ROB. 2) Ebblinghem prope S. Audomarum; cf. Will. Cant. Mir. IV, 20. 3) Gregorius episcopus Tarsensis, Barduwini principis de Luca filius, frater reginae et avunculus regis Armeniae, a Saladini filio captus, a mercatore quodam Syro pecunia redemptus, interrogaturus, cuiusnam sancti meritis liberatus fuerit, Innocentio III. pontifice, Romam venit. Sed in somno sancti Thomae monitis excitus ulterius profectus est. 4) Thomas. 5) Northamptonia. 6) Cf. Ioh. Saresb. supra p. 22. 7) Mardyke? 8) Cf. similes narrationes Alani, Willelmi, Anonymi I, supra p. 22. 23. 28.

1164. Cantuariensis archiepiscopus phaleratus incedit?' Et non est cognitus ab eis, quamvis de se testimonium perhiberet. Dehinc navigio vicum qui nomine sancti confessoris Audomari vocitatur advenit. Contigit eodem tempore Ricardum quendam de Luci, familiarem regis[1], de peregre redeuntem, ad eundem vicum devenire; qui, audito archipresulis egressu a Britannia, promisit se ei gratiam regis, si rediret, redditurum. Presul vero se non credebat ei, timens laqueos, quos evaserat. Ille, quem reducere non potuit, diffiduciatum dimisit et debitam domino patrique suo reverentiam non exhibuit.

34. Exul vero mittens significavit comiti Flandriarum[2] causam discessus sui a Britannia, petens sibi per terram eius transeunti conductum dari. Et accepto responso a comite, quia potens est ei apud se residenti necessaria subministrare, verba posuit in corde suo et suspectam habuit cognationem regis et comitis. Sed de consilio Tervanensis episcopi[3], qui se visitare venerat, tanquam deducens eum sub crepusculo noctis revertentem ad propria, de medio Flandriarum evasit. Mane vero suos, quos tristes et dubios reliquerat, Suesionem venire iussit.

37. . . . Senonis profectus, in consistorio se presentavit. Ibi enim Romanus pontifex imperatoris Frederici, qui Germanicam Octaviano suo subiecerat ecclesiam, scisma declinabat. . . . . . .

1165. 43. Igitur Senonis archiepiscopo Cantuariensi sub apostolica protectione residente, rex Anglorum indignissime ferens, quia suis in petitionibus ipse repelleretur, a quo suus protegeretur adversarius, presbyterorum bona per diocesim Cantuariensem decedentium et vacantes ecclesias occupavit, pro voluntate personas instituit et se ab Alexandro papa, quem iam Dominus Romane misertus ecclesie in sedem suam revocarat, abalienavit.

44. Unde dolorem suum in fide vindicaturus, clericos duos[4] misit ad imperatorem Alemannorum Fredericum, qui coacto concilio[5] de pace Romane ecclesie tractabat, mandans, quod, si nomen et obedientiam Alexandri pape abiuraret, participem se scismatis haberet cum episcopis et archiepiscopis suis. Ille cum scismatis fautores haberet, de consilio Coloniensis archiepiscopi, qui Octaviano extincto successorem[6] iam suscitaverat, consensit. Iurantibus itaque cum imperatore suo optimatibus, et episcopis quibusdam volentibus, quibusdam detractantibus et usque in lacrimas renitentibus, nuntii quoque regis in persona ipsius in consimilem formam iuraverunt.

1169. [64. Papa][a] . . . regem respiciebat, qui in se beneficia congesserat, dum scisma Romanorum declinaret. . . . . . .

EX LIBRO II.

1170. 1. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo, presidente sancte Romane ecclesie serenissimo papa Alexandro, imperante in Germania Frederico scismatico, . . . Thomas, iam currente deportationis sue septennio, mare, quod Dovram et Withsandum interfluit, advenit. . . . . . .

Dec. 11. Post aliquot dies sui reditus, volens primas adire curiam novi regis[7], Ricardum venerabilem virum priorem Dovre[8] premisit. Qui veniens Wintoniam, regem invenit. . . . . . .

12. . . . Rex nuntio, quamvis ex legatione gratiam non meruerat, tamen quia matrem reginam Alienor pridem accurate susceperat hospitio sororemque suam[9] duci[10] Saxonum matrimonio copulandam, gratias egit. . . . . . .

16. Quo abscedente, missi sunt duo milites, Thomas de Turnebuhe et Gochelinus, frater Adelicie[11] quondam regine. . . . . . .

EX MIRACULORUM LIBRO II.

8. Si quid felicitatis haberet comitialis morbus, vir Hingram[b] de vico transmarino, cui nomen inditum est Sancti Iacobi[12], qui est secus Montem Garganum, ceteris eodem morbo laborantibus felicior haberetur; namque non in die sed nocte patiebatur. . . . . . .

a) *lacuna in cod. Wint.* b) Hingam *c. Montepes.*

1) Cf. Guarnerium supra p. 26, quem Willelmus sequitur. 2) Philippo. 3) Milonis II. 4) Ricardum Ivelcestrensem, archidiaconum Pictaviensem, et Iohannem Oxoniensem, v. Epp. S. Thomae 5. 73. et Henrici II. regis ad Reginaldum Coloniensem electum inter Epp. Gilberti episcopi Londoniensis ed. Giles 483, ap. Robertson, 'Materials' V, p. 182—195. 5) V. de curia Wirceburgensi LL. II, p. 35. et Chron. Reg. Colon. p. 116. 6) Paschalem 1164, April. 22. electum. 7) Henrici (III). 8) Postea archiepiscopum Cantuariae. 9) Matildam a. 1168. 10) Henrico. 11) Lovaniensis. 12) Sian Giacomo prope Termoli (?). ROB.

18. Baldewinus . . . de loco Flandriarum qui dicitur Fontenele, . . . quartana per annum decoctus, ad extrema deductus est. . . . . . .

41. Compassus est et martyr transmarinis, qui sibi dudum compassi sunt, impensamque liberalitatem spiritualis beneficii vice rependit, dum apud illos miraculorum luce coruscat, apud quos persecutionis tenebras pridem declinarat. Nogerium quendam de pago Flandrorum qui dicitur Berchem[1], exeuntem de domo sua ad reficiendam navem, secuta est filia eius Richolda nomine[2]. . . . . . .

71. Voverat miles Adam[a] de Monte-alto[b, 3] se limina sancti Thome visitaturum cum filio suo Ricardo quindecim circiter annorum. Puer . . . duodecimo Kalendas Augusti abiens cum duobus pueris opilionibus, hora diei tertia ingressus est[2] fluvium Heirum[4]. . . . . . .

89. . . . Archidiaconus Atrebatensis Clarembaldus vocabulo reliquias beati Thome apud se reverenter inclusas servabat. . . . In cenobio ubi iuxta Bapalmas[5] sacre virgines Deo devoto famulantur obsequio apud se sacra reposita reposuit. . . . . . .

EX MIRACULORUM LIBRO III.

5. . . . Hec miles cum uxore et filia nobis, presente comite Bononiensi Matheo[6] narravit et multo milite transmarino, qui causa orationis mare transierant; quibus etiam audientibus, aliud miraculum exhibitum est, ut virtus martyris etiam transmarinis innotesceret.

7. Virgo Iuliana de loco Flandriarum quem[c] Berchum[7] vocant pallorem et mestitiam ceteraque signa spleneticorum in facie preferebat. . . . . . .

8. Fuerunt due mulieres in partibus illis, ambe provecte etatis, ambe devote mentis, quarum altera nomen habens Oda, . . . mulier vero altera Matildis nomine Atrebatensis genere. . . . . . .

21. Gerardus quidam nomine Flandrensis natione et miles professione in inferiori corporis regione gravi tenebatur angustia . . . Medicis autem tentas[8] immittentibus, sed occulte mortem predicentibus, egrotus martyri se peregrinum devovit. . . . . . .

23. Ibat miles Robertus de Betona[9] ad congressum militarem. . . . Et cum nobilis quidam, sub quo militabat, iam captus ab adversariis abduceretur, strenuus emicat excussurus, percussus inclinatur, inclinatus vulnus excipit a posterioribus. . . . . . .

25. Militis Bononiensis Baldewini filius spem omnem videntium excesserat. . . . . . .

EX MIRACULORUM LIBRO IV.

2. Apud castrum Capi[10] territorio Atrebatensi uxor cuiusdam a demonio vexabatur. . . . . . .

6. Vir dives in Dacia Sleswicensis urbis civis navim magnam magno pretio fabricavit. Placuitque regi terre[11] societatem coire et lucro participare. Recompensatoque sortis dimidio, pro parte virili possedit eam. Que cum edificata in undas deducenda erat, propter immensitatem sui corporis[d] moveri non poterat, et multis pellentibus, pulvinis suppositis tensisque remulcis, cassus erat conatus. Unde quibusdam visum est, quod infringenda esset. Sollicitoque domino navis, ne opera periret et impensa, consultum est, quod novi martyris Thome suffragium postularet. Qui adquiescens ait: 'Duc in altum, martyr, machinam istam, et singulis eius negotiationis itineribus centum libras cere tibi promitto'. Admotis igitur manibus et multo paucioribus quam ante impellentibus, levi motu, tanquam super lubricum aliquid prolabens, descendit in undas. Et facta est voto usque inpresentiarum obnoxia. . . . . . .

9. Clerico cuidam Guillelmo[e, 12] nato de loco qui Monachorum-villa[13] nuncupatur idem 1173.
martyr idem beneficium contulit. . . . Venit ad villam Cisalpinam quam Burci[14] nuncupant. . . . . . .

a) nomen *deest c. Wint.* b) Halto *c. Montepes.* c) quam *ed. Rob.* d) corporis *in c. Winton. liquore rubro obliteratur, c. Montep. deest.* e) Willelmo nomine *c. Montep.*

1) Prope Antwerpen. 2) Submergitur sed resuscitatur. 3) Hautmont prope Avesnes (?). 4) Heure (?). ROB. 5) Bapaume (arr. Arras). 6) Qui obiit a. 1173. 7) Cf. supra n. 1. 8) Francogallis *tente, Sonde.* 9) Béthune (dép. Pas-de-Calais). 10) Cappy prope Péronne. 11) Waldemaro I. 12) Ab ecclesia Cantuariensi ad papam misso, ut Thomas catalogo sanctorum ascriberetur. 13) Monkton in Cantia. 14) Burzy prope Mâcon (?). ROB.

10. Progrediens inde clericus cum Plasentiam venisset, propter pericula locorum deposita numerata pecunia sua apud fidelem matronam, uxorem cuiusdam, qui Bonus Iohannes dictus est, Romam profectus est. . . . Accidit autem, dum matrona res apud se depositas transponeret, ut extra apothecam depositum famuli martyris incauta relinqueret. Quod pedissequa inveniens, loculum scissum, nummis extractis, tecto domus superiecit . . .; post paucos dies ait matrifamilias: 'Dimitte me; urgentissimum negotium Papiam vocat me'. . . . Venientes[1] autem ad fluvium[2] qui Papiam et Plasentiam interfluit, virum viantium transpositorem interrogant, an mulierem transposuerit, et eius habitum, staturam et formam describunt. Respondet, se huiusmodi transmisisse, et accepta pecunia, eos ad locum perduxit, quo se mulier contulerat; et conceptum est furtum, ipsaque reducta. Interea romeus Dorobernensis . . . per loca periculosa regrediens, ubi ex imperiali edicto habentes signum Dei vivi et beatorum apostolorum Petri et Pauli manuum et oculorum damnum incurrebant, sine rerum suarum et membrorum iactura et impedimento aliquo, dirigente martyre, ad mare Britannicum pervenit. . . . . .

16. . . . Sacerdos Gerardus de villa Flandriarum quam Mechlinam[a] dicunt quatuordecim annos calculo vexabatur. . . . . . .

20. . . . Hugonem de vico Hemblenguiem[3], quasi quindecim stadiis a vico grandi distante quem nomine confessoris Audomari vulgus appellat, leprosum vidimus et sanatum a nobis dimisimus, monentes, ut negotiationem suam sine fraude prosequeretur — erat enim mercator —, vel ex toto negotiationi renuntiaret. Nam ad aliam conditionem honestiorem satis habebat idoneam personam et vires corporis, que nondum metas virilis etatis excesserant. . . . . . .

50. Teutonicus quidam peregrinus martyris huius, dum orationis gratia Ierosolymam proficisceretur, infirmatus et mortuus est in Mediterraneo mari. . . . . . . Narravit nobis quidam Brundiciensis[b], concivis et vicinus eiusdem rectoris navis.

EX MIRACULORUM LIBRO V.

3. De cive Laodicensi[4] paralytico. Civis Laodicensis Thomas dum mensis assideret, dimidium corporis sui paralysi percussus est. . . . Visus est hic martyr promissionibus annuere procinctumque ab eo peregrinationis exposcere, quatenus, relicto scismatis contagio, fieret infidelibus exemplum . . . Convalescens igitur indicat[c] episcopo suo[5], se peregre profecturum; qui ait: 'Non est necesse tibi proficisci: sanus es'. Hoc autem dicebat ideo, quod ecclesiastici scismatis implicabatur errore, credens, ad infirmationem sue partis provenire, si martyr magnificaretur. Qui, dum superesset in carne[d. 6], in eum et in omnes complices Octoviani heresiarche sententiam excommunicationis sub Alexandro papa[7] sancte recordationis interminaverat. Respondit: 'Eundum est mihi ad salvatorem meum. Si enim tu ipse posses, quod martyr potuit et contulit, de ratione consilio tuo starem. Quod quia non possunt, qui Octoviano consenserunt, pars adversa luce signorum coruscans evincisse convincitur, litemque diu inter nos agitatam Iudex ipse veritatis decidit, dum virtutes, quas nobis negat, illis attribuit. . . . . . .'

25. Stetit vir ad tumbam martyris . . . a transmarino loco qui Humeroles[8] nuncupatur. . . . . . .

EX MIRACULORUM LIBRO VI.

3. De clerico Leodicensi furioso. *Domino et patri reverendo priori prime sedis Anglorum Sancte Trinitatis Cantuarie frater Rainaldus de Stampis*[9], *quondam Bermundeseie indignus prior*[10], *quicquid in Christo amicis digne optatur. — Gerardus clericus lator presentium, novercali, ut ait, confectione cibatus, ita sensu excesserat. . . . Ad nos divertens, qui penes Pruvinum*[11] *castrum Mesi*[12] *habitamus, qui paupertaculus locus de Caritate*[13] *est, terruit nos. . . . Quem cum forte interrogassem, si vellet bibere de aqua sancti Thome,*

a) Mechinam *c. Wint.* b) Brandaciensis *c. Wint.* c) Thomas *add. Wint. sed abrasum.* d) *ita codd. et ed. Rob.;* curia Romana *supplenda videntur.*

1) Pater familias et coniux, ancillam furacem persequentes. 2) Padum. 3) Idem miraculum habes ap. Benedictum V, 4, supra p. 35. 4) De Lüttich. 5) Rudolfo de Zäringen. 6) Rudolfus obiit a. 1191. 7) Obiit a. 1181. 8) Humereul prope Atrebatum(?). ROB. 9) Étampes (dép. Seine-et-Oise). 10) Resignavit a. 1167. Ann. de Bermondsey ed. Luard inter Ann. Monastic. III, p. 442. 11) Provins (dép. Seine-et-Marne). 12) Mizy(?). ROB. 13) La Charité (dép. Nièvre, arrond. Cosne).

se hoc velle respondit. . . . 'Domine mi', inquit, '. . . quedam venerabilis domina mihi promittere sanitatem nocte videbatur et ut Romanum[1] *iam loquerer exhortari'. Certe idem Gerardus nullo modo poterat nisi Latine loqui, cum Gallice et Teutonice nosset. Extunc ergo et Gallice loqui et sic prudenter agere in omnibus cepit. . . . Iuravit ille et statuit, se non repatriaturum — nam Leodicensis est — quousque ad sanctum Thomam perrexisset. . . . . . .*

4. Confirmatio precedentis miraculi . . . *'Priori . . . Cantuarie frater Petrus . . . abbas Ioiacensis*[2]*. . . . . .'*

5. Alia confirmatio . . . *'Priori . . . Cantuarie frater Haymo prior dictus de Radolio*[3] *. . . . . .'*

24. De episcopo Arvernensi a conspiratione Francorum liberato. Conferebant ad invicem de reformanda pace ecclesie imperator Alemannicus Frethericus et rex Francorum Lodowicus[3]. Cumque locum statuissent, quo presentialiter convenirent, innotuit regi Francorum, quod sibi pararentur insidie. Et percrebuit sermo, quia procederent de consilio Arvernensis[a] episcopi[4], qui familiaris extiterat imperatori. Quam ob rem Franci sic in eum exacerbati sunt, ut in eius mortem conspirarent. Unde et citatus est et ad curiam vocatus; qui veniens Parisius, in claustrum ecclesie beate Marie se recepit. Exhortantibus autem episcopis et pluribus aliis, quod infra septa claustri se cohiberet, ne prodiens in publicum incideret in manus populi iniurias sui regis vindicaturi, erat in magna mentis angustia et constitutus in arto. Nam timebat, quamvis innocens, nocentum manus. Hinc proponebat, quod sacramentum non prestaret, quamvis de puritate conscientie sue confideret propter honorem sacerdotii et quia monachus erat. Inde sciebat, quod maiorem inde suspicionem suscitaret, si forte, delato sacramento, suam innocentiam purgare recusaret. Unde propensius a martyre Thoma, quondam sibi familiari, sibi super hac re flagitabat consilium et promeruit innocentie merito divine clementie consolationem. Nam nocturna visione martyr ei apparuit; stabat autem tanquam viva voce locuturus. Episcopus vero innuit se iura silentii tempore silentii minime transgressurum. Innuit et martyr, quod ipse silentii secreta confabulatione non violaret. Tunc suasit manu protensa, quod curiam confidenter ingrederetur staretque pro veritate. Sciebat dormiens, quid astans sibi manu sua loqueretur. Unde confirmatus die postera se in curiam[b] presentans tantam gratiam invenit, ut rex ipse innocentiam eius protestaretur. Quod audientes aulici, qui conspiraverant adversus innocentem, ad pedes eius devoluti veniam postulabant.

38. Iohannes quidam Pisanus cum litteris in Gallias a domino papa directus, captus est apud Urbem-Veterem[5], accepitque, quod capite plectendus esset, si quid haberet contra imperatorem aut urbis prefectum. Unde sibi metuens vovit martyri Thome. Cum itaque circumstarent eum qui querebant animam eius, lectis litteris concaptivorum, non sunt littere aperte, pro quibus sibi timebat[c], quamvis oculis omnium exposite. Videns ergo, quod sibi parceret Dominus, cepit et ipse litteras sociorum legendas distribuere, clamque litteras sibi suspectas seorsum proiecit et abscondit. Aliquot autem diebus in carcere detentus et inde Romam remissus, cum a quodam postularetur excecandus, invenit gratiam in conspectu prefecti, et dimissus, profectus est ad exsequendum mandatum domini pape. . . . . . .

39. Fuerunt apud nos clerici duo, alter Longobardus, scientia litterarum apprime preditus, qui tribus mensibus dysenteria distemperatus et in voto peregrinationis curatus, post gratiarum actiones redibat ad patriam. . . . . . .

44. Quidam negotiatori Franco nomine Brandiciensi, Cantuariam peregre proficiscenti, civis obtulit Lucensis oculos argenteos ad tumbam martyris Thome deferendos. . . . . . .

51. Petrus quidam iuvenis de territorio civitatis Ianuensis tumulum martyris advenit. Qui, oblata imagine argentea tredecim solidos appendente, causam sui adventus exposuit. . . . . . .

54. Miles Hugo, de Sepe denominatus, ex diocesi Constantiensi[6], notus nomine, sed notior cognomine, thisicus fuit; qui viro Dei vovit et convaluit. Eiusdem ordinis Conradus Teutonicus decem annis incommoda rupture sustinuit. . . . . . .

a) Avernensis *c. Winton.*; Arvernorum *c. Montep.* b) *sic codd.* c) timebant *c. Wint.*

1) Linguam vulgarem. 2) Jouy (cant. Provins). 3) Rueil (cant. Chatillon sur Marne). 4) De tempore non constat; nam de conventu apud Pontem Laone a. 1162. agi non potest. Pontius episcopus Claromontanus, a. 1170—1189, interfuit paci Veneticae a. 1177. 5) Orvieto. 6) Coutances in Normannia.

72. Ecce iterum[1] Gerardus adest, denuo mihi vocandus ad partes. Qui cum curam fistule pridem reperisset apud martyrem et nunc a martyre rediens mari transmisso in Flandrias repedaret, graviter vexari cepit ea parte corporis, qua curatus fuerat. . . . . . .

77. De nautis Saxonibus, quos martyr liberavit ab imminenti periculo. Nautis aliquot e Saxonia multam exoticam mercem advectantibus et iam mare Britannicum annavigantibus, scopuli assurgebant eminentes et prerupti, mare subiectum tristi vertice despicientes. Quid facerent? Periculum emergebat ex improviso, ventus incumbebat a tergo, prora procurrebat impulsa vento et velo suo, nec erat declinare periculum imminens sine divino suffragio. . . . . . .

82. De vicecomite civitatis Auguste febricitante. In valle Moriana, civitate Augusta[2], vicecomes Boso multipliciter flagellabatur a Domino. Nam circumquaque inquietabatur a comprovincialibus, et post filium suum primogenitum mortuum triginta duos menses febre quartana decoctus, eo usque deductus, est, ut tremens et gemens arma capere cogeretur. Cum autem Domino placuit paterne correptionis manum continere, transeuntibus per eas partes peregrinis vise sunt ampulle sepe dicti martyris. Et cum impetraretur modica stilla sacri et rubricati liquoris, bibit egrotans, obdormivit et ab ea die non febricitavit.

88. . . . Iuvenis Wigo, filius militis Pontii civis Granopolensis, a domo paterna exierat in agros. Cui quidam, qui in cognationem eius inimicitias exercebat, supervenit, et pariter pergens, amice colloquebatur; sed insurgens in eum, adepto loco et tempore, capiti plagis inflictis, cerebrum effudit. . . . . . .

1173. 91. . . . Martyr . . . dominum suum[3], sub quo degens in carne pridem militaverat, ad humilitatem et fraternam dilectionem revocabat. . . . Suscitavit itaque ei de femore suo adversarium[4], qui, soceri sui regis Francorum Lodovei fretus auxilio et multitudine Flandrigenarum, quos sibi promissionibus devinxerat, contra patrem castella quatuor obtinuit. . . . Econtra ipse[5] vice vicaria congressionem hostilem elisit. . . . Comitis interfectione Bononiensis[6] partes infirmavit adversas. . . . . . .

1173. 92. De captione consulis Leecestrensis[a] et deditione Flandrigenarum, quos ad invadendum insulam adduxerant. Per idem tempus consul Leecestrensis[7], qui et ipse contra torrentem brachia direxit, cum multitudine Flandrigenarum partes Anglicanas irrupit. . . . Interim uxore consulis applicante et in triginta navibus late littus occupante[b], accidit quodam futurorum presagio res digna relatu. Nam discurrentibus et diripientibus alienigenis queque poterant, potius paupertatem quam prestantiam suam prostituerant[8]. . . . Consul predictus . . . captus est. Cum quo capti sunt et cesi quasi tria milia; ceteri vero miseratione captivantium sine mutilatione membrorum ad seductores suos transpositi sunt. Sic alterna ducibus bellorum vulnera passis, videntes Franci cum Flandrigenis, quod non pro voto machinationes sue processissent, iuramento prestito et termino prefixo, ad invadendum insulam Britannorum accincti sunt, quadringentosque milites mare transmittentes, quos prestantia corporis claros fecerat, interim in navalibus sederunt. . . . . . .

126. *Sanctissimo priori et universo Sancte Trinitatis Cantuariensis ecclesie capitulo Willelmus de Sancto Audomaro castellanus salutem. Sanctitati vestre tam per presentium latoris presentiam quam per litteras notum facimus, villicum nostrum ac famulos nostros quosdam de latrocinio apud Falquenberge intercepisse, quorum quidam a villico nostro et burgensibus nostris rei mortis condemnati sunt.* . . . . . .

129. De contracto sanato in capella sancti Thome iuxta Claustrum constructa. Miles quidam Theutonicus nomine Lodovicus, nobilis et dives substantia ditiorque fide et devotione, cum uxore sua sepulchrum beati Thome martyris adivit. Qui rediens, reliquiis devote adquisitis, iuxta cenobium quod vocatur Claustrum in honorem eiusdem sancti in pandochio suo capellam construxit et ibi reliquias collocavit. Ubi, cooperantibus meritis eius, multi multimodam gratiam consecuti sunt. . . . . . .

a) Leecestrensem *ed. Rob.* b) occupantes *c. Wint.*

1) Cf. supra III, 21. 2) Aosta. 3) Henricum II. 4) Henricum (III). 5) Rex pater. 6) Matthaei. 7) Robertus. 8) Sequitur narratiuncula de sanguine a crucifixo defluente.

130. . . . Energumene mulieres ibi sane menti reddite sunt: . . . quedam annis octo vexata, cuius lingua demonium Latine, Theutonice variisque modis loquebatur. . . . . .

134. Monachus quidam de Claustro[1] Sefridus nomine, tam vita quam moribus satis ornatus, evolutis iam sex annis pro castitate servanda propria genitalia absciderat. . . . . .

135. De viro malleo campane percusso. *Reverentissimo domino Ricardo*[2] *sancte Cantuariensis ecclesie archiepiscopo ac per Dei gratiam totius Anglie primati A. Astensis dictus qualiscumque magister sincerissimum per omnia famulatum. — Memor beneficiorum gloriosissimi predecessoris vestri Thome martyris, eius preconia reticere nequaquam possum. Contigit namque anno transacto inter octavas nativitatis et epiphaniam, dum horum lator Surleo nomine, moribus ornatus satis ac litteratura, in quadam turri plebis Nanitearum*[3]*, que ab Aste civitate milliariis fere distat duobus, campanas pulsaret.* . . . . . .

136. . . . Dic et tu, Roberte Flandrensis, testimonium Christi[a] martyri: 'Inveni', inquit, 'filium meum in spelunca aqua submersum et gaudeo per invocationem martyris mihi restitutum'.

147. Commiserat rex Anglorum Henricus secundus cuidam Radulfo volucres aucupii sui campumque[4] inestimabilis pretii, qui pro strenuitate sua meruit Wiscardus[5] appellari. . . . . .

151. Archipresbyter Wicardus in pago Lugdunensi[6] morbo laborabat incurabili, qui protuberabat ei in medio nasi. . . . . .

154[b]. Dives quidam Saracenus Palerne[7] habitat; cui beatus Thomas per somnum videbatur. . . . Ille protinus surgens ante diem, eiusdem civitatis archiepiscopum[8] adiens, petiit, ut ab eo baptizaretur. Archiepiscopus vero, sciens hominis professionem, admiratus ait, nec tempus esse baptizandi et se causam postulationis eius ignorare, et non adquievit ad horam, sed prefixit diem crastinum. . . . Baptizatus ab archiepiscopo, templum suum martyri consecravit. Hec Ebroicensis nobis episcopus[9] narravit et capellanus eius, qui in eadem ecclesia solemnia misse celebravit. . . . . .

163. De puero, qui mox interiit, ut natus est.

Mater esse Bortradis desiit,
edens partum, qui mox interiit;
sed vovente, que partum edidit,
vitam dedit, qui vitam condidit.
Thome vovit inter gravamina
enitendi devota femina,
parvipendens vie luctamina;
nam sperabat Dei iuvamina.
Mora longa cadaver iacuit,
et constabat, quod vita caruit.
Urbs Babemberg videre potuit,
sed perpaucos testes adhibuit.
Sic asserebat fidelis nuntia,
ipsa mater et rei conscia,
quam oratum misit Bavaria
terre, maris per longa spatia.

166. Quomodo Winlandiam[10] Dacie subiecit. Clemens quidam redibat a Rusia, deferens exenia Sophie[11] regine Dacorum, a patre suo rege transmissa; qui captus [est[c]] a duobus fratribus, dominis Winlan[die, et in co]mpedes missus. Quod audi[ens regina], viro suo, regi Dacorum Wald[emaro, con]questa est. Cui cum non vacaret, quam[vis] in se redundarent iniuriae, negotia regni sui omittere, archiepiscopum suum Lun-

a) Christo *c. Wint.;* Christo [et] *ed. Rob.* b) 159. *errore typographico ed. Rob.* c) *codex Winton. variis locis mutilatus est.*

1) Vide supra c. 129. 2) Sedit a. 1174—84. 3) Nona ad Tanarum ab Asta in orientem. 4) Nobis 'kämpe'; Gallis *champion;* hic species falconum designatur. 5) Nota, cognomen Roberti ducis Apuliae etiam saeculo XII. Normannis usitatum fuisse. 6) Lyon. 7) Panormi. 8) Walterum Anglum. 9) Aegidius ab Henrico II. missus nuptiis Iohannae filiae regis cum Willelmo II. rege Siciliae a. 1177. celebratis Panormi affuit; v. infra Gesta Henrici. 10) i. e. terram Wenedorum. 11) V. Dahlmann 'Gesch. v. Dännemark' I, p. 264.

densem[1] super hoc convenit; a quo in consilio accepit, ut filium suum Can[utum], iam adultum, iam cingulo militari donandum, cum optimatibus regni mitteret, qui suas persequeretur iniurias. Nam tante fuerant, ut persecutione digne viderentur. Placuit consilium. Missus itaque Canutus cum viris strenuis et archiepiscopo predicto, in ducentis circiter navibus terram predonum improvisus irrupit et castrum illud, quo se predones et predam contulerant, invasit et cepit, acceptisque obsidibus, sibi terram illam tributariam fecit. Sic factum est, ut privarentur propriis, qui predabantur aliena, et magnus haberetur martyr Thomas in Dacia, cui non modo sua damna resarsit, sed et Winlandiam[a] subiecit. Quod pridie quam fieret ostensum est. Namque dum pretaxatus regine nuntius oraret in capella beati Thome, quem iugi prece super liberatione sua sollicitabat, in somnum lapsus vidit archiepiscopum suum Lundensem illic applicare, ducentem monachum quendam albis et sandaliis conspicuum, tanquam vulneratum et cruentatum, sed diademate Dachi regis insignitum. Qui cum timeret, ne et ipse teneretur et in vincula coniceretur, interrogaretque, quare veniret, et quis esset, quem terram hostilem induceret, respondit, sibi timendum non esse, eo quod a beato Thoma, quem ducebat, protegeretur, sed potius exultandum, quod per eum regio illa Dacis subicienda esset. Evigilans autem postera die vidit et in re, iuxta quod previderat in visione. Nam, Danis applicantibus, iuxta quod narratum est, factum est.

a) Wilandiam *c. Winton.*

1) Absalonem.

EX IOHANNIS SARESBERIENSIS LIBRIS.

Iohannes, auctorum eruditorum et rebus ecclesiasticis deditorum aevo duodecimo facile celeberrimus, circa a. 1120. *in oppido episcopali comitatus Wiltsaetorum, quod Sarum-Vetus vocatur, aut natus aut nutritus, a.* 1136. adolescens admodum, *ut ipse in Metalogico II, c.* 10. *enarrat, in Galliam transivit, ut in scholis magistrorum nominatissimorum Parisiensium et Carnotensium disciplinas trivii et quadrivii penitus pernosceret. Studiis philosophicis, philologicis, theologicis, Petro Abaelardo, Bernardo Silvestro, Gilberto Porretano, aliis quam plurimis magistris, operam navans sollertissimam, interdum, ut* rei familiaris angustiam *superaret*, nobilium pueros *artibus liberalibus instituens, aliquamdiu cum Petro amicissimo, qui tunc monasterio Cellensi in suburbio Trecarum praefuit, commoratus, fere* duodecennium[1] *bene consumpsit. Quo peracto, nondum, ut critici opinantur*[2], *in patriam reversus, sed, quod ex Historia Pontificali, SS. XX, p.* 515—545, *a v. d. Willelmo Giesebrecht Iohanni Saresberiensi iure optimo adiudicata*[3], *clare apparet, a.* 1148. *m. Martio concilio Remensi interfuit atque Eugenium III. pontificem Romanum, inde in Italiam reducem, illuc prosecutus est. Libro tertio Metalogici, a.* 1159. *vel* 1160. *conscripti, ineunte ipse dicit:* Alpium iuga transcendi decies, egressus Angliam; Apuliam secundo peragravi; dominorum et amicorum negotia in ecclesia Romana sepius gessi et, emergentibus variis causis, non modo Angliam, sed et Gallias multoties circumivi. *Res Romanorum eo tempore valde perturbatas, ingenia et negotia cardinalium singulorum, regnum Apuliae nostrum ipsis oculis perspexisse Historia Pontificalis perlucide docet, sicut ex verbis cap.* 40*:* Hiis presens interfui, *satis constat. Item Eugenii III, cum Roberto Siculorum rege tractaturi et Ferentini inde a m. Novembri a.* 1150. *usque ad Iunium a.* 1151. *commorati, socius fuit; v. Policraticum VI, c.* 24. *Erat quoque* Romae, praesidente beato Eugenio, quando, prima legatione missa in regni sui *(scilicet Friderici I.)* initio, tanti ausi impudentiam tumor intolerabilis et lingua incauta detexit, *Ep.* 59. *Vix igitur dubitare licet, quin noster non multum ante Eugenium pontificem vel potius ante Stephanum regem mortuum, i. e. a.* 1153. *vel* 1154, *in Angliam redierit. Qua cum re minime id pugnat, quod s. Bernhardus Clarevallensis abbas, epistola* 361. *in Britanniam missa, eum Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi iam prius intime commendaverat. Exinde per complures annos in consistorio eiusdem archiepiscopi Iohanni* sollicitudo totius Britanniae, quod ad causas ecclesiasticas,

1) Metalogicus II, 10. 2) Cf. Schaarschmidt, 'Iohannes Saresberiensis nach Leben und Studien, Schriften und Philosophie' p. 25. et quae de Saresberiensi Historiae Pontificalis auctore disserui in 'Zeitschrift f. Kirchenrecht' XVI, p. 266. 3) Cf. 'Sitzungsberichte d. philos., philol. u. hist. Classe d. k. B. Akad. d. Wissenschaften', München 1873, p. 125; 'Gesch. d. D. Kaiserzeit' IV, p. 408; Wattenbach, 'Geschichtsquellen' II, p. 255.

incubuit; *v. Metalogici Prologum et IV, c.* 42. *Epistolas domini sui, quae exstant, Hadriano IV. pontifici inscriptas, delineavit; saepius, ut ecclesiae negotia in curia Romana ageret, in Italiam migravit, a.* 1155. *et* 1156. *per aliquot menses Beneventi cum Hadriano, viro amicissimo, ex Anglia oriundo,* visitandi causa *commoratus est, v. Policraticum VI, c.* 24. *Libros eximios autem, scilicet Policraticum, quo* nugae curialium *acerbe reprehendantur et clerici philosophi ad ecclesiam, iure divino imperium et regna exsuperantem, bene regendam educentur, et Metalogicum, apologiam quasi pro arte dialectica institutam, in Anglia composuit; primum*[1], *ut videtur, anno* 1159. *exeunte, alterum iam prius inceptum anno* 1160. *ineunte, Hadriani IV. morte iam cognita, confecit et utrumque Thomae, qui Becket appellatur, ab adolescentia sibi coniunctissimo, tunc temporis cancellario Henrici II. regis Angliae, dedicavit. Policratico versus nonnullos elegiacos, Ovidium imitatus, praemisit, quos 'Entheticum' vel 'Eutheticum' vel, quod melius videtur, 'Nutheticum' nuncupavit. Alterum carmen longius, simili nomine sive* de dogmate philosophorum *notatum eodemque tempore Thomae cancellario inscriptum, primus Chr. Petersen Hammaburgi a.* 1843. *edidit. Iam vero de* scissura ecclesiae *vehementer commotus (v. Ep.* 44. *et Metal. IV, c.* 42), *cum Alexandro III. adversus Victorem IV, a Friderico imperatore sublevatum, stetit et ep.* 59. *de schismate et de concilio Papiensi* Teutonicos *verbis acerbis castigavit. Non multum post in suspicionem regis Anglorum incidit. Scripsit enim Petro amicissimo ep.* 115: Solus in regno regiam dicor minuere maiestatem. . . . Quod quis nomen Romanum apud nos invocat, michi imponunt. Quod in electionibus celebrandis, in causis ecclesiasticis examinandis vel umbram libertatis audet sibi Anglorum ecclesia vendicare, michi imputatur. *Controversia de iure sacro dicundo inter Henricum regem et Thomam archiepiscopum exorta, Iohannes Saresberiensis,* manus et oculus archiepiscopi, *ut a Petro Blesensi ep.* 22. *vocatur, iam ante curiam m. Ian.* 1164. *Clarendonam convocatam*[2], *exul in Galliam transvectus est, ubi in comitatu Alexandri III, apud episcopos terrae, apud Ludovicum VII. regem Francorum, praesuli Cantuariensi, qui mox eodem eum subsecutus est, fortiter opem tulit. Epistolae quam plurimae, in primis quae certamina inter imperium et sacerdotium, inter regem Angliae et archiepiscopum commota spectant et cognitionem rerum hominumque amplissimam atque accuratissimam prae se ferunt, in exilio illo compositae sunt. Reversus in Angliam a.* 1170, *archiepiscopo in ecclesia cathedrali die* 29. *Decembris crudelissime trucidato, ut videtur, non adstitit. Verum primus vitam martyris descripsit*[3] *eamque cum passione Christi contulit. Scripsit etiam vitam s. Anselmi, Eadmeri monachi libris usus. De epistolis adnotat codex Coll. S. Iohan. Bapt. Oxon.* 126: Predictus autem liber epistolarum a prescripto magistro Iohanne post prefati martiris passionem in unum corpus diligenter et breviter est collectus et in quatuor volumina luculenter et studiose divisus. *Iohannes a.* 1174. *vel paullo antea thesaurarii Exoniensis officium adeptus*[4], *a.* 1176. *episcopus Carnotensis electus et a Francorum rege confirmatus, b. Ivonis sedem per annos aliquot occupavit, a.* 1179, *ut concilium Lateranense visitaret, rursus Romam venit, die* 25. *Octobris, ut videtur a.* 1180, *vita decessit. Laudat eum*

1) Cf. infra Policr. VIII, 23. 2) Cf. Vitam S. Thomae Willelmo filio Stephani auctore, ed. Robertson, 'Materials' III, p. 46. 3) V. supra p. 17. 4) Fasti ecclesiae Anglicanae ed. Hardy I, p. 414. ad a. 1174. habent: *Iohannem de Sarisberia.* Hunc autem nostrum fuisse, docet Chron. de Bello p. 172. ad a. 1176. his verbis: *Declinavit abbas* (de Bello Odo) *ad magistrum Iohannem Saresberiensem, postmodum Carnotensem episcopum. Sed idem Iohannes: 'Canonicus', inquit, 'sum Exoniensis ecclesie'.*

Necrologium Carnotense[1]: vir magnae religionis, scientiae radiis illustratus, verbo, vita, moribus pastor omnibus amabilis. *Fuit autem non solum auctor eruditissimus, qui Aristotelem*[2], *Ciceronem*[3], *poetas, philosophos antiquos, doctores ecclesiae et magistros scholarum sui aevi cognitos habuit, verum etiam in saeculo admodum conturbato trium pontificum Romanorum et amicus et ductor.*

De operibus, opusculis, epistolis iam olim editis T. Wright, Biographia Britannica Literaria II, p. 243. *et Schaarschmidt passim egerunt. Opera omnia collegit, epistolarum numerum adauxit, sed more suo valde negligenter, libris scriptis vix adhibitis, edidit I. A. Giles Oxonii a.* 1848. *quinque voluminibus, quae Migne, Patrologia Latina tom. CXCIX, suo modo iteravit.*

Extraxi quaecumque noster in Policratico et Metalogico de curia Romana et regno Apuliae temporibus Eugenii III. et Hadriani IV. pontificum commemoravit. Codices Policratici multi et veteres exstant, ex quibus v. d. F. Liebermann optimos nonnullos inspexit[4], *quo fretus* 1) *cod. Musei Britannici Reg.* 13 *D IV, iam circa a.* 1175. *in monasterio S. Albani Simone abbate exaratum,* 2) *cod. Bodleianum Barlow VI. saec. XII. ex.,* 3) *cod. Musei Britannici Reg.* 12 *F. VIII, olim librum Roffensem, saec. XIII, in nostrum usum adhibui. Perpauca, quae ex Metalogico recipienda videbantur, auxilio lectionum quarundam e codice bibl. Universitatis Cantabrigiensis I i.* 2, 31. *in calce editionis Gilesianae V, p.* 381. *collectarum emendavi.*

Gottingae m. Febr. 1881. *R. P.*

EX POLICRATICO SEU DE NUGIS CURIALIUM ET VESTIGIIS PHILOSOPHORUM.

EX LIBRO II.

23. Restat tibi illius stoici tui questio, quem in Apulia diutius morantem vidi, ut post multas vigilias, longa ieiunia, labores plurimos et sudores, tanto infelicis et inutilis exilii questu, in Gallias Virgilii[5] ossa potius quam sensum reportaret. Querebat[6] enim Ludovicus ille, an posses aliquid facere eorum, que minime facturus es . . . . .

EX LIBRO III.

6. . . . Memini me audisse Romanum pontificem[7], solitum deridere Lombardos, dicentem[a], eos pileum omnibus colloquentibus facere, eo quod in exordio dictionis benevolentiam captent et eorum, cum quibus agitur, capita quodam commendationis demulceant oleo. . . . . . .

EX LIBRO IV.

6. Princeps vero cotidie legit[b] et cunctis diebus vite. Quia qua die non legerit legem, ei non dies vite, sed mortis est. Hoc utique sine difficultate illitteratus non faciet. Unde et in litteris, quas regem Romanorum ad Francorum regem[8] transmisisse recolo, quibus hortabatur, ut liberos suos liberalibus disciplinis institui procuraret, hoc inter cetera eleganter adiecit, quia rex illitteratus est quasi asinus coronatus. . . . . . .

a) dicens *ed. Giles.* b) legat *fortasse emendandum est.*

1) Testamentum quoque exhibet his verbis: *Contulit huic ecclesiae: . . . Rabanum De ecclesiasticis officiis, . . . Chronica Sigeberti, . . . Historias Ioannis Turonensis* (Maioris monasterii monachi). . . . 2) Quem persaepe laudat; cf. Enthetici v. 855: *Quod potuit quemquam ratio mundana docere, Huic dedit.* 3) Ib. 1245: *Illius eloquio minor est Romana potestas; Nam linguam pariter civis et hostis amant.* 4) Cf. Liebermann, 'N. Archiv' IV, p. 18. 5) Cf. Comparetti, 'Virgilio nel medio evo' II, p. 44. — *Vates Mantuanus,* quomodo, musca magica facta, *ab Neapoli muscas abigeret,* fabulatur noster I, 4; cf. ib. II, p. 34. et Conradum Hildensem. SS. XXI, p. 194. 6) Sophistica scilicet captione. 7) Hadrianum IV, ut videtur. 8) Literae a Conrado III. ad Ludovicum VII. directae, hodie deperditae.

11. . . . Hospitem meum Placentinum[1] dixisse recolo, virum utique sanguine generosum, habentem prudentiam mundi huius in timore Domini, hoc in civitatibus Italie usu frequenti celeberrimum esse, quod, dum pacem diligunt et iustitiam colunt et periuriis abstinent, tante libertatis et pacis gaudio perfruuntur, quod nichil est omnino, quod vel in minimo quietem eorum concutiat. Cum vero prolabuntur ad fraudes et per varias iniusticie semitas scinduntur in semet ipsis, statim vel fastum Romanum vel furorem Teutonicum aliudve flagellum inducit Dominus super eos, et permanet manus eius extenta, donec ipsi ab iniquitate per penitentiam revertantur, quo solo remedio apud illos omnis cessat tempestas. Adiciebat etiam, quod merita populi omnem evacuant principatum, aut eum faciunt esse mitissimum, cum e contrario certum sit, quod propter peccata populi permittit Deus regnare hypocritam[a], et impossibile esse, ut diu regno gaudeat, qui populi humiliatione et proprio fastigio superbe nimis exultat. Sed illius, dicebat, protendi principatum, qui apud se de conscientia humilitatis semper in se angitur[b], quasi regnet[c] invitus. Hec michi Placentinus hospes, et, ut credo, fidei consentaneum est. . . . . . .

EX LIBRO V.

15. . . . Amplectende memorie et imitande sanctitatis summus pontifex Eugenius, quem vidisti, nullum omnino munus hominis litigantis recipiebat, aut cui litem crederet imminere. Unde cum in adventu suo prior quidam modice facultatis, cuius causam nondum audierat, ei marcam auri devotione multa instanter offerret: 'Nondum', inquit, 'domum ingressus es, et iam vis corrumpere dominum?' Corruptionem namque vir sanctus credidit, quicquid offerebatur iudici lite pendente. Bernardus[2] quoque[d], Clarevallensis monachus et Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, Rome degens, in excelsis singulariter habitavit, excutiens manus suas ab omni munere, ut nondum natus sit, cuius aurum vel argentum in munus acceperit. Quid referam Martinum[3], qui, contra morem a legatione pauper rediens[e], cum ab episcopo Florentino[4] equum, socio necessarium, magna compulsus instantia, accepisset, eundem restituit donatori, ex quo eum ab initio dati muneris causam in Romana ecclesia ventilandam habuisse cognovit. Quod et plenius sanctus Bernardus Clarevallensis abbas, qui eum perfectius novit[f], refert in libro doctrinali, quem ad sanctum Eugenium 'de contemplatione vel consideratione' scribit.

EX LIBRO VI.

2. . . . Quid enim Romanos gentium omnium fecit esse victores? Scientia utique et exercitatio et fides, quam electi ex sacramento rei publice impendebant. Nam quid adversus Gallorum multitudinem Romana paucitas valuisset? Quid adversus Germanorum proceritatem brevitas potuisset audere? . . . . . .

19. Quid moror in commendatione gentis[5], quam de natura constat esse laudabilem? Beatus Eugenius eam, ad quecumque vellet applicari, dixit esse idoneam et preferendam aliis, nisi levitas impediret. Sed sicuti Hannibal negabat, posse vinci Romanos nisi in patria sua, ita et hec, dum peregrinatur invincibilis est. Nam in sedibus suis facilius expugnatur. Hoc autem forte commune habent cum ceteris gentibus incole Britanniarum atque Italie. . . . . . .

24. . . . Memini me causa visitandi dominum Adrianum pontificem quartum, qui me in ulteriorem familiaritatem admiserat, profectum in Apuliam; mansique cum eo Beneventi ferme tres menses[6]. Cum itaque, ut fieri solet inter amicos, sepe super plurimis conferremus, et ipse, quid de se et ecclesia Romana sentirent homines, a me familiarius et dili-

a) ypocritam 3. b) agitur 3. c) regnaret *edd.* d) quoque *deest edd.* e) rediens pauper *edd.* f) noverit 3; noverat *edd.* g) sterionem 3.

1) Inter mansiones, quibus Angli Romam profecturi devertere solebant, erat hospitium Placentiae; cf. Eadmerum SS. XIII, p. 141. 146. 2) Redonensis vocatur et eisdem fere verbis laudatur infra VI, 24; a. 1153. occurrit ap. Jaffé, Reg. pont. p. 616. 3) Martinus presbyter card. S. Stephani in Celio monte, qui Innocentii actis a 23. Ian. 1133, usque ad 19. Mai. 1143. subscripsit et a. 1134. ineunte legatione in regnum Danorum perfunctus est; cf. Bernhardi, 'Lothar von Supplinburg' p. 489. 4) Gotifredo, a. 1113—1143. *Episcopus loci donavit ei equum, quo Pisas usque, ubi eramus tunc* (sc. tempore concilii a. 1135. Mai. 30—Iuni 6, ibidem celebrati), *pervectus est;* S. Bernardi Clarevall. lib. de cons. IV, 5, Opp. I, col. 447, ed. Mabillon. 1719. 5) sc. Anglorum. 6) Hadrianus IV. Anglus inter diem 21. Nov. 1155. et 10. Iul. 1156, Beneventi resedit, Jaffé, Reg. nr. 6900 sqq.

gentius quereret, ego, apud eum usus spiritus libertate, mala, que in diversis provintiis audieram, patenter exposui: 'Sicut enim dicebatur a multis, Romana ecclesia, que mater omnium ecclesiarum est, se non tam matrem exhibet aliis quam novercam. Sedent in ea scribe et Pharisei, ponentes onera importabilia in humeris hominum, que digito non contingunt. Dominantur in clero, nec forma fiunt gregi, qui recto calle pergit ad vitam, preciosam supellectilem congerunt, auro et argento onerant mensas, sibi etiam ab avaritia nimis parci. Nam pauper aut nullus aut rarus admittitur, quem interdum non tam Christus, quam vana gloria introducit Concutiunt ecclesias, lites excitant, collidunt clerum et populum, laboribus et miseriis afflictorum nequaquam compatiuntur, ecclesiarum letantur spoliis et questum omnem reputant pietatem. Iusticiam non tam veritati quam precio reddunt. Omnia namque cum precio hodie, sed nec cras aliquid sine precio obtinebis. Nocent sepius et in eo demones imitantur, quod tunc prodesse putantur, cum nocere desistunt, exceptis paucis, qui nomen et officium pastoris implent. Sed et ipse Romanus pontifex omnibus gravis et fere intolerabilis est; preterea omnes arguunt, quod, ruentibus et collabentibus ecclesiis, quas patrum construxit devotio, altaribus quoque incultis, palatia extruit et ipse non modo purpuratus, sed deauratus incedit. Palatia splendent sacerdotum, et in manibus eorum Christi sordidatur ecclesia. Provintiarum diripiunt[a] spolia, acsi thesauros Croesi studeant reparare. Sed recte cum eis agit Altissimus, quoniam et ipsi aliis et sepe vilissimis hominibus dati sunt in direptionem. Et, ut opinor, dum sic in invio erraverint, nunquam deerit eis flagellum Domini. Os siquidem Domini locutum est, quia, quo iudicio iudicaverint, iudicabuntur, et sua mensura remetietur eis. (Cf Matth. 7, 2.) Antiquus dierum mentiri non novit. Hec, inquam, pater, loquitur populus, quandoquidem vis, ut illius tibi sententias proferam'. 'Et tu', inquit, 'quid sentis?' 'Angustie', inquam, 'sunt undique; vereor enim, ne mendacii vel adulationis contraham notam, si solus populo contradixero. Sin autem, reatum vereor maiestatis, ne tanquam, qui os meum in celum posuerim, crucem videar meruisse. Veruntamen, quia Guido Dens[b] Sancte Potentiane presbiter cardinalis[1] populo testimonium perhibet, ei usquequaque contradicere non presumo. Asserit enim, in Romana ecclesia quandam duplicitatis[c] esse radicem et fomentum avaritie, que caput et radix est malorum[d] omnium. Neque id quidem in angulo, sed, considentibus fratribus, sancto Eugenio presidente, quando adversus innocentiam meam Ferentini[2] gratis excanduerant, hoc publice protestatus est. Unum tamen audacter, conscientia teste, profiteor, quia nusquam honestiores clericos vidi quam in ecclesia Romana, aut qui magis avaritiam detestentur. Quis Bernardi Redonensis[3], Sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, continentiam contentumque pecunie non miretur? Nondum natus est, a quo munus acceperit. Quod tamen a communione fratrum sinceriore iure proveniebat, interdum accipere persuasus est. Quis non stupeat episcopum Prenestinum[4], qui scrupulum conscientie metuens et a participatione bonorum communium abstinebat? Plurium tanta modestia, tanta gravitas est, ut Fabricio non inveniantur inferiores, quem, agnita salutis via, modis omnibus antecedunt. Quia ergo instas, urges, precipis, cum certum sit, quod Spiritui sancto mentiri non licet, fateor, quia quod precipis faciendum est, etsi non sitis omnibus operibus imitandi. Nam qui a doctrina vestra dissentit, aut hereticus aut scismaticus est. Sed, Deo propitio, sunt qui non omnium vestrum opera imitentur. Paucorum ergo labes sinceris maculam et universali ecclesie infamiam ingerit. Et mea opinione ideo[e] frequentius moriuntur, ne totam corrumpant ecclesiam. Sed et boni rapiuntur interdum, ne malitia immutentur, et quia Roma corrupta apud Deum his repperitur indigna. Tu ergo, qui id habes officii, quere et insere humiles, vane glorie et pecunie contemptores. Sed timeo, ne, dum pergis querere que vis, ab imprudente amico audias que non vis. Quid est, pater, quod aliorum discutis vitam et te ipsum minime perscrutaris? Omnes applaudunt tibi, pater omnium vocaris et dominus, et capiti

a) dirripiunt 2. b) *ita* 1. 2. 3; Clemens *ed. Giles.* c) dupplicitatis 1. d) omnium malorum 2; *Giles.* e) *deest* 2.

1) *Magister Guidodens vir valde litteratus legum et iuris peritus* praedicatur a Balderico, G. Alberonis, SS. VIII, p. 255. Guido pr. card. [S. Pudentianae] tit. S. Pastoris occurrit inter a. 1145. et 1157. ap. Jaffé, Reg. p. 616. 658. Qui cardinalem *S. Potentianae Wiclodent (?) d.* 6. *Febr.* 1148. per errorem, nomine Wido Dent falso lecto, ab eo distinguit; quamquam p. 678. *pr. card. S. Pudentianae tit. Pastoris Boso a.* 1166. invenitur. Cf. Ciaconium I, col. 1029. 2) Eugenius III. Ferentini a die 23. Nov. 1150. usque ad 22. Iun. 1151. resedit, cf. Jaffé nr. 6538 sqq. 3) Rennes in Britannia Minori. Cf. supra V, 15. 4) Guarinus, qui 14. Aprilis 1152. mortem obiit.

tuo infunditur omne oleum peccatoris. Si ergo pater es, quare a filiis munera et retributiones expectas? Si dominus, quare Romanis tuis timorem non incutis et, temeritate repressa, eos ad fidem non revocas? At Urbem vis ecclesie tuis muneribus conservare. Numquid eam sic Silvester muneribus adquisivit? In invio pater es et non in via. Eisdem est conservanda muneribus, quibus est adquisita. Quod gratis accepisti, gratis dato. Iusticia regina virtutum est et erubescit quovis precio permutari. Si gratiosa futura est, sit gratuita. Nequaquam prostituatur ad precium, que corrumpi non potest. Integra est et semper incorrupta. Dum premis alios, et tu gravius opprimeris'. Risit pontifex et tante congratulatus est libertati, precipiens, ut, quotiens sinistrum aliquid de ipso meis auribus insonaret, hoc ei sine mora nunciarem. Et cum plurima nunc pro se, nunc contra se respondisset, apologum huiusmodi mihi proposuit. Ait ergo[1]: 'Accidit, ut adversus stomacum membra omnia tocius corporis conspirarent, tanquam adversus eum qui voracitate sua labores omnium exhauriret. Non saciatur oculus visu, nec auris auditu, laboribus insistunt manus, pedes ab itinere callum induunt, ipsaque lingua utiliter sermonem et silentium moderatur. Omnia denique membra publicis invigilant commodis, et in tanta solicitudine omnium et labore solus quiescit venter, et cum omnia parata fuerint, que labor multiplex adquisivit, solus omnia devorat et consumit. Quid multa? Condixerunt, ut a laboribus abstinerent et gravi inedia conficerent illum inertem et publicum hostem. Exacta est sic una dies, secuta est altera tediosior. Tercia adeo perniciosa fuit, ut fere omnibus defectum indiceret. Urgente itaque necessitate, fratres iterum[a] in unum convenerunt, acturi de salute sua et hostis publici statu. Cum vero omnes assisterent, oculi languerunt, pes molem corporis non erexit, torpebant brachia, sed et ipsa lingua iners et deficienti palato sociata causam communem exponere non presumpsit. Ad cordis ergo consilium omnia redierunt, ibique, habita deliberatione, ratio patefecit, quoniam hec mala ingerebat, qui ante denunciatus fuerat publicus hostis. Ex quo enim ei tributa subtracta sunt, et ipse, quasi publicus dispensator, omnibus alimenta subduxit. Et quia nemo potest sine stipendiis militare, cum stipendia non procedunt, debilitatur et frangitur miles. Sed nec in dispensatorem poterat culpa refundi: quod non acceperat, minime potuerit aliis erogare. Longeque tucius esse, ut ei quod distribuat ministretur, quam, illo evacuato, omnia membra esuriant. Factumque est ita: suadente ratione, impletus est venter, refocillata membra, et pax omnium reformata. Absolutus est itaque stomacus, qui, licet vorax sit et avidus alieni, non sibi tamen petit, sed aliis, que, eo exinanito, nequeunt sustentari. Tale est', inquit, 'frater, si recte attendas, in corpore rei publice, ubi, licet plurimum appetat magistratus, non tam sibi quam aliis coacervat. Si enim exinanitus fuerit, nichil est, quod membris valeat impartiri. Nam stomaci in corpore et principis in re publica idem officium est, iuxta illud Q.[b] Sereni[2]:

Qui stomacum regem tocius corporis esse
Contendunt, vera niti ratione videntur.
Huius enim validus firmat tenor omnia membra.
At contra eiusdem franguntur cuncta dolore.
Quin etiam, nisi cura iuvet, viciare cerebrum
Fertur et integrum illic avertere sensus.

Noli ergo neque nostrum neque secularium principum duriciam metiri, sed omnium utilitatem attende'. . . . . . .

EX LIBRO VII.

19. . . . Egregium quiddam in talibus accidit in Apulia temporibus meis. Regnante Rogero Siculo[3], contigit vacare ecclesiam Avellanam[4] Campanie, Apulie et Calabrie. Rodbertus[c], iam dicti regis cancellarius, presidebat, vir quidem in rebus gerendis strenuus et sine magna copia[d] litterarum acutissimus, in primis provintialium facundissimus, eorum

a) item 2. b) Quinti 2. c) Robertus 2. 3. d) literarum copia *edd.*

1) Inter Iohannis opera exstat eiusdem argumenti *Carmen de membris conspirantibus*, quod ita incipit: *Concilium celebrant humani corporis artus, . . . de ventre queruntur;* curiam autem Romanam vel ullum certum hominem non designat. Menenium Agrippam utraque paraboles forma sapit. 2) V. Quinti Sereni Sammonici de medicina versus cap. 17. Cf. Schaarschmidt p. 102. 3) A. 1130—1154. 4) Vel Abellinensem, cui a. 1133. Robertus quidam praefuit; sed quo anno mortuus sit, nescimus; cf. Ughelli, Ital. sacr. VIII, col. 268. 270.

non impar eloquio, verendus omnibus privilegio potestatis et morum elegantia venerabilis, eoque mirabilior in partibus illis, quod inter Longobardos, quos parcissimos, ne avaros dicam, esse constat, faciebat sumptus immensos et gentis sue magnificentiam exhibebat; erat enim Anglicus natione[1]. Ad eum itaque viri tres accesserunt, abbas quidam, alter archidiaconus et tercius quidam[a] laicus prepositus regis, fratris sui clerici causam agens, singuli clam pro iam dicto episcopatu grandem pecuniam offerentes. Quid multa? Adhibitis familiaribus, seorsum cum unoquoque eorum convenit de precio. Emptio ergo et venditio undique perfecta est, de solutione implenda sufficientissime cautum, pignoribus et fideiussoribus datis, diesque prefixus est electioni sollemniter celebrande. Cum itaque ad diem archiepiscopi, episcopi et multe venerabiles persone convenissent, prefatus cancellarius competitorum causas, et quid cum unoquoque eorum egisset, exposuit, dicens, se exinde ex episcoporum sententia processurum. Damnatis ergo competitoribus simoniacis, pauper monachus et totius rei ignarus, canonice electus, approbatus et introductus est. Illi tamen coacti sunt solvere id in quo se obligaverant usque ad novissimum quadrantem. Utinam ita agatur cf. Matth 5, 26 cum procis nostris, qui omnes sedes olfaciunt, attentius quidem et curiosius quam odora vis aut sagacitas canum formellas leporum aut ferarum latebras deprehendat! . . . . . .

21. . . . Inde est, quod, cum[2] ad iniquum compendium avaritie privilegia trahi conspiceret beatus Adrianus, volens ea omnino revocare, licentiam eorum hac moderatione compescuit, ut, que de laboribus usurpant, circa novalia duntaxat interpretetur. Sic enim gaudere poterunt privilegiis sine gravi dispendio iuris alieni. Unum tamen est, quod tantus pater utcunque sustinuit[3], et quia patrum canonibus refragatur, mirabile est in oculis nostris. . . . . . .

EX LIBRO OCTAVO.

7. . . . Simile aliquid fecisse visus est rex Anglorum Willelmus primus, cuius virtuti Normannia, Cenomannis et tandem maior Britannia cessit. Assumpto namque regni dia- 1066. demate et pace composita, legatos misit ad exteras nationes, ut a preclaris omnium domibus, quicquid eis magnificum aut mirificum videretur, afferrent. Defluxit ergo in insulam opulentam, et que fere sola bonis suis est in orbe contenta[4], quicquid magnificentie, immo luxurie potuit inveniri. Laudabile quidem fuit magni viri propositum, qui virtutes omnium orbi suo volebat infundere. . . . Memini, me ipsum in Apulia divitis cuiusdam interfuisse cene, que ab hora diei nona fere usque ad duodecimam noctis, et hoc quidem tempore equidiali, protracta est. In hac itaque Canusinus[5] hospes Constantinopolitanas, Babilonicas, Alexandrinas, Palestinas, Tripolitanas, Barbarorum, Siras Pheniciasque congessit delicias, acsi Sicilia, Calabria, Apulia Campaniaque non sufficiant convivium instruere delicatum. Copiam rerum, ministerii disciplinam, sedulitatem obsequii, urbanitatem hospitis plenius et melius referet vir singularis eloquii et qui omnibus, quos viderim, trium linguarum gratia prestat. Is quidem est Iohannes thesaurarius Eboraci[6]. Nam et ipse interfuit. . . . . . .

23. . . . Quot et quantos tumultus et strages dedit illa collisio, quando filius Petri Leonis adversus Innocentium bone memorie, quintum domini Adriani predecessorem, cuius vitam et felicitatem in se in aevum protendat Dominus, conatus est ab aquilone ascendere. Nonne et stellarum partem secum traxit ruina eius? Quis nescit Egidium

a) laicus quidam *edd.*

1) *Rodberto . . . oriundo de Anglia, scilicet in Salebia* (i. e. Selby ab Eboraco in meridiem) Ioh. Hagustald. supra p. 15. [Editio princeps Twysdenii legerat *Salisberia*, i. e. Salisbury; unde Robertum Rogerii illius episcopi Saresberiensis, qui scaccarium Angliae instituit, discipulum fuisse conieceram; cf. Stubbs, 'Const. Hist. of England' I, p. 396. 428. ed. II.] Ep. 85. Iohannes iocatur de vinis Falerno, Panormitano, Graeco, *quo me Siculus cancellarius ad pernitiem salutisque dispendium potare consueverat;* cf. 'Göttinger Nachrichten' 1878, p. 526. 2) Ab ordinibus religiosis in damnum cleri parochialis. 3) Sc. privilegium Templariorum. 4) *Anglia . . . est contenta sui boni*, carmen in 'N. Archiv' IV, p. 25; *Insula nostra suis contenta bonis*, Dial. de Scaccario I, 11, ed. Stubbs, 'Select Charters' p. 203. 5) Cf. Horat. Sat. I, 10. 30. 6) *Thesaurarius noster*, Ep. 59, ed. Giles; *vir iocundus et largus et apprime eruditus*, Rob. de Torigni a. 1162, dictus *ad albas manus*, nostri amicissimus, a. 1162. episcopus Pictaviensis, a. 1181. archiepiscopus Lugdunensis, a. 1195. monachus Clarevallensis; cf. Robertson, 'Becket archbishop of Canterbury' p. 344.

Tusculanum[1]? Quis Petrum Pisanum[2], cui nullus aut vix similis alter erat in curia? Quis recenseat episcopos, qui in tota fere Italia corruerunt? Profecto, dum ruine illius extabit[a] etate nostra memoria, incredibile est, quempiam adeo misere ambitiosum esse, ut ecclesiam scindere non formidet. Neminem ita stupidum esse credo, qui non malit se deleri, quam ut pro eo tanta fiat turbatio. Si, delictis nostris exigentibus, carnificum istorum quisquam ascenderit sedem Petri et ad gubernaculum navis eius, Domino indignante, acces-
Matth.14,30. serit, plane naufragium non immerito faciet, cum et Petrus, vocatus a Domino, ad validiorem territus auram ceperit mergi, et navis, que Dominum habebat vectorem, de salute desperet, donec Christus dormiens precibus excitetur. Utique qui misere ascendit, rotatur miserius et miserrime deicietur[b]; nec letos habent exitus, quecumque malo sunt incoata principio. Discordia certissimum iniquitatis et defectus inditium est. . . . . . . Si enim audirent sacerdotes vocem hanc, nequaquam per tela, per hostes currerent, ut primas cathedras occuparent. Sed licet omnes summi pontificatus apicem deferant, quantum salva religione licet, fugiendum[c] quam suscipiendum arbitror sapienti. Ut enim ex conscientia verum loquar, illius laboriosissima et, quantum ad statum presentis seculi pertinet, miserrima videtur esse conditio. Si enim avaritie servit, mors ei est, sin autem, non effugiet manus et linguas Romanorum. Nisi enim habeat, unde obstruat ora eorum manusque cohibeat, ad convitia, ad flagitia et sacrilegia perferenda aures, oculos duret et animum. Tria quidem sunt, que pre ceteris etiam prudentum omne iuditium subvertunt, amor munerum, acceptio personarum, facilitas credendi. Nam ad ista moveri et iusticiam dispensare nullus omnino[d] potest. Ergo et ab his immunem Romanum necesse est esse pontificem, qui omnium cohercere debet excessus. Si odit munera, quis benefitia conferet in invitum? Quid largiturus est, qui non accipit? Aut quo modo, si non largitur, placabit Romanos? Si personas eorum non accipit, quo modo subsistit ante faciem eorum? Vix enim in conclavi causam poterit pensare sacerdotalem, quin eos in consiliis omnibus admittere compellatur. Quid quod cogitur dampnare symoniam, munera et retributiones? Si ea sequitur, nonne se ipsum propria voce condempnat? Si in summa potentia minima licentia est, profecto qui legibus preest nulli subicitur, sed ab illicitis artius coartatur. Ergo et Romano pontifici minimum eo ipso quo plurimum licet. Quid ponderosius est sollicitudine omnium ecclesiarum? Apostolicum privilegium transit ad successores, et plane
2 Cor 11,29 pars privilegii est, quam apostolus ad Corinthios loquitur: *Quis*, inquit, *infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?* Si totum non vultis revolvere, vel istud vendicet, qui de primatu contendit, et, ut puto, cito faciet locum. Preterea, qui Romanus pontifex est, eundem pro conditione ecclesie, que nunc est, esse servum servorum necesse est, non equidem nuncupative ad gloriam, ut quidam opinantur, sed substantive, utpote qui servis Dei serviet vel invitus. Omnis enim persona Dei servit et dispensatrix est clementie vel iusticie sue. Servit angelus, servit homo, serviunt boni, serviunt mali, et ipse princeps mundi diabolus servit. Ergo et Romani serviunt Deo et tiranni, quibus Romanum necesse est servire pontificem. Adeo quidem, ut, nisi servierit, aut expontificem aut exromanum esse necesse sit. Quis ergo eum servum servorum esse ambigit? Dominum Adrianum, cuius tempora felicia faciat Deus, huius rei testem invoco, quia Romano pontifice nemo miserabilior est, conditione eius nulla miserior. Et licet nichil aliud ledat, necesse est, ut citissime vel solo labore deficiat. Fatetur enim, in ea sede se tantas miserias invenisse, ut, facta collatione presentium, tota precedens amaritudo iocunditas et vita felicissima fuerit. Spinosam dicit cathedram Romani pontificis, mantum[e] acutissimis usquequaque consertum[f] aculeis tanteque molis, ut robustissimos premat, terat et comminuat humeros; coronam et frigium clara merito videri, quoniam ignea sunt. Sed nunquam a natali solo Anglie malle exisse aut in claustro beati Ruffi[3] perpetuo latuisse dicit, quam tantas, nisi quia divine dispensationi reluctari non audet, intrasse angustias. Dum superest[4], ipsum interroga et crede experto! Hoc etiam sepissime michi adiecit, quod, cum de

a) exstabat *ed. Giles.* b) deitietur 1. c) potius *supplendum videtur.* d) omnium 2. e) *ita* 1; in tantum *edd.* f) consertam 1. *edd.*

1) A Calixto II. nominatus a. 1121, ab Innocentio II. depositus, sed a. 1138. restitutus, obiit a. 1139. 2) Presbyter cardinalis S. Susannae, de quo vide Zoepffel, 'Papstwahlen' p. 286. 3) Prope Arelate, v. Will. Neubrig. II, c. 6. et vitam Hadriani IV. ap. Muratori III, 1, p. 441. 4) Hadrianus IV. mortuus est Sept. 1, a. 1159.

gradu in gradum a claustrali clerico per omnia officia in pontificem summum ascenderit, nichil unquam felicitatis aut tranquille quietis vite priori adiectum est ab ascensu. Et, ut verbis eius utar — nichil enim, cum presens sum, sui gratia vult aput se absconditum esse ab oculis meis —: 'In incude', inquit, 'et malleo semper dilatavit me Dominus, sed nunc oneri, quod infirmitati mee imposuit, si placet, supponat dexteram, quoniam michi importabile est'. Nonne ergo miseria dignissimus est, qui pro tanta pugnat miseria? Sit sane ditissimus, qui eligitur, sequente die pauper erit et infinitis fere creditoribus tenebitur obligatus. Quid ergo erit ei, quem nulla vocat electio, sed, repugnante in membris Christo, ambitio ceca et cruenta non sine sanguine fraterno intrudit? Hoc quidem est Romulo succedere in parricidiis, non Petro in commissi dispensatione ovilis. . . . . . .

25. . . . Rex illustris Anglorum Henricus secundus, maximus regum Britannie, si initiis 1159.
gestorum fuerit exitus concolor, circa Garonnam — et, ut dicitur, te[1] auctore, te duce — fulminat, et[a] Tholosam felici cingens obsidione[2], non modo Provintiales usque ad Rodanum et Alpes[3] territat, sed, munitionibus dirutis[b] populisque subactis, quasi universis presens imminet[c], timore principes Hispanos concussit et Gallos. . . . . . .

EX METALOGICO.

EX LIBRO II.

10. . . . Inaudita quedam ad quadrivium pertinentia, in quo aliquatenus Teutonicum preaudieram Hardewinum, didici[4]. . . . . . .

EX LIBRO III.

Anni fere viginti elapsi sunt[5], ex quo me ab officinis et palestra eorum qui logicam profitentur rei familiaris avulsit angustia et consilium amicorum, quibus non obtemperare non potui. Exinde, ut ex animi mei sententia verum fatear, nec in transitu vel semel dialecticorum attigi scripta, que vel in artibus vel in commentariis aut glossematibus scientiam pariunt aut retinent aut reformant. Aliis namque et non modo diversis, sed adversis fere occupationibus interim distractus sum, ut vix vel ad horam, et hoc quodammodo furtim, philosophari licuerit. Siquidem Alpium iuga transcendi decies; egressus Angliam, Apuliam secundo peragravi; dominorum et amicorum negotia in ecclesia Romana sepius gessi et, emergentibus variis causis, non modo Angliam, sed et Gallias multoties circumivi. Ad hec cura rei familiaris, sollicitudinum concursus, gerendorum instantia literis dare operam non sinebant. . . . . . .

EX LIBRO IV.

7. . . . Aristoteles . . . demonstrativam tradiderat disciplinam; ideo enim, ut aiunt, in ipso nomen philosophi sedit. Si mihi non creditur, audiatur vel Burgundio Pisanus, a quo istud accepi. . . . . . .

42. Sed hec hactenus. Iam enim flere magis vacat quam scribere, et visibili argumento doceor, quod mundus totus subiacet vanitati. Expectavimus enim pacem, et ecce turbatio et tempestas ingruens Tolosanis Anglos et Gallos undique concitat, et reges[6], quos amicissimos vidimus, se insatiabiliter persequuntur. Ad hec mors domini Adriani summi 1159.
pontificis, cum omnes christiane religionis populos nationesque perturbaverit, Angliam nostram, unde fuerat oriundus, acerbiori dolore commovit irrigavitque lacrimis profusioribus. Omnibus ille bonis flebilis occidit, sed nulli flebilior quam michi. Cum enim matrem haberet et fratrem uterinum, me quam illos artiori diligebat affectu. Fatebatur etiam[d] publice et secreto, quod me pre omnibus mortalibus diligebat. Eam de me conceperat opinionem, ut, quoties oportunitas aderat, conscientiam suam in conspectu meo effundere letaretur. Et cum Romanus pontifex esset, me in propria mensa gaudebat habere convivam

a) ut *ed. Giles.* b) diruptis *ib.* c) immineat *ib.* d) et *Ms. Cantab.*

1) Thomam Becket alloquitur; cf. prol. Policratici: *dum Tolosam cingitis, ista aggressus sum.* 2) Mensibus Iul., Aug., Sept. a. 1159. 3) Henricus II. postea Morianam sive Sabaudiam in potestatem suam redigere conatus est; cf. Gesta Henrici ad a. 1173. 4) Auctor hoc loco studia sua inter a. 1136. et 1148. in scholis et Parisiensibus et Carnotensibus peracta enarrat. 5) Scripsit autem Metalogici libros aut a. 1159. exeunte aut a. 1160. ineunte. 6) Ludovicum VII. Franciae et Henricum II. Angliae, qui tamen a. 1159. exeunte indutias fecerunt; cf. 'Geschichte von England' III, p. 25.

1159. et eundem sciphum et discum sibi et michi volebat et faciebat, me renitente, esse communem. Ad preces meas illustri regi Anglorum Henrico secundo concessit et dedit Hiberniam iure hereditario possidendam, sicut litere[1] ipsius testantur in hodiernum diem. Nam omnes insule de iure antiquo ex donatione Constantini, qui eam fundavit et dotavit, dicuntur ad Romanam ecclesiam pertinere. Anulum quoque per me transmisit aureum, smaragdo optimo decoratum, quo fieret investitura iuris in gerenda Hibernia; idemque adhuc anulus in curiali archivo publico custodiri iussus est. Si virtutes eius percurrere velim, in magni voluminis librum hec una excrescet materia. Omnium vero mentes magis exulcerat scissura ecclesie[2], que, exigentibus culpis nostris, contigit tanto patre sublato. Expetivit eam Sathanas, ut cribraret sicut triticum, et undique alterius Iude proditoris ministerio amaritudines et scandala spargit. Oriuntur bella plus quam civilia; sacerdotalia enim sunt et fraterna. Nunc iudicium est mundi et timendum, ne partem stellarum[3] secum involvat ambitiosi cf. Matth. 18, 7. ruina proditoris[4]. Vae autem illi per quem hoc scandalum venit; et plane melius erat, si natus non fuisset. Publici doloris expono causas, cumque[a] aliunde familiarius dolore torqueat[b], tum non leviori, quod ad me spectat. Siquidem pater meus et dominus, immo et tuus[5], venerabilis Theobaldus Cantuariensis archiepiscopus in egritudinem incidit[6], ut incertum sit, quid sperare, quid timere oporteat[c]. Negotiis more solito superesse non potest iniunxitque michi provinciam duram et importabile onus imposuit, omnium ecclesiasticorum sollicitudinem[7]. Anxiatur ergo undique in me spiritus meus, et cruciatus, quos patior, non sufficio enarrare. Sed in his omnibus unicum michi consilium superest, Deum hominem, intemerate virginis filium, exorare, qui, velut in navi dormiens, fidelium precibus excitandus est, ut procellam componat naufragantis ecclesie et dominum meum, sicut sibi et nobis expedire prenovit, ab omni infirmitate mentis et corporis clementer eripiat. Is, inquam, per quem reges regnant et principes dominantur, universali ecclesie idoneum et placitum sibi pastorem preficiat et reges et principes nostros ab omni adversitate defendat eosque faciat ad honorem et gloriam nominis sui gregem sibi servare commissum[8]! . . . . . .

a) *ita Ms. Cantab.; cum tamen ed.* b) torquear *fortasse emendandum est.* c) quidquid sperare oporteat *Ms. Cantab.*

1) Hadrianus IV. ad regem Angliae, v. Rymer, Foedera I, p. 19, ut putatur, m. Decembri 1155. Jaffé nr. 6908. Asservant epistolam Rad. de Diceto (Opp. I, p. 300) et Giraldus Cambrensis (Opp. V, p. 316. et De Instructione principis p. 52, ed. Brewer), qui, fortasse nostrum Metalogicum adhibens, bullam impetratam esse dicit *per Iohannem Sarisburiensem, postmodum episcopum Carnotensem, Romam ad hoc destinatum, per quem eciam idem papa regi anulum aureum in investiture signum presentaverat, qui statim simul cum privilegio in archivio Wyntonie repositus fuerat.* 2) Cf. Iohannis ep. 44: *Domino regi Anglorum: Scissura enim ecclesie Romane novitatis suscitat amatores et presumptionibus multam dedit audaciam. Siquidem alii apud nos Alexandrum, alii disponunt et adire et visitare Victorem.* 3) Cf. Policrat. VIII, p. 23. 4) Tangit Octavianum cardinalem, Victorem IV. antipapam. 5) Thomam Becket, tunc cancellarium Angliae, iterum alloquitur. 6) Obiit die 18. April. 1161. 7) *Cum ex mandato domini mei, cui deesse non possum, sollicitudo totius Britannie, quod ad causas ecclesiasticas, michi incumbat*, prologus Metalogici. 8) Auctor, ut apparet, nondum audivit, Alexandrum III. die 20. Sept. a parte saniore consecratum esse.

EX IORDANI FANTOSME CARMINE.

Iordan Fantosme[1], *Latine Fantasma vocatus, e gente Normannica in Anglia*[2] *natus esse videtur; nam unicum quod exstat opus eius sermone metroque non ita puro Gallico, sed potius ab Anglonormannis*[3] *corrupto, scriptum est et auctorem cum rege Angliae stantem*[4], *in rebus*[5] *locisque*[6] *Britannicis versatum, bellum Gallicum negligentem prae se fert. Inter* discipulos magistri Gilleberti *Porretani* Pictavensis episcopi, *qui a.* 1154. *obiit*, intensiore studio attentus, mentis acie perspicacissimus et sola veritatis specie coactus viguit[7]. *Tunc scholas Wintonienses regendi vel inspiciendi privilegium habuit et inter annos* 1155. *et* 1159. *foro ecclesiastico, Iohanne Saresberiensi*[8] *vice papae iudice, contra aemulum quendam magistrum gnaviter defendit. Etiam a.* 1160.[9] *in causa aliqua prope Portsmouth acta* clericus episcopi Wintoniensis testificatus est. *Anno autem* 1174. *ad regiones septentrionales*[10], *quas tunc a Scotis vastatas vehementer doluit*[11], *nescimus qua conditione adductus, regem Willelmum Leonem apud Alnwick captum ipse vidit*[12]. *Forsitan legatus ab episcopo suo Ricardo Wintoniensi, administro omnium regis consiliorum, in Northumbriam missus sit: vix enim ullo stabili officio coactum eum in partibus aquilonaribus permansisse putarim, quippe qui fluvium Tweed iterum*[13] *cum Tyna confuderit.*

Carmine suo auditores in medias res m. Martio a. 1173. *ab Anglis contra Francos et Scotos gestas introduxit et, cum bellum Britannicum solum spectaret, mense Augusto a.* 1174. *versu* 2070. la guerre est ore fenie *narrationem abrupit. Quo fortasse tempore iam ad scribendum aggressus, certe ante annum* 1183, *quo Henricus (III) obiit*[14], *opus finivit.*

Non igitur ausus familiam[15] *regis aut nobiles*[16] *Angliae acrioribus opprobriis in se lacessere, Flandrenses solos, et comites et stipendiarios, de bello incitato et crudeliter gesto graviter et plus aequo accusavit. Quodsi orationibus dialogisque fictis*[17], *numeris militum in falsum auctis, ordine temporum parum observato fidem historicam paullulum laesit, licentia poetica facile excusatur.*

1) Se ipsum auctor carminis nominat v. 521. 668. 674. 903. 1152. 2) Palgrave, eum Italum fuisse, sine causa opinatur. 3) Cf. Ten Brink, 'Engl. Literaturgesch.' I, p. 226. 4) Cf. v. 1814: *Noz chevaliers de ça n'aiment puint les Flamens;* 2056: *Henri le rei a bon ure fust-il ne!* 5) Nomine *Parliament* fortasse inter Anglos primus usus est; cf. Stubbs, 'Constitutional hist.' I, p. 570. 6) Novit Londoniam; cf. v. 912. 1928, Angliam Orientalem v. 820. 894. et Aquilonarem; v. infra. 7) Haec verba imaginibus Iordani et trium condiscipulorum subscripta sunt in Gilberti Porretani codice, quem in abbatia Sancti Amandi viderunt Martene et Durand, 'Voyage litt. de deux Religieux Bénéd.' a. 1724, p. 99. 8) Vide eius epist. Hadriano IV. missam, nr. 19. 9) D. 10. Aprilis datum est documentum ap. Palgrave, 'English Commonwealth' II, p. LXXVIII. 10) Cf. v. 1148. 1159. 11) Cf. v. 1177. 12) Cf. v. 1774: *Li reis d'Escoce par devant Audnewic s'arestut desguarni: jo ne cunt mie fable, cume cil qui ad öi, mes cum celui, qui i fud, e jo meismes le vi;* v. 1810: *il esteit sempres pris, a mes dous oilz le vi.* — Econtra fatetur, ubi non adfuerit; infra v. 895. 13) Cf. v. 428. et 1186. 14) V. 924. Henricum II. sic alloquitur: *Vostre filz mult devez amer, quant par nature se prist a acorder,* quae etiam iam ante a. 1176, quo filius iterum a patre descivit, scripta videntur. 15) Eleonorae reginae, discordiae stimulatricis, nulla fit mentio. 16) Cf. v. 1159: *Bien cunuis le barun; ja n'en frai parlance, kar mult perdu i a.* 17) De vigore eius epico cf. Lajard, 'Histoire littéraire' XXIII, p. 345.

Versibus constat carmen Alexandrinis duodecim syllabarum[1], *quorum nunc quatuor, nunc plures usque ad viginti octo, extremis syllabis inter se consonantibus, stropham faciunt.*

Autographum et archetypus desiderantur; codices[2] *autem sunt hi:*

1) **Dunelmensis**[3] *C IV.* 27. 3 *fol. circa a.* 1200. *bene exaratus;*

2) **Lincolniensis** *H* 18. 3 *[antea A I.* 8*]. fol.* 157, *saec. XIII. vel XIV; cuius scriba, quamquam veteres auctoris formas verborum iam corrupit et levigavit et aliquos versus omisit, cum tamen plus semel meliores lectiones*[4] *attulerit, immo solus quasdam lineas, quae Dunelmensi desunt*[5], *asservaverit, tertium aliquem codicem iam deperditum adhibuerit oportet. Ambobus libris mss. numeri poetae saepius defigurantur.*

F. Michel pro Societate Surteesiana titulo 'Chronicle of the war between the English and the Scots by Iordan Fantosme Lond.' 1840. 8°. *e codice* 1, *lectionibus* 2 *accurate collatis, primus Iordanum edidit, praefatione, notis amplissimis, versione Anglica diligenter illustravit; postea contextum solum, paucis tantum locis correctum, a.* 1844. *modo appendicis tomo III. Chronicae Normannicae Benoit auctore, quae inter* 'Documents inédits de la France' *forma* 4. *prodiit, una cum epitome carminis, quam Francogallice scripsit, subiunxit.*

Nos libros Francisci Michel secuti, quaecumque de Flandrensibus occurrunt, excerpsimus; contextum V. Cl. Tobler benigne perlegit. *F. L.*

21 Reis de terre senz honur ne set bien que faire:
Ne sout[a] li juefnes curunez[6], li gentilz debonaire; . . .
1173. 27 Cuntad al rei de France[7] trestut le suen afaire.
Mandent celui de Flandres, Felipe le puignaire[b]
E Maheu de Buluine[c], qu'il venist od sun fraire;
30 Grant fud cele asemblee; unc[d] ne vëistes maire.
Li reis Lowis de France si fud a Saint-Denis[e]
E tint un grant cuncile de tuz ses bons amis;
Del viel rei d'[f] Engleterre[8] esteit issi pensis,
A poi de duel n'esrage[g] li gentil rei Lowis,
Quant li cuens de Flandres en ad drescié sun vis
E dit al rei de France: 'Ne seiez si pensis!
Vus avez[h] grant barnage, vailanz e pöestis,
Pur faire grant damage desur voz enemis.
40 En tute vostre terre mar seit vassal remis,
Ki puisse[i] porter armes, u ne seit si antis,
Ne vus face serment[k] sur le cors saint Denis'.
Mar fud faite la guerre devers le rei Henris. . . . . . .
1173. Apr. 64 El meis d'Avril[l] en paskerez[m] fud l'ost de France sumuns;
E chevalchent es marches[n], laciez les gumphanuns.
Li reis Henri chevalche cuntre els a espuruns
E ot en sa cumpaigne[o] dis mile Braibençons[9]. . . . . . .

a) solt 2. b) depuignaire 1; Mande unt idunc Philippe le pugneire 2. c) e le cunte de Buliugne 2. d) unques 2. e) *scriba* 1, *ultimo verbo* saint Denis *seductus, tam hic affert v.* 43 Mar — Henris. f, de 2. g) dul ne rage 2. h) vos aliez 2. i) que ne puet 2. k) serrement 1. l) El le meis d'averil 2. m) paskez l'ost de Fr. est su. *Rose.* n) as merches 2. o) cumpainie 2.

1) Si excipias v. 651. usque ad 765. Quodsi iusto metro pedes nunc desunt nunc supersunt, id Rose, ap. Boehmer 'Roman. Studien' V, p. 301, potius scribis quam Iordano crimini dare dimidiumque fere carmen secundum regulas Alexandrinas, quamvis sagaciter, nimis tamen audacter, emendare conatus est; cf. quae Vising in 'Lit. Bl. f. germ. u. rom. Philol.' III, col. 352. annotavit. Quare nonnulla tantum attulimus. 2) Cf. Michel in 'Rapports au Ministre' inter 'Coll. de Doc. inéd. de France' p. 205. 243; Hardy, 'Descr. Catal.' II, p. 404. 3) Durham Cathedral. 4) E. gr. v. 820. 5) V. 72. 6) Henricus (III). 7) Ludovico VII. 8) De Henrico II. 9) *Mavult enim princeps stipendiarios quam domesticos bellicis opponere casibus,* Ricardus f. Nig. Dial. de Scaccario I, c. 9.

85 Vait encuntre Lowis, le riche rei de France, 1173.
Cuntre le cunte Phelippun, dunt vus oiez parlance,
E[a] dan Maheu sun frere, chevalier de vaillance. . . .
92 Ço fud[b] Maheu le puignëur, sur qui vint la lance:
N'avrad mes li reis Henriz pur lui nule dutance.
Li cuens de Buluine ad recëu mortel plaie,
De si qu'as espuruns a or li sanc vermeilz li raie:
Ne purrad iames guarir, asez ad qui l' asaie.
Tant[c] est sis freres plus dolent e plus suvent s'esmaie
E iure sun serrement, la[1] pretiuse plaie,
Ja mes vers le rei Henri n'avrad nule[d] appaie.
100 Ore[e] chevalche Lowis; si fait le jofne reis;
E Phelippe [de Flandres[f]]est mis en grant desrei;
Li cuens Tiebaut[g, 2] de France demeine grant podnei[h]:
Ja saverad li reis Henri asez, u mover sei:
Franceis li muevent guerre, Flameng et Cupei[3]. . . .
112 Le[4] plus honurable e le plus cunquerant,
Que fust en nule terre puis le tens Möysant,
Fors sulement li reis Charle, ki pöesté fud grant
Par les dudze cumpaignuns Olivier e Rodlant[i] . . .
120 Or chevalche li[k] cuens Phelipe ovoc sa grant cumpaigne[l]
E guaste Normendie par bois e par champaigne[m]. . . .
128 E dit[4] a[n] ses chevaliers: 'Seignurs, ore m'entendez! . . .
138 Od la lune serie[o] a nuit eschilguaitiez[p],
Que Flameng[5] ne terrien[q] ne seient enbuschiez'. . . . . . .
167 Ceus del chastel[6] unt ja vëu Willame[7] e sa baniere,
E veient, que li Braibençon[8] veneient tut ariere. . . . . . .
212 'Seignurs', fait li reis Henris[n], 'kar me cunseilliez: . . .
220 Pur guarder ma franchise sui asez laidengiez
E par iceus de Flandres suvent cuntraïez:
Si n'avum mes busuine d'estre plus damagiez'. . . . . . .
339 Quant li reis d'Engleterre entent le mandement
De sun cusin[9] d'Escoce, de sun ententement[r],
Dit a sun message, qu'il ne fera[s] nïent;
Ne quiert[t] aver al[u] respuns estrange ne parent:
'Dites au rei d'Escoce, que pas ne m'espöent
Pur guerre, que jo aie de mun fiz en present,
Ne pur le rei de France, ne pur la sue gent
Ne le cuens de Flandres, ki m'enväist[u] suvent.
Jo's ferai de lur guerre curesçus e dolent'. . . . . . .
410 Mes il[10] voldrad ultre mer enveier un' espie
Pur veeir le cuntienement le pere en Normendie,
E puis avant en Flandres, al fiz[11] en qui[v] il s'afie[w]: . . .
418 'Si nus[x, 12] enveit de Flandres ses Flamens[13] od navie,

a) en 2. b) Ceo fu 2; Ço est *Rose*. c) Sis frere est *R*. d) n'avera nul 2. e) Or *R. saepius*. f) de F. *des*. 1 g) Thebaud 2. h) pothnei 2. i) Oliver e Rolant 2. k) li c. *delenda censet R*. l) od sa g. cumpainie 2. m) campaignie 2. n) *delendum censet R*. o) lunne sei 2. p) achauveitez 2. q) F. e li altre 2. r) entendement 2. s) fra 2. t) quer 2. u) que m'envait 2. v) où 2. w) se fie 1. x) vus *ed*. 4°. 2.

1) i. e. per pretiosa vulnera (Christi). 2) Theobaldus V. de Blesis. 3) 'Stipendiarii ex oppido Capy a Péronne in orientem' MICHEL, qui tamen postea de Capedensibus cogitavit, de quibus v. SS. I, p. 452, n. 62. 4) Henricus II. rex. 5) In exercitu baronum. 6) Barones rebelles in castello de Dol in Britannia Minori. 7) *De Humaz*, filium constabularii Normanniae. 8) In exercitu Henrici II. 9) Regis Willelmi. 10) Rex Scotiae, qui, antequam foedus cum Francis faceret, a rege Angliae patre Northumbriam, quam filius ei iam promiserat, extorquere conatus est. 11) Henrico (III). 12) Scotis. 13) Ricardus archiepiscopus Cantuariensis Henricum (III) reprehendit: *Brebantionum factus es ductor, gentique excommunicatae et perditissimae adhaesisti, ut perderes devotissimam tibi gentem;* ap. Petrum Blesensem ep. 47.

1173. Par cent e par[a] cinquante de cele gent hardie,
Jo[b] lur livrai la veie la gent[1] qui[c] nus guerrie'. . . .
426 A cest message faire s'en[d] vunt ces messagiers;
Li reis le volt e gree: si'l funt mult volentiers;
A Berewic[2]-sur-Tine[3] troevent les noteniers,
Kis amerrunt en Flandres, les sages messagiers;
430 Ja sunt entrez en barges e vunt en halte mer
E traient sus[e] lur sigles, si se funt desarmer;
N'unt cure d'Engleterre lunges a costeer[f]:
Il sunt lur mortel enemi, qu'il soleient amer.
Si cum ces chevaliers unt trove lur seignur[4]
Ove le rei de France, Lowis l'emperëur,
Dient lur messages süef e senz irrur,
Si que[g] bien l'entendent de France li cuntur.
E li cuens Phelipe est mis en tel errur,
Parole devant les autres le noble guerrëur;
440 Ore dit li cuens Philipe une raisun menbree[h],
Veant[i] la curt de France; mult fud bien escutee:
'Tenez al rei d'Escoce la fiance afïee;
Qu'il vus äit[k] de guerre, hastif senz demuree,
Destruice voz enemis e guaste lur cuntree,
Par fu e par enbrasement[l] tute seit alumee;
Ne lur laist defors, n'en forest ne[m] en pree,
Dunt il puissent al matin aveir une disnee;
Puis asiece lur chastels de sa gent äunee:
N'avrunt[n] succurs n'aïe[o] dedenz tredze lüees[p].
450 Issi deit l'en cumencier guerre[q], ço[r] m'est vis:
Primes guaster la terre e puis ses enemis.
Nus li aiderum de Flandres, ainz[s] vienge quinze dis,
Par quei ces d'Engleterre serrunt nun pöestis'.
Si cum li quens Philipe ad fait sa randunee,
Li reis Lowis de France le volt e si l'agree. . . . . . .
600 La fist li reis d'Escoce tendre ses paveilluns,
Ses trefs e[u] ses acubes, ses cuntes, ses baruns;
E dit à sun barnage: 'Seignurs, kel la[t] ferums?
Tant cum estoise[u] Prudhume[5], ja mes pes n'avrums[v]'.
Ço dient li Flameng[6]: 'Nus l'agraventerums
U mar nus durrez soldeies ne livreisuns!' . . . . . .
788 Venuz fud en la terre[7], ki lur[8] mettrad asise:
Li[9] cuens de Lëircestre la chose si ad emprise,
[w] Od Flamens e od[x] Franceis e od gent devers Frise
Aturnerad Engleterre tut a sa cumandise. . . . . . .
823[y] Ore est Humfrei de Böun[10] iriez en sun curage:
'Sire Richart de Luci[11], ore parra vostre age[z],
E vus seiez en haste, si cum l'unt[a] dit, tant sage. . . .
831 Si Deus le volt e gree, jo desfrai l'ultrage[b]:
Mar i[x] furent arivez de Flandres la salvage'. . . .

a) *deest* 2. b) Jeo 2. c) ke 2. d) en 2. e) sur 1. f) acoster 2. g) cum 2; q. mult bien *R.* h) menbré 1; membrée 2. i) vecant *ed.* 4º. 2. k) v. ert 2. l) e brasement *R.* m) de fors chastels en 2. n) n'averunt 2. o) ne aie 1. p) luée 2. q) la guerre *R.* r) issi 2. s) einz que 2. t) ke la 1; ke 2. u) esteusse 1. v) cume cest chastel estoise jà pès ne averums 2. w) e *ins.* 2. x) *delendum censet R.* y) *v.* 818 *ed.* 4º. z) eage 2. a) l'um *ed.* 4º. b) defrai l'ustrage 2.

1) Contra Anglos. 2) Berwick-on-Tweed eo tempore sub Scotorum imperio erat. 3) Corrige: *Twede;* infra quoque v. 1186. noster falso habet *Berewic-sur-Tine.* 4) Henricum (III). 5) Prudhoe in com. Northumberland, in mer. et occ. a Newcastle. 6) Rex Scotiae *la gent estrange chierisseit, amot et teneit chier;* v. 641. 7) Angliam. 8) Nobilibus, qui Henrico II. fidem servabant. 9) Robertus qui Henrico (III) favit. 10) Constabularius Angliae. 11) Capitalis iustitiarius Angliae.

836 E dan Humfrei de Böun s'en est ariere alé, 1173.
E maint gentil chevalier d'Engleterre né;
Si serrunt ainz curt terme vers Flamens acuinté. . . .
843 Maint gentil hum[a] de Flandres l'i[1] vait le jor siewant[b],
Dunt li reis d'Engleterre[c] en ot puis joie[2] grant. . . . . . .
895 Ki volt öir la verité cum Norewiz[d, 3] fud prise —
Jo ne fui pas el päis quant ele fut[e] asise —:
Uns traitres Lohereng[4] la[f] trahi; pur ço si fud suprise. . . . . .
918 Gentil rei d'Engleterre, kar pernez a penser,
Cum vus devez Lundres e les baruns amer:
920 Kar unques ne faillirent lur seignur dreiturer,
Tuz jorz a sa buisine ne fussent li premier;
Asez orent messages de Flandres[5] ultre mer,
Ki lur prameteient granz honurs a duner. . . . . . .
947 Li cuens de Lëicestre[g] ne fine de guaster
La terre de Northfolke[h], dunt vus[f] m'öez parler;
Ne pot de Normendie le rei Henri grever;
950 Pur ço volt Engleterre a sun poeir medler;
Il ad od lui de Flandres par cent e par millier. . . . . . .
997 Tost i[i] purriez öir[k] e bien en halt crïer
Entre Flamens de Flandres e Franceis e Puier[6]:
'Nus n'eimes pas en cest[l] päis venuz pur sujorner,
1000 Mes pur lu rei destruire, Henri le vielz guerrier,
E pur aver sa leine[7], dunt avum desirier'.
Seignurs[8], ço est la verité: li plus furent telier;
Ne saveient porter armes a lei de chevalier;
Mes pur ço furent venuz, pur aveir guain e guerre[m]:
Kar n'ad meillur viandier de Saint-Edmund[9] en terre[n].
Ore oiez, seignurs baruns, de Deu la grant venjance,
Qu'il fist descendre sur Flamens e sur la gent de France. . . . . .
1016 Ço fud Waltier le fiz Robert[10], dunt vus oiez parlance,
Ki[o] primes justad as Flamens e mist en grief errance. . . . . . .
1035 Respunt[11] Rogier le[p] Bigot[12]: 'Tut al[q] vostre plaisir!
Jo n'oi unc[r] en ma vie de rien si grant desir,
Cume[s] Flamens destruire[t], que jo vei ci venir'.
Ço fud Waltier[u] le fiz Robert, ki puinst premierement.
Ore li seit en äie li Reis omnipotent!
1040 E vait ferir Flamens mult äireement;
E cil le refierent, ki[v] ne l' dutent nïent:
Il esteient plus de lui par milliers e par cent.
Sil funt reuser ariere ove la sue gent;
Mes il ne targa mie de querre vengement.
Mar virent Engleterre, tuit en serrunt[w] dolent! . . . . . .
1051 Mar amena de Flandres Robert[13] itele gent! . . .
1057 Certes mult le fait bien Robert le fiz Bernart[14],

a) hume 2. b) F. le veit siwant 2. c) de Eng. ot 2. d) Norwiz 2. e) fud *ed.* 4°. f) *deest* 2. g) Leircestre 2. h) Norfouke 2. i) *deest* 1. k) oier 2. l) ço 2. m) guerer 2. n) v. 1005. *deest* 2. o) que 2. p) de 2. q) a 2. r) unke 2. s) cum 2. t) destrure 2. u) Water 2. v) ke 2. w) serent 2.

1) Cum comite Leicestriae. 2) Cum postea captivi pretio se redimerent. 3) Norwich ab Hugone comite Norfolciae expugnatum esse, rectius, ut videtur, a. 1174. referunt Gesta Henrici II; Gervas. Cant.; Rad. Dicet. 4) Nomen ignoramus. 5) A partibus Henrici (III). 6) Po[i]hiers, homines e regione Poix in Picardia oriundi. 7) *D'Engleterre nous viennent laines et grands prouffitz pour avoir les vivres* Flandrenses a. 1338. regi Franciae dixerunt; cf. Varenbergh, 'Flandre et Angleterre' p. 11. 8) Auditores alloquitur poeta. 9) Pugna fuit prope Bury Saint Edmund's. 10) Postea, a. 1176. iustitia in Anglia Orientali; cf. Gesta Henrici II, t. I, p. 107. 11) Comiti de Arundel exercitum contra rebelles dimicaturum exhortanti. 12) Qui patri Hugoni in comitatum de Norfolk postea successit. 13) Comes Leicestriae. 14) A. 1172. Henricus II. ei tradiderat Waterford et Wexford in Hibernia; Gesta Henr. II, I, p. 30. Plura

1173. De cele gent estrange fait merveillus essart;
Ne s'i puet pru aidier ne Flameng ne Lumbart;
1060 La leine d'Engleterre mult par cuillerent[a] tart.
Desur lur cors descendent corneilles e busart,
Ki les armes enportent el fu qui tut[b] tens art;
La lur dirrad la[c] messe li prestre saint Suart:
Mielz lur vendreit en Flandres pendre a[d] une hart.
Mult fussent pruedhume[e] li[f] Flameng, si Deus lur fust äie;
Mes il ne l'aveient deservi pur lur grant roberie;
Li cuens de Lëircestre mar vit lur cumpaignie. . . . . . .
1086 N'i aveit el[g] päis[1] ne vilain ne corbel,
N'alast Flamens destruire a furke[h] e a fleel;
De rien [ne[i]] s'entremetteient li armé chevalier
Fors sul del abatre, e[o] vilains a tüer;
1090 Par quinze, par quarante, par cent e par millier
Les funt a vive force es fossez tresbuchier. . . . . . .
1174. 1145 Ço fud enprès la paskes, bien me deit suvenir,
Que li reis d'Escoce cumence a revenir
Envers Northumberlande pur guaster e hunir. . . . . . .
1173 Ja pëussiez veeir[k] päisanz e Flamens, ki vus lie[l],
Mener[m] en lur cordeles cum[n] gent de paenie;
Femmes fuient al[o] mustier, chascune fud ravie,
Nue senz vestëure[p], sun aveir i ubblie. . . . . . .
1191 Dunc fist li reis d'Escoce mander ses[q] chevaliers,
Les cuntes de sa terre, tuz les meillurs guerriers[r];
A Werke[s, 2] volt mettre siege par ses bons cunseilliers,
Le chastel voldrad aveir par Flamens e[t] archiers; . . .
1201 L'ost fud merveillus, de grant chevalerie,
De Flamens e de marchis fiere la cumpaignie. . . .
1207 Par un lundi matin furent appareilliez,
Ki le chastel assaudrunt: Flamens furent nomez. . . .
1215 Flamenc esteient hardiz e mult acuragiez,
E li autre mult[u] engrès[v] dedenz lur fermetez[3].
Ja vëissiez serjanz e Flamens si medlez,
Targes e escuz freindre, penunceus[w] despleiez,
Flamens turner ariere des heriçons[x] plaiez;
1220 Les uns furent des altres en lur escuz[y] portez;
Ja mes ne crïerunt 'Araz'![4] — mort sunt e enterrez. . . . . . .
1313 Rogier d'Estutevile[5] si est el cuer[z] haitiez;
Si deit il bien estre — ne vus esmerveilliez —:

a) cuillent 2. b) ki tuz jurz 2. c) *deest* 2. d) par 2. e) prudes humes *R.* f) li F. *delenda censet R.* g) le *add.* 2. h) fuche 2. i) *suppl. Tobl.* k) puissieiz ver 2. l) qui les lient 2. m) E mener 2. n) cordes cume 2. o) *h.* 2. p) vesture 2. q) les 2. r) guereieres 2. s) Werc 2. t) par *add.* 2. u) *delendum censet R.* v) egres 2. w) penunçaus 2. x) del heriçun 2. y) autres des heriçons 1. z) al quor 2.

de hoc et aliis baronibus ex Hibernia in auxilium regis vocatis affert 'Anglo-Norman Poem on the conquest of Ireland' ed. Michel et Wright Lond. 1837 (cuius auctor s. XIII. in., scriptor codicis Lambethani 596 s. XIV. in. vixisse videntur) p. 139. et v. 2954: *E de Leycestre lors li quens,*
Solum li dist des anciens,
Sur sun seignur esteit turné
E Flemenges aveit mené. . . .
2962 *E li vassal e li barun*
De Engletere la regiun
Les Flemenges encontré unt
A la cité Seint-Eadmund.
Iloec erent deconfiz,
De Leycestre le conte pris. . . .
2974 *E les baruns de Yrlande*
Ki unt esté en cel brande
En Normandie sunt tuz passez
E la novele al rei contez
Cum les Flemengs erent occis
E le rei d'Eschoce pris. . . .

1) In Anglia Orientali. 2) Wark in com. Northumberland, a Bellingham in mer. 3) Rogerus de Stutevilla in castello de Wark. 4) Nomen civitatis Atrebatum erat militum Flandrensium clamor bellicus; cf. v. 1804. 5) Vicecomes de Northumberland.

Kar li reis d'Escoce li ad le sun laissiez. 1174.
Il n'ad, la merci Deu, ne perdu ne guaigniez
Nul de sa maisnee ocis ne afolez,
Chevalier ne serjant dedenz le cors nafrez,
Dunt li esteust [doner[a]] un denier muneiez
1320 A mire de Salerne pur estre[b] medcinez. . . . . . .
1475 Li reis Willame d'Escoce ad ja pris Appelbi[c, 1],
E Rogier de Munbrai, qui esteit sis amis; . . .
1481 A Burc[2] volent aler, le cunseil fud tost pris; . . .
1485 Le chastel fud mult tost de tutes parz asis;
Si lur funt dur assaut e Flamens et marchis. . . . . . .
1626 Li evesques[3] repaire, cum jo ore ainz[d] vus dis;
E Richart de Luci, qui unc[e] ne fud esquis,
Les noveles le rei volentiers ad enquis:
'Sire', fait li evesques, 'ja s'est uns reis de pris:
1630 Ne dute les Flamengs vaillant un[f] alis'. . . .
1664 Grant fu l'ost d'Escoce, la noise e le hu.
Des Flamens, de marchis le chastel[4] fud assaillu. . . .
1678 Mult aveit Odinel[g, 5] la dedenz bone gent,
Encuntre les Flamens se defendent forment;
1680 N'i perdirent dedenz — tant di[h] que jo n'i ment —
Itant cum amuntast a un denier d'argent;
Mes lur champs unt perdu ot[i] trestut lur furment,
Lur gardins estrepez de cele male gent:
E ki[6] n'i pot plus[k] mesfaire, si li vint en talent
D'escorcer les pumiers: ço fud mal vengement!
Quant li reis Willame vit qu'il n'i pot espleitier,
Ne prendra le chastel par traire ne par lancier,
Si parlad en cunseil a sun bon cunseillier:
'Alum vers Audnewic[7], laissum icest ester! . . .
1698 Si vendrunt noz dous ostz pur noz Franceis aidier; . . .
Mes il aurunt[l] anceis fait si grant desturbier,
1700 Destruit est cest päis. Ore pensum del haster!'
Ço fud juesdi au seir, ke li reis ad parlé, Iul. 11.
E Franceis e Flamens unt le plait otrïé. . . . . .
1727 La[8] öirent[9] novele de cel rei d'Aubanie[m, 10],
Qu'il iert a Audnewic od meisnie escharie:
Od Flamens e od Franceis li Escot[11] n'ierent mie. . . . . . .
1802 Des Flamens malëurez en fist l'um granz essarz[n],
Lur büele des cors träiner par ces praz:
Ja mes en lur päis ne crïerunt mes 'Aras'[12]. . . .
1814 Noz chevaliers de ça, unques meillurs ne vi,
N'aiment puint les Flamens, kes[o] orent puis[p] träi;
Ainz les vunt ociant, ne sai que plus vus di. . . . . . .[13]

a) *deest* 1. b) pur estre *repetit* 2. c) Apelbis 2. d) oreinz 2. e) que unques 2. f) a un 1. g) Odenel 2. h) dit 2. i) e 2. k) *delendum censet R.* l) averunt 2. m) Albani 2. n) grant assarz 2. o) ki 2. p) près 2.

1) Appleby in Westmorland orientali. 2) Brough-under-Stainmore ibidem. 3) Ricardus Wintoniensis in Normannia regem rogaverat, ut Angliae opem ferret. 4) Prudhoe, v. supra v. 603. 5) *De Humfranvile,* dominus de Prudhoe. 6) Quicumque Flandrensium. 7) Alnwick in com. Northumberland in sept. et occ. a Newcastle. 8) *Al Noef-Chastel-sur-Tine.* 9) Duces Anglorum. 10) De Willelmo Leone. 11) Turmae Scottorum a terra vastanda nondum ad exercitum Willelmi redierant, cum rex, Alnwick obsidens, a Randulfo de Glanvilla a. 1174, Iul. 13. improviso oppressus et, Iordano praesente, captus est. 12) Cf. v. 1221. 13) Flandrenses etiam v. 80. 1100. 1261. nominantur.

E CHRONICO ANGLO-SCOTICO.

Henricus Wharton, Anglia Sacra I, p. 152, *a.* 1691. *et R. Pitcairn pro Societate Bannatyneana a.* 1828. *e codice* ***Lambethano*** 440, *qui saec. XII. ex. exaratus, sed inde ab a.* 1163. *mutilatus est, Chronicon quod* Sanctae Crucis Edinburgensis *sive hodierno nomine de Holyrood vocaverunt publici iuris fecerunt. Opus integrum usque ad a.* 1187. *perductum una cum notis usque ad a.* 1355. *adiectis e codice Durlacensi* 38, ***Carlsruhae*** *in Magni Ducis bibliotheca asservato, cuius primitiva manus saeculo XII. med. vel ex. attribuenda est,* Monachi anonymi Scoti Chronicon Anglo-Scoticum *inscriptum edidit C. W. Bouterwek, Elberfeldae* 1863. *Auctor, quem Praemonstratensem monasterii Cupri in comitatu Angus fuisse Bouterwek censuit, a Caesare exorsus, ubique fere Beda, Florentio Wigorniensi, Chronico Melrosensi adhibitis, cum non multa nova eaque Scotiam pertingentia attulerit, pauca tantum, editos libros secutus, excerpenda habui.* *F. L.*

1084. Wibertus papa sedem accepit. . . . . . .

1109. . . . Henricus rex Angliae dedit imperatori filiam suam.

1111. . . . Papa Paschalis captus est Rome. . . . . . .

1115. Obiit Maria[1] comitissa de Bolonia 2. Kalendarum Iunii. . . . . . .

1159.[a] . . . Obiit Willelmus comes Bolonie, filius Stephani regis. Obiit Adrianus papa; cui successit Alexander, expulso Octoviano[b], qui in sedem apostolicam profane aspiravit.

1162. . . . Ada[c], soror Malcolmi regis Scotie, nupsit Florentio nobili comiti Hothlandie. . . . . . .

1164. Octovianus[d] antipapa interiit, et Wido Cremensis[e] scisma illius fovens, in loco eius successit. . . . . . .

1181. Obiit pie memorie Alexander III. papa, et Lucius tertius successit. . . . . . .

a) 1158. *Ed. Angl. Sa.* b) Octav. *ib.* c) Elda *ib.* d) Octav. *h. l. ed. Bout.* e) remsis *cod. Durl.*

1) Filia Malcolmi III. regis Scotiae.

EX WALTERI MAP LIBRO DE NUGIS CURIALIUM.

Walterus cognomine Map[1], *qui in libro 'de nugis curialium' inscripto loquax multa de se ipso narravit, Angliam* matrem nostram *IV, c.* 1, *Wallenses* compatriotas nostros *II, c.* 20, *se ipsum* marchionem Walensibus *accolam II, c.* 23. *dixit. Cum fabellae, quas multas tradidit, Herefordensem praecipue comitatum attingant ipseque in Gloucestrensi postea munere iusticiarii itinerantis perfunctus sit, in alterutro pago, re vera in Walliae confiniis, Stephano rege Angliae inter a.* 1135. *et* 1140. *natus esse videtur. Viri ingenium*[2] *turbidum, facetum, Gallorum vel Britonum simillimum fuit.* Non suis, sed parentum suorum meritis, qui sibi fideles et necessarii fuerant ante regnum et post, *Henrico, comiti Andegavensi, duci Normanniae, regi Angliae,* carus fuit et acceptus, *V, c.* 6. *Studiorum causa Parisiorum urbem adiit, ubi seditioni* inter clericos et laicos *acerrime commotae eo fere tempore interfuit, quo Ludovicus VII. rex matrimonium cum regis Castiliae filia* nuper, *i. e. a.* 1154, *contraxerat, V, c.* 5. *Vidit quoque, ut II, c.* 7 *commemoravit,* in schola magistri Girardi Puellae Parisius Lucam Hungarum, *postea a.* 1161. *ad archiepiscopatum Strigoniensem promotum*[3]. *Non multum post a.* 1160. *in patriam reversus, Henrici II. curiam intravit, ubi cum Thoma tunc regis cancellario, inde ab a.* 1162. *archiepiscopo Cantuariensi, familiari necessitudine usus est, I, c.* 24. *II, c.* 23. *Subito autem rege et archiepiscopo inter se dissidentibus, noster cum rege stetisse videtur. Certe Gilberto Foliot episcopo Herefordensi, deinde Londoniensi, qui e marchia Wallensi ortus ibique abbas Gloucestrensis fuerat, societate coniunctus fuit et laudavit eum* trium peritissimum linguarum, *in* vetere et nova lege *versatum,* virum morum et sapientiae thesaurum, stylo limpidissimo lucidum, *I, c.* 12. *IV, c.* 5. *Henrico regi, qui viros eruditos et facetos adamavit, semper adhaesit, de eo, parentibus, coniuge, filiis, curialibus plurima, haud raro quidem ignominiosa, procaci animo memoriae tradidit. Nihilominus regis* clericus familiaris pluriesque iusticiariis errantibus ad iura regni tuenda iusticiamque regiam exercendam associatus[4] *fuit, quod Rotulo Magnae Pipae* 19 *Henr. II. confirmatur, quo inter iudices a.* 1173. *pagum Gloucestrensem adeuntes occurrit*[5]. *Eodem anno, mense Martio, ali-*

1) Ita Nug. Cur. V, c. 6, in tabulis, in carminibus a se compositis, in codicibus autem suorum et aliorum operum nomen varie scribitur: Map, Mahap, Mapus, Maup. 2) Phillips de Waltero Map in 'Sitzungsber. der philos.-hist. Classe d. k. Akad. d. Wissensch., Wien', X, p. 331. ample disseruit. 3) De quo cf. supra p. 32. 4) Ita Giraldi Cambrensis Speculum Ecclesiae III, c. 14, Opp. IV, p. 219; Giraldus plus quam semel de Waltero amico tractavit: Opp. I, p. 271. 362. 412; III, p. 92. 145. 321. 335 sq.; V, p. 410. Cf. Wright, Biogr. Britann. II, p. 392. 5) V. Madox, 'History of the Exchequer' I, p. 701: *De assisa facta per dominia regis in Gloecestrescira per Iohannem Cummin, Walterum Map et Turstiuum filium Simonis.*

quamdiu in civitate Lemovicensi resedit, ubi Petri, archiepiscopi Tarentasiensis, per dies undecim cum Anglorum rege moram facientis, curam a rege suscepit, *II, c.* 3. *Clericus vel presbyter consecratus, munere sacerdotis Westberiensis in pago Gloucestrensi iam antea perfunctus est*[1]. *A.* 1176. *Galfridum filium nothum Henrici regis, episcopum electum Lincolniensem, sibi odiosum, et praecentor Lincolniensis et canonicus Londoniensis subsecutus est*[2]. *Postea cum Ludovico VII.* Parisius aliquamdiu *commoratus, ab Henrico Campaniae comite* hospicio *susceptus, a.* 1179. praecepto domini regis Angliae *Romam ivit, ut concilio Lateranensi ab Alexandro III. convocato interesset. Ibidem a pontifice iussus cum Waldensium haereticorum nunciis disputavit, I, c.* 31. *V, c.* 5. *Henricum, regem iuniorem,* strenuissimum armis, *valde quidem celebravit, sed, filiis in regione Pictaviensi ferociter cum patre proeliantibus et filio natu maiore iam a.* 1183. *mortuo, regem patrem numquam dereliquit, IV, c.* 1. Audita domini regis morte post biennium exequiarum exinanitus lacrimis . . . a curia liber — *ad munera, ut videtur, ecclesiastica exercenda — recessit, IV, c.* 2. Anno 1197. de cantore Lincolniensi, Waltero Map, in Oxenefordensem[3] archidiaconum translatio facta *est, quod Radulfus de Diceto II, p.* 150. *ed. Stubbs retulit. Postrema de nostro, qui saec. XIII. ineunte*[4] *mortuus esse videtur, in Vita magna S. Hugonis Lincolniensis p.* 280. 281. *ed. Dimock mentio habetur: episcopo enim illo mense Martio a.* 1199. *in terra Andegavensi remanente, Walterus Map,* qui et archidiaconus et canonicus erat Lincolniensis episcopi et praebendatus etiam in ecclesia Herefordensi, *cum clericis aliis eiusdem ecclesiae, quorum* quidam *eum sibi* in episcopum praefici exoptabant, pro eligendo episcopo *ad Ricardum regem, ibidem commoratum, venit.*

Praeter carmina, vel potius epigrammata satirica, a Th. Wright soc. Camdenianae sumptibus a. 1841. *collecta et edita, noster sermone soluto librum singularem, quem De Nugis Curialium inscripsit, Ioannem Saresberiensem audacter aemulatus, composuit. Mox quidem a vestigiis auctoris fere coaevi celeberrimi discessit, cum nec philosophari nec sacerdotium regnumque animo severo dirigere, sed lepide et iucunde de rebus et hominibus fabulari mallet. Respondit igitur I, c.* 10. 12. *'Galfrido karissimo'*[5], *qui eum in* poesim inducere, *voluerit et elegerit* materiam tam copiosam, ut nullo possit opere superari, nullis aequari laboribus, dicta et facta, quae nondum litterae tradita sunt, *se potius studere,* ut recitatio placeat et ad mores tendat instructio. *Neque accurato orationis genere neque una scribendi ratione usus auctor sese ita defendit VI, c.* 2*:* hunc in curia regis Henrici libellum raptim annotavi schedulis et a corde meo violenter extorsi. *Revera nonnulla et variis locis et variis temporibus inseruit, quae ea causa cum tempore, quo primam velut libri imaginem delineaverat, adhuc pugnant. Nam Dist. III, c.* 11. *inveniuntur haec verba:* nunc hodie a Romanis electus est Lucius papa, successor Alexandri tertii, *quae a.* 1181.

1) *Westburi . . . cuius personatum archidiaconus tanquam persona gerebat,* Girald. Cambr. l. c. 2) *Gualterus Map Lincolniensis ecclesie precentor et noster concanonicus,* tabula Radulfi de Diceto, ecclesiae S. Pauli London. decani ap. Tanner, Biblioth. Brit. Hibern. p. 509; cf. De Nugis Cur. V, c. 6. 3) Donationem Walteri domui Oxoniensi factam exhibet 'Fourth Report of Historical Manuscripts' p. 468. 4) Certe ante a. 1210. vel saltem 1216, quo Giraldus Cambrensis secundam editionem Expugnationis Hib. confecit. Ibi enim versus finem, Opp. V, p. 410, occurrit *eloquio clarus W. Mapus Oxoniensis archidiaconus, cuius anime propitietur Deus, solita verborum facetia et urbanitate precipua.* 5) Si episcopus intelligendus est, quod tamen diiudicare non ausim, tres eo tempore Gaufridi in Anglia, scilicet Eliensis, Wintoniensis, Menevensis praesules erant. Cf. III, c. 1: *Hoc tibi vultu placeat, cum a philosophie et divine pagine senatu respiraveris, voluminis huius innobiles et exangues ineptias vel audire vel legere recreationis et ludi gratia.*

scripta esse videntur; Dist. autem IV, c. 2: Decessit autem ille prenominatus Henricus apud Martellum mense, quo hanc paginam apud Salmurum scripsi, die S. Barnabe apostoli, *minime, ut codex habet, a.* 1182, *sed a.* 1183; *capitulum vero* 15, *Dist. I. de Ierusalem per Saladinum capta ipso a.* 1187. *scripsit; Henricum II. regem aut Gilbertum Londoniensem modo viventem, modo mortuum dixit; Ricardi I. regis et marchionis de Monteferrato ab Assassinis a.* 1192. *interfecti mentionem fecit; irrisit iterum atque iterum Gaufridum nothum,* quem pater in tantum promovit, ut hodie sit Eboracensis episcopus, *V, c.* 6, *i. e. inde ab a.* 1191. *Itaque per annos decem vel plures noster operis partes collegisse, composuisse, interpolasse, verum numquam inter se coaequasse videtur.*

Farrago opusculi e libris scriptis, sacris et profanis, historiis Anglorum et Gallorum veris necnon fictis, velut Pseudo-Turpini et Galfridi Monemuthensis, e narratiunculis et fabellis, praecipue Wallensium, vulgaribus, e miraculis, ex adversariis de familia et curia regis, notisque acerrimis contra ordines monasticos, in primis Cistercienses abiectis composita est. Multa igitur Waltero communia sunt cum Giraldo Cambrensi, qui iunior ex eadem gente marchica ortus, nostrum, quem archidiaconum Oxoniensem, sed iam mortuum dixit, eruditionis ac facetiarum gratia in libris saepissime laudavit, quocum etiam literas et epigrammata communicavit.

Edidit Thomas Wright more suo non satis accurato sumptibus Soc. Camdenianae a. 1850. *librum de Nugis Curialium ex unico qui exstat codice, Oxoniensi* Bodleiano 851, *saec. XIV. ex. admodum negligenter exarato, in nostrum usum a v. d. F. Liebermann cum editione comparato. Hic adversus Hardy, 'Descript. Catal.' II, p.* 485. *demonstravit, scribam Ms. Bodl.* 14, *saec. XVII. nonnisi indices et argumenta e codice vetustiore excerpsisse et in Ms. Clarendon.* 78. *nequaquam Nugas Curialium, sed carmen quoddam per errorem Waltero Map attributum asservatum esse: cf. 'Neues Archiv' IV, p.* 18.

Scribebam Gottingae, mense Mart. 1881. *R. P.*

EX DISTINCTIONE I.

11\. . . . . . . Una fabula dat illum Herlam[1] regem errore semper infinito circuitus cum exercitu suo tenere vesanos sine quiete vel residentia. Multi frequenter illum, ut autumant, exercitum viderunt. Ultimo tamen, ut aiunt, anno primo coronationis nostri regis 1155.
Henrici cessavit regnum nostrum celebriter ut ante visitare; tunc autem visus fuit a multis Wallensibus immergi iuxta Waiam[2], Herefordie flumen. . . . . .

16. De origine Carthusiensium.

Granopolitanus episcopus viderat in sompnis septem soles ex diversis partibus in montem qui Cartusia dicitur in valle Grisevoldana convenire moramque facere. Qui cum multum studeret secum in crastino, multum divinans et non inveniens, ecce sex clerici, viri magnifici septimusque cum eis, magister eorum Bruno[a, 3], petierunt instanter locum illum, ut oratorium ibi facerent. Letus igitur episcopus et visionis sue felicem videns exitum, secundum ipsorum rationem eis de proprio cellas et ecclesiam extruxit et eos cum benediccionibus introduxit. Est autem mons altissimus et in medio cacuminis profunda vallis et ampla, sterilis et inculta, fontibus tamen habunda. Tresdecim habent cellulas, in una prior, in

a) Burno *c.*

1) *Herlethingi phalanges noctivagas* amplius describit noster IV, 13. Sunt vestigia cultus deorum Germanici, quae cum aliis Walteri fabulis mythologiam attingentibus docte disserit Liebrecht 'Zur Volkskunde' p. 25. 2) Wye. 3) Bruno, Coloniae oriundus, a. 1086, Hugone episcopo Gratianopoli sedente, Carthusiensium ordinem instituit, v. Heliot, 'Histoire des Ordres Religieux' VII, p. 366.

aliis singulis singuli fratres. Panem eis prior in sabbato ministrat ad totam ebdomadam, legumen et olus; tribus diebus in septimana pane tantum contenti sunt et aqua. Non comedunt carnes nisi infirmi; non emunt pisces nec comedunt, nisi dati fuerint eis unde possit omnibus distribui; semper induti cilicio, semper cincti, semper orant aut legunt. Nemo nisi prior cellam utroque pede potest egredi; priori licet pro visitandis fratribus. Diebus festis in ecclesia conveniunt, missam non cotidie, sed certis diebus audiunt. Hii non insidiantur vicinis, non cavillant, non rapiunt; non ingreditur ad eos femina; non egrediuntur ad eas. Ad peticionem cuiusdam viri potentis in terminis episcopatus Sancti Iohannis de Moriana propagavit ex se Chartusia domum ad ymaginem [suam[a]], que cupiditatis instinctu diabolum sequens, amenitate pascuorum et ubertate notata, censum ex quibuscunque potuit amarissime collegit et, in ardorem avaritie caritate mutata, locuplex pessimi propositi penitus impleri[b] non destitit. Invasit vicinos terminos, aliquid undique vigilanter exculpens, tum vi tum furto quocunque modo rem faciens, quodque venter potuit modus potuit et procuravit census. Castigata frequenter a priore Chartusie[c] deindeque fustigata, non abstitit, sed inpinguata, dilatata recalcitravit, recessit et sibi similem matrem, domum Cisterciensem advocavit, que sibi viscera cupidissime caritatis aperuit et in iniuriam prioris matris in specialem filiam adoptavit manuque forti violenter obtinet.

24. De origine Cisterciensium.

. . . Monachorum nemo carne vel sanguine vescebatur ante tempora Karoli Magni, qui devotis optinuit a Leone papa supplicacionibus usum sanguinis cismontanis monachis, impetrans eis oleum lardinum, quia[d] non haberent laurinum ut transmontani. Licentiam hanc isti[1] non suscipientes, antique districtionem semite servant, ut ab esu carnium[e]; si ut alieni porcos tamen ad milia multa nutriunt, bacones inde vendunt — forte non omnes — capita, tibias, pedes nec dant, nec vendunt, nec eiciunt: quo deveniant, Deus scit! Similiter et de gallinis inter Deum sit et ipsos, quibus habundant maxime. Ecclesiarum possessiones devoverunt et omnimodas iniustas adeptiones, labore manuum suarum cum apostolo viventes, omni seclusa cupiditate; sed ad tempus nescio quid proposuerint[f] aut in botris promiserint; sed quicquid promiserint, subsecutus est fructus, unde timemus arbores. In omnibus tunc se suppliciter et simpliciter habebant, nichil avide, nichil proprie facientes, nulli negantes emulatim solatium, nulli facientes quod sibi nolunt fieri, nulli malum pro malo reddentes, innocentiam ab infamia servantes, ita balsamum a luto; eorum cuncti laudabant sabbata fierique cupiebant ut illi. Facti sunt igitur in populum multum nimis et in domos aucti plurimas; nomina enim domorum in se claudunt aliquid divinitatis oraculum, ut Casa-Dei, Vallis-Domini, Portus-salutis, Ascende-celum, Mira-vallis, Lucerna, Clara-vallis. Hinc ortus est Barnardus et lucere cepit inter alios, imo super alios ut Lucifer inter nocturna sidera, vir eloquentie prompte, qui bigas circumduci per civitates et castella faciebat, quatinus in eis credentes sibi deportaret in claustra. Per universos Gallie fines hic spiritu ferebatur, et que per eum fiebant miracula Gaufridus Altisiodorensis[2] scribebat: ipsi credite! Aderam in mensa beato Thome, tunc[3] archiepiscopo Cantuarie; assidebant ipsi abbates albi duo, multa referentes viri predicti, Barnardi scilicet, miracula, sumentes exordium inde, quod ibi legebatur epistola Barnardi de condempnatione magistri Petri[4], principis Nominalium[g], qui plus peccavit in dialectica quam in divina pagina; nam in hac cum corde suo disseruit, in illa contra cor laboravit et multos in eosdem labores induxit. Legebatur epistola dompni Barnardi Clarevalensis abbatis ad Eugenium[5] papam, qui suus fuerat monachus, quem illius ordinis nemo secutus est ad sedem illam. In epistola continebatur illa, quod magister Petrus instar Golie superbus esset, Ernaldus de Brixa signifer eius[6]; et in hunc modum pessimum plurima. Hinc occasione sumpta, laudabant abbates illum Barnardum et extollebant ad astra. Iohannes ergo Planeta[7] de magistro bono quod nolebat et

a) *suppl. Wright.* b) implere *c.* c) Chartusse *c.* d) lardinumque non *c.* e) abstineant *vel quid simile supplendum est.* f) proposuerunt *c.* g) monialium *neglīgenter c.*

1) Cistercienses. 2) S. Bernardi amanuensis, postea abbas Igniacensis, a. 1162. abbas quartus Claraevallensis, ex cuius libris Vitae 4. et 5. v. excerpta SS. XXVI, p. 109. 3) A. 1162—1170. 4) Scil. Abaelardi. 5) Minime, sed Innocentium II. 6) S. Bernardi ep. 189: *Procedit Golias procero corpore, nobili illo suo bellico apparatu circummunitus, antecedente quoque eius armigero Arnaldo de Brixia.* 7) Qui Petri Abaelardi discipulus fuisse videtur.

dolebat audiens: 'Unum', inquit, 'in Monte-Pessulano vidi, quod multi mirabantur, miraculum'. Et rogatus, ut diceret, ait: 'Illi, quem merito predicatis, magnifico viro demoniacus quidam ligatus in Monte-Pessulano presentatus est, ut sanaret eum. Ipse super asinam magnam sedens, imperavit immundo spiritui, populo qui supervenerat tenente silentium, et ait tandem: 'Solvite vinctum et sinite liberum'! Demoniacus autem, cum se dimissum sensit, lapides in ipsum abbatem quocunque potuit misit, instanter fugientem persequens per vicos, donec licuit; etiam et a populo captus in ipsum semper oculos habebat, quia manus tenebantur'. Displicuit autem hoc verbum archipresuli et ait Iohanni quasi comminans: 'Heccine sunt miracula tua?' Tum Iohannes: 'Miraculum dignum memoria dicebant hoc qui tunc affuerunt, quod omnibus mitis et benivolus fuit arreptitius et ypocrite soli molestus, et adhuc id mihi presumpcionis castigatio fuit'. Duo similiter abbates albi de predicto viro colloquebantur in presentia Gilleberti Foliot Londoniensis episcopi[1], commendantes eum ex virtute miraculorum. Evolutis autem multis, ait alter: 'Cum vera sint que de Barnardo dicuntur, vidi tamen aliquando, quod ipsi gratia miraculorum defuit. Vir quidam, marchio Burgundie, rogavit eum, ut veniret et sanaret filium eius. Venimus et invenimus mortuum. Iussit igitur corpus deferri dompnus Barnardus in talamum secretum et, eiectis omnibus, incubuit super puerum et, oratione facta, surrexit; puer autem non surrexit, iacebat enim mortuus'. Tum ego: 'Monachorum infelicissimus hic fuit. Nunquam enim audivi, quod aliquis monachus super puerum incubuisset, quin statim post ipsum surrexisset puer'. Erubuit abbas, et egressi sunt, ut riderent, plurimi. Publicatum est autem, quod eidem predicto Bernardo post hunc gratie defectum contigerit secundus et famam eius non secundans. Valterus[2] comes Nevernensis in Chartusia decessit ibique sepultus 1149.
est. Convolavit igitur dompnus Barnardus ad sepulcrum[a] illud, et cum diutissime prostratus orasset, oravit eum prior, ut pranderet; erat enim hora. Cui Barnardus: 'Non recedam hinc, donec mihi loquatur frater Galterus'; et exclamavit voce magna dicens: 'Galtere, veni foras'! Galterus autem, quia non audivit vocem Ihesus, non habuit aures Lazari et non venit.

Quia superius Ernaldus de Brixa se nostris intulit sermonibus, dicatur, si placet, quis fuerit, sicut audivimus a viro temporis illius, viro quidem magnifico multarumque literarum, Roberto de Burneham[3]. Hic Ernaldus ab Eugenio papa post Abaielardum incitatus, indefensus et absens condempnatus est, non ex scripto, sed ex predicacione. Secundum sanguinis altitudinem erat Ernaldus nobilis et magnus, secundum literas maximus, secundum religionem primus, nichil sibi victus aut vestis indulgens, nisi quod artissima cogebat necessitas. Circuibat predicans, non que sua, sed que Dei sunt querens, et factus est omnibus amabilis et admirabilis. Hic cum Romam venisset, venerati sunt Romani doctrinam eius. Pervenit tandem ad curiam et vidit mensas cardinalium vasis aureis et argenteis honustas et delicias in epulis[b]. Coram domino papa reprehendit eos modeste, sed moleste tulerunt et eiecerunt eum foras, qui rediens ad urbem, indefesse docere cepit. Conveniebant ad eum cives et libenter eum audiebant. Factum est autem, ut audirent de contemptu premiorum et mammone sermonem fecisse cardinalium in aures, presente domino papa, predictum Ernaldum et ipsum a cardinalibus eiectum. Congregati sunt ad curiam et iurgati contra dominum papam et cardinales, dicentes Ernaldum virum bonum et iustum et ipsos avaros, iniustos et malos et qui non essent lux mundi, sed fex, et in hunc modum, et vix continuerunt manus. Quo tumultu vix pacificato, missis ad imperatorem legatis, dominus papa denunciavit Ernaldum excommunicatum et hereticum, et non recesserunt nuncii, donec ipsum suspendi fecerunt. 1155.

29. De quadam secta hereticorum.

Rex noster etiam Henricus secundus ab omnibus terris suis arcet hereseos nove dampnosissimam sectam, que scilicet ore confitentur de Christo quicquid et nos, sed, factis multorum

a) *sic cod. et eius transcriptum Ms. Oxon. Bodl. Iames* 14; sepultum *ed. Wright.* b) eplis *c.*; epistolis coram *ed.*

1) Qui sedit a. 1163—1188, acerrimus Thomae archiepiscopi adversarius. 2) *A.* 1149. *obiit Guillelmus comes pater monachus Chartusiae* Ann. Nivern., SS. XIII, p. 91; forsitan auctor *Gu.* habuerit, quam siglam scriptor falso resolverit. 3) Robertus de Burnham idem fuisse videtur, quem Gilbertus Foliot episcopus Londoniensis amicum habuit (v. Ep. Gilberti inter Epp. S. Thomae ed. Giles V, p. 112: *Amico suo Ro' de Burnaham*) et Le Neve et Hardy, Fastis Anglicanis, a. 1188. archidiaconum Buckinghamensem fuisse dicunt.

milium turmis quas ruttas vocant, armati penitus a vertice ad plantas corio, calibe, fustibus et ferro, monasteria, villas, urbes in favillas redigunt, adulteria violenter et sine delectu
Ps. 13, 1. perpetrant, pleno corde dicentes: 'Non est Deus'. Hec autem orta est in Brebanno, unde dicitur Brebeazonum[1]. Nam in primo latrunculi egressi, legem sibi fecerunt omnino contra legem, et associati sunt eis propter seditionem fugitivi, clerici falsi, monachi evasi, et quicunque Deum aliquo modo derelinquunt horrendis eorum adherent cetibus. Multiplicati sunt iam super omnem numerum invalueruntque phalanges Leviathan, ut tuti resideant aut errent per provincias et regna cum odio Dei et hominum.

30. De quadam alia secta eorundem.

. . . Publicani vel Paterini . . . in Aquitania et Burgundia superhabundant iam ad omnem infinitatem. Aiunt etiam compatriote sui, quod convivas suos in aliquo ferculorum suorum capiunt et fuerint ut ipsi[a], quos scilicet predicacionibus occultis quas vulgo faciunt attemptare non audent. Unde contigit, quod michi dominus Willelmus Remensis archiepiscopus[2], frater regine Francorum[3], retulit et multis confirmavit testibus, quod quidam nobilis princeps a partibus Vienne metu detestabilis huius rapine sal exorcizatum secum in perula semper haberet, nescius cuius domum ingressurus et ubique timens pellaciam hostis, etiam in mensa propriis illud apponebat cibis. Perlatum est ad eum forte, quod duo milites nepotem suum, qui multis preerat populis et oppidis, everterant. Et ecce ipsum ad nepotem suum; cenantibus illis rite simul, ignorante nepote quid ageretur, fecit avunculo suo mullum integrum in disco apponi, pulcrum visu et ad vescendum suavem, ut videbatur. Apposuit ergo miles sal, et disparuit subito piscis et reliquit in disco quasi pilulas fimi leporini. Abhorruit miles et qui cum eo erant, ostensoque nepoti suo miraculo, predicavit ei devotissime penitentiam et cum multis eum edocuit lacrimis multitudinem miserationum Domini, et omnes demonum conatus sola fide vinci, ut visui subiectum habebat. Nepos egre ferebat sermonem et abscessit in thalamum. Princeps ergo delusum se dolens, milites nepotis eversores secum deducit in vinculis et in conspectu populi multi et magni conclusit eos in tegete[4] posti firmiter alligatos, igneque supposito, totam combussit domunculam. Illos autem omnino non tetigit ignis, nec etiam in vestibus adustio vel modica inventa est. Insurgit ergo populi tumultus in principem dicentis: 'Peccavimus in viros iustissimos contra fidem veris virtutibus approbatam'. Princeps ob apparentiam tantam in nullo fidei christiane derogans vel dubitans, iram et voces placavit vulgi blandiciis fidemque benignis affirmavit sermonibus. Pontificem Vienne[5] consulit, qui eos in domo maiore conclusit ligatos ut ante, domumque totam extra circuiens, aqua benedicta conspersit contra prestigium, ignem iubet apponi, qui nullis flammis[b] nullisve fomentis domui potuit inherere vel quicquam adurere. Insultat igitur pontifici tam lesa fide civitas, ut manifeste multi stultis prorumpant in eum vocibus, et, si non obstet domini sui principis reverentia, pontificem ipsum in flammas deicerent et non nocentes liberarent. Depulsis igitur hostiis, in domum irruerunt, et ad postem venientes, carbones et favillas ex ossibus eorum et carnibus factas inveniunt[c], vincula vident illesa, postem intactum et iustissimum ignem in eos solos qui deliquerant[d] animadvertisse. Convertit ergo benignus Dominus corda errantium ad penitentiam et blasphemias in laudem. . . .

31. De secta Valdesiorum.

1179. Vidimus in concilio Romano[6] sub Alexandro papa tertio celebrato Valdesios homines, idiotas illiteratos, a primate ipsorum Valde dictos, qui fuerat civis Lugduni super Rodanum. Qui librum domino pape presentaverunt lingua conscriptum Gallica, in quo textus et glosa Psalterii plurimorumque legis utriusque librorum continebantur. Hii multa petebant instantia predicacionis auctoritatem sibi confirmari, quia periti sibi videbantur, cum vix essent scioli[7]. . . . Ego multorum milium qui vocati fuerunt minimus, deridebam eos, quod super

a) *fortasse emendandum:* faciunt id ipsis. b) flammibus *ed. W.* c) inveniant *ed.* d) delinq. *ed.*

1) Minus haeretici, quam praedones stipendiarii, V. Will. Neubrig. II, c. 27, a. 1173: *stipendiarias Bribantionum copias, quas rutas vocant.* Historia Ludovici VII, ap. Du Chesne, SS. Franc. IV, p. 417: *infinitos praedones, vulgo dictos Brabantiones, qui nec Deum diligunt nec viam veritatis cognoscere volunt, colligens;* cf. Géraud, 'Bibl. de l'École des Chartes' III, p. 125 sqq. 2) A. 1176—1202. 3) Adelae. 4) i. e. parva domo; Ducange VI, p. 521. 5) Nescio utrum Stephanum a. 1155—1163, an Willelmum an Robertum, qui a. 1195. obiit, dicat. 6) Errant igitur qui non ante synodum Veronensem a. 1184. papam Waldensibus praedicatione interdixisse putant. 7) Cf. Gervas. Tilbur. I, 1: *Materiam inquirendi praestare poterunt sciolis et non fastidium perfecte scientibus*

eorum peticione tractatus fieret vel dubitacio. Vocatusque a quodam magno pontifice, cui 1179. etiam ille maximus papa confessionum curam iniunxerat, consedi signum ad sagittam[1]; multisque legisperitis et prudentibus ascitis, deducti sunt ad me duo Valdesii, qui sua videbantur in secta precipui, disputaturi mecum de fide, non amore veritatis inquirende, sed ut me convicto clauderetur os meum quasi loquentis iniqua. Timidus fateor sedi, ne peccatis exigentibus in concilio mihi tanto gratia negaretur sermonis. Iussit me pontifex experiri adversus eos, qui respondere pararam[a]. Primo igitur proposui levissima, que nemini licet ignorari, sciens quod asino cardones rudenti, indignam habent labia lactucam: 'Creditis in Deum Patrem?' Responderunt: 'Credimus'. 'Et in Filium?' Responderunt: 'Credimus'. 'Et in Spiritum sanctum?' Responderunt: 'Credimus'. Iterum: 'In matrem Christi?' Et illi item: 'Credimus'. Et ab omnibus multiplici sunt clamore derisi, confusique recesserunt, et merito, quia a nullo regebantur et rectores appetebant fieri, Phaetontis instar, qui nec nomina novit equorum. Hii certa nusquam habent domicilia, bini et bini[b] circueunt, nudi pedes, laneis induti, nil habentes[2], omnia sibi communia tanquam apostoli, nudi nudum Christum sequentes. Humillimo nunc incipiunt modo, quia pedem inferre nequeunt, quos si admiserimus, expellemur. . . . . . .

32. De tribus eremitis mirabiliter penitentibus.

Philippus Neopolitanus, vir illustris, nobis retulit, quod, cum in Nigra Montana venatu venisset, virum silvestrem pilosum et deformem fonti recubantem ut biberet repente per pilos sublimem rapuit, querens, quis esset, quid ibi? Ille autem mansuetudine sua demitti meruit et ait: 'Venimus ad hanc solitudinem tres, ut hic penitentes antiquorum fieremus imitatores patrum. . . . . . .'

EX DISTINCTIONE II.

3. De beato Petro Tarentasie.

Vidi postmodum beatum Petrum archipresulem Tharenthasie[3], qui montes inter Alpinos 1173. residet, virum tante virtutis et tot illustrem miraculis, ut meritis antiquorum quos in ecclesia colimus patrum equalis possit iustissime predicari; cuius manu Dominus solo tactu et prece curabat infirmos, demonia effugabat, nec attemptavit quod non perficeret. Hic per dies undecim cum Anglorum rege domino Henrico secundo apud Lemovicas moram fecit[4], cuius ego curam a rege suscepi, et regiis interim exibendum expensis habui hominem letum et hilaris in omni casu faciei, mundum, modestum, humilem, omnino, sicut multis aliis et ut mihi videbatur, perfectum. Unum vidi miraculum per manum ipsius a Domino factum, audivi plurima. Cum sero esset die una, venit multitudo magna civium Lemovicensium, et secum hominem demoniacum deferebant. Veniebat autem post eos Pictavensis episcopus, qui nunc est Lundunensis archiepiscopus[5], Albe-manus cognomine, natus a Cantuaria, vir eloquentie precipue, auctoritatis et celebritatis maxime, non ut temptaret, sed quod fere credebatur vere posset scire. Is ad me in hiis verbis accessit: 'Carissime mi, evoca nobis archiepiscopum, ut quod omnes predicant sine dubio testificari possimus; vidi aliquotiens fantasias fieri, ubi predicabant miracula se vidisse, percepique semper simultatem, nec unquam verum aliquod vidi miraculum'. Tum ego dominum Petrum adduxi; qui, posito genu, manum imposuit infirmo spumanti et omnino vesano procul dubio. Aures apposuimus, dominus Iohannes episcopus et ego, audivimusque dicentem: *Recumbentibus undecim discipulis* et cetera. Tenebant autem demoniacum contra lectum; non enim ligaverant eum, quia ipsorum concivis erat. Dicta igitur brevi oratione, post euangelium, iussit ei manus dimitti; qui statim manu dextera os suum tersit, dicens: 'Mater Dei, miserere'. Resiliens ergo subito dominus Iohannes episcopus, cum lacrimis ait: 'Vere sanus est eger; hic solus episcopus est, nos autem canes non valentes latrare'.

a) parabam *ed.* b) vivi et vivi *ed.*

1) Cf. Ps. 10, 2: *peccatores paraverunt sagittas . . ., ut sagittent . . . rectos corde.* 2) Pauperes de Lugduno vocabantur. 3) A. 1141—1174. 4) M. Febr. a. 1173; cf. Gesta Henrici II. ed. Stubbs I, p. 36. 59. 5) Iohannes a. 1181. a Pictavis Lugdunum translatus, resignavit a. 1193.

4. Item de eodem beato Petro.

Retulit mihi magister Serlo a Wiltunia[1], abbas Elemosine[2], quod hic idem bonus archiepiscopus Petrus, cum interesset Cistersiensi capitulo, rogatus est a quodam monacho illius claustri, qui gibbosum habebat et retortum a nativitate pedem, quatinus eius interventu sanus fieret.[3] . . . . . .

5. Item de eodem beato Petro.

Aliud etiam mihi miraculum ipsum in crastina fecisse idem Serlo narravit. Sermonem faciebat iussu Cisterciensis[a] ad populum dompnus Petrus, quem interrumpens mulier quedam, cum magno eiulatu plangebat sibi bursam domini recisam[4]. . . . Hunc Petrum aiunt aquam in vinum convertisse, multos homines paucis panibus miraculose pavisse; ut sciatis, gratiam Domini non deesse petentibus et merentibus eam nostris etiam temporibus. In partibus etiam Burgundie celebre dicunt, quod miles quidam non satis Dominum metuens, cum in usu peccati sui pertinaci more persisteret, sensit ultionem, immo correptionem. Adhesit scapule sue infixitque lacerta dentes et digitos et, cum nullatenus amoveri posset Ypocratis arte vel orationum auxilio, mirabiliter se magnificabat misericordie mater[b]: quociens miserabilis ille aliquam in eius nomine dedicatam intrabat ecclesiam, demittebatur et non comparebat lacerta, sed semper in exitu adherebat ei; quod ut Petro per predictum innotuit, audita eius confessione, penitentiam iniunxit ei, ipse autem peracta penitentia liberatus est.

16. Item de eisdem aparicionibus.

Nunquid non et hoc fantasma est? Apud Lovanum in marchia Lotharingarum et Flandrie, in loco qui Lata Quercus dicitur advenerant, ut adhuc solent, multa militum milia, ut more suo armati colluderent, quem ludum torniamentum vocant, qui rectius tormentum dicitur[5]. Insidebat autem miles quidam ante congressum equo maximo; erat autem ipse pulchra statura, aliquanto mediocribus maior et venustis armis decenter redimitus. Innixus lancea suspirabat tam egre, ut a multis circumstantium annotatus ad rationem poneretur, cur hoc. Ipse autem cum alto respondit suspirio: 'Deus bone! quantus mihi labor est omnes hodie vincere[c], qui huc convenerunt'. Exiit autem verbum hoc ad singulos, et ostensus alternatim et invicem omnium digitis cum susurro invide indignationis. Ipse autem primus lancea in adversos irruit, et tota die illa[d] tam fortiter agens, tantis eminens successibus tam victoriose quibusque prevalens effulsit, quod in iniuriam eius nulla tacuit invidia laudem, et in amorem eius pro admiracione tota conversa est malignitas odii. Sed vere laus in fine canitur, et vespere laudatur dies[6]. Filius videbatur fortune, sed in ultimo circa finem et discessum omnium ab ignobili nulliusque pretii milite, facto sibi obviam, lancea percussus est in cor subitoque mortuus. Revocate sunt utreque partes, et cum ab omnibus et a singulis alterutrum singulis ostensus sit exarmatus, a nemine cognitus est, ut usque hodie inauditum, quis fuerit.

17. De Gradone milite strenuissimo[7].

Gradonem miramini merito quasi stabilem inter procellas rupem, qui se semper spei metusque medius per labores Herculeos equa lance libravit, ut in neutrius exiret degener infamiam. Filius erat regis Wandalorum . . . Insulam nostram id est Angliam ingressus, Offam vidit regem[8] strenuissimum . . . Hic regnum suum ad summum prosperitatis perduxerat multo studio multoque labore Gradivi[9] acceperatque sibi coniugem filiam imperatoris Romanorum[10]. Multa inter Romanos et Anglos audivimus ad utrorumque lacrimas facta

a) conventus *supplendum videtur.* b) matrem *c.* c) interficere *ed.* d) illatam *c.*

1) Wilton prope Salisburiam. 2) Serlo inde ab a. 1171. usque post a. 1173. abbas de L'Aumône. 3) Non sanatur quia, ut Petrus praesentit, in mundum redire vult. 4) Petrus furem detegit. 5) V. Alexandri III. decretum in concilio Lateranensi a. 1179, Mart. 19 (Gesta Henr. II, ed. Stubbs I, p. 226): *Felicis memorie pape Innocentii et Eugenii, predecessorum nostrorum, vestigiis inherentes, detestabiles nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto convenire solent et ad ostensionem virium suarum et audacie temere congrediuntur, unde mortes hominum et pericula animarum sepe proveniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamvis penitentia ei non denegetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.* 6) *Vespere laudari debet dies;* proverbium mediae Latinitatis. 7) Haec fabula unde orta sit, quaeritur. 8) Merciae a. 757—796. 9) Martis. 10) *Carolo regi consanguinea;* V. Offae ed. Wats p. 971; error fortasse ex eo ortus quod a Fontanellensi, SS. II,

coniugia, quorum hoc unum. Venerant Romani frequenter ad Offam ab imperatore missi[1], ditatique ab ipso recesserant cum multa laude regis et regni; quos ut Roma vidit vestibus et auro lucidos, innata statim exarsit avaritia[2]. Nec mirum; hoc enim nomen 'Roma' ex avaritia sueque diffinitionis formatur principiis; fit enim ex R et o et m et a et diffinitio cum ipsa 'radix omnium malorum avaritia'. Suggerunt ergo domino suo imperatori Cunnano — de quo monialis videns eum deformem dixerat: 'Domnus Cunnanus[3] nihil [est] nisi cunnus et anus', — quod Roma merito caput orbis est et domina terrarum omnium; Angliam tributariam[4] deliberet fieri; nec absistunt eum ad hoc animare, donec in suam inducunt avaritie sententiam . . . Convocatur ergo gravissimis imperium edictis, factusque numerosus ac super numerum exercitus inprovisos Offam et Anglos appulit, inprovisos a se dico, quoniam a Deo provisos. Nam Gado[a] . . . eadam die ad litus idem ad quod impetitores et hostes defensor et amicus allabitur[5] . . . Vocantur ad pacem qui bellum attulerant et, acceptis a rege navibus, mortuos suos Romam secum sepeliendos revehunt.

23. De Luelino rege Walensi.

. . . Hoc initium pacis egregium, sed more Walensium observatum est usque ad potestatem nocendi. Unde michi contigit respondere parabolam beato Thome, tunc[6] cancellario domini mei, regis Henrici scilicet secundi. Quesivit a me, qui marchio sum Walensibus, que fides, id est fidelitas, eorum, et quo modo credi possint. Cui ego: Exulabat in Gallia Franco eques ab Allemannia, qui veniens per medium nemus Bihere, vidit Lodovicum regem, Karoli filium, insidentem lapidi solum. Ceperant enim ibi pueri sui cervum, cumque vidissent alium ibi cervum transeuntem, insilientes, relicto eo, secuti sunt cervum. Querebat autem loqui ei nec sciebat ipsum esse; divertens tamen ad ipsum quesivit, ubinam esset rex. At Lodovicus, se celare volens, addit: 'In modico hic erit'; cumque descendisset miles, assurgens ei rex, e diverso sibi scansile tenuit, ut mos est, sella ne vergeret, vidensque militem longissimo cinctum gladio, petiit sibi ostendi. Cumque miraretur magnitudinem et formam gladii, quem nudum tenebat, oblitus proposite celationis, regaliter ait: 'Affer mihi lapidem, ut sedeam'! Franco timens gladium, attulit et repetiit ensem, tenensque: 'Refer', inquit, 'lapidem in locum suum!' Rex, cum vidisset ensem erectum, timuit et retulit. Et ego vobis ex hoc facto notifico fidem Walensium, quod, dum tenebitis ensem, supplicabunt, cum ipsi tenuerint, imperabunt. Ut autem[b] sciatis, quo Franco devenerit, rex, a suis inventus, statim retinuit eum pavidum et fugientem cum magna laude, suis referens, quam probe quamque facete coegisset eum referre lapidem, et dedit ei[c] Crespium in Valesio[7] in hereditatem. In rapina et furto gloria Walensium, et adeo eis utrumque placet, ut improperium sit filio, si pater sine vulnere decesserit. Unde fit, ut pauci canescant. Proverbium ibi est: iuvenis mortuus aut senex pauper, scilicet ut cito quisque in mortem irruat, ne senex mendicet.

29. Item aliud prodigium.

In libro Turpini Remensis archiepiscopi de gestis Karoli Magni, cuius ipse coadiutor individuus usque ad mortem fuerat, scriptum repperi[8]. . . . . .

EX DISTINCTIONE IV.

1. **Prologus.** . . . . . . Puerum vidi, de cuius etiam cognatione glorior, inter nos et a nobis educatum, semper ab ore narrantis pendentem, maioribus suis herentem, collegia bonorum querentem, fortia queque temptantem, nunquam otiosum, indefesse negotiosum, acerrime indagationis ad omnia honesta in tantum, ut, cum non esset literatus, quod doleo,

a) *nunc* Grado *nunc* Gado *vocatur in c.* b) et a' *c.*; aliquid *ed.* c) eum *c.*

p. 291, narratur: *Offae filiam expostulabat Carolus iunior, sed illo hoc non acquiescenté, nisi Berta filia Caroli magni eius filio nuptui traderetur.* . . . . . . 1) Haec fortasse e Malmesburiensi, SS. X, p. 455, hausta sunt. 2) Saepius papae Romano quam imperatori ab Anglis crimini dari solet. 3) *Cona*, i. e. *Conradus*, vocatur imperator (Henricus III) a monacho Abingdoniensi Ann. Anglosax. a. 1056, SS. XIII, p. 115. 4) Carolum sibi Angliam quoque subiecisse, Iohannes de Wallingford fabulatur. Caeterum de legendis de Offa Karoloque a monachis S. Albani saec. XIII. scriptis cf. Theopold, 'Quellen zur Gesch. Offas', Diss. Gotting., p. 112. 5) Quomodo Offa Gadonis auxilio imperatorem vicerit, prolixe explicatur. 6) A. 1155—1162. 7) Crépy (dép. Oise). 8) Pseudo-Turpin. c. 7. de Romarico.

quamlibet literarum seriem transscribere sciret. Antequam esset annorum viginti, matrem nostram et suam Angliam exivit seque Philippo Flandrensium comiti solum alienigenam dedit, quatinus armis instrui mereretur ab ipso, ipsumque preelegit dominum; nec iniuste, quoniam omnium huius temporis principum, excepto nostro, strenuissimus est armis et 1183. regimine, postquam Henricus rex iunior decessit. . . . . . .

11. De fantastica decepcione Gerberti.

Quis fantasticam famosi nescit illusionem Gerberti? Gerbertus, a Burgundia, puer genere, moribus et fama nobilis, Remis id agebat intentus, ut tam indigenas quam adventicios pectore vinceret et ore scolares, et obtinuit. Erat autem ea tempestate filia prepositi Remensis quasi speculum et admiratio civitatis, in quam omnium intendebant suspiria, votis hominum et desiderio dives. Audivit Gerebertus, nec distulit. Egreditur, videt, admiratur, cupit et alloquitur; audit et allicitur; haurit ab apotheca Scille furorem, et a matre Morphoseos edoctus, oblivisci morem suo non abnegat veneno, cuius virtute degenerat in asinum[1], ad onera fortis, ad verbera durus, ad opera deses, ad operas ineptus, in omni semper miseria petulcus. Non ei sentitur inflicta calamitas, non eum castigationum flagella movent, torpens ad strenuitates, impromptus ad argutias; incircumspecte iugiter inhiat impetigini, suppliciter petit, acriter instat, obstinate perdurat, et obtuso per improbitatem mentis acumine, certa desperatione torquetur, et ab animi tranquillitate decidens, conturbato se et extra modum posito, rem moderari vel statui suo providere non potest. Depereunt igitur res; oneratur debitis, subicitur usuris, derelinquitur a servis, vitatur ab amicis, et substantia denique penitus direpta, domi solus residet, sui negligens, hirtus et squalidus, horridus et incultus, una tamen felix miseria, ultima scilicet egestate, que ipsum a principe miseriarum absolvit amore, que sui memoria non sinit eius reminisci. Hec tua sunt, Dyane, tam dolorosa quam dolosa dispendia, que pro tue militie stipendiis tuis impendis equitibus, ut a te circa finem ridiculi reddantur palamque confusi, sive tuis doloribus cunctis[a] habeantur ostentui. Miser hic, de quo nobis sermo, paupertate magistra, solutus ab hamo Veneris, ingratus est ei, que solvit, quia que preterierunt angustie faciles videntur comparate presentibus, dignamque dicit inediam mercede leonis, qui damulam lupis aufert, ut eam devoret.

Exit una dierum Gerbertus civitatem hora meridiana quasi spaciatum, et fame torquebatur ad luctum, et totus extra se pedetentim longe defertur in nemus, et in saltum deveniens, feminam ibi reperit inaudite pulcritudinis, maximo insedentem panno serico, habentem coram positum maximum denariorum acervum. Subtrahit ergo pedem furtim, ut effugiat, fantasma sive prestigium timens. At illa, ipsum ex nomine vocans, confidere iubet et, quasi miserta eius, pecuniam ei presentem et quantam[b] desiderare potest divitiarum copiam spondet, dummodo filiam prepositi, que ipsum tam insolenter spreverat, dedignetur et sibi non tanquam domine vel maiori, sed tanquam pari et amice velit adherere, adiciens: 'Meridiana[c,2] vocor, et generosissimo producta stemmate, id semper summopere curavi, ut michi parem omnimodis invenirem, qui mee virginitatis primos decerpere flores dignus haberetur, nec quemquam repperi, qui non in aliquo michi dissideret, usque ad te. Unde quia michi per omnia places, ne differas omnem suscipere felicitatem, quam tibi de celo pluit Altissimus, cuius ego creatura sum ut tu. Quoniam, nisi iustas extorseris iras a me, beatus es omni rerum et status opulentia, tantum cum mea reflorueris ad plenum diligentia, eadem ipsam superbiam repellas, qua te ipsa miserabilem fecit. Scio enim, quod penitebit eam et revertetur ad spreta, si liceat. Si tuos odisset instinctu castitatis amores, in tua meruisset gratiam victoria. Sed id solum in causa fuit, ut, te, qui omnium iudicio super omnes eras amabilis, insolenter abiecto, sine suspicione faveret aliis, falsoque Minerve peplo velavit Affroditem, et sub tue pretextu repulse in suam alii divaricationem appulerunt. Proh dolor! expulsa Pallade, tegitur sub egide Gorgon, et tua manifesta confusio dedit umbraculum lupe spurciciis, quam si digne semper dixeris tuis indignam amplexibus, precelsum te faciam in omnibus excelsis terre. Times forsitan illudi et succubi demonis in me vitare tendis argutias. Frustra. Nam illi, quos metuis, cavent similiter hominum fallacias et non, nisi data

a) tintis *corr. in* cintis *c.;* cunctus *ed.* b) quantum *c.* c) alias Marianna, *eadem manus in marg. c.*

1) Haec ad Apuleii Metamorphoseon librum refert Liebrecht l. c. p. 48. 2) De daemonibus qui ad meridiem apparent v. ib. p. 28.

fide vel alia securitate, se credunt alicui et nichil preter peccatum ab eis referunt, qui falluntur. Nam si quando, quod raro fit, vel successus vel opes afferunt, aut tam inutiliter et tam vane transeunt, ut nichil sint aut in cruciatum cedunt et perniciem deceptorum. Ego autem nullam a te expecto securitatem, mores tue sinceritatis edocta plenissime. Nec secura contendo fieri, sed te securum facere. Ego tibi cuncta libens expono et volo tecum hec deferas antequam coeamus; et sepe revertaris ad plura tollenda, donec, universo debito soluto, probaveris, fantasticam non esse pecuniam, et non timeas veri amoris impendiis iustas rependere vices. Amari cupio, non dominari nec etiam tibi parificari, sed ancilla fieri. Nichil in me reperies, quod non sentias amorem sapere. Nullum adversitatis in me signum deprehendere poterunt vera indicta'. Hec et similia multa Marianna[a], cum non oporteret. Avidus enim oblatorum, Gerbertus fere mediis eam rapit sermonibus ad annuendum, anxius paupertatis evadere copiosus captivitatem et velox venustissimum Veneris periculum inire. Supplex igitur omnia spondet, fidem offert et, quod non petitur, iuramentum, oscula iungit, salvo pudoris reliquo tactu.

Redit honustus Gerbertus, nuncios advenisse creditoribus fingit et lente, ne thesauros invenisse videatur, se debitis exhonerat. Porro iam liber et Marianne muneribus habundus, supellectile ditatur, familia crescit, vestium mutatoriis et ere cumulatur, cibariis et potu stabilitur, ut sit eius in Remis copia similis glorie Salomonis in Ierusalem et lecti secura letitia non minor, licet ille fuit multarum, hic unius amator. Singulis ab ipsa, que preteritorum habebat scientiam, docetur noctibus, quid in die sit agendum. Hee sunt noctes admiratissimi Nume, quibus Romani fingebant sacrificia fieri, colloquia deorum ascisci[b], cum unicam coleret, cui nocturno studio sudabat occulte sapientiam. Duplici proficit doctrina Gerbertus, thori et scole, et ad summa fame propugnacula triumphat in gloria; nec minus eum promovet lectio lectoris in studio quam lectricis in lecto. Huius in rebus agendis ad summam gloriam, illius adinventis ex artibus ad illuminationem in modico fit impar omnibus, universos excedit, fit panis esurientium, vestis egentium et omnis oppressionis prompta redempcio; et non est civitas, cui non sit invidiosa Remis.

Audiens hec et videns filia Babilonis misera, que per superbiam ipsum in vallem redegerat, consuetos expectat auribus arrectis nuncios moramque miratur et arguit, et se tandem spretam intelligens, quos fastidiosa repulerat, tum primo concipit ignes. Iam vivit lautius et cultius incedit et ipsi verecundius obviat et reverentius loquitur, et se per omnia delapsam in vituperium sentiens et abiectionem, eo bibit cifo rancorem animi, quo propinaverat amatori suo furorem. Frenum igitur arripit amens et, quo lora flectant aut retrahant, non curat, sed quibus impetitur calcaribus, toto facit obedientiam cursu et, quibuscunque modis ipsam ille temptaverat, id est omnibus, ipsum aduncare conatur. Sed frustra fiunt insidie, tenduntur retia, iaciuntur hami. Nam odii veteris ultor et novi adulator amoris ei quicquid dare solet dilectio negat, quicquid odium infligere iaculatur. Exinanitis ergo conatibus, augmentatur in amentiam amor, sensumque doloris excedit acerbitas et, sicut medicinam membrorum stupor non admittat, sic animus exhauste spei solatia non sentit. Excitat eam tandem, quasi mortuam suscitat anus vicina Gerberti et ipsum a tugurio suo per foramen ostendit deambulantem in medio modico pomerio in fervore diei post cenam solum, quem etiam post pusillum decumbere sub umbra vident esculi tortulose sopitumque quiescere. At non illa quiescit, sed, pallio reiecto, sola camisia vestita, sub ipsius se clamide totam toti coniungit capiteque velato ipsum osculis et amplexibus excitat. A vinolento et saturo leviter optinet quod quesierat; in unum enim Veneris estum convenerant iuventutis et temporis, ciborum et vini fervor. Sic nimirum semper assurgunt Veneri Phebus et Pan, Ceres et Bacus, a quorum ubique conventu celebri Pallas excluditur. Instat illa complexibus et osculis et tacita verborum adulari blanditie, donec ille Marianne[c] memor, pudore confusus et non modico timore trepidus, eam tamen verecunde vitare volens, sub redeundi promisso recedit et in nemore solito a pedibus Meridiane[d] veniam petit erratui. Illa diu despicit insolenter et tandem eius hominium[e] ad securitatem, quia deliquerat, poscit et optinet et in eius perseverat tutus obsequio.

Contigit interea archiepiscopum Remensem in fata cedere et Gerbertum fame sue meritis incathedrari. Deinceps etiam suscepti negotium honoris exsequens, dum Rome 991.
moram faceret, fit a domino papa cardinalis et archiepiscopus Ravennas et post pauca, de- 998.

a) alias Meridiana, *inter lineas c.* b) ascissi *c. et ed.* c) alias Meridiane, *in margine c.* d) alias Marianne, *inter lineas c.* e) homini *c. et ed.*

999. functo papa, sedis illius electione publica gradum ascendit. Et toto sacerdotii sui tempore confecto sacramento corporis et sanguinis dominici non gustabat ob timorem vel ob reverentiam et cautissimo furto, quod non agebatur, simulabat. Apparuit autem ei Meridiana anno sui papatus ultimo, designans ei vite securitatem, donec Ierosolimis missam celebrasset[1], quod Rome commorans pro voto suo cavere putabat. Contigit autem ipsum ibi celebrare, ubi asserem illum aiunt depositum, quem Pilatus summitati crucis dominice titulo sue passionis inscriptum affixerat, que quidem ecclesia usque in hodiernum diem Ierusalem dicitur, et ecce! sibi ex opposito applaudebat Meridiana quasi de adventu suo proximo ad ipsam gavisura. Qua visa et intellecta, nomenque loci edoctus, cardinales omnes, clerum et populum convocat, publice confitetur nec aliquem totius vite sue nevum irrelevatum observat. Statuit etiam, ut deinceps contra clerum et populum in facie omnium fieret consecratio. Unde multi altari celebrant interposito, dominus autem papa percipit facie ad faciem omnium sedens. Gerbertus modicum vite sue residuum assidua et acerrima penitentia sincere bea-
1003. vit et in bona confessione decessit. Sepultus est autem in ecclesia beati Iohannis Laterani[2] in mausoleo marmoreo, quod iugiter sudat, sed non adunantur in rivum gutte, nisi mortem alicuius divitis Romani prophetantes. Aiunt enim, quod, cum imminet domino pape migratio, rivus in terram defluit; cum alicui magnatum, usque ad tertiam vel quartam vel quintam partem emanat, quasi cuiusque dignitatem arto designans vel ampliori fluento. Licet autem Gerbertus avaricie causa glutino diaboli diutissime detentus fuerit, magnifice tamen in manu forti Romanam rexit ecclesiam, a cuius, ut dicitur, possessionibus omnium successorum suorum temporibus aliquit defluxit.

Audivimus, quod Leo papa[3] dedit initium cause, qua castellum Crescens[4] adhuc, quasi exheredato beato Petro, Petri Leonis heredes detinent. Petrus ille Leonis Iudeus ad fidem nostram opera Leonis pape conversus est et ab ipso Leonis agnomen habuit; studuitque Leo papa ipsum redditibus et prediis ampliare castellique predicti ei custodiam contulit ad eius magnificentiam et honorem, et nobilissimi civis ei filiam uxorem dedit, ex qua Petrus duodecim suscepit filios, quos ipse prudentia sua singulis stabilivit honoribus et summos in civitate constituit. Reliquit autem eis castelli custodiam, dicens hoc modo: duodecim eis virgas forti ligatas vinculo dedit, ut, qui eas sine solutione vinculi manu posset inermi confringere, primus in hereditate deinceps haberetur. Singulorum igitur conatibus elusis, solvi iussit virgulas et unumquemque suam frangere, quod in momento factum est. Ait ergo: 'Sic, filii mei karissimi, dum unitos amoris vinculo vos inveniet hostilitas, victa resiliet, quos quecunque vis fortior separatos invaserit triumphabit'. Sic Petri suorumque sapientia et astucia sequacium mansit apud eos quasi hereditas patrimonium Christi. Nostris etiam temporibus perdidit Alexander papa tertius consuetudinem porte beati Petri, quam pedagium dicunt, et altare dominicum ecclesie ipsius in manum laicam, prefecti scilicet Romani.
1181. Et nunc hodie a Romanis electus est Lucius papa successor Alexandri tertii, qui fuerat anno preterito Hubaldus Hostiensis episcopus et sancte Romane ecclesie cardinalis et Hostiensis episcopus.

13. De Nicolao Pipe[5], homine equoreo.

Multi vivunt qui nobis magnum et omni admiracione maius enarrant se vidisse circa pontum illud prodigium: Nicolaum Pipe, hominem equoreum, qui sine spiraculo diu per mensem vel annum vicinia ponti cum piscibus frequentabat indempnis et tempestate depressa navibus in portu exitum vetabat presagio vel egressis reditum indicebat. . . . Cupivit eum rex Siculus Willielmus[6] auditis his videre iussitque ipsum sibi presentari; quem dum invitum traherent, inter manus eorum absentia maris extinctus est. . . . . . .

16. De Sceva et Ollone mercatoribus.

. . . Elegit in Ravenna manere Sceva castusque diu mutandis mercibus studuït. Ollo Papie formosam duxit uxorem[7]. . . . . . .

1) V. fabulam similem ap. Martinum Oppav., a Vinc. Bell. deprompta̅m, SS. XXII, p. 432, et Phil. Mousket, SS. XXVI, p. 727. Re vera *Silvester mortuus fuit ad Sanctam crucem in Iherusalem*, Mart. Opp. 2) Mart. Opp. l. c.; cf. Gregorovius, 'Gesch. d. St. Rom' IV, p. 8. 3) IX, ut apparet. 4) Sive S. Angeli. 5) Gervasius Tilbur. II, 12, *N. Papam regis Rogerii* tempore vixisse, narravit; posteri fabellam exornaverunt et Schillero nostro argumentum carminis quod 'Der Taucher' inscribitur praebuerunt; cf. Liebrecht p. 49. 6) Nescio, utrum primus qui a. 1166. obiit an secundus mortuus a. 1189. 7) Sceva,

EX DISTINCTIONE V.

1. . . . Nobis divinam Karolorum et Pepinorum nobilitatem vulgaribus ritmis sola mimorum concelebrat[a], presentes vero cesares nemo loquitur, eorum tamen mores cum fortitudine, temperantia et omnium admiratione presto sunt ad calamum. . . . . . .

5. . . . Lodovicus, filius Karoli Magni, iacturam omnium optimatum Francie fere totiusque militie Francorum apud Evore per stultam superbiam Radulfi Cambrensis, nepotis sui, pertulit; satis egre rexit ab illa die regnum Francorum ad adventum usque Gurmundi cum Ysembardo[1], contra quos cum residuis Francorum bellum in Pontivo[b] commisit, victorque reversus est cum paucissimo comitatu, cesis hostibus suis pro parte maiori, recedensque decessit in brevi tam lesione quam labore predicti prelii cum lamentis et luctu totius Francie. . . . . . . Contigit, ut cum rege[2] moram facerem aliquamdiu Parisius mecumque tractaret de regum divitiis, inter sermones alios dixit, quia: 'Sicut diverse sunt regum opes, ita multis distincte sunt varietatibus. In lapidibus pretiosis, leonibus et pardis et elephantis divitie regis Indorum; in auro pannisque sericis imperator Bizanciis[c] et rex Siculus gloriantur; sed homines non habent, qui sciant aliud quam loqui; rebus enim bellicis inepti sunt. Imperator Romanus, quem dicunt Alemannorum, homines habet armis aptos et equos bellicos, non aurum, non sericum, non aliam opulentiam. Karolus enim Magnus, cum terram illam a Sarracenis conquisisset, omnia preter munitiones et castella pro Christo dedit archiepiscopis et episcopis, quos per civitates conversas instituit. Dominus autem tuus, rex Anglie, cui nichil deest, homines, equos, aurum et sericum, gemmas et fructus et feras et omnia possidet. Nos in Francia nichil habemus nisi panem et vinum et gaudium'. Hoc verbum notavi, quia comiter et vere dictum. . . . . . . Rex idem[3], dum adhuc contenderent cum eo principes sui, fuissetque comes Campanie Teobaldus adversus eum principum princeps, in multis eum vincebat congressibus et maiora merebatur in dies odia. Favebat autem comiti Romanus imperator[4] et fovebat ad bellum regnique simul principes. Cumque iam videretur Lodovicus in guerra superior, a Romanorum imperatore venerunt ad eum nuncii 1124.
dicentes: 'Mandat tibi Romanorum imperator et precipit, sicut de regni tui statu propinqua salute gaudere vis, quatinus infra mensem hunc pacem et fedus ineas cum comite Teobaldo penitus ad eius voluntatem et honorem; sin autem, Parisius ante mensem elapsum obsidione cinget et te interius, si temerario presumpseris ausu prestolari'. Respondit eis rex: 'Tpwrut[5] Aleman'. Hec autem omnibus Alemannis responsio gravissima videtur adhuc, et propter huiusmodi improperium multe frequenter inter eos et alienos rixe fiunt. Hec michi securi cordis et bene residentis animi fuisse videtur. . . . . . .

6. . . . Placeat autem de matre predicti regis[6] audire, quod filia fuerat optimi principis et sancte Matildis regine materque boni regis, ipsa bonorum in medio pessima. Tra- 1109
didit eam pater suus Henricus Romanorum imperatori nuptui, qui minorem fratrem suum regem Ytalie[7], captum in bello, decapitaverat manu propria patremque suum cupiditate regnandi deiecerat ab imperio, ut postmodum pauper[d] a communia canonicorum quorundam secularium imperii sui sustentaretur. His predicti sponsi peccatis adiecit Matildis[e], quod ab omnibus ducibus et principibus imperii sui et episcopis et archiepiscopis exegit civitates et castella propria manu tenenda. Et, quemcunque precepto non potuit, bello conatus est evertere. Restitit autem ei dux unicus Baiwarie et Saxonie contraque manus omnium acies ordinavit, factoque congressu, nec fugitum est nec fugatum, duravitque mutua cedes longissimo die circa finem Iunii a mane usque ad mediam noctem, multis milibus de medio

a) *lacuna vacat c.;* nugacitas *supplet Wright.* b) Pontino *c. et ed.* c) *ita c. et ed.* d) paupera *c. et ed.* e) Matillis *c*

Ollone absente, Papiae amici partes agens, vicecomite iudicibusque corruptis, uxorem bonaque sibi arripit; postea Ollonem reducem tamquam vesanum expellit. De hac historiola cf. Liebrecht l. l. p. 51.
1) *Ad Gormundum regem Africanorum in Hyberniam . . . Isembardus Ludovici regis Francorum nepos venit; . . . ut auxilio eius regnum Galliae avunculo eripere posset, a quo, ut aiebat, vi et iniuste expulsus erat,* Galfr. Monmuth. XI, 8; cuius editor San-Marte p. 439. carmina de his heroibus inventa docte disserit.
2) Scil. Ludovico VII. rege Francorum; cf. similia quaedam apud Giraldum Cambr., Instr. princ. III, 30.
3) Ludovicus VI. rex Francorum a. 1108—1137; cf. V. Ludovici Grossi, SS. rer. Gall. XII, p. 35. 36.
4) Henricus V, ut videtur.
5) Idem Philippus IV. regi Adolfo a. 1294. respondisse fertur; cf. Boutaric, 'Philippe le Bel' p. 393; cf. quoque Itiner. Ricardi I. ed. Stubbs p. 189: [Isaak Cypri] *imperator dicens nunciis regis irrisorie: 'Ptrut, [*al. *Ptruht;* al. *Tprut] Sire!'*
6) Henrici II. Angliae.
7) Conradum, Henrici IV. filium, qui a. 1101, Iul. 27. obiit.

deletis. Recesserunt ab invicem pauci de timidis et ignavis. Quoniam igitur a residuis desperatum est de sepultura cadaverum, lupis et canibus et avibus derelicta sunt et putredini, quorum fetor circa se solitudinem fecit. Compunxit autem Dominus ea die predictum imperatorem et per gratiam suam ei coram oculis posuit, quod ipsum cupiditas ad fratris necem impulerat et patris exilium et ad cedem presentem, que innumerabilis erat et toti mundo plorabilis, penitensque fortiter a malis exivit foras et flevit amare, et camerarii, non temerarii, sed sapientis et fidelis, opera, simulato prius morbo ianuisque seratis, et demum eius morte nunciata, se ipsum proscripsit penitens et evasit ad exilium ultroneum. Procuraverat autem camerarius mortuum loco eius et pretiosissime involverat conditum aro-
1125. matibus et imperiali pompa sepelire fecit. Ipse autem processit, corpore vagus, animo firmus, nec potuit tanti doli latere prorsus utilitas; bonus enim fuerat et quantum visus est iusta fallacia. Multis in locis apparuerunt multi, qui se dicebant illum imperatorem esse et mortem ipsius simulationem asserebant post decessum, immo recessum eius, ut honorabiles haberentur, et multi falsi deprehensi sunt. Veruntamen Cluniaci[1] susceptus ei simillimus, ut dicebatur, pauper habitu, sermone nimis ambiguus, ut ex ipso neutrum agnosci possit. Abbas autem, ut Cluniaci mos est, ipsum reverenter exhibebat. Contigit autem, quod Dompnus[a] Cluniaci Alemannus prior veniret, quem dominus abbas ad virum illum instructum misit, ut videret, quem si viderat, et manifestaret. Ille secum iuvenem nepotem suum duxit, qui cum ipso diu fuerat; qui statim, ipso viso, dixit eum simulatorem et falsum. At ipse, velox et inconfusus et tutus, ei alapam fortem dedit et dixit: 'Tu mecum fuisti vere, sed semper proditor, et in una proditionum tuarum interceptus, evasisti; sed tibi quidam satellitum pedem dextrum spiculo misso perforavit, unde vulnus adhuc aut cicatrix apparet. Comprehendite, famuli, traditorem et videbitis'. Et apparuit cicatrix; at iuvenis ait: 'Domino meo, quem iste se fingit, singularis erat in brachio dextro proceritas, ut stans extentus posset palma genu dextrum operire'; quod ipse surgens statim implevit. His visis, aliquamdiu reverentius exhibitus est; et tandem inventus est falsus. . . . . . .

1182. Dec. 25. Contigit autem, quod multo preconatu festum diei natalis Domini proclamatum fuit apud Cadomum a domino rege[2] fieri. Convenerunt ergo multitudo numerosa tam advenarum quam indigenarum, quorum capitales erant rex et filius eius, admirabilis ille rex Henricus et tertius Henricus, Saxonie dux et Bavarie, tunc exul, gener nostri regis, comes Pictavie Ricardus, qui nunc regnat, dux Britonum, frater eius, Gaufridus et episcopi multi, cum provintia plena comitum et baronum[3]. Cum igitur adesset die festo natalis domino regi qui daret aquam manibus eius, ecce, per medium pressure predictus Willielmus[4], eo quod esset summus camerarius, multis equitibus, ut mos eius erat, comitatus, et palla proiecta, sicut mos est ministrorum, pelves argenteas arripuit traxitque fortiter ad se. Tenebat ille vix regemque respiciebat, qui iussit eas dimitti, suscepitque patienter aquam de rapina. Willielmus autem, cum dedisset eam ipsi filiisque suis et duci Saxonie, pelves proprio clienti dedit et sedere perrexit. Hoc autem multis admirantibus, et cubiculario regis instanter pelves petente, abegit eum rex et sine similitudine delicti tulit. . . . . . .

a) *ita ed. et c., nomen, ut videtur, prioris.*

1) De Pseudo-Henrico V. Cluniacensi cf. Ric. Pictav. Addit., SS. XXVI, p. 80. 2) Henrico II. 3) V. Gesta Henrici II. ed. Stubbs I, p. 291. 4) Willielmus de Tancarvilla, camerarius Normanniae, verum regi atque aliis exosus.

EX RICARDI DIVISIENSIS CHRONICIS DE GESTIS RICARDI I.

Ricardus Divisiensis[1]*, monachus cathedralis Wintoniensis, de regiae Andegavensium* domus superstitibus Chronica[2] *inde a Ricardi I. coronatione scribere a.* 1191. *vel paullo post*[3] *inchoavit et, narratione usque m. Sept. a.* 1192.[4] *perducta, ni forte iam priusquam fama de rege capto in Angliam pervenit*[5]*, certe tamen ante Iohannem a.* 1199. *regno potitum*[6] *desiit. Quo libello excepto, nullum vitae suae certum vestigium posteritati reliquisse videtur. Quodsi Baleus alterum opus historicum a Bruto usque ad a.* 1135. *perductum, utpote quod in eodem codice Cantabrigiensi eiusque apographo Cottoniano quibus Ricardi libellus eademque manu scriptum exstet et ab Annalista Wintoniensi s. XIII. in. usque ad a.* 1066. *transsumptum sit, Ricardo nostro attribuit, id Stevenson et Hardy*[7] *negant, neque Luard*[8]*, quamvis Baleo assentiri velit, quidquam amplius quam originem Wintoniensem Ricardo coaevam probare potest.*

Cum Ricardus in regia Angliae urbe habitaret, facile tabulis cartisque publicis uti atque a curiae regis administris de rebus domesticis externisque certior fieri potuit. Auctorum autem nomina ut traderet vel verba retineret tantum abest, ut potius, diversis ex quibus hausit fontibus commixtis, tumidum sermonem et nimia arte argutum et sententiis antiquorum Romanorum exornatum affectaret, etiam orationes confictas protraheret. Adversarios vero monachorum vel Anglorum facetiis satis acerbis ironice mordere non nescivit et omnino e ratione, qua res narrandas selegit, composuit, iudicavit, aeque doctus atque luculentus ingeniosusque scriptor prodit.

Ad historiam annorum 1189—1192, *quos solos tractavit, illustrandam, quoad Angliam spectavit, permulta nova eaque maximi momenti attulit. Sicula autem gesta, quamquam modo suo rhetorico fusius narravit, fere omnia nonnisi ex illis relationibus epistolaribus conseruit, quae a pluribus annalistis contemporaneis adhibitae, in Gestis Henrici et chronico Hovedeniano nisi integrae, saltem magis completae et distinctae quam apud nostrum inveniuntur.*

Duo tantum codices[9] *exstant, quorum:*

1) *Parkerianus, iam Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr.* 339, *circa a.* 1200. *fortasse ex auctoris autographo,*

1) Devizes in com. Wiltensi. 2) Sunt verba Prologi. 3) Prologo salutem dicit *Roberto olim priori Wintoniensis ecclesie. . . . Postquam* [a. 1191.] *Cartusiam profectus es.* 4) V. infra p. 80. finem operis. 5) V. infra c. 8. 6) Ita Pauli, 'Gesch. von England' III, p. 874. Locus a. 1191. de Waltero Bathoniae priore, qui obiit d. 31. Maii a. 1198, ante eius mortem scriptus est. 7) 'Descriptive Catalogue' II, p. 201. 8) Ann. Winton. praefatus inter Annales Monast. II, p. XI. 9) Nescio, utrum de tertio aliquo an de 1 vel 2 ap. Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 313*, agatur. — Ricardi opere usus est auctor Chronici usque ad a. 1271. perducti in cod. Bodleiano Digby 11, s. XIII ex.; ib. III, p. 190.

2) Cottonianus Domitianus XIII. saeculo XIII. ex 1. exscriptus[1] esse videtur. His libris mss. nititur editio a Iosepho Stevenson Lond. sumptibus Societatis Angliae historicae 1838. parata, quam V. Cl. Hessels Cantabrigiae cum codice 1. accuratissime contulit. *F. L.*

. . . .

1189. Anno Domini 1189. . . . [8].[a] Iohannes, frater regis[2], . . . in tantum a fratre ditatus est et dilatatus in Anglia, quod et privatim et publice predicabatur a pluribus, regem de reditu in regnum non cogitare, quem frater, iam eo non impotencior, si innatos sibi mores non reprimat, audebit, actus dominandi libidine, repulsum exturbare de regno[3]. . . . . . .

[10].[b] . . . Willelmus Eliensis electus, datis tribus milibus librarum argenti, sigillum regis sibi retinuit, licet Reginaldus[4] Italus quartum millerium superoptulerit. . . . . . .

1190. Anno ab incarnatione Domini 1190. . . . [14].[c] . . . Iohannes Norwicensis episcopus, et ipse unus ex Salahadino minantibus[5], ad profectionem et causam munitus plenissime, dum iter ageret in Burgundie finibus, incidit in latrones, qui et omne ei viaticum sustulerunt. . . . . . .

[18]. . . . Classis regis de propriis mota litoribus, Hispaniam circuit et de occeano per arta Affrice Mediterraneum mare, quod ulterius Grecum dicitur, ingressa, ad Massiliam, regem ibi prestolatura, perducitur. . . . Francus[6] mare nausians per terram tendit Siciliam; Anglus iturus per aquam venit contra naves suas Massiliam. . . . . . .

[20]. . . . Rex[7] ipse cum familia propria et maiores exercitus cum sibi famulantibus, relicto littore, precedunt classem in galeis, et per civitates maritimas dietim hospitantes,
Sept. 23. assumptis secum maioribus maris illius navibus ac buceis, prospere Messanam applicuerunt[d]. Tanta erat applicantium gloria, talis fragor et fulgor armorum, tantus tubarum strepitus et lituorum, quod intremuit[8] civitas et expavit, venitque contra regem omnis etas, populus sine numero, mirantes et predicantes[9], quanto rex iste gloriosius et terribilius applicuerat
Sept. 16. rege Francie, qui eum cum copiis suis preveneral die septimo. Metatusque est rex Anglie castra extra civitatem, quoniam rex Francie receptus iam fuerat in palatium Tancredi regis Sicilie intra muros. . . . Rex Francie quicquid sui peccarent vel peccaretur in suos dissimulavit et tacuit; rex Anglie pro indifferenti habens, cuiates crimen involveret, omnem hominem suum reputans, nichil iniuriarum reliquid inultum; unde et unus dictus est Agnus a Grifonibus[10], alter Leonis nomen accepit[11].

[21]. Rex Anglie misit legatos suos ad regem Sicilie[12], exigens Iohannam sororem suam, reginam quondam Sicilie, et dodarium eius cum cathedra aurea et totum legatum Willelmi regis, quod legaverat Henrico regi, patri suo, scilicet mensam auream duodecim pedum in longum, tentorium sericum, centum galeas optimas cum omnibus sibi ad duos annos necessariis, sexaginta milia silinas[13] de frumento, sexaginta milia[e] de ordeo, sexaginta milia[e] de vino, viginti quatuor cuppas aureas[14] et 24 discos aureos[15]. Rex Sicilie mandata regis Anglorum parvo ponderans et de exigentiis minus cogitans, sororem remisit illi cum talami eius simplice supellectili, datis tamen illi dignatione regia mille milibus terrinorum[16] ad expensas. Sequenti die tertio rex Anglie, transmisso flumine magno del Far, quod a Sicilia Kalabriam separat, armatus venit Kalabriam et cepit in ea opidum munitissimum, quod dicitur la Bainnere, eiectisque Grifonibus, posuit ibi sororem

a) *in marg. f.* 26. 1. b) *ad calcem f.* 26'. 1. c) *in marg. f.* 27'. 1. d) apllic. 1. e) $\overline{LX}$ 1.

1) Notae quae in margine codicis 1. habentur, in 2 quoque in margine positae sunt; et loco cuidam annotatur: *Hic abrasum erat*, ubi re vera rasura in 1 occurrit. 2) Ricardi I. 3) Cf. Stubbs, 'Constitutional History' I, p. 497. Haec ante Ricardi I. reditum a. 1194. scripta esse videntur. 4) Episcopus Bathoniensis, qui persaepe Angliae negotia in Italia tractaverat; cf. Stubbs ad Hoveden III, p. XXIX; infra p. 79, n. 4. — Lumbardus cognominatus, quia in Lombardia educatus est, Herb. Bosham. VII, 1. 5) Id est cruce signatis. 6) Scil. rex Philippus II. 7) De Ricardo I. in Sicilia morato nostro fortasse eadem relatio usui fuit ac Gestorum Henrici auctori, ed. Stubbs II, p. 112, et Radulfo de Diceto. 8) *Tanta gloria . . . tubarum . . . tremor* sunt verba Gestorum Henrici. 9) *Omnis aetas, . . . fama praedicante, . . . ruunt populi* dicit Itiner. Ricardi, ed. Stubbs p. 156. 10) i. e. Graecis. 11) Haec desunt Gestis Henrici. 12) Tancredum. 13) *salmas* Gesta Henr. 14) *argenteas* Gesta Henr. 15) *argenteos* Gesta Henr. 16) Cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 154[1]. 155.

suam et locum milite munivit armato. Rursus rex cepit castellum fortissimum quod dicitur Monasterium Grifonum, in ipso flumine del Far situm inter la Bainnere et Messanam, captumque firmavit, confectosque sine miseratione calamitatibus variis Grifones, qui restiterant, suis fieri fecit ludibrio. 1190

[22]. Grifones, ante Ricardi regis adventum in Siciliam omnibus regionis illius potentibus fortiores, cum et Ultramontanos semper oderint[1], novis iam irritati casibus, amplius incanduerunt; universisque, qui regem Francie dominum fatebantur, pace servata, tota iniuriarum de rege Anglorum et caudatis[2] suis ultio queritur; Greculi enim et Siculi omnes hunc regem sequentes Anglos et caudatos nominabant. Denegatur[3] igitur Anglis ex edicto omnis terre negotiatio, ceduntur diebus ac noctibus per quadragenos et quinquagenos, ubicunque reperiuntur inermes. Cedes multiplicatur in dies, eoque usque meditatum est in insania procedere, donec singulos aut funderent aut fugarent. Hisce tumultibus excitatus rex Anglie, leo ille teterrimus, horrendum rugiit, iras tanto pectore dignas concipiens. Perterruit eius amicissimos furor insanientis; curia contraitur[a], sedent circa solium nominati principes exercitus, quilibet in ordine suo, foretque facillimum legere presidentis in vultu quicquid tacitus mente tractabat, si quis in eius faciem oculos auderet attollere. Post diuturnum summumque silentium rex indignantia talibus ora resolvit: [23]. 'O mei milites! . . . Restituemus nos regnum Israel, qui vilibus et effeminatis Grifonibus terga dederimus? Nos hic in patrie nostre devicti confinio, tendemus ulterius? . . . . . .'

[24]. Rex orationem vix bene finierat, et infremuerunt omnes viri[b] virtutis eo turbati tantummodo, quod dominus suus de suis videbatur diffidere. Promittunt, se ex animo ad quicquid preceperit parituros, montes et muros ereos penetrare parati. Ponat supercilium: tota sibi, si iusserit, sudore suo Sicilia subicietur[4]; totus, si voluerit, usque ad Columpnas Erculis ibit in sanguine. Substitit ut clamor pressus gravitate regentis: 'Placet', inquid, '. . . Messana mihi capietur in primis, Grifones aut se redimant aut vendantur! Si rex Tancredus de dodario sororis mee et legato Willelmi regis, quod me pro patre contingit, celerius non satisfecerit, post depopulationem regni sui singula reddere compelletur in quadruplum. Occupantis erit quicquid cuique venietur in predam; soli domino meo regi Francorum, qui in civitate quiescit, et omnibus suis servetur summa tranquillitas. Expediantur imfra biduum ad duo milia[c] equitum ex universo exercitu electorum, qui non habeant corda in caligis, et mille pedites sagittarii. Sit lex servata sine remedio: pedes pleno pede fugiens pedem perdat, miles privetur cingulo. Militari disciplina, discreto ordine singuli disponantur in acies et die tertio ad clangorem bucine me primum et previum sequantur ad civitatem'! Cum summis applausibus solvitur concio; rex, vultus rigore remisso, visus est voluntati eorum ipsa oris serenitate gratias agere.

Hor. Epist. I, 1, 60.

[25]. Mirum intercidit, ut causam regis nec hostis eius causari posset iniustam[5]. Die tertio, quo producendus erat exercitus, summo mane[6] Ricardus archiepiscopus Messane, archiepiscopus[7] de Monte-regali, archiepiscopus[8] de Risa, Margaritus admirabilis, Iordanus de Pin[9] et plures alii de familiaribus Tancredi regis, assumptis secum Phillippo rege Francorum, episcopo[10] Carnoti, duce[11] Burgundie, comitibus de Neverso[12] et de Pertico[13] et multis sequacibus regis Francie[d], item Rothomagensi[14] et Auxiensi[e, 15] archiepiscopis, Ebroicensi[16] et Baiocensi[f, 17] episcopis et omnibus qui quicquam posse putabantur ex Anglis, venerunt reverenter ad regem Anglie, ut sibi de omnibus querelis ad libitum suum facerent satisfieri.

a) *ita* 1. 2; conterritur *ed. Stev.* b) fortes et *add.* 2, *ed. Stev.* c) II 1. d) Francie *corr. in* Franceie 1. e) Anx. 1 f) Baioc, *litteris* rn *super* i *scriptis*; Bairnocencensi 2, *ed. Stev.*

1) Toeche p. 155. 2) Hanc derisionem e legenda de s. Augustino Cantienses puniente ortam videri, annotat Stevenson; cf. de Anglis caudatis 'Anz. für Kunde d. deutschen Vorzeit' 1874, p. 214; 1877, p. 247; et quae in carmine s. XIII. in., quo Angli et Theutonici se facetiis irrident, inveni: *Angli caudati, qui sunt ad pocula nati*, 'Neues Archiv' IV, p. 24; et Iohannis Fordun Scotichronicon s. XIV. III, 33. — Hodiernum quoque nomen inertis sive ignavi hominis Francicum *couard*, Anglicum *coward* a *cauda* derivatur. 3) Quae sequuntur sine dubio veritatem excedunt et ab ipso nostro per partes adinventa videntur. 4) Ricardum, ut Siciliam expugnaret, molitum esse, et Franci et Germani et Siculi contendunt; cf. Toeche p. 156. 5) Hic apparet, quanto studio noster intendat, ut Anglos excuset. 6) Haec quoque ad eundem fontem atque G. Henrici et Hoveden recedunt. 7) Willelmus. 8) Willelmus de Regio. 9) *Pino* Hoveden; deest G. Henr. 10) Reginaldo. 11) Hugone. 12) Petro. 13) Gaufrido. 14) Waltero. 15) Girardo. 16) Iohanne. 17) *Bernardo Baoniensi* Hoveden.

1190. Rex diu multumque rogatus, ad tantorum virorum instantiam flectitur et super ipsos precatores pacis ponit iudicium: pensent, quanti sit, quod pertulerit, et provideant[a], ne minus ponderet pacata quam peccatum; satis erit sibi, quicquid sufficere deliberatio communis debere decreverit, si tamen ab eiusdem hore momento nemo Grifonum in suos manus miserit. Multum mirati sunt magis quam letati ad insperate responsa mansuetudinis qui advenerant, quod novissimo proposuerat illi[b] ponentes in manum, de reliquo tractaturi seorsum, consederunt a conspectu regis remoti. [26]. Regis exercitus predictum pridie taxatus in numerum, cum gravi taciturnitate prestolabantur in armis extra castra preconem ab orto iam sole, et formatores pacis morosius agentes in horam plene tertiam[1] diem protraxerant, cum ecce
Verg. Aen. II, 668. subito et ex improviso clamatur, audita nimis voce pro foribus: 'Arma, arma, viri! Hugo Brunus captus ceditur a Grifonibus; quicquid habet diripitur, et homines eius occiduntur!' Confudit clamor pacis infracte de pace tractantes; et rex Francie talem prorupit in vocem: 'Perpendo, quod Deus odit hos homines et induravit cor eorum, ut cadant in manus cruciatoris'; reversusque celeriter cum omnibus qui secum fuerant in regis papilionem, invenit eum iam ferro se vestientem[c]; cui brevibus infit: 'Testis ero coram omnibus hominibus, quicquid acciderit, quod inculpabilis eris, si amodo contra maledictos Grifones arma portaveris[2]'. Dixerat et discedit; secuntur eum qui secum venerant et recipiuntur pariter in civitatem. Rex Anglie procedit armatus, vexillum terribile draconis prefertur expansum, clangor tube post regem movet exercitum. Refulsit sol in clipeos aureos, et ressplenduerunt montes ab eis; ibant caute et ordinate, et sine ludo res agebatur. Grifones e diverso, clausis ianuis civitatis, armati stabant ad propugnacula murorum et turrium, nichil adhuc metuentes, et eiaculabantur incessanter in hostes. Rex, qui nichil melius novit quam expugnare civitates et evertere castra, permisit primo pharetras eorum evacuari, et sic demum per suos sagitarios, qui preibant exercitum, primum fecit insultum. Sagittarum imbre celum tegitur, protensos per propugnacula clipeos mille tela transfodiunt, nichil contra pilorum impetum poterat salvare rebelles. Relinquuntur muri sine custodia, quia nullus potuit foris prospicere, quin in ictu occuli sagittam haberet in oculo. [27]. Accedit interim rex cum milite suo sine repulsa libere acsi licenter ad ianuas civitatis, quas, admoto ariete, dicto citius contrivit et, inducto exercitu, omnia cepit munita urbis usque ad palatium Tancredi et hospitia Francorum circa sui regis hospitium, quibus pepercit ob reverentiam domini sui regis. Ponuntur vexilla victorum super turres civitatis in girum, et deditas munitiones singulas singulis tradidit ex principibus exercitus et hospitari fecit magnates suos in civitate. Suscepit obsides filios omnium nobilium civitatis et provintie, ut aut redimantur ad regis estimationem, aut reliqua pars civitatis illi sine marte reddatur, et a rege suo Tancredo de exigentiis suis sibi satisfiat[3]. Hora diei quinta[4] oppugnare ceperat urbem, et cepit eam hora decima et, revocato exercitu, reversus est victor in castra. Tancredus rex, ad nunciantium sibi rerum exitus verba perterritus, festinavit[5] cum eo finem facere, missis illi viginti milibus unciarum auri pro dodario sororis et aliis viginti milibus unciarum auri[6] pro legato Willelmi regis et perpetua sibi et suis pace servanda. Suscipitur satis egre et indignanter illud parum pecunie, redduntur obsides, et ab utriusque partis optimatibus pax firma iuratur. [28]. Rex Anglie minus adhuc credens indigenis, fecit castelum ligneum novum magne fortitudinis et eminentie iuxta muros Messane, quod ad opprobrium Grifonum Mategrifun nominavit. Glorificata est fortitudo regis valde, et siluit terra in conspectu eius. . . . . . .

[29]. Regina Alienor . . ., assumpta secum filia[7] regis Navarorum[8], puella prudentiore[d] quam pulcra, secuta est regem filium suum, et consecuta morantem adhuc in Sicilia, venit
1191. Risam[9] civitatem, omni bono plenam et bonam receptui, prestolatura ibi velle regis cum legatis regis Navarorum et virgine. . . . . .

a) providieant 1. b) *deest* 2. c) nesci. 1. d) prund. 1.

1) Forsitan hic vestigia quaedam relationis illius, qua omnes Angli coaevi ad Ricardi gesta Sicula scribenda usi sunt, noster solus servaverit. 2) Haec neque alibi habentur neque cum eo concordant, quod Franci Messanensibus contra Anglos favisse dicuntur. 3) *Obsides, nisi Tancredus pacem fecerit de exigenciis suis* G. Henr. 4) Vide supra annot. 1. 5) Minime tam confestim quam hac ex narratione videtur. 6) Ricardum 40000 uncias auri recepisse, probat Toeche p. 155. 7) Berengaria. 8) Sanctii VI. 9) *A.* 1191. *m. Febr. galeas misit rex contra Alienor* G. Henr.

Anno 1191 . . . [31]. Rex . . . evocatum ad se comitem Flandrie[a, 1] consuluit, homi- 1191.
nem eloquentissimum[b], ad omne pretium linguam[c] habentem, cuius mediatione rex Francie remisit regi Anglie iuramentum de sorore[2] ducenda. . . . . . .

[32]. Rex Francie cum suo exercitu regem Anglie precedens versus Ierosolimam,
mari se credidit tertio Kalendas Aprilis. Rex Anglie relicturus Siciliam fecit defieri castel- Mart. 30.
lum[3], quod exstruxerat, et totam materiem secum portandam in navibus suis reposuit. Omne genus machinarum ad expugnandas munitiones et omne genus armorum, quod cor hominis potuit excogitare, presto iam habebat in navibus. . . . . . .

[34]. . . .[d] Savaricus archidiaconus Norhamtonie[4] et ipse unus ex plurimis, qui regem[e] ex Anglia prosecuti sunt in Siciliam, donatus est a rege literis patentibus in matris regis presentia ad iusticiarios Anglie, assensum regis et aliquid maius assensu continentibus, ut, in quamlibet diocesim vacantem foret electus, promoveretur. Hos apices Savaricus misit cognato suo episcopo Batonie[5] in Angliam, ipse vero Romam concessit, sicut qui fuerat Romanis notissimus[6].

[35]. Ricardus rex Anglie litteris in Angliam destinatis toti regno suo valedicens et de honorando ab omnibus cancellario[7] summam mentionem faciens, parata classe sua meliore quam multa, cum exercitu electo et forti, cum Iohanna sorore sua ac virgine maritanda, cum omnibus, que pugnaturis aut peregre profecturis necessaria esse poterant, vento vela
commisit quarto Idus Aprilis. . . . . . . Apr. 10.

[54]. . . .[f] Cancellarius ex perdite potestatis et presentis sui status recordatione confusus, inibitionem transfretationis dum modis omnibus molitur eludere, non uniformiter nec semel tantum illusus est. Taceo, quod et in habitu monachi et in muliebri veste deprehensus fuerit et retentus, quia multum et nimis est meminisse, quam inestimabilem supellectilem, quam multiplices gazas sibi demum in Flandriam appulso Flandrenses[8] diripuerunt. . . . . . .

[64].[g] Rex Anglorum more nescius, tertia die sui adventus in obsidionem[h, 9] construi[i] fecit Iun. 8.
et erigi castellum suum ligneum, quod in Sicilia factum Mategrifun nominaverat, et ante lucanum diei quarte stetit machina iuxta muros[k] Accaronis. . . . . . .

[66]. . . . Reges cum signis triumphalibus urbem[9] ingressi, totam sibi et suis dimidio Iul. 12.
partiti sunt cum supellectili. . . . . . . [67].[l] Dux Austrie et ipse unus ex veteribus obsessoribus Accaronis, regem Anglorum secutus a pari in sue sortis possessionem, quia, prolato coram se vexillo, visus fuit sibi partem vendicare triumphi, etsi non de precepto, de voluntate

a) Flandre 1. b) et *postea add.* 2, *ed. Stev.* c) liggu. 1. d) *in marg. f.* 32'. 1. e) Anglie *add.* 2, *ed. Stev.* f) *in marg. f.* 37'. 1. g) *in marg. f.* 35'. 1. h) obdionem 1. i) exstrui 2, *ed. Stev.* k) moros 1. l) *in marg. f.* 36'. 1.

1) Philippum. 2) Alicia. 3) Mategriffun; idem in G. Henrici narratur. 4) Postea *episcopus Batoniensis,* (Henrici VI) *consanguineus et cancellarius de Burgundia,* Hoveden IV, p. 30; cf. Winkelmann, ‘Philipp’ p. 488; ‘Otto IV.’ p. 535. 5) Reginaldo (cf. supra p. 76, n. 4), qui, cum Dec. 2, 1191. Cantuariensis archiepiscopus eligeretur, curavit, ut Bathoniae Savaricus sibi succederet. Savaricus ab Annalista Osneiensi a. 1191. *cognatus eius,* a Marganensi, Waverleiensi a. 1192, Wellensi (quem Wharton, Anglia Sacra I, p. 562 n. laudat) *Geldewini filius* et a Waverleiensi a. 1192. *frater Franconis* vocatur; de quo cf. G. Henr. a. 1186; Hoveden a. 1192. 1193. 6) Aestate vel autumno a. 1191 (certe aliquot septimanas postquam Mai. 10. Gaufridus prior cathedralis Cantuariensis factus est) Savaricus, ut cognatus Reginaldus Bathoniensis ad Cantuariensem primatum, ipse autem ad Bathoniensem sedem ascenderet, ab imperatore, fortasse dum hic Neapolim obsedit, accepit has litteras: *Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus viris religiosis et venerabilibus G. priori et conventui Cantuariensis ecclesiae . . . Specialiter dilectus consanguineus noster et ecclesiae vestrae devotissimus Savaricus archidiaconus ita nos invitare studuit, ut . . . etiam ipsius intuitu, quem sincere diligimus, vestris de cetero profectibus velimus intendere. . . . Per eundem dilectum et fidelem nostrum et vestrum innotuit nobis et vestra . . . nunc instans ex pastoris carentia desolatio . . . Si, . . . secundum salubre praenominati consanguinei nostri consilium, et virum sectatorem bonorum operum . . . velitis assumere, . . . vos imperiali celsitudini . . . commendabiles efficietis. . . . Non magis in partibus vestris idoneum . . . potestis eligere quam virum illum vita et moribus venerabilem, de quo saepedictus archidiaconus amicissimus noster nostram vobis super hoc mandato vel litteris exprimet voluntatem, et quem novistis ecclesiae vestrae ferventissimum dilectorem.* — A Francorum quoque rege, mense Octobri in Italiam reverso, epistolam ad conventum Cantuariensem directam, qua Reginaldus candidatus nominatur, Savaricus acquisivit; Epp. Cantuarienses ed. Stubbs p. 350 sq. 7) Willelmo episcopo Eliensi. 8) *nobiles quibus forisfecerat in Anglia* Hoveden. 9) Acconem.

1192. tamen regis offensi deiectum est vexillum ducis in cenum et in eius contumeliam a derisoribus deculcatum[a]. Dux, in regem licet atrociter ardens, quia vindicare non potuit, dissimulavit iniuriam, et regressus in sue locum obsidionis, in refixam se recepit ea nocte papilionem et, postquam citissime potuit, plenus rancoris renavigavit ad propria. . . . . . .[1]

[Anno[b]] 1192. . . . [73]. . . .[c] Cancellarius adiit regem Francorum et de sublatis sibi in Flandria facultatibus coram ipso querelam deposuit, sed nichil ibi amplius habuit quam quod ridiculos homines fecit. . . . . . .

[79]. . . .[d] Wintonienses Iudei . . . celebrem sibi famam de martirizato a se in Wintonia puero confecerunt. . . . Fuerat[2] autem Francus genere. . . . Iudeus Francigena crebris ei monitis persuasit, ut Angliam peteret: . . . [80]. 'Vade', ait, 'viriliter! . . . . . . [81].[e] Post urbes[3] omne forum, villa vel opidum incolas habet rudes et rusticos. Omni insuper tempore pro talibus Cornubienses habeto, quales in Francia nosti nostros Flandrenses haberi'. . . . . . .

[88]. Descendit interea ad videndum regem[4], ut de [more[f]] solebat, quidam Saffatinus gentilis, Salahadini frater . . . Et ista locutus est: '. . . [90]. . . . Scivimus, et dum res agebatur, quanta celeritate munitissimam Sicilie civitatem Messanam ceperit[4] expugnatam; et quamvis nullus nostrum id crederet, tamen timor noster auctus[g] est, et falsos veris addebat fama timores. . . . . . .'

[94]. . . . Dux Burgundie apud Accaronem . . . defungitur[5]. Cuius casu cognito, episcopus Belvacensis, relicto rege[4] cum omnibus suis Accaronem festinus advenit . . . . . . [95] Classis instruitur, et gloriosus princeps cum suis glabrionibus ab oriente recedens, Tirrenum navigat equor. (Verg. Aen. I, 67) Appulsus in latus Alemannie, per totas dietas sui itineris disseminabat in populos, quod traditor ille rex Anglie primo adventus sui in Iudeam tempore regem Francorum dominum suum Salahadino tradere disposuerat; quod, ut Tyro potiretur, marchisium iugulari fecerat; quod ducem Burgundie veneno perdiderat; quod ad ultimum omnem christianorum exercitum, qui sibi non parebat, in commune vendiderat; hominem esse singulariter[h] ferum, moribus ferreum et inamabilem, in dolis doctum, in dissimulatione doctissimum: horum gratia regem Francorum tam celeriter repatriasse, horum gratia Francos, qui resederant, inconquisitam Ierosolimam deseruisse. Rumor vires ex diffusione recepit et in unum hominem omnium hominum suscitavit invidiam. [96]. Reversus in Franciam dominus Belvacensis, regis sui secreto susurravit in aurem, quod rex Anglie, qui eum perderent, sicarios in Franciam destinaverat. Rex ad ista turbatus, contra patrie consuetudinem custodes corporis sui lectissimos ordinavit; addidit etiam mittere ad imperatorem Alemannie nuncios cum muneribus et imperatoriam maiestatem in odium regis Anglie sollicitus inclinavit. Ex imperiali igitur mandatur edicto, ut omnes civitates et omnes imperii principes regem Anglorum, si in partes suas de Iudea forte rediens devenisset[i], armis exciperent et sibi vivum vel mortuum presentarent[k]; si quis ei parceret, ut publicus hostis imperii plecteretur. Paruerunt omnes imperatoris imperio, et magis[l] sedulus ille dux Austrie, quem rex Anglie apud Accaronem exauctoraverat[6].

1192. Sept. [99]. . . . Reversi a locis sanctis dux[7] et episcopus[8], suaserunt regi, ut et ipse ascenderet; sed adquiescere non potuit digna magni cordis indignatio, ut quod de Dei dono non poterat, de gratia gentilium consequeretur[m].

a) concule. 2, *ed. Stev.* b) *deest* 1. c) *in marg. f.* 38'. 1. d) *in marg. f.* 39. 1. e) *in marg. f.* 39'. 1. f) *in marg. abscisum* 1. g) autus 1. h) singlariter 1. i) devenissent 1. k) presentaret 1. l) mage 1. m) *desinit libellus.*

1) Cf. Toeche p. 559. Inter Anglos coaevos haec narrant Gervas. Cantuar. ed. Stubbs I, p. 514; Rad. Coggeshal. ed. Stevenson p. 59. 2) Scil. puer. 3) Singularum Angliae civitatum describuntur mores. 4) De Ricardo I. agitur. 5) Mense Iulio 1192; unde Philippus episcopus Belvacensis autumno in Alemanniam venisse videtur. 6) Toeche p. 558. 7) Henricus Iudaeae. 8) Hubertus Walteri Saresberiensis; cf. Itinerar. Ricardi VI, 34.

EX GESTIS HENRICI II. ET RICARDI I.

Cum scriptores, qui res Henrico I. Stephanoque regibus gestas nobis tradiderunt, fere omnes disciplina monastica astricti fuerint, contra Henricus II, qui historiarum omnium fere promptam notitiam habebat[1], *aulae clericis eorumque*[2] *amicis aut suasit aut saltem permisit, ut non solum curiae scaccariique rotulos*[3] *atque consuetudines*[4], *sed etiam conciliorum tum saecularium*[5] *tum ecclesiasticorum*[6] *decreta, et Angliae et nationum exterarum diplomata publica*[7], *regis acta diurna*[8], *quin etiam 'nugas curialium*[9]*' posteritati asservarent*[10]. — *Quorum operum plus quam unum iam deperditum dolemus: neque enim Thomae Bruni*[11] Rotulus de regni iuribus regisque secretis, *Ricardi thesaurarii* Tricolumnus[12] de ecclesiae negotiis, Henrici II. gestis, curiae iudiciis, *Petri Blesensis*[13] *'Liber de actibus Henrici II', Gervasii Tilburiensis 'Facetiae' Henrico (III) regi iuniori dedicatae*[14], *Stephani de Langton 'Vita Ricardi I*[15]*', Anselmi capellani regis*[16] *opus similis argumenti ulla vestigia nobis reliquerunt.*

Vix autem inter eiusdem aevi libros historicos qui adhuc exstant originem a clerico quodam regis tractam ullus tam manifeste prae se fert quam, quae iam excerpturi sumus, Gesta Henrici II. et Ricardi I. Nam quod Benedicto[17] *priori Cantuariensi, postea a.* 1177—93. *abbati Petroburgensi, minus recte tribuebantur*[18], *haec codicis* 1 *inscriptio:* Gesta regis Henrici II. Benedicti abbatis *sola causa fuit. Qua non auctorem sed possessorem libri designari, docuit Henricus Petrie*[19] *ex sequentibus verbis Roberti de Swaffham*[20] *monachi Petroburgensis, qui s. XIII. med. floruit:* Benedictus . . . unum composuit egregium volumen: De Passione et Miraculis sancti Thomae[21] . . . Plurimos quoque libros scribere fecit, quorum nomina subnotantur: Vetus et

1) Giraldus Cambr. De instr. princ. ed. Brewer p. 73; quamquam inter historias carmina quoque heroica de Troianis, Alexandro, Arthuro, Rollone, quae regi dedicabantur, referri suspicor. 2) Velut Radulfus de Diceto thesaurario et iusticiario amicitia iunctus erat. 3) Eorum qui *Pipae* vocabantur tres tantum annorum 1155 sq. ed. Hunter inter 'Record Commission Publ.' 4) Dico Glanvillam et Dialogum de Scaccario. 5) Vulgo 'assisarum'. 6) Etiam Historiam Pontificalem (ed. SS. XX, p. 515), utpote a Iohanne Saresberiensi, sectatore Thomae tunc cancellarii, scriptam, huc retulerim. 7) Gesta Henrici et Hoveden exhibent permulta exempla. 8) (Ricardi I) *in libro dierum regum Angliae sunt conscripta,* Chron. Turon., Martene Coll. V, p. 1037. (ex quo Chron. Lemov. in cod. Harlei. 3723, f. 103'). 9) Vide supra p. 45; Walteri Map Nugas p. 61. 10) Ne ii quidem, qui sanctum Thomam reipublicae resistentem ad astra levabant, de Henrici II. favore desperabant; cf. Herbertum Bosham, ap. Robertson, 'Materials of Becket' III, p. 581. 11) De eo cf. Hartwig et Amari in 'Mem. dell' accad. Rom.' a. 1878, p. 6. 12) Cf. quae disserui in 'Einl. in den Dial. de Scacc.' p. 65. 13) Ep. 14. 14) Cf. Stubbs ad Rad. de Diceto II, p. xxiii. 15) Cf. Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 73. 16) Cf. Stubbs ad Itinerarium Ricardi p. xxxiii. 17) Opinionem illorum, qui hunc iterum cum poeta heroico Benoit de S. More vel cum mag. Benedicto de Sansetun, qui sigillum regis Iohannis ferebat, confundunt, ut hic refutemus, operae pretium non est. 18) Iam W. Cecil, thesaurarius Elisabethae, a quo R. Cotton codicem acquisivit, marg. f. 29. annotavit: *Benedictus abbas de vita Henrici II.* 19) Eum Bouqueti continuatores tom. XVII, p. x. laudant. 20) Ap. Sparke inter SS. hist. Angl. var. p. 97; ex hoc quoque infra quaedam excerpta invenies. 21) Vide supra p. 21. 33.

Novum testamentum. . . . Summa Petri Helye . . . in uno volumine. Gesta regis Henrici secundi et Genealogia eius. Interpretationes Hebraicorum nominum. . . . — *Gestorum vero auctor de martyrio s. Thomae nihil fere novi tradit, neque cum Benedicto illo congruit, sed potius Iohannem Sarisberiensem excerpsit; praeterea partes monachorum nequaquam fovet, nedum coenobium Petroburgense vel Cantuariense*[1] *efferat; immo Eboracensis*[2] *provincia prae Cantuariensi ei cordi esse videtur: quae omnia efficiunt, ut Benedicto Gesta Henrici abrogare debeamus. — Alteram autem coniecturam, de Tricolumno illo praedicto fortasse in opere nostro latente, iam alio loco dissolvi*[3].

Cum Gestorum narratio a. 1170. *media in vita Henrici II. incipiat, initium libri periisse forsitan credideris; at omnes scriptores iis usi, ante a.* 1170. *alia chronica usque ad hunc diem asservata secuti sunt. — Desinit vero alter codex a.* 1177, *alter* 1192; *posteriorem tamen partem ac priorem eodem ex calamo fluxisse, quamquam certo demonstrari non potest*[4], *non video cur negemus.*

Historiam componendam circa a. 1172.[5] *aggressus, auctor quae quinque annis proxime sequentibus a rege de die fere in diem gesta sunt, simul atque ea vidit vel audivit litteris mandasse, tunc a.* 1177, *quo codex* 1 *desinit, opus interrupisse videtur. Paullo post hanc primam partem iterum recensuit*[6], *gradatimque*[7] *librum usque ad a.* 1192. *perduxit. Quo termino cum manum ab eo retraxit, Ricardum regem mense Decembri captum esse nondum novit.*

Temporibus itaque, quae describere sibi propositum fuit, plane coaevus, cum librorum scriptorum subsidio, si Vitas s. Thomae excipias, careret — de Henrico enim Huntingdoniensi, poetis Romanis, Scriptura Sancta flosculos modo aliquot orationis carpsit —, eo plura itineraria, acta, decreta, diplomata publica, commentarios notariorum regalium, epistolas litterasque singulas, praesentia vel succinctius praeterita quoque illustrantes, alias loco quodam aptiore, alias ubi forte, quando eas accepit, calamus constiterat, argumento praemisso, ad verbum operi suo inseruit aut narrando in epitomen redegit. Imprimis quae de rebus externis attulit, fere omnia talibus e fontibus[8], *raroque tantum ex ore populi aliqua sumpsisse videtur.*

Inter quae, licet plurima in Hibernia, Scotia, Scandinavia, Francia, Hispania, Graecia, Palaestina vertantur, tamen etiam de imperio et ecclesia Romanis tantam molem protulit, ut, comparando ei 'Gesta Stephani', quae fere nihil huic nostrae collectioni praebuerunt, sic quoque, quanto Henrici II. auctoritas longe lateque validissima a decessoris humilitate differret, facile intelligi posset.

Sed cum cognitioni illius aevi augendae ullo aequali libro uberiora subsidia exhibuerit, nihilominus palmam veridici historici, qui tempora sua integro animo diiudicet, acri ingenio perspiciat, vivido sermone describat, mea quidem opinione non est meritus. Quamquam enim nec in mendacio deprehensus est[9],

1) Ne in incendio quidem Cantuariensi a. 1174. narrando concordat cum Gervasio, qui 'De combustione ecc. Cant.', quam coram vidit, fusius tractat. 2) Cf. quae l. l. disserui p. 70. 3) Ib. p. 66; cf. quae Stubbs mihi respondet in praefatione ad R. de Diceto II, p. XXX, in cuius Ymaginibus nunc vestigia Tricolumni quaerit. Equidem cum iterum atque iterum, an fortasse ratio dicendi similis sit, Dialogum cum Gestis conferrem, nihil fere commune apud ambos auctores inveni nisi proverbium, quod tamen vix notandum videtur: *Quanto gradus altior, tanto casus gravior* (p. 229, Gesta II, 214; cf. Iuven. VIII, 140). 4) Ita quoque Stubbs, qui nuper iterum de hac quaestione egit ad ed. Walteri Coventr. I, p. LXXXIV. 5) Cf. Stubbs ad ed. I, p. XLV. L. 6) Ib. p. XXVI. 7) Tangit tamen plus quam semel, dum de temporibus prioribus loquitur, res a. 1191. et 1192. gestas, ita ut totam secundam partem, antequam eam evulgaret, retractaverit oporteat; cf. ib. p. XXVIII. XLVI. 8) Quos interdum Rogerus de Hoveden iterum accessit, quamquam plerumque Gesta tantum evolvit. 9) Ubi tamen orationes fingere audet, Huntingdoniensem expilat.

nec partes adulatoris egit, immo de curia et ecclesia, ad quas ipse pertinebat quaedam sane vituperatione digna narravit, sed cum regi adversus filios, nobiles, hostes exteros dimicanti, tum clero saeculari Anglico contra monachos, papam ipsumque regem se defendenti, tantopere favit, ut permulta, quae certe noverit, ne aulam offenderet, levius tantum perstringeret vel etiam prorsus taceret. Idcirco natura moribusque hominum, causis nexibusque rerum neglectis, singula facta, solo ordine temporum servato, potius ieiune enumeravit quam sapienter exposuit. Praeterea cum spatia nominibus inserendis vacua, sententiasque nunc bis scriptas, nunc loco minus apto positas relinqueret, nunquam postrema lima opus polivisse videtur. Oratione vero tam simplici et plana usus est, ut verba eleganter construendi vel vulgaria et forensia evitandi ne voluntatem quidem exhibuerit.

Inter medii aevi scriptores Gervasius Cantuariensis[1], *Rogerus de Hoveden, Rogerus de Wendower, auctor quem praeter alios sequitur Walterus de Coventry, Taxter*[2], *Iohannes qui vocatur de Brompton, recta via Gesta Henrici adierunt et, capitula maximi momenti ex eis sibi usurpantes, plus quam decuit ipsum librum nostrum apud posteros obscuraverunt. Tandem a.* 1713, *brevi igitur spatio antequam pars posterior flammis Cottonianis mutilata est H. Wanley, vir de historia linguaque Anglica bene meritus, primus codices accuratissime transscripsit. Quod exemplar Th. Hearne in editione principe, quae 'Benedictus abbas Petroburgensis' inscribitur, Oxoniae a.* 1732. *praelo subiecit*[3]. *Nuper autem V. Cl. W. Stubbs, cui ab investigatoribus rerum medio aevo in Anglia gestarum sane plus quam ulli aequalium nostrorum debetur, codicibus ipsis diligenter examinatis, opus 'auctoritate Magistri Rotulorum' evulgatum doctissime illustravit. Unde gratissimo animo fructu relato usi, textum aestate a.* 1879. *iterum cum duobus libris manu scriptis — in bibliotheca Cottoniana quae nunc Museo Britannico inest asservatis — et quatuor chronicorum, quae ex Gestis provenisse modo diximus, editionibus contulimus: quodsi rationem verba scribendi excipias, perpauca tantum emendanda invenimus.*

Cum enim autographon et archetypus auctoris iam deperierint, editio nostra constituenda erat ope librorum sequentium:

1) *Cod. Musei Britannici,* C o t t o n. *Iulius A XI. Antecedit Gesta* Genealogia[4] *Henrici II, ab Ailredo Rievallensi composita, cuius primae paginae hic titulus praefigitur:* Gesta Henrici II'. Benedicti abbatis; *convenit igitur accuratissime cum exemplari secundum Swaffham iussu Benedicti confecto. Petroburgi ergo, ut opinari licet, certe in scriptorio quodam a diversis manibus circa ipsum annum*[5] 1177, *quo desinit, exaratus est. Hic, vel exemplar ad verbum exinde desumptum*[6], *a.* 1292. *a monachis Croylandiae, quae Burgo prope adest, ad usum Edwardi I, ius suum in regnum Scotiae ex antiquis monumentis probaturi, adhibitus est.*

W. *W a l t e r C o v e n t r e n s i s et scribae codicum Coll. Magdal. Oxon.* 36. *et Cotton. Vitell. E XIII. saeculo XIII. ad unum Gestorum exemplar primae recensionis recesserunt. Stubbs eos in editione Walteri publici iuris fecit, ex qua lectiones quasdam subnotavimus. Ex posteriore autem parte Walteri*

1) Hic nostrum novit usque ad a. 1177, quo codex Benedicti, qui quondam prior Cantuariae fuerat, terminatur. 2) Cf. Stubbs ad ed. Hovedenii I, p. LXXII[5]. 3) Editiones vel potius extracta, quae inter SS. rerum Gall. t. XIII. XVII. prodierunt, vix praedicari possunt. 4) Ed. inter (Twysdeni) Hist. Angl. SS. X, c. 347. 5) Adhuc ę loco diphthongi compluries invenitur, ubi more nostro *ae* posuimus. 6) Cf. Stubbs ad Walt. Cov. I, p. LXXXIX.

inferius, distincto capite, fragmenta quae ad nostram historiam faciunt, colligemus.

2) Cotton. Vitellius E XVII. secundam editionem annalium 1170—1177. et continuationem usque ad pascha a. 1192. amplectitur. Una manu circa tempus, quo Ricardus I. occubuit, exaratus videtur: de hoc enim 'Lamentatio' addita est. Lacunae incendio a. 1731. ortae ex editione Hearneana suppleri possunt. Partis prioris lectiones quot Stubbs affert huic debemus; posteriorem partem iterum contulimus.

H. Rogerus de Hoveden, ex eadem secunda editione atque 2 hauriens, genuinae formae plus quam semel propius codice 2 accessit[1]*. Ubi igitur verba ipsa retinuit aut ex more suo paullo tantum mutavit aut ad compendium contraxit, omnes lectiones eius ex editione Stubbsiana in annotationibus Gestorum iam hic posuimus; quantulacumque tamen his ad cognitionem nostram augendam ipse immiscuit, asteriscis insignivimus. Contra locos, quibus genere dicendi nimis a nostro discrepat et capita longiora, quamvis saepe ex eodem litterarum thesauro assumpta, a quo noster quoque, utpote eius aequalis et in curia regis collega, multa mutuatus est, inferius una cum Rogeri continuatione, quoad hanc collectionem spectant, dabimus.*

M. Matthaeus Parisiensis Chronicis Maioribus, a Luard editis, ipse quidem nihil ex Gestis sumpsit, sed Rogerum de Wendover, qui, inde ab a. 1189. compilatorem[2] *Albanensem excipiens, nonnisi e tribus extremis Gestorum annalibus quaedam capita mutuatus est, ad verbum descripsit.*

I. Iohannis de Bromton abbatis Iorevalensis auctor circa saeculum XIV. med. inter multas historias nostrum quoque opus in partes vocavit. Divulgatus est inter (Rogeri Twysden) Historiae Angl. SS. X, unde paucos tantum locos, eosque fere solos, quibus textus emendari posset, subnotandos duximus, ne viros doctos nimia mole lectionum variarum defatigemus.

Exstabat denique saeculo XVII. codex Westmonasteriensis, qui, titulo Benedicti praefixo, eisdem verbis quibus 1 incipiebat et desinebat, cuius igitur fortasse nonnisi apographum recens erat. Aut ex hoc aut recta via ex 1 ipso provenit codex Harleianus 4321, manu Henrici Wharton exaratus, quem tamen nullam emendationem lectionibus codicis 1 afferre, Stubbs asserit.

Omnia quae Germaniam, Flandriam, Burgundiam[3]*, Italiam, Siciliam spectant, ex Gestis collegimus, eis tantum exceptis, quae papa legatique vel reginae*[4]*, milites*[5]*, clerici*[6]*, quamvis in Imperio nati vel versati*[7]*, inter exteros populos*[8] *egerunt, nisi ipsam Germanicam historiam propius tangunt. Quae ope locupletissimi indicis rerum, quo Stubbs editionem suam exornavit, facile invenies.*

F. L.

. . . .

De rege et comite Mauriane[a].

1172. Dec. 25. Adveniente igitur anno ab incarnatione Domini 1173, tenuit rex curiam suam in natale Domini apud Chinonem[b] in Andegavia, et uxor sua[c] regina[d] Alienor fuit ibi cum eo; et per-
1173. Febr. 2. acta ibi nativitate dominica, rex misit in Normanniam pro rege filio suo, et ante purifica-

a) *rubrica deest* 2. b) Chinunem 2. c) eius 2. d) Al. re. 2.

1) Tamen 2 partim ex H sumptum esse, non video cur statuamus. 2) Qui Gesta non evolvit. 3) Omisimus tamen gesta Albigensium, quorum haeresis Provinciam quoque infecit. 4) Velut Agnes uxor Philippi II. 5) Ut mercenarii Flandrenses. 6) Velut Hugo Gratianopolitanus episc. Lincolniensis vel Savaricus, consanguineus Henrici VI, archidiaconus Northamtoniae vel Gunterus Flandrensis, nuntius Thomae Becket. 7) Velut Girardus Puella ep. Cestrensis, olim Coloniae magistri officio functus. 8) Quae noster de Iacobo de Avennis aliisque Germanis Italisque cruce signatis attulit, praetermisimus.

tionem[a] sancte Marie ivit in Alvernam usque ad Montem-ferratum[b.1] et duxit secum regem 1173.
filium[c] suum[d]. Et illuc venit ad eum[e] Hubertus[2] comes de Mauriana et adduxit secum Aalis[f.3], filiam suam maiorem[g], quam rex[h] comparavit pro quinque milibus marcis argenti ad opus Iohannis, filii sui iunioris[i], cum toto comitatu de Mauriana[k], si predictus comes filium ex uxore sua non habuerit. Si vero legitimum susceperit filium[4], predictus comes[l] concessit[m] eis castella et terras, que in subscripto continentur[n] cirografo. Venerunt etiam illuc ad regem[5] rex Arragonie et[*] comes de Sancto Egidio, qui inimici erant ad invicem, et rex duxit eos secum usque Limoges[o] et ibi pacem fecit inter eos. Et comes[p] de Sancto Egidio devenit ibi homo regis et homo novi regis, filii ipsius[q], et homo Ricardi, filii regis[q], comitis Pictavie, de Tholosia[r] tenenda de eis in feoudo et hereditate, per servitium veniendi ad summonitionem regis vel comitis Pictavie in werra sua et esse ibi in servitio suo 40 diebus ad expensam ipsius. Et si[s] rex vel comes Pictavie[t] eum retinere[u] ulterius voluerit, alios 40 dies erit cum eis ad expensam illorum. Et[t] preterea comes de Sancto Egidio dabit eis inde per annum 100 marcas argenti vel 10 destrarios de precio, ita quod unusquisque illorum valeat ad minus 10 marcas. Hanc autem conventionem firmiter[v] inter eos tenendam iuravit ipse comes de Sancto Egidio, tactis sacrosanctis euvangeliis. His peractis, rex ibidem recepit filiam comitis Mauriane ad opus Iohannis filii sui[6].

Hoc est cyrographum inter regem et comitem Mauriane[w].

Quoniam in dubium venit quod a memoria recedit, repertum est in rei geste testimonium perhennis rescripti remedium. Noverit igitur tam prior etas quam futura posteritas, quod Hubertus comes Maurianensis[x] et marchio Italie concedit totum comitatum suum et omnes alias terras suas, quascunque habet vel deinceps adquisierit, Iohanni, filio Henrici illustris regis Anglie, cum filia sua primogenita Aalis[y] nomine, si filium ex uxore sua non habuerit. Si vero filium legitimum susceperit, concedit[z] eis in perpetuum et heredibus eorum[a] Russillun[7] cum toto mandato suo sive pertinentiis suis omnibus. Concedit similiter eis[b] et heredibus[c] eorum Perecastel[8] cum omnibus pertinentiis suis, et preterea[d] totum comitatum[e] Belicensem[9], sicut eum habet, illis concedit. Donat etiam eis[f] totam vallem Novalesie[g.10], Camberiacum[h.11] quoque[d] cum omnibus[i] pertinentiis suis[k], Aiz[l.12], Asperum-montem[m.13], Rochetam[m.14], Montem-maiorem[m.15], Cameram[16] cum burgo et toto mandato. Ista omnia cum omnibus[i] pertinentiis suis[i] eis in continenti citra montes concedit in perpetuum. Ultra montes quoque illis et eorum[i] heredibus[n] donat et concedit in perpetuum Taurinum[17] totum cum omnibus[i] pertinentiis suis[i], Cavoreth[18], Colegium[o.19] cum omnibus pertinentiis suis, et omnia feuda[p], que tenent de ipso[q] comites de Canaveis[20], et eorum servitia et fidelitates. In comitatu[r] quoque de Castro Amunt

*) Raymundus *add.* 2. *I. H.*

a) purr. 1. b) Ferrandum 2. *I.*; Ferrath *H.* c) sec. du. fi. 2. d) et duxit — suum *des. H.* e) eos *H.* f) Aalais 2. *H.* g) primogenitam *H.* h) pater *add. H.* i) *deest H.* k) Mor. *H.* l) Hubertus *add. W.* m) *quae sequuntur desunt H. usque ad verba* eis in perpetuum. n) cir. cont. 2. o) Lingoes 2. p) Comes vero 2. q) sui 2. r) Tol. 2. s) Si vero 2. t) *deest* 2. u) ul. re. 2. v) int. e. f. 2. w) *rubr. deest* 2. x) Mauni. 1. y) Aalais 2. z) *hinc H. pergit.* a) illorum 2. b) Conc. s. eis *des. H.* c) her. e. *des. H.* d) *deest H.* e) comitum 1. f) concedit. Et totam *H.* g) Nav. 2; et *add. H.* h) Camberiacer 2. i) *deest* 2. k) *deest* 2; et *add. H.* l) Ayz 2; et *add. H.* m) et *add. H.* n) suis *add.* 2; her. eor. *H.* o) Coll. 2. p) feoda *H.* q) eo 2. r) comite 1.

1) Montferrand. 2) De eo cf. Prutz, 'Friedrich I.' t. II, p. 104. 3) Cf. Guichenon, 'Hist. généal. de Savoie' I, p. 241. 4) Anno 1177. Thomas I, postea comes Sabaudiae, filius huius Humberti III, natus est; cf. Guichenon l. l. p. 244. 5) Alfonsus II; cf. 'Art de vérifier les dates' IX, p. 383. 6) De consiliis Henrici II, quibus Burgundiam, quin etiam Lombardiam pro filiis suis acquireret, cf. Iohann. Saresber. supra p. 51; Petri Blesensis ep. 113; Chron. Laudun., SS. XXVI, p. 446. 448; Giraldi Cambr. Instr. Princ. II, 1. ed. Brewer p. 13. — Sed iam a. 1154, regno Angliae comitatibus Gallicis iuncto, Osbertus de Clare potestatem Henrici his versibus celebravit: Ab insulis *Orchadarum Alpes usque dux a Deo nobis datus, Roma tibi gratulatur et Apulia laetatur, Siculaeque gentes ovant, Italique plausum novant*, ed. Stevenson ad Scalacronicam p. 242. — Consilium Romae expugnandae Geoffroi Gaimar iam regi Willelmo II. vix tamen recte attribuerat; cf. eius versus 5972 sqq. ap. Michel, 'Chroniques Anglo-Normandes' I, p. 39: *Tuit si veisin li sont clinant; Et s'il pëust auques regner, A Rome alast pur chalenger L'ancïen droit de cel päis, Que i avoit Brenne e Belins.* 7) Rossillon en Bugey. 8) Pierre-Châtel. 9) Belley. 10) La Novalese. 11) Chambery. 12) Aix. 13) Aspremont. 14) La Rochette. 15) Montmayeur. 16) La Chambre. 17) Turin. 18) Cavour. 19) Collegno. 20) Canavais.

1173. *similiter feuda, fidelitates et servicia[a]. In valle Augustensi[1] concedit eis Castellionium[2] in perpetuum contra omnes homines, quod de illo tenet vicecomes Auguste. Hec omnia prefatus comes concedit predicto filio regis Angliae in[b] perpetuum cum filia sua prenominata, ita libere, integre et quiete in hominibus et civitatibus, castris et aliis munitionibus, in pratis, pascuis et molendinis, in bosco et plano, in aquis et vallibus et montanis et paagiis et[c] passagiis et in omnibus aliis rebus, sicut unquam pater eius aut ipse ea melius tenuit omnia[d] que subscripta sunt[e] aut liberius[f]. Vult etiam iam dictus[g] comes, quod in continenti, aut quandocunque placuerit domino regi Anglie[h], filio[i] eius fiant et prestentur hominia et fidelitates ab omnibus hominibus suis per totam terram suam, salva fidelitate sua quamdiu terram tenebit. Preterea concedit eis et heredibus eorum[k] in[l] perpetuum quicquid iuris habet in toto comitatu Gracianopolitano[m] et quicquid in eo adquirit[n] vel adquirere poterit. Si autem filia sua primogenita supradicta[o] in fata concesserit[p], quecunque cum primogenita concessit illustris regis Anglie filio, cum secunda filia sua eadem, sicut scriptum est, cuncta[q] concedit. Hanc prescriptam conventionem tenendam inter dominum regem Anglie et comitem Mauriane iuraverunt ipse comes Mauriane et comes Gebenne[3], Rodolfus Alamannus[r], Nantelinus de Meolano, Sefredus de Alavarno[s], Rodulfus et Aimo et Eimericus de Brienzion[t], Willelmus frater comitis, Gocellinus[u] de Morestello, Amedeus de Nangeu, Odo de Voiron, Berlio et Pontius de Frabricis[v], Lodoicus de Balma, Theobaldus de Vileta, Pontius et Wifredus de Cunflens, Gwido[w] de Teis, Amedeus de Torvun, Ysmido de Sancto Michaele, Odmarus[x] Labra, Ioscelinus et Ricardus de Cordun, Giroudus de Margenzai, Berlio de Monte-falcone[y], Engwicio[z] de Aviano, Berlio et Torencus[a] de Chambel[b], Sofredus Gamerii[c], Hugo de Alviler, Uboldus de Rumillie, Lodoicus de Asma, Anselmus de Belentro, Willelmus Desiderius, Sofredus et[d] Petrus de Sancto Genesio, Ungrinus de Frabricis[e], Willelmus de Bocozel, Angelinus[f] de Castellano, Umbertus Reinerii, Willelmus de Porta, Willelmus Ervus, Gido de Candiaco, Petrus de Arvesio, Arbertus Cornuz, Hugo de Chinis, Willelmus de Albusin, Henricus de Fulciniaco, Willelmus de Nangeou[g], Emericus[h] vicecomes de Brienceon[i]. Omnes isti[k] prenominati iuraverunt, quod comes Maurianensis[l] hanc conventionem firmiter servabit, et si ab ea aliquo modo resiliret, iuraverunt, quod ad vocationem domini regis Anglie vel nuntii ipsius, et etiam sine omni vocatione, si comes resiliret, ex quo hoc scient, reddent se obsides domino regi in terra sua, ubicunque voluerit, et tamdiu in sua[m] captione morabuntur, donec comitem ad regis beneplacitum revocaverint vel cum ipso rege pro voluntate ipsius composuerint. Petrus[*] quoque Tarentasiensis archiepiscopus et Arduno Gebennensis[n, 4] et Willelmus Maurianensis episcopi et abbas Sancti Michaelis[5], coram positis [sanctis[o]] euvangeliis, de mandato comitis firmiter promiserunt, quod ad beneplacitum regis et quando voluerit personam comitis excommunicabunt et terram suam[p] sub interdicto ponent[q], si comes hanc pactionem inter eos factam non servaverit. Idem facient de personis hominum comitis et[r] terris eorum, per quos stabit, quod non servetur pactio inter regem et comitem facta. Et tamdiu comitem et eos qui pacem servare noluerint et terras eorum sub interdicto tenebunt, donec domino regi fuerit[s] satisfactum. Dominus rex hanc fecit conventionem et concessionem prescriptam cum comite Maurianensi[t]; et eam de mandato ipsius tenendam iuraverunt comes Willelmus de Mandevilla, Willelmus comes Arunnie[u], Radulfus de Faa[v], Willelmus de Curci, Willelmus de Humez, Fulco Panel[w], Robertus de Brivecurt, Willelmus Mangat[x], Theobaldus Chabot, Willelmus de Munlusun[y], Petrus de Muncasson[z], Gaufredus[a] forestarius[b]. De cetero sciendum est, quod comes*

*) venerabilis *add. H* 3.

a) serucia 1. b) in p. *des.* 2. c) et p. *des. H.* d) mel. ea omn. *H.* e) tenuit — sunt *des.* 2. f) tenuit *add.* 2; tenuit *nunc demum habet H.* g) predictus 2. *H.* h) quod *add.* 1. *H.* i) fiant fi. e. 2. k) suis 2. l) in p. *des.* 2. m) Graciop. 1. *W.* n) adq. v. *des.* 2. o) *deest* 2. p) decesserit *W.* q) cunta 1. r) Alem. *H*, Radulfus Alam. et omnes nobiliores terre sue 2; et 44 alii *W., ubi nomina quae sequuntur omissa sunt.* s) Alavardo *H.* t) Brienzun *H.* u) Iocelinus *H.* v) Fabricis *H.* w) Guido *H.* x) Odomarus *H.* y) Montefaucun *H.* z) Engwitio *H.* a) Torericus *H.* b) Chambol *H.* c) Garnerii *H.* d) et P. *des. H.* e) Fabr. *H.* f) Anselmus *H.* g) Nangeu *H.* h) Eim. *H.* i) Briencion *H; hinc pergit* 2. k) isti pr. *des.* 2. l) Mauriac. 1. m) ca. sua 2. n) Gebenensis *H.* o) *add.* 2. *H; deest* 1. *W.* p) eius *H.* q) ponerent 2. r) de *H.* s) fuerint 1; sat. f. *H.* t) Mauriensi 1. u) Will. c. Arun. — Mangat. *des.* 2; de Arundel *H.*; et alii decem *add. W., ubi nomina quae sequuntur omissa sunt.* v) Faia *H.* w) Painel *H.* x) Maingot *H.* y) Munluszun *H.* z) Muncassun *H*; Will. de M. P. de Munc. *des.* 2. a) Gaufridus *H.* b) et alii plures *add.* 2.

1) Aosta. 2) Châtillon. 3) Genf. 4) Ardutius Genevensis. . 5) De Clusa in regione Pedemontana.

suam[a] secundam filiam nuptui[b] tradere poterit cui voluerit, sine nimio comitatus detrimento, postquam primogenita filia eius[c] filio regis[d] fuerit desponsata vel per legitimam etatem vel per Romane aecclesiae dispensationem. Parentibus autem suis vel[e] aliis et pro salute animae sue poterit de[f] terra sua dare sine multa comitatus diminutione. In continenti vero mittit rex comiti mille marcas argenti, et, quam cito filiam comitis recipiet, ad minus habebit[g] alias mille marcas argenti[g], et quicquid fuerit de quinque milibus marchis residuum recipiet comes, quando matrimonium inter filium regis et filiam comitis fuerit contractum per legitimam etatem vel[h] Romane aecclesiae dispensationem. Si autem dominus rex, quod[i] Deus avertat, ante in fata concesserit vel extra terras suas profectus fuerit, neque ipse neque ipsi qui de mandato suo iuraverunt vel aliquam comiti[k] securitatem fecerunt tenebuntur de prescripta conventione, nisi dominus rex, filius regis et sui. 1173.

**In terram [vero[l]] regis Anglie venerunt ex parte comitis Maurianensis[m] marchio Montisferrati et[d] Gaufredus[n] de Plozac et Merlo, filius eius, et Ricardus, comitis cancellarius, et Berlo de Camboe et Petrus de Bouet castellani et Petrus de Sancto Genesio et Petrus de Taurino milites et Gaufridus de Aquabella et Rodulfus[o] de Warci burgenses[p]. Qui iuraverunt, tactis sacrosanctis euvangeliis[q], quod conventionem factam inter regem et comitem de filio regis et filia comitis, sicut legitime facta, scripta et intellecta sunt[r], facient comitem[s] firmiter observare. Et nisi eam[t] observaverit, iuraverunt, quod ad vocationem domini[d] regis vel nuntii ipsius vel[u] etiam sine omni vocatione, si comes resiliret a conventione, ex quo hoc pro certo scirent, se reddent obsides regi in terra sua et tam diu in captione sua morabuntur, donec comes[v] ad beneplacitum[w] regis revocetur[x], vel cum domino rege pro voluntate sua componant. Iuraverunt etiam predicti nuntii, quod comes filiam suam secundam non tradet[y] nuptui, donec eius[z] filia primogenita filio regis matrimonio sit copulata vel per legitimam etatem vel per Romane aecclesiae dispensationem, nisi de consilio et voluntate domini[a] regis eam interim alii donaverit. Iuraverunt et illi[b], quod pecuniam quam[c] recepit vel recipiet comes a domino rege, si filia comitis vel filius regis, quod absit, forte[a] in fata concesserit, antequam matrimonium inter[d] eos fuerit contractum, totam reddet regi vel beneplacitum regis inde faciet vel cui rex assignaverit. Et predicti iuratores, donec fuerit soluta, si voluerit[e] rex et[f] quando voluerit, se reddent ei obsides in terra et[g] potestate sua. Iuraverunt similiter, quod concessione Umberti[h] iunioris facient pro posse suo habere[i] filium[k] regis Russilon[l] et Perecastel et quicquid ei a comite concessum est in comitatu Belicensi. Si forte[m] Umbertus[n] hoc[o] concedere noluerit, iuraverunt, quod comes dabit ei legitimum excambium ad arbitrium abbatis de Clusa et Reginaldi archidiaconi Sarisbiriensis[p] vel aliorum legitimorum per regem assignatorum, si illi presentes esse non possent.*

**Comes vero Mauriane scire voluit apud Limoges, quid et quantum predictus Iohannes, filius regis, cui filia ipsius, ut supradictum est, data fuerat, haberet de terra patris sui. Et rex[q] voluit ei[a] concedere et dare[r] castellum de Chinone[s] et castellum de Loudun et castellum de Mirabel cum omnibus[a] pertinentiis suis. Sed iuvenis rex contradicebat et nullo modo hoc[t] fratri suo concedere voluit nec a patre suo hoc[a] fieri permisit. Ipse enim iam moleste ferebat, quod pater suus aliquam terrarum suarum ei assignare noluit, ubi[u] ipse cum regina sua morari posset. . . . . . . Iuvenis rex cum privata familia sua ad regem Francie perrexit 8. Idus Martii. . . . . . . Mart. 8.

Interim Lodowicus rex Francie satis humanum se exibuit iuveni regi et fratribus suis et illis qui cum eis venerant; et statim fecit fieri ei novum sigillum[v], per quod ille subscriptas donationes confirmavit. Nam rex Francie, convocatis Filippo comite Flandrie et Matheo, fratre illius[w], comite Bolonie et Henrico comite de Trois[x] et Theobaldo[y] comite

*) De adventu nunciorum comitis Mauriensis in Angliam *rubr. H.* Paucis igitur evolutis diebus *incip. H* 3.
**) Prima dissensio inter patrem et filium; prima indignacio filiorum contra patrem *rubr.* 2. *W.*

a) sec. su. 2. b) nupti 1. 2. c) fi. sua prim. 2. d) *deest* 2. e) vel a. et *des.* 2. f) dare de t. s. 2. g) al. m. m. hab. 2. h) per *add.* 2. i) q. D. av. *des.* 2. k) sec. co. 2. l) *sic* 2; *deest* 1. *W.* m) Maurien. 1. n) Gaufri. *H.* o) Radulphus *H.* p) Petrus de Boeth et alii plures 2. q) ev. *H.* r) est *H.*; conventionem predictam 2. s) firm. com. *H.* t) fideliter 2. u) ve 1. v) comitem 2. *H.* w) re. b. 2. x) *sic W*; revocent 2. *H.* y) traderet *H.* z) f. p. ei. 2. a) *deest* 2. b) Iur. etiam quod *H.* c) iam *add.* 2. d) int. e. *des.* 2. e) rex vo. 2. f) et q. v. *des.* 2. g) in *add.* 2. *H.* h) Huberti 2; Humb. *W.* i) fi. r. h. 2. k) filio *H.* l) Russilun *H.* m) vero 2. n) Hub. 2; Humb. *W.* o) heo *H.* p) Saresber. arch. *H.*; de Sarum 2. q) Rex vero 2. r) ei *add.* 2. s) Chinun 2. t) fr. s. h. 2. u) ibi 1. v) effici no. si. fec. ei 2. w) eius 2. x) Troys 2. y) Teob. 2.

1173. Blesensi et comite[1] Rodberto, fratre regis Francie, et comite[2] Stephano et ceteris comitibus et baronibus Francie et preterea omnibus archiepiscopis et episcopis et clero et populo regni Francie, magnum celebravit concilium apud Parisius; et in[a] ipso concilio ipsemet iuravit, tactis sacrosanctis euvangeliis, quod iuvenem regem et fratres suos secundum posse suum iuvaret contra patrem illorum ad werram[b] suam manutenendam et ad regnum Anglie perquirendum. Similiter fecit predictos comites et barones Francie[c] idem sacramentum iurare ei, accepta[d] prius a iuvene rege et a fratribus suis[e] securitate et sacramentis, quod a rege Francie non recederent, nec cum patre suo aliquam pacem facerent, nisi per ipsum et per[f] barones Francie. In eodem concilio iuvenis rex recepit homagium et fidelitatem a Filippo comite Flandrie et dedit ei pro humagio[g] et fidelitate sua[f] mille libras redditus[h] in Anglia per annum et totam Cantiam cum castello de Duvere[i] et castello Rofensi[k]. Similiter recepit ipse homagium et fidelitatem a Matheo, fratre[l] comitis Flandrie, comite Bolonie, et concessit ei pro homagio et fidelitate sua[m] totam socam de Kirketonia[n,3] in Lindeseia et comitatum Moretanie[o,4]. . . . . . .

Iun. 29. Procedente autem tempore, circa festum sanctorum[p] apostolorum Petri et Pauli Filippus comes Flandrie intravit cum magno exercitu in Normanniam et sine aliqua difficultate cepit villam et castellum de Albemaria[q,5], et captus fuit in ea[r] Willelmus comes Albemarie[s] et multi milites et servientes cum eo. . . . . . .

Iul. 6. Circa octabas vero apostolorum Petri et Pauli iuvenis rex et fratres sui venerunt in Normanniam cum comite Flandrie et comite Bolonie; et obsederunt castellum de Driencurt[t], quod infra 15 dies sequentes Doulfus Bardulfus[6] et Thomas, frater ipsius[u], qui fuerunt inde constabularii, reddiderunt eis, vulnerato prius[v] ibidem ad mortem Mattheo comite Bolonie; qui statim[f] postquam castellum redditum fuerat in Flandriam delatus obiit. Defuncto itaque Matheo comite[w] Bolonie, Petrus, frater eius, qui[f] electus metropolitane aecclesiae de Cambrai[x], malens[y] seculo militare quam Deo, per consilium Philippi fratris sui comitis Flandrie, qui sine propinquiore herede erat, reliquit electionem illam, que de ipso facta fuit, et fecit se armis militaribus honorari, immo onerari. In loco vero electionis[z] ipsius successit Rodbertus prepositus de Ars[a,7], qui et electus erat[b] aecclesiae de Arrat[c]; sed paulo post, meritis suis exigentibus, eodem anno ab inimicis suis interfectus est[8]. . . . . . .

Rex Anglie . . . venit usque Concas[9], ducens secum Braibancenos[d] suos, de quibus plus quam decem milia habuit. . . . . . .

[Interim[e] Willelmus rex Sicilie, audiens mala que rex, regis filius, et fratres sui fecerunt, patri suo in hac forma scripsit:

Epistola regis Sicilie ad Henricum regem Anglie.

Henrico Dei gratia nobilissimo[f] et illustri regi[g] Anglie, duci Normannie et Aquitannie et comiti Andegavie, Willelmus eadem gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, salutis felicitatem et de hostibus desideratum[h] triumphum. In receptione litterarum vestrarum cognovimus, quod quidem non[i] sine admiratione maxima proferre valemus, videlicet, quod, ordine humanitatis oblito, et nature lege soluta, surrexit[k] filius in parentem, in genitorem genitus; commota sunt viscera ad bellum intestinum; irruerunt ad arma precordia, et quod novum prodigium est et nostris temporibus inauditum, caro desevit in sanguinem et se ipsum querit sanguis effundere. Et quoniam ad tanti furoris impetum compescendum potentie nostre auxilium loci commoditas non admittit, eo quo possumus caritatis affectu, quem locorum spatia non concludunt, personam et honorem vestrum devotius amplectentes, dolori vestro compatimur, persecutionem quoque[l] vestram molestam[m] ducimus et quasi propriam reputa-
1.Cor.10,13. *mus. Confidimus autem et speramus in Domino, cuius iudicio regum iudicia terminantur,*

a) in illo igitur concilio 2. b) guer. 2. c) illud *add.* 2. d) tamen *add.* 2. e) eius 2. f) *deest* 2. g) suo *add.* 2. h) libratas reddituum 2. i) Dov. 2. k) Rov. 2. l) fr. co. Fl. *des.* 2. m) pro — sua *des.* 2. n) Kirketun 2. o) Mortane 2. p) *deest* 2. *W.* q) Aubemarl 2; Albamarla *1.* r) eo 2. *W.* s) Abb. 1. t) Driencurd 2. u) eius 2. v) ib. pr. 2. w) co. B. *des.* 2. x) Cha. 2. y) mallens 1. *W.* z) ip. el. 2. a) Ari 2. b) er. aec. *des.* 2. c) Araz 2; Arraz *W.* d) Brabac. 2; Braibac. *W.* e) *haec epistola deest* 1, *ubi tamen paullo superius flosculi orationis ex ea decerpti sunt.* f) nob. et *des. H.* g) Anglorum r. et *H.* h) victorie *add. H.* i) sine a. m. p. non *H.* k) insur. *H.* l) *deest H.* m) moleste *H.*

1) Drocarum. 2) Sacri-Caesaris. 3) Kirton. 4) Mortain (in Normannia) iam olim expostulaverat Matthaeus; cf. Rob. Tor., SS. VI, p. 517. 5) Aumale. 6) *Doun B.* Rob. Tor. ib. p. 522. 7) Aire (arr. St. Omer). 8) A. 1174; cf. G. Camerac., SS. VII, p. 509. 9) Conches (arr. Évreux).

quod non diutius patietur[a] filium[b] vestrum temptari supra id quod deberet[c]. Et qui factus est 1173. *Patri[d] obediens usque ad mortem, ipse in eo[e] filiale lumen obedientie inspirabit, per quod memorabitur[f], quod caro et sanguis vester est[g], et relictis hostilitatis erroribus, agnoscet[h] se filium[i], redibit[k] ad patrem, nature solidabit[l] incommoda, et debite dilectionis federa ordo pristinus continebit. Valete[m]!]*

Rex[n] Anglie . . . venit Rothomagum et statim misit inde Braibancenos[o] suos, de quibus plus ceteris confidebat, versus Britanniam[1]. . . . . . .

Habuit colloquium inter ipsum et Lodowicum regem Francie septimo Kalendas Octo- Sept. 25. bris, feria tercia de pace facienda inter ipsum et filios suos apud Gisorcium[p]. . . . . . . Subposuit etiam rex[q] se omnino arbitrio archiepiscopi Tarentensis[r, 2] et legatorum domini pape, ut tantum de redditibus suis[s] superadderet et daret filiis suis, quantum illi dicerent equum, retenta sibi iusticia et regia potestate. Sed non fuit de consilio[t] regis Franciae, quod filii regis hanc pacem cum patre suo facerent. . . . . . .

Robertus comes Leicestrie missus[u] a rege Francie et a iuvene rege . . . transfretare[v] in Angliam festinavit[w] . . . cum infinito exercitu Flandrensium. . . . In loco qui dicitur Forneham[x, 3] . . . ceciderunt in prelio illo plus quam decem milia Flandrensium, et[*] plures eorum capti fuerunt et incarcerati, et vix unus illorum[y] evasit. Factum[z] est autem hoc prelium 17. Kalendas Novembris. . . . . . . Oct. 16.

Anno 1174. . . . . . . Duces exercitus Eboraci sirie[4] . . . ex improviso . . . cepe- 1174. runt illum[5] . . . Et capti fuerunt cum eo Ricardus Cumin, Willelmus de Mortemer, Willelmus de Insula, Henricus Revel, Radulfus de Ver, Iordanus Flandrensis[6], Waldevus, filius Baldewini de Bicre, Ricardus Malus-Iuvellus[a] . . . apud Alnewic[7], tertio Idus Iulii, feria Iul. 13. septima, sabbato[b]. Et eadem[c] die applicuit apud Hertepol[d, 8] comes Hugo de Bar[e, 9], nepos Hugonis[10] Dunelmensis episcopi, cum quadraginta militibus de[f] Francia et cum quingentis Flandrensibus, pro quibus predictus episcopus miserat. Et cum hoc nunciatum esset predicto episcopo et sciret, quod rex Scotie caperetur, noluit illos quingentos Flandrenses diutius retinere, sed, datis eis[g] liberationibus et donis suis 40 dierum, permisit illos clam repatriare. Sed secum retinuit comitem Hugonem et milites qui cum eo venerant. . . . Interim[h] comes[11] Hugo Bigot venit cum Flandrensibus suis usque Norwice[i] et eam infregit. . . . . . .

Adveniente itaque nativitate sancti Iohannis babtiste, iuvenis rex Anglie et comes Iun. 24. Flandrie per consilium regis Francie et per mandatum comitum et baronum Anglie paraverunt in Angliam venire cum magno exercitu. Et iam venerunt cum exercitu[k] suo usque Graverinhes[l, 12] in Flandria, ubi naves sue congregabantur. . . . . . .

Rex Anglie . . . circa octabas apostolorum Petri et Pauli, cum audisset, quod rex filius Iul. 6. suus et comes Flandrie iam venissent ad naves suas cum magno exercitu ad transfretandum in Angliam, postpositis omnibus aliis[m] negotiis suis[h], usque ad Barbefluctum[n, 13], ubi naves sue congregate erant, transvolavit, et statim navibus ascensis, in crastino applicuit[o] in Angliam apud Suthamtonam feria secunda octavo Idus Iulii. Et adduxit secum utramque Iul. 8. reginam et Braibacenos suos. . . . . . .

*) ceteri autem omnes capti et vinculis et carceribus mancipati fame et inopia perierunt *H.*

a) quod di. non permittet *H.* b) filios vestros *H.* c) debent *H.* d) ob. Pa. *H.* e) eis *H.* f) memorabuntur *H.* g) sunt *H.* h) agnoscent *H.* i) filios *H.* k) redibunt *H.* l) solidabunt *H.* m) *deest H.* n) *hinc pergit* 1. o) Barbac. 2. p) Gisors 2; Gizorcium *W.*; Et habitum est ibi coll. de pace facienda int. ips. et filios suos 7. Kal. Oct. f. t. *H.* q) pater *add. H.*; om. r. se 2. r) Tha. *H.* s) *deest* 2. *H.* t) consio 1. u) missus — rege *des. H.* v) transfretavit *H.* w) festinavit — Flandr. *des. H.* x) Fornham 2. y) eorum 2. z) Factum — Nov. *des.* 2. *H.* a) Iord. Fl. et alii multi nobiles 2. b) *inter lineas* 1; scilicet die sabbati 2. c) Eodem vero 2. d) Herterpol 2. e) Barra 2. f) ex 2. g) ei 1; *deest* 2. h) *deest* 2. i) Norwic 2. k) su. ex. 2. l) Graverinnes 2; Graveninges *W.* m) neg. al. 2. n) Barbefletum 2. o) *folium quod hinc excipiebat iam desideratur* 2.

1) Scil. Minorem. 2) S. Petri II. 3) Prope Burgum S. Edmundi. 4) Anglice *shire*, comitatus. 5) Willelmum regem Scotiae. 6) Ad commercium inter Scotiam et Flandriam habitum cf. cartam a Philippo comite Cisterciensibus Melrosae concessam, Liber de Melros (Soc. Bannatyn.) I, p. 13. 7) Alnwick, com. Northumbriae. 8) Hartlepool com. Dunelmi. 9) Supra Sequanam. 10) E gente de Puiset; cf. de genealogia eius Stubbs praef. Hovedenii III, p. XXXIII. A. 1237. reiecit rex electum Dunelmensem, *quia fecerat regi Scotie fidelitatem; . . . item haberet terras suas maritimas, ubi pro libitu suo posset invito rege Francos et Flandrenses recipere in periculum regis et regni.* Hist. Dunelm., Anglia Sacra I, p. 736. 11) De Norfolk. 12) Grevelingen. 13) Barfleur prope Cherbourg.

1174. Iul. 25. Octavo Kalendas Augusti et festo sancti Iacobi apostoli venit ad eum[1] comes Hugo Bigot et fecit cum eo pacem[a] . . . et cum magna difficultate a[b] rege impetravit, quod Flandrenses illi[c] qui cum eo erant sine impedimento repatriare[d] possent. . . . . . .

Iul. Cum[e] autem hec per Angliam fierent[f], Lodowicus rex[g] Francie, revocato iuvene rege et comite Flandriae, qui ad mare erant ut in Angliam transfretarent[h], et congregato magno exercitu, obsedit Rothomagum, sed parum proficere potuit. . . . . . .

Ipsa[i] die[2] cum rex applicuisset apud Barbefluctum, in ipso littore maris habuit sibi obvios Ricardum Cantuariensem archiepiscopum[3] et Reginaldum Bathoniensem episcopum, quem idem archiepiscopus in redeundo consecravit apud Sanctum Iohannem de Mauriana[k, 4]. . . . . . .

1175. Apr. 11. Die autem Veneris passionis Domini Filippus comes Flandrie crucem accepit in propria persona, proxima estate Ierosolimam iturus. Apr. 22. Et die Martis proxima post clausum pascha venit in Normanniam ad loquendum cum domino rege et cum rege filio suo. Ipsi vero, cum audissent[l] eius adventum, occurrerunt ei apud Cadomum; et ibi dominus rex et filius suus confirmaverunt predicto comiti cartis suis redditum, quem ei dederant[5] in Anglia, scilicet[l] [mille[m]] marchas argenti recipiendas ad scaccarium Anglie. Et pro hac confirmatione predictus comes clamavit iuvenem regem quietum de sua promissione, quam ei fecerat et carta sua confirmaverat pro hominio suo; et cartam iuvenis regis, quam inde habuit, tradidit in manu domini regis. Et sic post magnos honores, quos rex ei ibidem fecerat, ipse comes, accepta a regibus licentia, rediit in terram suam. . . . . . .

Interim erat in Flandria quidam miles nomine Valterus[n] de Fontanis, qui velud lucifer inter minora sidera, sic inter commilitones[o] suos, nobili prosapia ortus, luce probitatis et scientie enituit. Hunc vero, cum nota esset eius probitas, ipsa comitissa[6] Flandrie in amasium sibi adoptavit, adoptatum autem in sua recepit. Quod cum predictus comes Flandrie[l] comperisset, prohibuit ei semel[p], secundo et tercio, ne[q] domum suam intraret. Sed, ut mos Ovid. Am. III, 4, 17 est humane fragilitatis semper niti in vetitum, ipse huiusmodi monita parvipendebat. Unde contigit, quod, cum predictus comes et comitissa sua essent apud Sanctum Omerum, et comes simulasset se inde recessurum, comitissa nuntium quendam secreti sui contium[r] clam destinavit ad predictum Valterum[n] de Fontanis amasium suum, significans ei, comitem inde recessisse, et precepit, ut ipse sine mora ad eam veniret. Ille itaque mandatis comitisse[s] parere cupiens, festinanter ad eam venit et in talamo comitisse ab ea familiariter receptus est. Quod cum nuntiatum esset comiti, ex insperato supervenit, et invento illo in talamo, precepit, ut caperetur et captus duceretur ad eum. Cumque coram eo venisset[t] et in medio stetisset[u], interrogavit eum comes, quid quesivit in talamo suo, imponens ei, quod propter dedecus suum illuc venisset. Ille vero tendens in inficias in quantum potuit, contradicebat et, ut magis ei crederetur, optulit se paratum esse innocentiam suam quo libuerit[v] modo purgare[w], quod propter dedecus suum illuc non venisset, sed quia comitissa pro eo miserat. Comes vero ad omnia verba hec non respexit nec purgationem aliquam ab eo inde recipere voluit, sed in furore ire sue precepit, ut ipse fustibus cesus interficeretur. Circuierunt ergo eum carnifices et, ligatis pedibus et manibus, cum gladiis et fustibus eum ciciderunt et semimortuum suspenderunt illum[x] per pedes, inclinato capite deorsum in quodam vilissimo cloacali foramine; et sic cloacali fetore[y] extingtus, miserrime vitam[z] finivit. Tunc vero Aelisinus[7] et[l] filii ipsius cum Iakelino de Avennis[a] et reliqui parentes eius, munitis castellis suis, insurrexerunt in comitem et sic iter comitis Ierosolimitane profectionis diu impediverunt. . . . . . .

a) facta cum illo pace *H.* b) imp. a r. *H.* c) *deest H.* d) po. rep. *H.* e) *hinc pergit* 2. f) fieret 1. g) rex F. obsedit Rothomagum Lo. nomine 2. h) transfretassent 2. i) Ipso 2. k) Mauritana 2. l) *deest* 2. m) *suppletum ex I., spatium vac.* 1; *deest W.* n) Wal. 2. o) commilitanes 1. p) et *add.* 2. *W.* q) in *add.* 2. r) *i. e.* conscium. s) eius 2. t) venit 2. u) stetit 2. v) libueret 1. w) purg. inn. s. q. l. m. 2. x) eum 2. y) ex. f. 2. z) fi. v. 2. a) Avenis *W.*

1) Scil. regem. 2) *Sexto Idus Augusti.* 3) Roma reducem. 4) Saint-Jean de Maurienne. 5) Cf. Rymer, Foedera ad a. 1163 sq., I, p. 22. 24. 6) Elisabeth filia comitis Viromandiae. 7) Hellinus Wavriniacensis senescallus Flandriae, qui a. 1192. obiit (cf. Auctar. Aquicin., SS. VI, p. 428), cuius fratres Goswinus, Robertus, Rogerus Cameracensis episcopus apud Lambertum Ghisnensem, SS. XXIV, p. 585, et Gislebertum, SS. XXI, p. 546, occurrunt.

De adventu nuntiorum regis Siciliae[a, 1].

1176. . . . Interim applicuerunt in Angliam episcopus[2] Troiacensis et[b] electus[3] Capuatie et comes Florius[4], nuncii regis Willelmi Sicilie, et cum eis Rotrodus Rothomagensis archiepiscopus, consanguineus predicti regis Sicilie. Et invento domino rege apud Lundonias, petierunt ab eo Iohannam filiam suam donari in uxorem domino suo Willelmo regi Sicilie[5]. Ipse vero, congregatis in urbe Lundoniarum archipresulibus[c] et episcopis et comitibus et sapientioribus regni sui[d], consuluit eos, quid tam magni regis nunciis responderet. Et accepto ab eis consilio, misit eos Wintoniam, ut prefatam puellam viderent, si eis placeret. 1176

Et dum hec fierent, dominus rex misit in Flandriam Ricardum Cantuariensem archiepiscopum et Gaufridum[e] Eliensem episcopum ad Filippum comitem Flandrie, qui proposuerat ad proximum natale Domini sequens[f] ire Ierosolimam. Et ipsi, sicut a rege pre- Dec. 25. ceptum fuerat eis, impetraverunt a prefato comite, quod ipse iter suum Ierosolimitane profectionis differret usque ad proximum pascha sequens. Nam Amaurius rex Ierosolimitanus, patruus regis Anglie, paulo ante[6] obiit; et Baldewinus, filius eius, loco ipsius rex efficiebatur; sed paraliticus* erat et[g] exinde[h] brachium amiserat. Et intimatum erat regi Anglie, quod predictus comes Flandrie hac de causa Ierosolimam ire proposuit, ut ibidem in regem sullimaretur. Et ideo fecit rex Anglie iter ipsius differri usque ad prefixum terminum, quia ipse tunc Ierosolimam in propria persona ire proposuit vel milites et servientes illuc mittere ad defensionem regis Ierosolimitani, consanguinei sui.

Quod rex Anglie concessit filiam suam Willelmo regi Sicilie[a].

Interim supradicti nuncii regis Sicilie, cum vidissent decorem prefate puelle, et supra modum eis placuisset, redierunt ad[i] patrem puelle, et cum eis Hugo[k], tituli Sancti Michaelis de Petreleonis[l] cardinalis[7] et apostolice sedis legatus et prenominatus Rothomagensis archiepiscopus. Et tandem ad illorum instanciam impetrato a domino rege quod petebant, [m]episcopus Troiacensis et cum eo Iohannes Nortwicensis[n] episcopus et Parisius archidiaconus Rofensis et Baldewinus Buelot[o] et Ricardus de Camvilla[p] mittuntur ex parte domini regis ad Willelmum regem Sicilie, ut intimarent ei, quod dominus[r] rex ei concedit filiam suam. Et interim rex Anglie secum retinuit in Anglia[m] electum Capuatie et comitem Florium, donec filia sua parata esset ad mittendum[8]. . . . . . .

Rex in assumptione sancte Dei genitricis Marie venit Wintoniam, ibidem celebra- Aug. 15. turus concilium de . . . Iohanna[q] filia sua mittenda ad Willelmum regem Sicilie, cui eam concesserat. . . . . . . Archiepiscopus Cantuariensis et Eliensis episcopus a curia[9] recesserunt[r], sicut eis preceptum fuerat, ut[r] prompti essent ad transfretandum cum filia regis et ad eam conducendam usque ad[s] Sanctum Egidium, ubi galee et familia Willelmi regis[t], cui maritanda erat, ipsam expectabant. Tunc dominus rex tradidit filiam suam nunciis regis Willelmi simulque nunciis suis et preparavit eis necessaria sua et dedit eis equos et vestes et aurum et argentum et vasa pretiosa. Et cum omnia complesset regio more et condigno[u] honore, permisit eos abire; et mandavit regi[v] filio suo, qui in Normannia erat, ut sororem suam et eos qui cum ea venerant recepisset[w] cum summi honoris reverentia et eam cum suis conduxisset usque Pictavim[x] et ibi eam tradidisset Ricardo

*) leprosus 2.

a) *rubra deest* 2. b) *spatium ubi nomen inseratur vac.* 1. c) archiepiscopis *W.* d) terre sue *W.* e) Galufr. 2. f) *deest* 2. g) unde *W.* h) *spatium vacat* 1. i) regem *add.* 2. k) Hugezun 2. l) Petral. *W.* m) *spatium ut nomen inseratur vac.* 1. n) Nortpic. 1; Nordwyc. *W.*; Norwic. 2. o) Bluet *W.* p) Canv. 2. q) mitt. I. f. s. 2. r) ut *add.* 2. s) *deest* 2. *W.* t) re. Sicilie Will. *W.* u) digno 2. v) Henrico fi. s. regi 2. w) suscepisset 2. x) in Pictaviam 2.

1) Cf. Romualdum, SS. XIX, p. 442. 2) Elias electus. 3) Arnulfus Caputaquensis. 4) De Camerota. 5) Henricum II. fortasse Italiam ipsam ambitiose appetiise, iam supra p. 85, n. 6. annotavimus; cf. quoque quae Petrus Blesensis Gaufrido Eboracensi archiepiscopo, notho Henrici II, scripsit: *Praesentes fuimus, ubi regnum Palaestinae, regnum etiam Italiae patri vestro aut uni filiorum suorum, quem ad hoc eligeret, ab utriusque regni magnatibus et populis est oblatum. . . . Quidam vobis eminentiam destinabant.* 6) Balduinus IV. Amalrico a. 1173. successit. 7) Diaconus S. Angeli; de eius legatione in Anglia plura affert noster. 8) Apud Rymer, Foedera I, p. 14, exstat Willelmi II. epistola Henrico II. Panormi 23. d. Aug. data, qua confirmat quicquid nuncii sui iuraverunt de consummatione matrimonii cum Henrici regis filia. 9) Scil. regis Angliae.

1176. fratri suo comiti Pictavie. Et precepit, quod idem Ricardus eam et suos honorifice suscepisset et conduxisset per terram suam. Et precepit, ut Rothomagensis archiepiscopus et Cantuariensis archiepiscopus et Gaufridus Eliensis episcopus et[a] comes Hamelinus, patruus puelle, et Egidius Ebroicensis episcopus et Hugo de Bello-campo processissent cum ea usque[b] ad Sanctum Egidium, donec desponsaretur. . . . . . .

Interim Petrus, frater comitis Flandrie, qui per eiusdem[c] consilium electionem, que de eo facta fuit ad episcopatum de Cambrai[d], reliquerat, a Lodovico rege Francie impetravit[e] sibi donari comitatum de Neveris[f] cum* comitissa[1], que fuerat uxor Gwidonis comitis de Neveris[f]. Sed malo suo hoc factum esse censeo post[g]; nam eodem anno circa assumpti-
Aug. 15. onem sancte Marie obiit. . . . . . .

Eodem anno magister Iohannes Saresbiriensis, qui erat[h] clericus et familiaris sancti[i] Thome Cantuariensis martiris, per[k] visionem angelicam electus et consecratus est in episcopum Carnotensis[l] ecclesie. . . . . . .

Mai. 29. Et[m] eodem anno quarto Kalendas Iulii[n, 2] Fredericus Romanus[o] imperator de[p] imperio Alemannie [congregavit[q]] magnum exercitum Teutonicorum et Alemannorum[r] et inter Cumas[3] et Mediolanum prope Seeyrium[s, 4] prelium cum Longobardis[t] commisit[u]. Quod cum a mane usque ad vesperas[v] durasset, contigit, quod imperator, amissa maiori[w] parte exercitus sui, versus est in fugam. Et inter ceteros quos perdidit amisit vexilliferum suum[5] aliosque multos principes[x], qui in carcere a Longobardis detenti fuerunt[y]. . . . . . .

Dec. Infra autem adventum Domini Ricardus Cantuariensis archiepiscopus et Gaufridus Eliensis episcopus, qui filiam regis conduxerant usque Sanctum Egidium, in Angliam redierunt ad sedes suas. Similiter Iohannes Norwicensis episcopus, qui ad regem Willelmum pro eadem regis[z] filia missus fuerat, in Angliam rediit. In redeundo tamen, cum ipse et Parisius archidiaconus Rofensis maria inter Meschins[6] et Sanctum Egidium sulcarent, due galee pulcherrime, onuste familiaribus regis Willelmi Sicilie et donis magnis et variis, que ipse per eos regi Anglie mittebat, fluctibus maris submerse perierunt. Eodem anno Alexander summus pontifex et Fredericus Romanus imperator de pace tractabant, sed minime profecerunt[a, **]. . . . . . .

1177. Ian. 13. 1177. . . . Dominus rex Anglie statim post festum sancti Ylarii venit Northamtoniam[b] et ibi magnum celebravit concilium cum episcopis et comitibus et baronibus regni sui. Intererant autem illi[c] concilio [Robertus[d]] advocatus Bettunie[e, 7] et [Rogerus[d]] castellanus de Curtray; per quos comes Flandrie ei mandaverat, quod Lodowicus rex Francie ab eo petierat primogenitam[8] filiarum Mathei fratris[f] sui comitis Bolonie ad opus Philippi filii sui et alteram filiam[9] comitis Bolonie ad opus filii comitis[g, 10] Theobaldi. Sed sine eius consilio illas nemini dare voluit. Preterea per eosdem mandavit ei, ut ipse teneret pactionem, quam Ricardus Cantuariensis archiepiscopus et Gaufridus Eliensis episcopus cum eo
Apr. 24. fecerunt ex parte illius[h], pro eo quod ipse prolongaret usque ad pascha iter suum Ierosolimitane profectionis. Promiserant enim ei ex parte regis, quod, si ipse differret iter suum

*) *Spatio relicto vacuo in* 1, *add.* 2. *H.:* filia[11] Odonis de Exoduno[12].

**) 2 *et H. add.:* Eodem anno Philippus comes Flandrie et Willelmus comes de Mandevil de Exesse cruces peregrina[tionis Ier]osolimitane[i] receperunt. . . . 1177. . . . Comes vero Flandrie et Willelmus comes de Mandevil, qui obsederant prenominatum castellum[13], per consilium Templariorum acceperunt pecuniam ab inclusis et abierunt, dimittentes eos imperfecto negocio, et illis abeuntibus, in crastino cecidit magna pars murorum castelli predicti. Cum vero comes Flandrie et comes Willelmus respicerent pecuniam a paganis receptam, nichil invenerunt preter cuprum et auricalcum.

a) et — puelle *des.* 2. b) usque — Egidium *des.* 2. c) eius 2. d) Cambria 2. e) impetraverat 2. f) Nevert *W.*; Deveriz 2. g) *deest* 2. h) Saresber. quondam cler. *H.* i) beati *H.* k) per v. ang. *des.* 2. *H.* l) martiris factus est episcopus Carn. *H.* m) *deest H.* n) q. Kal. Iul. *des. H.* o) Romanorum *H.* p) de i. A. *des.* 2. *H.*; imperator magnum congr. *H.* q) *ex* 2. *H. W.*; *deest* 1. r) Alemano. 2. s) Seeurium *W.*; Seeurum 2. *H.* t) Longeb. 2. u) Se. c. L com. prelium *H.* v) vesperam 2. w) maiore *H.* x) suum et alios m. qui *H.* y) sunt *W.*; qui a L. in c. d. sunt *H.* z) fi. re. 2. a) parum proficere poterant 2. b) Norhamt. 2. *W.* c) huic 2. d) *ita* 2. *H. I.*; *spat. vac.* 1; *deest W.* e) Betu. 2. f) co. B. f. s. 2. *I.* g) sui *add.* 2. *I.* h) sua 2. *W. I.* i) *haec verba in 2 partim incendio consumta sunt.*

1) Mathilda. 2) Potius *Iunii.* 3) Como. 4) Cerrum prope Legnanum. 5) Cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p. 261. 6) Messina. 7) Béthune. 8) Idam. 9) Mathildam. 10) Blesensis. 11) Potius relicta. 12) Issoudun. 13) Scil. de Harang.

usque ad predictum terminum, rex faceret ei talem succursum unde honor esset ei. Pre- 1177. terea mandavit regi Anglie per eosdem, ut pecuniam ei[a] mittere non differret, quam rex promiserat se daturum pro anima Mathei comitis Bolonie, fratris sui[1], ad milites retinendos in defensionem Ierosolimitane terre. . . . . . .

In predicto autem concilio Northamtonie[b] cum rex audisset mandata et peticiones comitis Flandrie, quas ipse per[c] predictos nuntios suos fecerat, respondit rem quidem bene processuram, nisi in comite remaneret; et adiecit, quod, si comes Flandrie maritare vellet neptes suas, filias scilicet comitis Bolonie, ad voluntatem et consilium ipsius et exinde facere eum securum, ipse omnia promissa sua plenius et perfectius quam promittebantur impleret. Et ad audiendum inde responsum comitis misit[d] rex cum predictis nunciis comitis Valterum[e] de Constantiis[2] archidiaconum[f] Oxenefordie et[g] sigilliferum suum et Rannulfum de Glanvilla in Flandriam; in quorum presencia ipse comes Flandrie iuravit, quod predictas neptes suas nemini[h] maritaret nisi per consilium et voluntatem[i] regis Anglie. . . . . . .

Eodem anno ante purificationem beate Marie Iohanna, filia predicti regis Angliae, que Febr. 2. missa fuerat maritanda regi Willelmo Sicilie, Panormum[k] venit cum Egidio Ebroisensi episcopo et aliis nunciis[l] regis Anglie patris sui, qui eam conducebant; et cum ipsa et sui civitatem Panormi de[m] nocte intrassent, tota civitas eis[n] aplausit, et tot et tanta accensa sunt luminaria, ut civitas penitus crederetur comburi, et stellarum radii pre fulgore tantorum luminum nullatenus possent comparere[o]. Ducta est ergo predicta filia[p] regis Anglie super equum regium, vestibus regalibus insignita, in quoddam palatium, ut ibidem desponsationis et coronationis sue diem gratius posset expectare. Paucis itaque elapsis[q] diebus, prenominata regis Anglie filia desponsata fuit[r] regi[s] Willelmo Sicilie et sollenniter coronata Panormi in capella regia coram Egidio Ebroisensi episcopo et aliis nuntiis regis Anglie[t], tam[u] clericis quam laicis, quos cum ea miserat, et coram multis archiepiscopis et episcopis, comitibus et baronibus regni regis Sicilie[u]. Desponsata itaque et coronata fuit die dominica ante ingressum septuagesime, scilicet Idus Februarii[v], et dotata[w] honorifice de com- Febr. 13. mitatu Sancti[x] Angeli[3] et[y] civitate Simponti[4] et[y] civitate Veste[5] et pluribus aliis tam castellis quam locis. Itaque appropinquante dominica pasche floride, rex Anglie venit Apr. 17. usque Redinges[6] et ibi eadem die festum suum tenuit. Et ibidem nuntiatum est ei, quod Philippus comes Flandrie in Angliam venire paraverat causa loquendi cum eo et visitandi limina beati Thome Cantuariensis martyris, et quod idem comes iam prope Wisandam[z] pervenerat, ut inde in Angliam transfretaret. Cumque[a] hoc regi nunciatum esset[b], versus Cantuariam iter arripuit. Et die Mercurii sequenti[c] predictus comes Flandrie in Angliam Apr. 20 applicuit apud Dovere[d] et eadem die Cantuariam venit. Quod cum regi notificatum[e] esset, in crastino summo mane diei Iovis absoluti venit Cantuariam ad comitem. Et facta ibi Apr. 21. peregrinatione sua, uterque, scilicet rex et comes, venerunt ad Dovere, ubi naves comitis eum[f] expectabant. Et rex[g] dedit ei quingentas marcas argenti in auxilium peregrinationis suae perficiende. Et sic ipse comes, accepta licentia a rege peregrinandi Ierosolimam, nocte sequenti post tenebras mare intravit et in crastino valde mane applicuit apud Wisand in Apr. 22. Flandria. . . . . . .

Eodem tempore circa clausum pasche Philippus comes Flandrie et cum eo multi de Mai. 1 nobilioribus Francie iter Ierosolimitanum arripuerunt. . . . . . .

Interim Henricus Baiocensis episcopus in Angliam applicuit et cum eo Hugo de Bellocampo et Osbertus clericus[h] de camera regis[h] et Gaufridus de la Charite[i], quos ipse rex cum filia sua miserat in Siciliam. Et ipsi interfuerunt coronationi et desponsationi predicte regis filie, quam[k], ut supra diximus, Willelmus rex Sicilie in uxorem duxit. . . . . . .

a) m. ei 2. b) Norhamtun 2. c) f. p. p. n. s. 2. d) r. mi. 2. e) Wa. 2. *W.* f) de *add.* 1. g) *deest* 2. *W.* h) daret vel *add. W.* i) domini *add. W.* k) Panno. 2. l) domini *add. H.* m) intr. de n. 2; patris sui qui — intrassent *des. H.* n) ei 2. o) comparare 2; de nocte enim intraverant civitatem Panormi *add. H.* p) reg. A. fil. *H.* q) lapsis *H.* r) est *H.* s) W. r. *H.* t) qui propter hoc missi fuerant *add. H.* u) tam cler. - Sicilie *des. H.* v) sept. Idibus Febr. *H.* w) est *add. H.* x) *deest* 2. y) de *add. H.* z) Wits. 2. a) Cum 2. b) fuisset 2. c) sequentis 1. 2. d) Dover 2. e) nunciatum 2. f) exp. eum 2. g) Rex vero 2. h) *deest* 2. i) Charte 2. k) quam — duxit *des.* 2.

1) Cf. supra p. 88. 2) Coutances. 3) Monte San Angelo. 4) Siponto. 5) Viesti. 6) Reading.

1177. Venerunt autem ibidem ad regem nuncii sui[a], quos in Siciliam miserat cum Iohanna filia sua maritanda regi Willelmo Sicilie, et tradiderunt ei quoddam scriptum de dote, quam Willelmus rex Sicilie dedit Iohanne[b] filie suae die[b] qua eam desponsavit; cuius scripti transcriptum hoc est[c]:

1177. Febr. *Haec[1] est carta regis[d] Willelmi Sicilie, quam fecit Iohanne, filie Henrici regis Anglie, de dote sua, qua eam dotavit die desponsationis suae[e].*

In nomine Dei aeterni et salvatoris nostri Iesu Christi[f]. Amen. Rerum fedus et concordiam humanarum inter caetera pacis bona ligat fortius et astringit vinculum coniugale, quod et sacramenti altitudine venerandum et ipsa sue institutionis est singularitate preclarum et sollenni ab inicio mundi et temporis consuetudine celebratum. Cuius itaque virtus et forma, quia de divina institutione traxit originem, nec de peccato induit maculam, nec de longevi serie temporis desuetudinis potuit sentire iacturam, quin etiam id honoris venerando accessit misterio, ut maris et femine consensus in matrimonium Christi et ecclesie teneat sacramentum: tanti ergo misterii ratione simul et veneratione inducti[g], nos Willelmus divina favente clementia[h] rex Sicilie et ducatus Apulie et principatus Capue Iohannam, puellam regii excellentia sanguinis illustrissimam, filiam Henrici magnifici[i] regis Anglorum, divino nutu et felici auspicio sacri lege matrimonii et maritali nobis federe copulamus, ut bonum coniugii caste dilectionis fides exibeat; unde nobis in posterum proles regia, Deo dante[k], succedat, que divini gratia muneris virtutum simul et generis titulo ad regni possit et debeat fastigium sullimari. Quia vero nostra dignum est celsitudine, ut tam nobile ac insigne coniugium decenti dodario debeat honorari, per hoc presens[l] scriptum damus et in dodarium concedimus prefate regine, karissime uxori nostre, comitatum Montis Sancti[m] Angeli, sicut inferius[n] est annotatum, videlicet[o] in demanio civitatem Montis Sancti[m] Angeli, civitatem Siponti et civitatem Veste cum omnibus iustis tenementis[p] et pertinentiis earum. In servitio autem concedimus ei de tenementis comitis Goffridi[q] Alesine[2], Peschizam[3], Bicum[4], Caprile[5], Baranum[6] et Sfilizum[r, 7] et omnia alia que idem comes de honore eiusdem comitatus Montis Sancti Angeli tenere dinoscitur. Concedimus etiam ei similiter in servitio Candelarium[8], Sanctum Clericum[9], Castellum Paganum[10], Bersentium[11] et Cagnanum[s, 12]. Insuper concedimus, ut sint de honore ipsius[t] dodarii monasterium Sancti Iohannis de Lama[13] et monasterium Sancte Marie de Pulsano[13] cum omnibus tenementis[u], que ipsa monasteria tenent de honore predicti comitatus[v] Sancti Angeli; ita quidem, ut ipsa regina uxor nostra predicta omnia semper[m] recognoscat ab heredibus nostris, nobis nostra[w] ordinatione in regnum succedentibus, et de omnibus prescriptis tenementis servitium, prout exigit feodum eorum, integre et illibate iam dictis heredibus nostris faciat et maneat semper in eorum fidelitate. Ad huius autem donationis et concessionis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Alexandri nostri[x] notarii scribi et bulla aurea nostro tipario inpressa roboratum nostro sigillo iussimus decorari. In quo familiares nostri et alie persone precepto nostro se[m] scripserunt, anno, mense et indictione subscriptis[y].

+[z] Ego Walterus Panormitanus archiepiscopus. + Ego Alphanus[a] Capuanus archiepiscopus. + Ego Ricardus Siracusanus episcopus. + Ego Bartholomeus Agrigentinus episcopus. + Ego Reginaldus[b] Barensis archiepiscopus. + Ego Nicholaus primus[c] Messanensis archiepiscopus. + Ego Rufus[d] Consentinus[e] archiepiscopus. + Ego Theobaldus episcopus[14], abbas regalis monasterii Sancte Marie Nove. + Ego Robertus Cataniensis epi-

a) ut supradictum est *add.* 2. b) *deest* 2. c) *contuli textum Rymeri, sed prorsus sine fructu, ita ut hunc e nullo libro nisi nostro chartam hausisse suspicari liceat.* d) W. r. *H.* e) Carta regis Willelmi regis Sicilie de dote uxoris sue *rubr. in* 2. f) In nom. Patris et Filii et Spiritus sancti *H.* g) nos ind. 2. h) gratia 2. *I.* i) A. r. mag. 2. k) donante *H.* l) sc. pr. 2. *I.* m) *deest* 2. *I.* n) est inf. 2. *H. I.*; inf. a. est *W.* o) scilicet ut 2. p) pert. et tenem. 2. *I.* q) Godefr. 2. *I.* r) Sef. 2. *I.*; Sifi. *W.* s) Cognananum 2; Cognanum *I.* t) d. ips. 2. *I.* u) pertinentiis 2. *W.* v) Montis *add. W.* w) ord. no. 2. *I.* x) not. nos. 2. *H. I.* y) videlicet *add. W.* z) *cruces nominibus praepositae des.* 2. *W.* a) Alpan. 2. *I.*; Alfan. *W.* b) Reginadus 1; Reinaldus 2. c) primas *I.* d) Rufferus 2; Rusterus *I.* e) Cos. *H.*

1) Partim prodiit SS. VI, p. 526. apud Rob. Tor.; exstat praeterea apud Gervasium Cantuariensem, ed. Stubbs I, p. 263; ap. Martene et Durand, Coll. Ampl. I, p. 902, 'ex ms. reginae Sueciae', ut mihi videtur, cod. Vatic. Christin. 980. 2) Lesina. 3) Peschici. 4) Vico. 5) Serracapriola? STUBBS; Capracotta, Del Ré, 'Cronisti' I, p. 554, ubi haec ex Hovedenio excerpuntur. 6) Varano. 7) Cephalicchia. 8) Candelaro. 9) San Quirico. 10) Castel Pagano. 11) *Bisentinum* Rob. Tor. 12) Cagnano. 13) Utrumque prope Sipontum. 14) Montis-regalis (Monreale).

scopus. + Ego Wido Cephalensis[a] *episcopus. + Ego Elias*[b] *Troianus electus. + Ego* 1177. *Iustus Mazzarensis*[c] *episcopus. + Ego Robertus Tricaricensis episcopus. + Ego Petrus* Febr. *Galetanus episcopus. + Ego Iohannes Potentinus episcopus. + Ego*[d] *Robertus de Bizino. + Ego*[e] *Robertus Malcovenanz. + Ego Alexander Gupille. + [Ego*[f]*] Matheus, domini regis vicecancellarius. + Ego Robertus Casertanus comes. + Ego Amphusus comes Scrullacensis*[g. 1]. *+ Ego Iocelinus comes Lert.*[h. 2]. *+ Ego Hugo comes Catazarii. + Ego Ricardus Fundanus comes*[i]. *Ego Walterus de Moac, regii fortunati stolii*[k] *admiratus. Ego Aldwinus*[l] *de Candida, domini regis senescallus. Ego Berardus Gentilis, regie*[m] *private*[n] *maisnede*[o] *constabularius. + Ego Ricardus, sacri regii palacii logoteta. + Ego Bamalis*[p] *de Monte-forti, magister*[q] *iusticiarius. + Ego Persicus, regie curie magister*[q] *iusticiarius. + Ego Fredericus, regie curie iusticiarius.*

Data in urbe Panormitana[r] *felici per manus Walterii venerabilis Panormitani*[s] *archiepiscopi et Mathei regis vicecancellarii*[t] *et Ricardi venerabilis Siracusani episcopi, domini regis familiarium; anno incarnationis*[u] *dominice* 1177, *mense Februarii,* 10. *indictione, regni vero domini nostri Willelmi, Dei gratia magnifici et gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno* 11, *feliciter. Amen**. . . . . . .

Interim[3] appropinquante festo sancti Iacobi apostoli, Alexander summus pontifex Iul. 25. venit Veneciam[v] cum cardinalibus suis et cum multis sancte matris aecclesie prelatis, tam archiepiscopis quam episcopis. Et Fredericus Romanorum imperator venit illuc obviam ei[w] cum archiepiscopis et episcopis et principibus Theutonici[x] regni ad faciendam[y] pacem inter ipsum et summum pontificem, ut, deleto scismate, quod iam fere octodecim annos duraverat, pax in ecclesia Dei fieret[z]. Hec sunt autem nomina virorum qui ex parte summi pontificis paci huic interfuerunt: Imballus[a. 4] episcopus Ostiensis[b] cardinalis. Willelmus de Pavia episcopus Portuensis cardinalis. Walterus episcopus Albanensis cardinalis. Conradus episcopus Savie[c. 5] cardinalis. Mainfridus[d] episcopus Palestrinus[e] cardinalis. Iohannes Neapolitanus[f] presbiter cardinalis[6]. Teodinus[g] presbiter cardinalis[7] *. Petrus de Bona presbiter cardinalis[8]. Bosus presbiter cardinalis[9. †]. Herenbrandus presbiter cardinalis[10]. Iacinctus diaconus cardinalis[11]. Herdizun[12] diaconus cardinalis[13]. Chinche[14] Chapel[h] diaconus cardinalis[15]. Laborandus[i] diaconus cardinalis[16]. Hugo[k] Bolonie diaconus cardinalis[17]. Huzeszun[l. 18] diaconus cardinalis[19]. Rainerius[m] diaconus cardinalis[20]. Archiepiscopus de Viana[n. 21]. Archiepiscopus Bituricensis[22]. Archiepiscopus de Melan[23]. Archiepiscopus de Ravenna[o. 24]. Archiepiscopus de Salerna[p. 25], ex[q] parte regis Sicilie, et comes Rogerus de

*) *Sigilli hanc effigiem add.* 2*: linea in modum circuli ducta, ubi haec leguntur:* Dextera Domini fecit virtutem; dextera Domini exalta[vit] me, *circumiecta est orbi, cui hae lineae directe inscriptae sunt:* Signum [Sigillum *I.*] regis Willelmi Sicilie. Divina clemencia favente, Willelmus [rex] Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. *[Verba uncis inclusa ex Iohanne Brompton suppleri possunt]. — Eadem fere figura occurrit apud H., ubi tamen in circumscriptione verba* Dextera Domini fecit virtutem *iterum adduntur; medio orbi insunt:* Div. fa. cl. Will. r. Si. et du. Appulie et pr. Capue, *quibus cod.* 3 *subiungit crucem cum his verbis:* Hoc signum sibi preferri a vexillifero facit, cum ad bellum aliquod procedit.

**) Scisma Alexandri pape *rubr.* 2.

***) Albertus presbyter cardinalis[26] *add. H.*

†) Vivianus presbyter cardinalis[27] *add. H.*

a) Cephelie. *H.* b) Helias 2. *W.* c) Mzzer. 1; Mazarensis *H.*; Mizz. *W. Gerv*; *deest* 2. d) Ego — Biz. *des.* 2. *I.* e) Ego — Malc. *des.* 2. *I.*; Malconv. *W.*; Malcuv. *H.* f) *deest* 1. g) Ser. 2. *I.* h) Loret' 2. *I.*; Loretanus *H. I.*; Iert. *Gerv.* i) admiratus *add. H.* k) stollii *H.* l) Aldew. *H.* m) *deest* 2. *I.* n) pr. re. *W.* o) mainete 2. *I.*; familie *Gerv.* p) Bamalus *W.*; Bamaluns *I.* q) *deest* 2. r) Panormi *W. H.* s) Panormi *H.* t) canc. 2. *I.* u) do. inc. 2. *H.* v) Venetias 2. w) eis 2. x) Teuto. 2. *W. I.* y) faciendum 2. z) *nomina quae sequuntur omnia des.* 2. *I.* a) Hymbaldus *H.*; Emballus *W.* b) Host. *W.* c) Savine *H.* d) Manfr. *H. W.* e) Palesti. 1. *W.* f) Neapolis *H.* g) Theo. *H.* h) Cwichecapel *W.* i) Leb. *W.* k) H. B. d. c. *des. H.* l) Hugozun *W.*; Hugeszun *H.* m) Reinerus *H.* n) Viane *H.*; Viena *W.* o) Ravenne *H.* p) Salerne *H.* q) ex p. r. S. *des. H.*

1) Squillace. 2) Loritello. 3) Pacem Venetam forsitan Anglis retulit Gervasius Tilburiensis; cf. Stubbs ad Gervasium Cantuar. I, p. XLIII. 4) Hubaldus. 5) Sabinensis, a. 1165. amotus ab archiepiscopatu Maguntinensi. 6) S. Anastasiae. 7) S. Vitalis. 8) Diac. S. Mariae in Aquiro. 9) S. Pudentianae. 10) XII. Apostolorum. 11) S. Mariae in Cosmidin. 12) Ardicio. 13) S. Theodori. 14) Cinthius. 15) S. Adriani. 16) S. Mariae in Porticu. 17) S. Eustachii. 18) Hugo Petri-Leonis. 19) S. Angeli. 20) S. Georgii. 21) Rodbertus. 22) Guarinus Gerardi. 23) Algisius Mediolanensis. 24) Gerardus. 25) Romualdus; cf. eius ann., SS. XIX, p. 443. 26) S. Laurentii in Lucina. 27) S. Stephani in Celio. Errat Hoveden, nam Vivianus tunc erat in Scotia. STUBBS.

1177. Andria[a]. Episcopus[b] de Claro-monte[1]. Abbas Bone-vallis[c,2]. Frater Turri[d,3] de Cartusa, et multi alii tam ecclesiastici quam seculares principes.

Et[e] haec sunt nomina illorum qui erant cum imperatore: Archiepiscopus Madeburgensis[f,4]. Philippus archiepiscopus[g] Coloniensis. Cristianus archiepiscopus Maguntinus[h]. Archiepiscopus de Besenzun[i,5]. Archiepiscopus de Trevis[k,6]. Electus de Wermaise[l,7]. Prothonotarius imperatoris[8]. Comes Henricus de Disce[m,9]. Marchio Albertus[10]; et multi alii.

Iul. 24. Congregatis[11] itaque illis in civitate Venetie, nono vero[n] Kalendas Augusti, scilicet[o] vigilia beati Iacobi apostoli, prefatus imperator, sicut prius tractatum fuerat et dispositum, venit ad ecclesiam beati Nicholai[12], que per unum miliare a Veneciis distat; et ibi tam ipse quam archiepiscopi[p], episcopi et alii principes Teuthonici[q] regni abrenunciantes scismati, per episcopos et cardinales, quos dominus papa ad eos absolvendos miserat, absolutionis beneficium[r] meruerunt; et[s] deinde venerunt Venecias, et ibi ante ecclesiam beati[t] Marci predictus imperator domino pape sicut summo pontifici omnem obedientiam et reverentiam humiliter exhibuit. Et recepto ab eo osculo[u] pacis[v], eum devote dextravit et cum magna[w] devotione usque[x] ad altare in ecclesiam introduxit. Sequenti vero die, in festo sancti Iul. 25. Iacobi, quod feria secunda evenit, scilicet octavo Kalendas Augusti[y], prefatus imperator venit obviam domino pape extra ecclesiam sancti Marci et, dextro latere eius devote suscepto, eum in ecclesiam introduxit. Et peractis missarum sollenniis, eum usque ad ipsius ecclesie portam dextravit. Et cum dominus papa pallefridum[z] suum ascenderet, predictus imperator tenuit ei staffam et omnem honorem et reverentiam ei[a] exhibuit, quam predecessores eius predecessoribus suis exhibere consueverunt. In hoc vero concilio Iohannes abbas de Struma, qui et[b] vocatus fuerat papa Calixtus, qui etiam tercius et ultimus cismatis huius antipapa extiterat, degradatus est et ab ipso imperatore et ab omnibus principibus aecclesiasticis et secularibus Teuthonici regni abrenuntiatus est[c]. Similiter omnes archiepiscopi et episcopi et abbates Teuthonici[d] regni, qui ab eo vel ab aliis antipapis predecessoribus suis, scilicet[e] ab Octoviano, qui et[b] papa Victor vocabatur, vel ab Widone de Crema, qui et vocabatur papa Pascalis[f], ordinati fuerant, degradati sunt. Similiter[g] altaria que ab eisdem dedicata fuerant subversa sunt[h]. In hoc autem concilio Coenredus, frater consobrinus predicti imperatoris, recepit a manu Alexandri[i] summi pontificis[k] archiepiscopatum Sauceburge[l]. Et annuente[m] prefato[i] imperatore, dominus papa concessit eidem Coenredo legaciam totius Teuthonici[d] regni, quamdiu ipse vixerit[n]. Iste vero Coenredus[o], cum electus esset[13] tempore scismatis ad archiepiscopatum Maguntinum, noluit ab Octoviano antipapa consecrari; sed malens[p] inter catholicos pro nomine Christi egere[q] quam inter scismaticos diviciis et transitoriis habundare, electioni[r] sue abrenunciavit et venit in[s] partes Galliarum usque[t] Senonensem[u] civitatem; et invento ibi Alexandro summo pontifice, qui ea tempestate citra montes illuc pervenerat ad celebrandum concilium, pro amore Dei et pace ecclesie se ipsum sponte deposuit; et a prefato papa catholico honorifice* susceptus, inter[v] episcopos cardinales connumeratus est et in ipso concilio factus fuit[w] episcopus

*) pace ecclesie cum predicto papa Alexandro remansit, a quo hon. 2. *I.* — Sen. civit. ad Alexandrum papam, a quo benigne susc. *H.*

a) de Andre ex parte Willelmi regis Sicilie *H.* b) *quae sequuntur usque ad verba* seculares principes *des. H.* c) *ita W.*; Ben. 1. d) Terri *W.* e) Ex parte Frederici Romanorum imperatoris interfuerunt prescripte paci viri subscripti *H.* f) de Madeburc *H.*; Maburgenensis *W.* g) Col. arch. *H.* h) Mogont. *W.*; Christ. M. arch. *H.* i) Besencun *H.*; Belsenzun *W.* k) Treves *H.* l) War. *W.*; Wermeise *H.* m) Dice *H.* n) *deest* 2. *H.* o) in *add. W.*; Aug. in v. *H.* p) et *add.* 2. *W.* q) Teutonici 2. *W. et sic saepius*; Theutonici *H.* r) accipere *add. H.* s) *deest H.* t) *deest* 2. u) osculum 1. v) pa. os. 2. *H. I.* w) de. ma. 2. *I.* x) eum *add.* 2. *W.* y) Iacobi fer. sec. prefatus *H.*, *ceteris omissis.* z) palefridum 2. *H. W.* a) *deest H.*; eidem *W.* b) *deest H.* c) et sec. deiectus est et reprobatus *H.* d) Teutonici *H.* e) videlicet *H.* f) qui p. P. vocabatur ord. 2. *H.* g) sunt. Et alt. *H.* h) ab ipsis sive ab ordinatis suis ded. erant demolita sunt *H.* i) *deest* 2. k) Al. pape *H.* l) Salzeburge *W.*; Sanceburge 1. *H.*; Sauseberge 2; Sanseburgie *I.* m) annu. pr. — Coenredo *des. H.* n) r. in vita sua habendam *H.* o) Conredus *H. W.* p) mallens 1. *W.*; maluit 2. q) degere 1. *W.*; Ch. pauper vivere quam *H.* r) elect. s. abr. et *des.* 2. *H.* s) in p. G. *des. H.* t) ad *add.* 2. u) Senonem *H.* v) inter ep. ca. — conc. *des. H.* w) est *H.*

1) Pontius. 2) Hugo; cf. Prutz, 'Friedrich I'. II, p. 316. 3) Cf. ep. Friderici I. ap. Gervas. Cant. a. 1177. 4) Wichmannus. 5) Eberardus. 6) Arnoldus. 7) Conradus II. Wormatiensis. 8) Wortwinus; cf. Prutz l. l. p. 305; Stumpf, 'Reichskanzler' II, p. 315. 9) Dietz sive Diessen. 10) Forsitan noster hoc nomen non ex litteris, quas hucusque secutus esse videtur, sed — ut saepius facere solet — ex Alexandri III. epistola Rogero Eboracensi data, infra pag. 98, l. 3, hauserit. 11) Hoc caput e litteris papae sequentibus sumptum est. 12) Coenobium ad litus Venetum. 13) A. 1165.

cardinalis de episcopatu Savine[1]. Et Cristianus cancellarius ipsius imperatoris[a] successit 1177. prefato Coenredo in archipresulatum Maguntinum[b] et pallium suscepit a Widone[c] de Crema*; quod quia ab eo acceperat[d], facta pace inter dominum papam et imperatorem, propriis manibus suis combussit Venecie[e] in Rivo-alto, in [palatio[f]] patriarche, coram[g] prefato[h] papa Alexandro et cardinalibus suis et coram[h] archiepiscopis et episcopis et aliis viris ecclesiasticis et principibus Teutonici regni qui paci aderant; et postea absolvit eum dominus papa et pallium ei[i] dedit. Et sic facta pace, Alexander papa remansit; qui statim pacem ecclesiae subiectis sibi et ecclesie Romane[k] regibus et principibus et viris ecclesiasticis in[l] his verbis significavit. Significavit autem sic Ricardo Cantuariensi archiepiscopo et suffraganeis suis:

Epistola[2] Alexandri pape ad Ricardum Cantuariensem archiepiscopum. Aug. 6.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Ricardo Cantuariensi archiepiscopo, apostolice[m] sedis legato, et suffraganeis eius[n] et dilectis filiis abbatibus specialiter ad Romanam ecclesiam pertinentibus in archiepiscopatu Cantuariensi constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Inmensas laudes et gratias agimus omnipotenti[o] Deo, qui, licet navem Petri diu permisisset procellosa maris tempestate quassari, nunc tandem imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna, ita ut, pacatis maris sevientis fluctibus, predicta navis ad portum quietis reducta sit et salutis. Sane karissimus in Christo filius noster Fredericus, illustris Romanorum imperator, proximo preterito die dominico ante festum beati Iacobi cum principibus aecclesiasticis et secularibus Teuthonici regni cum multa devotione venit Veneciam ad presentiam nostram. Et ibi coram innumera multitudine virorum et[p] mulierum, altis vocibus resonancium laudes Altissimo, nobis sicut summo pontifici omnem reverentiam et honorem exhibuit; et in festo beati[q] Iacobi nobis ad preces eius beati Marci aecclesiam adeuntibus Iul. 25. *pro cęlebrandis missarum sollenniis[h] obviam venit et, finita missa, quam a nobis, licet indignis, reverenter audivit, nobis omnem honorem exhibuit, quem predecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere. In Kalendis vero instantis[r] mensis Augusti prefatus* Aug. 1. *imperator, ubi erat numerosa[s] hominum multitudo, in anima sua iurare fecit[t], et principes sui, quos presentes habebat, tam ecclesiastici quam seculares, prestito sacramento[u] firmaverunt, quod pacem ecclesiae perpetuo et pacem karissimi in Christo filii nostri Willelmi illustris Sicilie[v] regis usque ad 15 annos et treugam Longobardorum a predictis Kalendis Augusti usque ad 6 annos, sicut pax et treuga ipsa disposita est et tractata et in scriptis redacta, illesam debeat et illibatam servare. Sicut autem idem imperator nos in catholicum papam et spiritualem patrem[h] recepit, ita nos eum in catholicum imperatorem et uxorem eius in catholicam imperatricem et filium ipsorum in catholicum regem recepimus. Agite itaque[w] gratias Creatori nostro, qui sponsam suam sacrosanctam ecclesiam sua miseratione respexit et ei post multas persecutiones, quibus graviter pressa est et attrita, per suam gratiam plenam pacem[x] reddidit et quietem! Data Venetie in Rivo-alto octavo Idus Augusti.* Aug. 6.

Similiter[y] in hac eadem forma scripsit Rogero Eboracensi archiepiscopo et Hugoni Iul. 26. Dunelmensi episcopo:

Alexander[3] episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Rogero Eboracensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, et Hugoni Dunelmensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Exigunt gratissime devotionis obsequia, que nobis et ecclesie tam devote quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus ipsius[g] ecclesie vobis, sicut specialibus et devotis ecclesie filiis spiritualibus, describamus, cum dignum sit et conveniens et honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos et stabiles, de prosperitate nostra et ipsius ecclesiae reddamus hilares et gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis et humilia respicit de supernis, de cuius munere venit, ut sponsa sua sacrosancta ecclesia, diu et graviter procellosis fluctibus et validissima tempestate quassata, nunc

*) et Coenredus noluit renunciare prime electioni, que de eo facta fuit ad archiepiscopatum Maguntinum, sed appellavit a summo pontifice ad proximum sequens concilium *add.* 2; *similiter* I.

a) imp. canc. 2. *H.* b) succ. ei in archiepiscopatu Maguntino *H.* c) Guidone *H.*; Wyd. *W.* d) recep. *H.*, *ubi sequentia verba usque* et imper. *des.* e) Vinetie 2. f) *deest* 1. g) *deest H.* h) *deest* 2. i) de. ei 2. k) Romanis 2. l) in h. v. *des.* 2. m) ap. s. le. *des.* 2. *H.* n) suis 2. o) D. om. 2. *I.* p) ac *H.* q) sancti 2. r) *deest* 2. *W.* s) innumera 2. t) iuravit 2. u) iuramento *H.* v) re. Si. 2. w) igitur 2. x) gratiam 2. y) *tota epistola quae sequitur deest* 2. *I.*

1) A. 1165. 2) Jaffé, Reg. Pont. nr. 8522. 3) Jaffé l. l. nr. 8508.

1177. *tandem portum salutis attigerit et, pacatis sevientibus*[a] *procellis, debita et desiderata tranquillitate letetur. Sane duodecimo*[1] *Kalendas instantis mensis Augusti de mandato karissimi in Christo filii nostri Frederici, illustris Romanorum imperatoris, filius*[2] *marchionis Alberti, vir nobilis, magnus et potens et camerarius ipsius imperatoris, presentibus principibus ecclesiasticis et etiam secularibus Teuthonici*[b] *regni, publice in anima eius in presentia nostra, coram numerosa*[c] *hominum multitudine prestiterunt*[d], *tactis sacrosanctis euvangeliis*[e], *iuramentum, quod, postquam idem imperator veniret Venetias, omni questione et contradictione sopita, pacem ecclesie, sicut per fratres nostros et principes suos disposita est et tractata, et pacem karissimi in Christo filii nostri Willelmi illustris Sicilie regis usque ad 15 annos et treugam Longobardorum usque ad 6 annos in anima sua et etiam a principibus suis faceret, sicut in scripto*[f] *pacis et treuge continetur, iuramento firmari; et principes Teuthonici*[b] *regni, videlicet venerabiles fratres nostri Madeburgensis*[g], *Coloniensis et Cristianus*[h] *dictus Maguntinus archiepiscopus*[i], *et quidam alii id*[k] *ipsum in anima sua pro se iurare fecerunt. Nono vero Kalendas*
Iul. 24. *Augusti prefatus imperator, sicut tractatum fuerat et dispositum, venit ad aecclesiam sancti*[l] *Nicholai, que per unum miliare distat a Venetiis, et ibi tam ipse quam archiepiscopi, episcopi et alii principes Teuthonici*[b] *regni, abrenuntiantes scismati, per fratres nostros episcopos*[m] *cardinales de mandato nostro, presentibus quibusdam aliis, absolucionis beneficium meruerunt; et*[n] *deinde venerunt Venetias, et ibi ante ecclesiam beati Marci predictus imperator, innumera multitudine virorum et mulierum presente et alta voce reddente gratias et laudes Altissimo, nobis sicut summo pontifici obedientiam et reverentiam humiliter et reverenter exhibuit. Et recepto a nobis pacis osculo, nos devote dextravit et cum reverentia qua decuit et devotione*
Iul 25. *usque ad altare in ecclesiam introduxit. Sequenti vero die in festo beati Iacobi ab eodem imperatore rogati, ad predictam ecclesiam sancti Marci sollennia cęlebraturi missarum accessimus; et nobis illuc venientibus prefatus imperator extra ecclesiam obviam venit et, dextro latere nostro devote suscepto, nos in aecclesiam introduxit. Et peractis missarum sollenniis, nos usque ad ipsius ecclesie portam dextravit et, cum ascenderemus palefridum nostrum ibi paratum, staffam tenuit et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam predecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere. Erit itaque sollicitudinis vestre nobis et ecclesie in prosperis successibus congaudere et effectum pacis aliis devotis ecclesie filiis apperire, ut hii*[o] *quos zelus domus Domini tangit de pacis munere divinitus dato in Domino*
Iul 26. *gaudeant et exultent. Datum*[p] *Venecie in Rivo-alto septimo Kalendas Augusti.* . . . . . .

1178. 1178[q]. . . . Interim Alexander summus pontifex misit legatos suos per universas nationes Deo et ecclesie Romane subiectas et invitavit omnes, tam archiepiscopos quam episcopos et abbates, ad concilium[r], statuens eis locum et terminum, scilicet Rome a pro-
1179. Febr. 14. ximo capite ieiunii sequente in annum. . . . . . .

Eodem autem tempore Alexander summus pontifex gratias summe Trinitati persolvens, quod tempore suo pax ecclesie reddita esset, misit nuncios suos per universas gencium naciones sedi apostolice subiectas et invitavit eos ad concilium predictum. Misit etiam nuncium suum ad presbiterum Iohannem[3], regem Indorum, cui in hec verba scripsit: . . .
1177. Sept. 27. *Apostolica sedes . . . Datum Venecie in Rivo-alto quinto Kalendas Octobris.*

1179. 1179. . . . Appropinquante itaque iam quadragesima, archiepiscopi et episcopi, abbates, viri religiosi cismarini et transmarini de mandato[s] Alexandri summi pontificis Rome convenerunt. Congregatis igitur universis in urbe Romana, Alexander papa tercius cum universis cardinalibus suis et clero et populo ibidem congregato venit ad ecclesiam sancti Iohannis de Laterana[t], celebraturus ibi concilium. Cui concilio intererant nuncii fere omnium imperatorum, regum, principum tocius christianitatis. Convenientibus itaque omnibus in prefata ecclesia Lateranensi, summus pontifex in eminenciori loco cum cardinalibus suis et senatoribus et prefectis et consulibus Urbis constitutus, secunda feria ⌈tertie[u]⌉
Mart 5. quadragesime hebdomade, que tercio Nonas Martii evenit, primum concilii sui diem celebravit.

a) sevientis 1. b) Teuton. *H.* c) innumerosa *H.* d) prestitit *H.* e) euangeliis *H.* f) scripta 1. g) Magdeb. 2. h) Christ. *H.* i) archiepiscopi *H.* k) i. i. *des. H.* l) beati *H.* m) et *add. H.* n) *deest H.* o) hi *H.* p) Data *H.* q) *paullo superius desinit* 1; *quae sequuntur proveniunt e cod.* 2. — *Lectiones W., utpote qui hinc H. solo usus est, iam non notavimus.* r) Lateranense *add. I.* s) mandando 2. t) *ita* 2. *I.* u) *ex H.; deest* 2.

1) De die cf. Peters, 'Friede zu Venedig' p. 116. 2) Error? Otto Brandenburgensis non adfuit; ib. p. 118. 3) V. Jaffé l. l. nr. 8539.

Similiter secundo celebravit secundum diem[1] concilii sui quarta feria secunde[a] ebdomade, 1179. Mart. 14. que secundo Idus Marcii evenit. In quo concilio Willelmus Remensis archiepiscopus per communem fratrum eleccionem, concedente Alexandro summo pontifice, factus est presbiter cardinalis ad titulum Sancte Sabine. Et iterum tercio celebravit tercium concilii sui diem secunda feria ante ramos palmarum, que 14. Kalendas Aprilis evenit, in quo hec decreta Mart. 19. subscripta, communi episcoporum assensu promulgata, in eternum observanda constituit; et episcopis et universo clero ibidem congregato licenciam repatriandi prebuit:

DECRETA ALEXANDRI PAPE[2].

De Romano pontifice eligendo. . . . . . .

Post . . . pentecosten . . . rex filius regis cum benevolentia patris sui transfretavit Mai. 20. in Flandriam et applicuit apud Wissandam. . . . . . .

Rex Francorum, sumptis[b] secum Philippo comite Flandrie et Baldewino comite de Chines[c.3] et Henrico duce de Luven[d.4], Willelmo comite[e.5] de Mandevilla[f] et advocato Bitunie[g.6] et aliis baronibus regni[h] Francorum, pervenit usque Wissant[i] et inde venit[k] in Angliam et applicuit apud Douvere[l] 11. Kalendas Septembris feria quarta. Henricus vero, Aug. 22. filius Matildis imperatricis[m], rex Anglie, qui[n] iam circa maritima per aliquot dies moram fecerat illius exspectans adventum, venit ei obviam in litore maris et[o] cum gaudio magno et honore[*] ipsum et suos suscepit. Et in crastino[p] duxit eum Cantuariam usque ad tumbam Aug. 23. sancti Thome martiris. . . . Facta autem ibi mora duarum dierum, rex Francorum et illi Aug. 25. qui cum eo venerant, rege Anglorum eos reducente ad Dovere, reversi sunt. In crastino, scilicet septimo Kalendas Septembris, rex Francie cum suis ipsa die dominica naves ascendit Aug. 26. et eadem die cum gaudio applicuit apud Wissande anno ab incarnatione Domini 1179, mense Augusti. . . . . . .

In ipsa die omnium sanctorum Willelmus archiepiscopus[q] Remensis . . . Philippum, Nov. 1. filium sororis sue et[r] Lodowici regis Francie, coronavit et in regem consecravit Remis. . . . Et Philippus comes Flandrie preibat ante illum ferens gladium regni. . . . . . .

Eodem anno[7] circa festum sancti Michaelis Christianus archiepiscopus Maguntinus[8] et Sept. 29. Frederici Romanorum imperatoris cancellarius, qui post pacem factam apud Venetiam in Rivo-alto, ut supra dictum est, inter dominum papam et predictum imperatorem remansit in Tuscana ad debellandum inimicos imperatoris, dolo cuiusdam divitis captus est et ab eodem incarceratus, sicut in subsequentibus explanatur. Tuscanenses itaque et Pisenses et homines de Luca et cives de Pistoia et cives de Florencia et homines de valle Arne et Hugelinus de valle Spolete concilium fecerunt, ut predictum cancellarium dolo caperent. Facta autem convencione, convenerunt Coenredum, filium Willelmi markais de Monte-ferrato, ut eum dolo caperet. Ipse enim prefatum cancellarium odio habebat, quia ipse ad dedicionem coegerat, nec pacem cum eo facere poterat, donec daret ei 12 milia perperorum[9]; data prius fide et sacramentis et obsidibus, quod de cetero fidelitatem servaret imperatori et cancellario. Ad instigationem itaque ceterorum et Manuelis imperatoris Constantinopolitani, qui predicto Coenredo multam auri et argenti copiam et ceterarum diviciarum habundanciam promisit, si ipsum cancellarium caperet — quod facillime fieri posse per ipsum asserebant, quia cancellarius eum[10] minus habebat suspectum quam ceteros —

*) honore, sicut carissimum dominum et amicum suum, et omnia necessaria sibi et hominibus suis honorifice ministravit. *H.*

a) sequentis *H.* b) assumens s. Philippum comitem *et nomina quae sequuntur in accusativo H.* c) Ginnes *H.* d) Luvain *H.* e) et c. W. *H.* f) Mandevile *H.* g) Bet. *H.* h) alios barones de regno *H.* i) Witsand *H. 1.* k) transfretavit *H.* l) Dovre *H.*; Dover *1.* m) quarta. Cui r. A. *H.* n) qui — obviam *des. H., qui* pater *add.* o) occurrens suscepit *H.* p) videlicet vigilia beati Bartholomei apostoli *add. H.* q) Will. R. a. . . . Ph. f. s. sue . . . cor. et in r. unxit R. die solemnitatis om. sanct. *H.*

1) Ap. Jaffé l. l. p. 783: Mart. 7. 2) Capitulo quod *de hereticis* inscribitur condemnantur Albigenses et *qui conduxerint Bribazones, qui tantam in christianos immanitatem exercent, ut nec ecclesiis, nec monasteriis, . . . nec cuilibet parcant etati aut sexui, sed more paganorum omnia perdunt et vastant.* 3) Guines. Hic monachos Cantuarienses libertate telonei donavit; cf. Dart, 'Hist. of Canterbury' App. p. xxx. 4) Adhuc vivebat pater eius, dux Brabantiae. 5) De Essex. 6) Roberto V. 7) Cf. Varrentrapp, 'Christian von Mainz' p. 94. 8) Cf. Prutz l. l. III, p. 59. 9) Nummus Byzantius; v. Ducange sub voce *hyperperus.* 10) Cf. Ilgen, 'Conrad von Montferrat' p. 55 sqq.

1179. Coenredus, collectis exercitibus, ex improviso supervenit prope civitatem de Camerin[1], ubi cancellarius cum paucis suorum convenerat, et iniectis in eum manibus, tenuit et in compedibus ligatum incarceravit: primo in castello quod vocatur Sanctus Flavianus, secundo incarceravit eum in Roca-wenais, tercio incarceravit eum apud Aquam-pendentem. Quo facto, tradidit eum Bonefacio fratri suo custodiendum, et ipse profectus est ad Manuelem imperatorem Constantinopolitanum, ut indicaret ei quid actum fuerat de cancellario imperatoris. Fredericus vero Romanorum imperator modis omnibus quibus potuit, nunc asperis, nunc blandis, temptavit eicere cancellarium suum a carcere quo retentus fuerat, set non potuit.

1179. Dec. 25. Anno ab incarnatione Domini 1180. Henricus rex Anglie, filius Matildis imperatricis, tenuit curiam suam die natalis Domini, que feria tercia evenit, apud Notigham[a]; cui festo
1180. interfuit Willelmus rex Scocie et comites et barones regni. Interim prefatus Philippus novus rex Francie, videns, quod pater suus paralitico morbo esset percussus, adhesit consilio Philippi comitis Flandrie, cuius consilio tirannidem cepit exercere in populo Gallicano et omnes quos noverat patri suo fuisse familiares sprevit et odio habuit; qui miserunt[b] frequenter nuncios suos ad Henricum regem Anglie, ut eis auxilium et consilium prestaret contra iniquas machinationes, quas Philippus comes Flandrie in detrimentum
Mart. 30. ipsorum et totius regni Francie machinabatur. Appropinquante media quadragesima Henricus rex Anglie iunior, qui iam per aliquod tempus moram fecerat in Normannia, transfretavit in Angliam ad Henricum patrem suum. Et indicato ei, qualiter Philippus rex Francie et Philippus comes Flandrie inique egerant adversus proximos suos, uterque, scilicet
Apr. 20. pater et filius, transfretaverunt in Normanniam ante pascha; ad quorum adventum regina Francie[2] et comes Teobaldus[3] et multi de regno Francie, quos prefatus novus rex odio habuit, venerunt in Normanniam, postulantes ab eis subsidium. Quod cum rex Henricus Anglie senior audisset, petitioni eorum adquievit et, habito cum suis consilio, cepit ab eis obsides et alias securitates, quod ab ipsius consilio non recederent. Et statim summonere fecit exercitum suum Anglie et Normannie et ceterarum terrarum suarum; quo audito, Philippus rex Francie similiter exercitum suum summonuit. Et interim statim post pascha predictus novus rex Francie per consilium Philippi comitis Flandrie venit in Flandriam et contra consilium omnium amicorum suorum de regno Francie cepit in coniugem filiam[4] comitis[5] de Eainou, filiam sororis[6] predicti Philippi comitis Flandrie. Et comes Flandrie concessit predicto regi Francie cum nepte sua fere totum comitatum suum Flandrie post decessum suum: scilicet totam terram de Vermedais usque ad Los[7]. Desponsata itaque filia comitis de Eainou regi Francie, comites et barones Francie indignati sunt. Interim Philippus rex Francie summonere fecit omnes archiepiscopos et episcopos et principes
Iun. 8. regni sui, tam clericos quam laicos, quod essent apud Senonem die pentecostes ad coronationem ipsius et uxoris sue. Quod cum Philippus comes Flandrie audisset, timens quod casu aliquo neptis sue unccio[c] et coronacio posset impediri, consuluit regi, ut anticiparet prefixum terminum sue coronacionis; quod ita factum est. Nam predictus rex Francie, adquiescens consilio comitis Flandrie, misit pro archiepiscopo Senonensi[8] et fecit se et uxo-
Mai. 29. rem suam coronari in monasterio Sancti Dionisii in ipsa die ascensionis Domini valde mane orto iam sole. Cum autem Willelmus Remensis archiepiscopus, avunculus regis Francie[9], audisset presumptionem predicti Senonensis archiepiscopi, doluit veementer et nuncios suos misit ad Alexandrum summum pontificem, conquerens sibi de vindicta. Interim Henricus rex Anglie, ad cuius clemenciam regina Francie et comes Theobaldus et quam plures de nobilioribus regni Francie tanquam exules et profugi, ut scriptum est, confluxerant, colloquium cepit apud Gisortium[10] cum novo rege Francie; in quo colloquio prefatus rex Anglie senior animum novi regis Francie nunc blandis nunc asperis adeo emollivit, quod contra consilium comitis Flandrie et Roberti Clement[11] et multorum aliorum, qui inter ipsum et matrem suam et avunculos suos volebant discidium, omnem maliciam et indigna-

a) Notingham tenuit, cui festo de mandato ipsius regis Henrici Willelmus rex Scocie interfuit, plures magnates regni sui secum ducens *I.* b) missi 2; unde illi, nunciis . . . missis *I.* c) uxoratio *I.*

1) Camerino. 2) Alix, mater Philippi II. 3) Blesensis. 4) Isabellam. 5) Balduini V. 6) Margarethae. 7) Lys flumen. 8) Guidone. 9) Philippi II. 10) Cf. Prutz l. l. p. 88. 11) Hic eques Philippum educaverat.

cionem, quam in animo adversus eos conceperat, remisit et eos in debitam familiaritatem 1180.
recepit, statuens, quod predicte regine Francie matri sue singulis diebus, quamdiu Lodowicus rex pater suus viveret, septem libras Parisinorum ad cotidianum victum solveret et post decessum patris sui totam dotem suam, qua rex Francorum Lodowicus eam die desponsationis sue dotavit, in integrum redderet, retentis tantummodo sibi castellis et munitionibus eiusdem dotis[a]. In eodem colloquio Henricus rex Anglie senior ad abundanciorem cautelam coram Philippo novo rege Francie fidelitatem et homagium recepit a Philippo comite Flandrie et conventiones inter eos factas renovavit[1], scilicet se singulis annis daturum predicto comiti Flandrie mille marcas esterlingorum recipiendas ad scaccarium; et ipse comes convencionavit ei, quod in recompensacione illarum mille marcarum teneret quingentos milites ad sumtus suos in obsequium domini regis Anglie singulis annis per spacium quadraginta dierum, quando inde summonitus fuerit. Et si dominus rex post illos quadraginta dies milites illos diutius retinere voluerit, liceat ei eos retinere ad stipendia sua quamdiu voluerit. . . . . . .

Interim Fredericus imperator Romanorum, magno congregato exercitu, hostiliter intravit in terram Henrici ducis Saxonie, nepotis sui, et castella et municiones obsedit, infregit et cepit, eo quod predictus dux noluit in curiam suam venire et stare recto super hiis que adversus eum loqueretur. Dicebat enim imperator ille, quod per defectum ducis amiserat Longobardiam, quia non permisit, quod exercitus sui eum sequerentur. Preterea imperator ipse dicebat, quod idem dux[2] profectus fuerat ad Manuelem imperatorem Constantinopolitanum in detrimentum ipsius et imperii Romani; et in multis accusabat[b] eum de fide lesa et periurio. Dux autem ille, timens iudicium curie avunculi sui, qui eum odio habuit, eo quod fidelitatem filio suo facere noluit, quem imperator coronari fecit et in regem consecrari de regno Allemannie contra electionem et voluntatem principum ac potentum Romano imperio subiectorum, in curiam imperatoris venire et ipsius stare iudicio non ausus erat. Significaverat ipse tamen imperatori, quod veniret in curiam suam, si dedisset ei salvum conductum eundi et redeundi; quod imperator ei nequaquam concedere voluit, sed postulavit iudicium curie sue de duce; qui cum accusatus esset de lesione maiestatis Romani imperii, in curiam suam venire et iudicio curie stare noluit. Et iudicatum est ab universis curie, ipsum ducem exheredandum sine aliqua misericordia. Quod cum nunciatum esset domino regi Anglie, cuius filiam primogenitam[3] idem dux Saxonie in coniugem duxerat, doluit veementer de inquietatione generi[c] sui, eo quod pro voluntate sua ei auxiliari non potuit propter locorum distancias[4]. . . . . . .

Eodem anno Manuel imperator Constantinopolitanus obiit, et Alexius, filius eius, qui filiam[5] regis Francie[6], ut dictum est[7], in uxorem duxerat, loco ipsius factus est imperator Constantinopolitanus. Defuncto itaque Constantinopolitano imperatore, Cristianus Maguntinus archiepiscopus, Romani imperii cancellarius, audiens, quod Cohenredus[8], qui eum cepit, aberat, convenit Bonefacium, qui eum incarceratum tenuit, promittens ei, quod, si permisisset eum liberum abire, redderet ei 12 milia perperorum, que Cohenredus, frater eius, illi pro pace facta inter eos dederat; et ita factum est. Et tali modo liberatus est predictus cancellarius de manibus inimicorum suorum, postquam iacuerat in carcere per spacium unius anni et trium mensium[9]. . . . . . .

Deinde Ysakius[10] imperator consilio suorum duxit filiam[11] Bele regis Hungarie in
uxorem, de qua[12] genuit filios et filias; quarum unam[13] filius Tancredi regis Sicilie primo- 1192.
genitus Rogerus in uxorem duxit[14]. Ipse vero sororem[15] suam dedit Conrado marchiso
in uxorem. Qui seditione in civitate Constantinopolis nobilissimum quendam[16] interfecit; et 1186.
relicta uxore sua[17], sorore Ysakii imperatoris, venit ad civitatem Tyri eodem die, quo Wido 1187. Iul. 4.

a) *quae sequuntur usque ad a.* 1189. *des. 1.* b) acusabat 2. c) generis 2.

1) Cf. Varenbergh, 'Relations entre la Flandre et l'Angleterre' p. 63. 79. 86. 2) A. 1172. Hierosolyma peregrinans. 3) Mathildem. 4) Cf. Prutz l. l. p. 86. 5) Agnetem. 6) Ludovici VII. 7) Ed. Stubbs I, p. 239. 8) Montisferrati; cf. supra p. 99. 9) Cf. Prutz l. l. p. 58—62; Varrentrapp l. l. p. 96. 10) Angelus, Constantinopolitanus. 11) Margaretham. 12) Potius de priore uxore. STUBBS. 13) Irenem, quae postea Philippo fratri Henrici VI. nupsit. 14) Matrimonium numquam perfectum esse, censet Toeche, 'Heinrich VI.' p. 545; contra quem Winkelmann, 'König Philipp' p. 3, nostro assentiri velit. 15) Theodoram. 16) Theodorus Branas dici videtur. 17) Cf. Ilgen l. l. p. 94.

rex Ierusalem captus est a Saladino; et audiens quid accidisset ei, remansit ibi et a plebe civitatis receptus est et factus est illorum dominus. . . . . . .

1180. Eodem anno Philippus comes Flandrie maritavit duas neptes suas, filias Mathei comitis Bolonie, fratris sui: unam illarum[1], scilicet primogenitam, comiti Gerres[2] et alteram illarum[3] filio[4] ducis[5] de Luvain contra voluntatem et prohibitum domini sui regis Anglie, adversus quem idem comes Flandrie fide et sacramentis tenebatur, quod prefatas neptes suas nemini maritaret, nisi consilio et voluntate ipsius.

1180. Dec. 25. Anno 1181. . . . festo dominice nativitatis . . . peracto, idem rex[6] statuit per totam ter-
1181. ram suam transmarinam puplico edicto precipiens[a], ut unusquisque habens[b] centum libras Andegavensium[c.7] in catallo [haberet[d]] et[e] equum et arma militaria, scilicet loricam, scutum, gladium et lanceam et cetera usui militari neccessaria. Precepit etiam, quod unusquisque[f] habens in catallo 40 libras[g] Andegavensium vel 30 vel 25 libras[h] ad minus haberet aubergellum* et lanceam et gladium. Precepit etiam, quod omnes[i] ceteri haberent wambasiam, capellum ferreum, lanceam et gladium vel arcum et sagittas. Prohibuit etiam[k], ne aliquis arma sua venderet**, sed cum moreretur[l], daret ea[m] propinquiori heredi suo. [n]Philippus vero[o] rex Francie et Philippus comes Flandrie, audientes[p], quod[q] rex Anglorum tale edictum fecerat per terras suas, preceperunt, quod homines sui simili modo armarentur. Eodem anno [obiit[d]] Iohannes[8] Carnotensis episcopus. . . . . . .

Dum autem hec fierent in Normannia coram rege Anglie, Philippus comes Flandrie magnum congregavit exercitum, volens illum promovere in terram domini sui regis Francie et contra prohibitionem suam obsidere quoddam castellum[9] comitis[10] de Claro-monte. Quod cum regi Francie notuisset, significavit regi Anglie, qui iam ad mare pervenerat ad transfretandum, propositum comitis Flandrie, postulans, quod, sicut eum et honorem regni Francie diligebat, veniret ad eum cum festinatione in Franciam. Quo audito, rex precepit familie sue transfretare in Angliam, paucis navibus ad opus suum retentis. Ille vero cum festinatione adiit dominum suum regem Francie et cepit colloquium inter ipsum et comitem Flandrie apud Gisortium; cui colloquio interfuit rex Francie. Et auditis hinc inde controversiis, que vertebantur inter eos, tandem eos pacificavit. . . . Post paucos vero dies naves
Iul. 26. ascendit et septimo Kalendas Augusti applicuit in Angliam. . . . . . .

Interim Alexander papa tercius senio et gravi infirmitate detentus, 22. anno papatus sui viam universe carnis ingressus, migravit ad Dominum in ipsa beati Mathei apostoli
Sept. 20. vigilia, mense Septembris, duodecimo Kalendas Octobris[11]. Cui in apostolicatu successit Imbaldus episcopus Hostiensis cardinalis et vocatus est Lucius papa tercius. . . . . . .

Dec. Interim Philippus comes Flandrie ante natale in adventu Domini magnum congregavit exercitum et contra prohibitionem Philippi domini sui, regis Francie, promovit illum in terram comitis de Claro-monte, et eam circumquaque devastavit et combussit et homines interfecit, et commovit in iram adversus prefatum regem Francie fere omnes potentiores Francie; itaque insurrexerunt in eum. Quod cum iuniori regi Anglie, qui post recessum patris sui in Normannia moram fecerat, innotuisset, magnum congregavit exercitum et venit ausiliari prefato regi Francie, cuius sororem[12] in uxorem duxerat. Cumque comes Flandrie audisset illius adventum, noluit cum eo bellum inire, sed exercitus suos revocavit. Fuit igitur summa et principalis huius prefate guerre causa, quod Philippus rex Francie, spreto amicorum et avunculorum suorum consilio, adhesit consilio Henrici regis Anglie, filii Matildis imperatricis. Unde factum est, quod Willelmus Remensis antistes et comes Teobaldus[13] et comes Stephanus[14], avunculi predicti regis, dolentes se esse despectos, nite-

*) et capellum ferreum *add. H.*
**) vel invadiaret *add. H.*

a) Post natale Domini st. p. omnes terras s. tr. ut *H.* b) haberet 2; homo habens c. *H.* c) Andegavensis monete in *H.* d) *deest* 2. e) hab. eq. *H.* f) militaria plenarie. Omnis autem homo hab. *H.* g) li. And. *des. H.* h) Andegavensis monete *hic add. H.* i) gladium. Ceteri autem omnes h. *H.* k) Et pr. ne *H.* l) moretur 2. m) illa *H.* n) Quod cum *add. H.* o) *deest H.* p) audissent *H.* q) quod r. A. — t. suas *des. H.*

1) Idam. 2) Gerardo III. 3) Mathildam. 4) Henrico. 5) Gotfridi. 6) Angliae. 7) Quatuor librae Andeg. efficiunt unam Anglicam. 8) Saresberiensis. Obiit a. 1180, Oct. 25. 9) Breteuil prope Beauvais; cf. Gislebert. Mont., SS. XXI, p. 531. 10) Radulfi. 11) Potius Aug. 30; cf. Jaffé l. l. p. 827. 12) Margaretham. 13) Blesensis. 14) Sacri-Caesaris.

bantur in regem nepotem suum insurgere. Et factum est, quod prenominatus comes Ste- 1181. phanus cuiusdam vicini sui terram contra regis prohibitum occupavit et occupatam vi detinuit[1]. Qui timens regis minas, accessit ad comitem Flandrie et homo suus inde devenit. Quod cum regi innotuit, prefatam terram saisiavit in manu sua et avunculum suum expulit. Comes vero Flandrie peciit sibi et Stephano comiti restitutionem fieri. Sed rex per consilium comitis de Claro-monte eam reddere noluit, et ideo prefatus comes Flandrie exercitum suum promovit, ut dictum est, in terram regis Francie. Interim appropinquante festo nativitatis dominice, Henricus rex Anglie moram fecit in Anglia. Dec

Anno itaque 1182. Henricus rex Anglie curiam suam tenuit die natalis Domini, que 1181. Dec. 25. feria sexta evenit, apud Wintoniam. Quo peracto, circa maritima moram fecit, prosperam auram exspectans ad transfretandum in Normanniam. Fiduciam enim habebat in Domino, 1182. quod, si ipse transfretasset, pacem componeret et firmaret inter regem Francie et comitem Flandrie. Adveniente igitur media quadragesima, predictus rex Anglie moram faciens Mart. circa maritima, multum contristabatur, quod aura impediente transfretare non poterat. Interim ante quadragesimam comes[2] de Gerros, qui neptem et heredem predicti comitis Mart. 7 Flandrie, filiam scilicet primogenitam Mathei comitis Bolonie, in uxorem duxerat, et N.[3] comitissa Flandrie, filia Radulfi de Peruna[4], qui pacem inter regem et comitem Flandrie disturbaverant[a], obierunt. De quorum nece plurimi gaudentes, grates solvebant Regi summo. Deus autem, exauditor orationis pauperum ad se clamancium, votum regis Anglie non despexit, sed provexit et tandem dedit ei auram tam diu desideratam et itineri suo neccessariam, ita quod ipse die alia naves intravit aput Portesmu et in crastino applicuit apud Barbefluctum. Cuius adventu puplicato, rex Francie et qui pacem desiderabant gavisi sunt de adventu ipsius. Ipse vero impiger acceleravit loqui cum rege Francie. Et cognita rei veritate et causa controversie, que vertebatur inter ipsum et comitem Flandrie, colloquium cepit inter illum et comitem ad pacificandos illos. Interim post pascha convenerunt ad Mart. 28. colloquium tractandum de pace facienda inter regem Francie et comitem. In quo colloquio[5] rex Francie et comes Flandrie per consilium et voluntatem regis Anglie pacem fecerunt inter se in hunc modum: scilicet quod terra, de qua controversia erat inter eos, remaneret in manu regis Francie vel militis qui eam amiserat; et comes Flandrie restauraret dampnum, quod ipse et sui fecerunt in terra regis Francie, scilicet de combustione et preda capta. Preterea idem comes tradidit regi Francie civitatem de Amiens et totam terram de Amiens et concessit ei reliquam partem terre sue usque ad aquam que vocatur Lis post decessum suum in maritagium cum nepte sua. Preterea quietum clamavit servicium comitis de Claro-monte. Et preterea idem comes in iure confessus est, quod Peruna cum pertinenciis suis, quam in maritagium recepit cum comitissa uxore sua, vadium suum erat, et concessit, quod dominus suus rex Francie eam acquietaret per 60 milia librarum. Preterea in eodem colloquio predictus comes reddidit domino regi Anglie cartam iuvenis regis et eum et fratres suos quietos clamavit ab omni conventione, que inter eos facta fuit tempore illo[6] quo guerraverunt patrem suum.

Interim Henricus rex Anglie misit nuncios suos, scilicet Willelmum de Aubermal[7] comitem suum[8] et quosdam alios familiares suos, ad Fredericum Romanum imperatorem[9], ut, si aliquo modo fieri posset, averterent iram et malivolenciam suam ab Henrico duce Saxonie, quem predictus imperator iam per iudicium comitum et baronum et aliorum principum terre sue in exilium misit, ita quod ipse dux pro rigore iusticiae iuravit in recessu suo, quod infra septennium non reverteretur nisi per misericordiam imperatoris. Similiter Philippus rex Francie et Philippus comes Flandrie nuncios suos miserant prece domini regis Anglie ad predictum imperatorem, postulantes, quatinus pro amore et peticione eorum micius cum prefato duce ageret. Ad quorum instanciam imperator pro amore et interventu regis Anglie relaxavit predicto duci quatuor annos de predictis septem annis et pro amore regis Francie unum annum et pro amore comitis Flandrie unum annum[10].

a) disturbaverat 2.

1) De castello Sancti-Bricii ad Ligerim [Saint Briçon] res agebatur ex Radulfo de Diceto. BOUQ. CONT. 2) Gerardus. 3) Elisabeth obiit Mart. 26. 4) Comitis Viromandiae; cf. infra p. 105. 5) Prope Silvanectum, Apr. 4; cf. Gisleb. p. 536. et Girald. Cambr. infra, ubi Henrici II. epistolam de hac re in Angliam missam afferemus. 6) A. 1173; vide supra p. 88. 7) Aumâle. 8) De Essex. 9) Cf. Scheffer-Boichorst, 'Friedrich I. letzter Streit' p. 59. 10) Haec disserit Prutz, 'Heinrich der Löwe' p. 352.

1182. Concessit autem dominus imperator propter honorem prefati ducis, nepotis sui, et propter honorem ducisse, filie regis Anglie, quod universi de terra eorum, qui cum eis ire vellent, licentiam haberent repatriandi. Preterea idem imperator concessit prefate ducisse pro amore regis Anglie patris sui, quod ipsa libere et in pace remaneret et totam dotem suam liberam et quietam haberet. Et si ipsa mallet cum domino suo in exilium ire, imperator concessit ei, quod custodes suos poneret ad dotem suam custodiendam. Appropinquante itaque termino, quo prefatus dux a terra sua et cognatione sua egredi debuerat, ipse et uxor sua cum filiis suis et cum comitibus et baronibus et dicioribus terre sue, quos mandaverat, egressi sunt de terra et cognacione sua et venerunt in Normanniam in terram patris ducisse. Interim rex Anglie, pater ducisse, profectus fuerat in Pictaviam ad debellandum inimicos. Qui cum audisset adventum ducis Saxonie et filie sue in Normanniam, festinavit venire ad eos. Quo cum venisset, cum gaudio suscepit eos. Et facta ibidem mora per paucos dies, prefatus dux dedit comitibus et baronibus et dicioribus terre sue, quos secum duxerat, licenciam repatriandi. Et ipse, accepta a domino rege licencia, peregre profectus est ad Beatum Iacobum[1]. Uxor vero sua, filia regis, remansit in custodia patris sui aput Argentomum[2] pregnans; et cum appropinquasset tempus pariendi, peperit filium[3]. Rex autem dedit dona plurima et honorificencia prefatis hominibus ducis, qui in patriam suam revertebantur, et dimisit eos. . . . . . .

1182. Dec. 25. 1183. Henricus rex Anglie tenuit curiam suam in Normannia aput Cadomum die natalis Domini que sabbato evenit; . . . interfuerunt . . . dux Saxonie et ducissa, filia regis Henrici. . . . . . .

1183. Sept. 29. Paulo ante festum sancti Michaelis Ranulfus de Glanvil, iusticiarius regis, et Iohannes, domini regis filius, per mandatum regis transfretaverunt inter Widsand et Doveram et applicuerunt in terram comitis Flandrie; a quo honorifice suscepti, in Normanniam profecti sunt. . . . . . .

De discordia inter papam et Romanos.

Eodem anno grave[a] discidium ortum est inter Romanos et papam Lucium[4] super consuetudinibus quibusdam, quas predecessores pape Lucii[b] Romanis facere solebant, quas papa Lucius se nunquam facturum iuravit[c]. Unde Romani indignati sunt et frequenter rapinas et iniquas combustiones fecerunt in terra domini pape. Dominus vero papa de loco in locum fugiens, castella sua et[d] municiones et civitates munitas adiit. Ad cuius defensionem Cristianus Maguntinus[e] archiepiscopus, domini[f] imperatoris cancellarius, magno congregato exercitu, advenit in[g] ausilium domini pape. Cui Romani resistere non valentes Romam redierunt; quos prefatus[h] cancellarius persequens, omnia ad Romanos pertinencia devastavit et eos usque ad portas civitatis Rome secutus est, omnia suburbana incendio tradens. Romani vero, cum vidissent[i] se perdicioni traditos, prodicioni[k] solite indulgentes, machinabantur, qualiter cancellarium illum[l] dolo interficerent. Et cum alter aditus defecisset, statuerunt illum veneno perdere; quod factum est[m]. Nam cum predictus cancellarius[n] et exercitus eius ab Urbe[o] per decem miliaria remoti essent, Romani direxerunt in paupere cultu legatos, qui statum curie addiscerent[p]. Qui cum totum statum[q] didicissent, inter cetera comperierunt unum quod[r] proelegerunt. Erat namque prope locum illum fons nitidissime aque, quam solitus erat cancellarius et exercitus eius vino mixtam bibere[s]. Fontem itaque aggressi sunt nefandi proditores ipsumque[t] undique veneno affecerunt, ita [ut[u]] aqua[v] manans corumperetur. Ut igitur potavit ex ea cancellarius, festine morti succubuit[5]. Mortui etiam sunt[w] post illum plus quam mille homines qui [de[u]] predicto fonte

a) o. e. g. d. *H.* b) predec. sui Rom. *H.* c) quas predictus p. iur. se n. f. *H.* d) et mun. *des. H.* e) Magustinus 2. f) Frederici Romanorum *add. H.* g) in aus. d. p. *des. H.* h) predictus *H.* i) vero videntes *H.* k) pr. so. ind. *des. H.* l) qu. predictum canc. do. *H.* m) ven. interficere et ita fecerunt *H.* n) cum canc. ille *H.* o) fere p. d. m. ab U. *H.* p) addicerent 2. *H.* q) to. esse di. *H.* r) quod perditioni illius preelegerunt *H.* s) potare *H.* t) pr. illi et ipsum u. aff. ve. *H.* u) *deest* 2. v) ma. a. *H.* w) Occubuerunt et. *H.*

1) Compostellae. 2) Argentan (dép. Orne). 3) Hunc nostri historici perperam cum Willelmo, qui non ante m. Iunium a. 1184. natus est (cf. p. 106), confundunt, nisi auctorem rationem temporum permutasse credideris. 4) Cf. Scheffer-Boichorst l. l. p. 45. 5) Aug. 25, febre, non veneno; cf. Varrentrapp l. l. p. 97.

potaverunt. Cum autem obitus cancellarii divulgatus[a] fuisset, exercitus eius dissipatus est 1183. et in fugam conversus. Defuncto[b] itaque prefato cancellario, Romani acrius insurexerunt in dominum papam.

Eodem[1] anno obiit comitissa Flandrie, filia Radulfi de Peruna. Qua defuncta, Philip- 1182. pus rex Francie calumpniatus est totam terram de Vermundeis; et hac de causa gravis discordia orta est inter regem et comitem Flandrie. Eodem anno obiit dux Saxonie[2], cui 1183. imperator ducatum illum, expulso duce Saxonie nepote suo, concesserat. Quo defuncto, ad instantiam precum domini regis Anglie promisit se redditurum predicto nepoti suo ducatum suum cum universis que eum contingebant. Qui cum venisset[3], sperans se recepturum, non invenit gratiam in oculis imperatoris et sic confusus reversus est ad regem Anglie, patrem uxoris sue. . . . . . .

Defuncta igitur comitissa Flandrie, Philippus comes Flandrie misit nuncios suos ad regem[4] de Portingal et petiit sororem[5] suam sibi dari in uxorem. Peciit et accepit. Que anno sequenti post festum nativitatis sancti Iohannis baptiste in Normanniam venit, et a 1184. Iun. 24. nunciis domini regis Anglie honorifice suscepta, per terram ipsius cum copiosa necessariorum amministratione conducta est usque ad castellum quod vocatur Poys[6], quod est in confinio de Puntovi et de Normannia; ubi predictus comes venit illi obviam, et sibi eam desponsavit, antequam terram ipsius ingrederetur. . . . . . .

1184. . . . Peracta igitur festivitate nativitatis Domini, dominus rex rediit in Nor- 1183. Dec. 25. manniam, desiderans pacem facere inter regem Francie et comitem Flandrie. . . . . . .

Interim papa Lucius misit nuncios suos ad regem Anglie, postulans ab eo et a clericatu 1184. Anglie ausilium ad defensionem patrimonii beati Petri contra Romanos[7]. . . . . . .

Interim rex Francie et comes Flandrie compromiserunt se in regem Anglie super controversiis que inter eos versabantur de terra de Vermundeis, quam rex Francie calumpniatus est adversus predictum comitem, dicens, quod ipse eam in maritagium concescerat ei cum nepte sua[8], filia comitis[9] de Aynou, si ipse comes Flandrie filium de uxore sua[10] legitime conceptum non habuit. Defuncta itaque uxore prefati comitis sine prole, idem comes peciit sibi in uxorem filiam regis de Portingal. Quod cum regi Francie innotuit, videns id non posse fieri nisi in preiudicium curie sue et iuris sui, de pactis inter ipsum et comitem contractis prohibuit comitem, ne uxorem duceret, nisi prius reddidisset ei terram de Vermundeis. Henricus vero rex Anglie, volens pacem facere inter eos, cepit colloquium inter eos aput Choisi[11]. In quo colloquio, cum inter eos non potuisset convenire, rex Anglie statuit treugas inter illos tenendas ab instanti festo nativitatis sancti Iohannis baptiste usque ad finem Iun. 24. anni sequentis; quod ex utraque parte concessum est.

Finito itaque colloquio, rex Anglie, qui iam duobus annis et eo amplius moram fecerat in Normannia, desiderans transfretare in Angliam, ad instanciam predicti comitis Flandrie concessit, quod per Flandriam iter faceret ad transfretandum in Angliam inter Witsand et Doveram; quod et factum est. Nam statuto termino comes Flandrie venit obviam domino regi Anglie, et eo honorifice suscepto et secure per terram suam usque Widsand conducto, omnia neccessaria ei copiose administravit. Rex vero in crastino quo ad Witsand venerat, mane diei dominice, scilicet quarto Idus Iunii, una sola nave contentus, cum paucis Iun. 10. transfretavit et applicuit in Angliam apud Doveram; et statim remisit eandem navem propter ducissam Saxonie, filiam suam, quam ipse dimiserat apud Witsand. Ipsa vero die Iun. 12. Martis proximo sequentis cum familia patris sui et sua, non sine gravi periculo, applicuit in Angliam apud Doveram, quassatis multis navibus. . . . . . .

In adventu itaque regis regina Alienor, que iam in custodia tenebatur, permissa exire, usque ad Wintoniam adducta est ad loquendum cum filia sua ducissa Saxonie, que in Anglia venerat pregnans, que paulo post peperit ibi filium[12]. . . . . . .

a) divulgaretur *H.* b) Defuncto — canc. *om. H, ubi tantum* Et

1) Potius 1182; cf. supra p. 103. 2) Otto dux Bavariae. De hoc errore cf. Scheffer-Boichorst l. l. p. 59. 3) Ad curiam Maguntinam a. 1184, Mai. 20; ib. 4) Alfonsum I. 5) Ita quoque Gisleb. l. l. *Therasia apud suos Portugalos, apud nos Mathildis* (Lamb. Ard. SS. XXIV, p. 641) erat filia Alfonsi, soror Sancii. Infra l. 28. *filia regis* vocatur. 6) Poix-de-Picardie (arr. Amiens). 7) Cf. Scheffer-Boichorst p. 46. 8) Isabella. 9) Balduini V. 10) Elisabeth. 11) A Clermont ad orientem. 12) Wilhelmum.

1184 Willelmus rex Scocie . . . . . . a domino Henrico rege honorifice suceptus, peciit ab eo sibi in uxorem dari neptem suam, scilicet Matildem, filiam Matildis ducisse Saxonie, licet consanguinei essent in tercio gradu ex parte regis Scocie et in quinto gradu ex parte puelle. Quorum consanguinitas sic computari potest: David rex Scocie et Matildis regina Anglie, uxor Henrici regis Anglie senioris, fuerunt frater et soror. David rex genuit Henricum comitem[1]; Henricus comes genuit hunc Willelmum regem Scocie, qui hanc puellam peciit sibi in uxorem. Ecce et pars altera consanguinitatis: Matildis regina Anglie fuit mater Matildis imperatricis Rome; ipsa vero imperatrix fuit mater regis Anglie Henrici secundi; iste vero rex Henricus genuit Matildam ducissam Saxonie; ista ducissa mater est Matildis puelle, quam rex Scocie peciit. Cui dominus rex Anglie respondit, rem bene processuram, Deo volente; sed dominum papam prius inde oporteret consulere, cuius consensu gratius negocium expleretur. . . . . . .

Interea dux Saxonie Henricus applicuit in Angliam aput Doveram, et usque Lundonias veniens, cum audisset, quod uxor sua, filia regis, Wintonie esset, illuc profectus est; cui rex ibidem obvius venit, cum magno gaudio suscipiens illum. . . . . . .

Interim puplicato predicti ducis adventu in Anglia, gaudens, ut dictum est, occurit ei
Aug. 5. rex et secum duxit usque Redinges. Ubi Nonas Augusti . . . congregati erant fere omnes
Aug. 16. episcopi . . . Episcopi convenerunt coram rege proxima feria quinta sequentis septimane apud Wdestocke[2] ad providendum, quid agendum sit in tali eventu[3]. Quibus ibidem convenientibus et inde tractantibus, placuit dominum papam consulere super hoc; et sic unusquisque rediit in locum suum. Post paucos igitur dies venit Cantuariam archiepiscopus Colonie[4] in peregrinatione ad sanctum Thomam, habens secum Philippum comitem Flandrie. Quorum prenunciato adventu, venit ei obviam rex, suscipiens eos aput Doveram cum omni gaudio et honore; et facta peregrinatione[5], duxit eos rex Lundoniam; ibique diu tractavit cum eodem archiepiscopo de facienda pace inter ipsum et ducem Saxonie. Calumpniabatur enim archiepiscopus ducem de sibi illatis ab eo iniuriis. At rex iram archiepiscopi adeo mitigavit, quod promisit, se duci fidem servaturum, et eum in amorem recepit; atque inter cetera, que archiepiscopus ex parte domini sui Frederici[a] imperatoris a rege Anglie pecierat, impetravit, ut Ricardus comes Pictavie filiam imperatoris duceret in uxorem[6]; factaque ex utraque parte securitate, archiepiscopus repatriavit. . . . . . .

Nov 30. Appropinquante festo sancti Andree, rex et . . . dux et ducissa Saxonie venerunt Lundonias per mandatum regis. . . . . . .

De gwerra inter regem Francie et comitem Flandrie.

Eo tempore[7] Philippus rex Francie volens vindicare iniurias sibi illatas a Philippo comite Flandrie[b], homine suo ligio, maxime quia noluit ei dare terram de Vermundoys, quam ille promiserat cum nepte sua, nec his stare iuri voluit, de suis et de alienigenis plurimo congregato exercitu, intravit terram predicti comitis in manu potenti et brachio extento et civitates, villas et castella[c] et munitiones cepit. Omnia merore plena et horrore erant quecunque contingebant Braibaceni, quorum copiam rex adduxerat. Comes vero non sustinens conflictum gentis regie, eciam cum secum haberet Willelmum de Albemara[8], qui venerat sibi in ausilium, sed fugiens de loco ad locum, iamque desperans de evasione, misit[9] ad Fredericum imperatorem Romanorum, petens ausilium contra regem Francie et promittens, quod, si voluisset regnum Francie Romano subiugare imperio, fideliter eum cum omni gente sua iuvaret. Idque de facili fieri asserebat, tum quia puer ipse rex, tum quia ipsum odio habebant plures de maioribus regni, tum etiam quia longe inferior fuerit imperatore in armis et hominibus et diviciis impotencior. Extitit sane causa principalis inter regem et comitem gwerre, quia, cum esset[10] in Anglia cum archiepiscopo Colonie,

a) Frderici 2. b) Frandrie 2. c) succendit *supplent edd.*

1) De Huntingdon et Northumbria; obiit a. 1152. ante patrem. 2) Woodstock. 3) Archiepiscopo Cantuariensi eligendo. 4) Philippus de Heinsberg; cf. Prutz l. l. p. 186; Toeche, 'Heinrich VI.' p. 39. 5) Cantuariam. 6) De connubiis inter principes Angliae et Germaniae aut petitis aut contractis doctissime tractat Stubbs, Praef. ad Hoveden II, p. LXXXV sqq. 7) Cf. Prutz l. l. p. 195—197. 8) Comitem de Essex. 9) Cf. Toeche l. l. p. 51. 10) Scil. Philippus comes Flandriae.

1184. comes de Haynou, pater regine Francie, firmavit quoddam castellum in terra comitis Flandrie. Quod cum comiti nunciatum esset, rediit in Flandriam, et cum eo archiepiscopus Colonie. Statimque congregato exercitu, intraverunt terram comitis de Haynou, comite Flandrie ex una parte et archiepiscopo ex altera parte terram predicti comitis devastantibus.

Interim redierunt a curia domini pape nuncii regis Scocie, quos miserat pro querenda licencia ducendi filiam ducis Saxonie in uxorem, sed impetrare non potuerunt propter propinquitatem cognationis, ut supra[1] dictum est. Eodem anno obiit in Normannia Rogerus[2] Sagiensis episcopus, et imperatrix[3], uxor imperatoris Frederici, et filia eorum, quam ducturus erat Ricardus comes Pictavie, ut supra[1] dictum est. Interim sollicitus rex[a] de pace facienda inter imperatorem et ducem Saxonie*, misit[b] Hugonem de Nonante[c] archidiaconum[d] Luxoviensem[4] et quosdam alios de clericis et familiaribus suis ad papam Lucium, supplicans, ut ipse iram imperatoris mitigaret versus ducem Saxonie[e]. Venientibus itaque[f] ad curiam summi pontificis in Veronia civitate Longobardie[g], et moram ibi cum (Nov. 4.) papa facientibus nunciis, advenit[h] imperator ad colloquendum pape[i, 5]. Ad cuius instanciam concessit imperator[k] duci Saxonie licenciam redeundi in patriam[l]. Et relaxavit ei[m] sacramentum, quod ipse in recessu prestiterat, scilicet se nunquam in terram suam reversurum nisi de mandato et licencia ipsius[n]. Et summus pontifex[o] absolvit eum a iuramento[p] quod fecerat imperatori[q]. . . . . . .

1184. Dec. 25. Anno 1185. Henricus rex Anglie, filius Matildis imperatricis, tenuit curiam suam in Anglia aput Windeshoveres[6] cum sollempni festo die nativitatis dominice, que tertia feria evenit. Cui festo per mandatum ipsius interfuerunt Alienor regina Anglie, uxor ipsius, Ricardus comes Pictavie et Iohannes, filii ipsius, et Henricus dux Saxonie cum Matilla uxore sua, filia regis, et cum filiis et filiabus suis. . . . . .

1185. Ian. 1. Ian. 6. Dominus vero rex perrexit usque Wintoniam et ibidem moram fecit in festo circumcisionis et epiphanie Domini. Dum igitur ipse ibi moram faceret, venerunt ad eum Hugo de Nonant et ceteri nuncii sui, quos ad papam Lucium miserat et ad Fredericum Romanum imperatorem[9] pro negocio predicti ducis Saxonie. Cum vero rex a predictis nunciis didicisset tam verbo quam literis domini pape et imperatoris, quod omnes petitiones[r] sue, quas eis per illos nuncios suos de negocio ducis fecerat, plenius exaudite et optatum finem consecute essent, gavisus est gaudio magno, et statim misit pro Alienor regina sua et pro duce et ducissa, qui moram faciebant aput Windesovere. Quibus indicavit omnia que audierat de nunciis suis, qui redierant a curia domini pape et domini imperatoris, et sic plurimum letificavit ipsum ducem et ducissam[7]. Et per consilium eorum remisit statim quosdam de familiaribus suis ad dominum papam et ad imperatorem, solvens eis grates super misericordia quam fecerunt cum duce et ducissa. Interim Philippus rex Francie et Philippus comes Flandrie iam sepius per consilium amicorum plures dies colloquii inter eos ceperant de pace vel treugis inter eos faciendis; sed in nullo potuit inter eos convenire; sed frequenter miserunt nuncios suos ad regem Anglie, postulantes, ut ad eos veniret, pacem vel treugas inter eos facturus[s]. Ad quorum instantiam dominus rex misit in Normanniam, ut eorum colloquiis interessent, Walterum de Constanciis episcopum Lincolnie, Iohannem episcopum Norwicensem, Godefridum de Lucy archidiaconum de Richemund. Et dedit Wal-

*) inter d. S. et imp. Fredericum consilio archiepiscopi Coloniensis *H.*

a) Eodem anno dominus r. Anglie soll. *H.* b) nuncios suos videlicet *add. H.* c) Nunant *H.* d) Lex. arch. *H.* e) ad L. summum pontificem ut auxilio illius prefatus imperator recepisset du. Sa. in amorem *H.* f) Venientes i. nuncii regis *H.* g) ad cu. domini pape, invenerunt eum in Italia apud Veronem *H.* h) et dum i. m. c. eo facerent venit illuc Fredericus Romanorum imp. *H.* i) loquendum cum domino papa *H.* k) inst. predictus i. dedit *H.* l) suam *add. H.* m) omne *add. H.* n) sacr. q. ei fecerat de exilio exsequendo *H.* o) Et dominus papa *H.* p) de sacramento illo *H.* q) ipse im. f. *H.* r) petiones 2. s) faturus 2.

1) V. supra p. 106. 2) Frogerius, ob. 1184, Sept. 14. 3) Beatrix; cf. Prutz l. l. p. 210. 4) Fusius de eo agit Stubbs, Praef. ad Hoveden III, p. LIII. 5) Cf. Prutz l. l. p. 200. 6) Windsor. 7) Tribus annis post, circa mensem Aprilem a. 1188. conventus Cantuariensis Henrico et Mathildae epistolas (Epp. Cantuar. ed. Stubbs p. 158) dedit, quibus de Baldwino archiepiscopo ecclesiam clericorum ex bonis monasterii cathedralis fundaturo conqueritur: *Regi Anglorum scribere dignemini, quatenus archiepiscopum ab oppressione nostra cohibeat.*

1185. tero Lincolniensi episcopo licentiam remanendi in Normannia ad archiepiscopatum Roto-
magi, ad quem ipse electus fuerat, quia summus pontifex iam eum absolverat a cura pasto-
rali Lincolniensis ecclesie, et ratam habens[1] eleccionem suam, confirmavit ei archiepisco-
patum Rotomagensem et pallium ei misit. Sed antequam predicti nuncii regis in Franciam
Iun. 24. venissent, rex Francie et comes Flandrie treugas[2] inter se ceperant usque nativitatem sancti
Iohannis baptiste proximo venturam[a]. . . . . . .

Interim dominus rex precepit, quod regina Alienor et dux Saxonie et ducissa ad eum
Apr. 28. venissent in Normanniam; qui statim post clausum pascha transfretaverunt inter Doveram
et Witsant. . . . . . .

Dec. 6. Eodem anno obiit papa Lucius circa festum sancti Nicholai[3]. Cui successit Urbanus
papa tercius. . . . . . .

1186. Interim summus pontifex, noticiam sui volens ad omnes sancte matris eclesie filios
Ian. 12. pervenire, eis in hac forma scripsit: . . . *Celestis altitudo consilii. . . . Datum Verone pri-
die Idus Ianuarii*[4].

1186. . . . Rex Anglie . . . volens in Angliam transfretare, venit usque Barbefluctum,
Apr. 27. et ibi navem ascendens, applicuit apud Suthamtoniam 5. Kalendas Maii. Et adduxit secum
Alienor reginam et Matildem, neptem suam, filiam scilicet Henrici ducis Saxonie. . . . . . .

Interim Bela rex Ungarie misit nuncios suos regi Anglie et peciit ab eo Matildam, filiam
ducis Saxonie, neptem suam, sibi dari in uxorem. Et cum dominus rex Anglie, ut mos suus
erat, predictis nuntiis regis Hungarie responsum dare differret de die in diem, ipse rex Hun-
garie misit nuncios suos ad Philippum regem Francie et peciit ab eo sibi dari Margaretam,
sororem suam, que exstiterat regina Anglie[5]. Cuius peticioni[b] Philippus rex Francie
facilem prebebat assensum et Margaretam[6], sororem suam, in uxorem misit regi Hunga-
rie. . . . . . .

Rex . . . allocutus est ipsum regem Scocie in his verbis: . . . 'Iam dudum[7] collocuti
sumus de nepte mea, filia ducis Saxonie, tibi, si fieri posset, maritanda. Et quia id fieri
christiane legis institutio propter consanguinitatis proximitatem non permittit, tibi dabo in
uxorem quandam consanguineam meam, scilicet Ermeniardem, filiam Ricardi[8] vicecomitis
de Bello-monte, nepotis dilectissimi domini et avi mei Henrici regis Anglie'. . . . Dedit
prefato regi Scotie predictam puellam in uxorem. Quam ipse suscipiens, sacri lege matri-
monii et maritali federe sibi copulavit apud Wdestoke in maiori capella regis Nonas
Sept. 5. Septembris.

Interim clerici domini regis, quos ipse ad Urbanum papam miserat, conquerens sibi de
iniuriis quas Savaricius archidiaconus de Notinham[9] sibi fecerat, redierunt. Et peractis in
curia Romana negociis domini regis, literas summi pontificis[10] in hac forma regi tradide-
runt: . . . *Cum personam tuam* . . . . . .

1187. Febr. 17. Anno 1187. . . . rex Henricus . . . die Martis proxima post caput ieiunii, scilicet
decimo tertio Kalendas Marcii, iterum mare intravit et applicuit aput Witsant, ubi habuit
sibi obvios Philippum comitem Flandrie, comitem Teobaldum[11] et comitem de Gynes[12] et
alios multos de comitibus et baronibus de regno Francie, qui eum et suos cum gaudio reci-
pientes[13], salvum conductum usque in Normanniam fecerunt. . . . . . .

Hiis ita gestis et ita se habentibus inter Philippum regem Francie et Henricum regem
Anglie, Fredericus Romanorum imperator misit exercitum suum cum rege filio suo[14] in Lom-
bardia; in quo predictus rex Francorum magnam fiduciam ei ausiliandi contra regem Anglie[15]
habebat. . . . . . .

a) venturum 2. b) pecioni 2.

1) A. 1184, Nov. 17. ap. Jaffé l. l. nr. 9639. 2) Consentit Gisleb. l. l. p. 546. 3) Potius Nov. 25. 4) Cf. Jaffé l. l. nr. 9789. 5) Uxor Henrici (III) regis iunioris. 6) Haec iterum affert paullo inferius, ed. Stubbs p. 360. 7) V. supra p. 106. 8) Huius mater Constantia erat filia notha Henrici I. 9) Potius *Norhamton;* de quo cf. supra p. 79. et infra ad Hovedenium a. 1193. 10) Jaffé l. l. nr. 9837, d. Iul. 1186: *Cum Henricus II. grave ferret, quod papa mandaverat Savaricii archidiaconi redditus ei pro solvendis debitis assignari, mandat, ut Cantuariensis archiepiscopus redditus penes se reservet, regem autem misericordiam pro Savarico appellat.* 11) Blesensem. 12) Balduinum II. 13) Tunc de bello contra regem Franciae gerendo tractatum fuisse, coniicit Prutz l. l. p. 279. 14) Cf. Toeche l. l. p. 80; Prutz l. l. p. 280. 286. 15) Henricus VI. a. 1185, m. Nov. ad patrem in Lombardiam venit; etiam postquam imperator aestate a. 1186. in Germaniam rediit, Guelfos in Italia debellavit. Philippus II. vero non ante a. 1187. in.

Facto congressu cum Saladino, christianorum exercitus devictus et rex Ierusalem captus 1187. Iul. 4. est. . . . . . .

Hiis auditis, dominus papa Urbanus plurimum contristatus, quod hec in diebus suis accidissent, in gravem incidit infirmitatem; qua decoctus, infra tercium diem post festum Luce euangeliste migravit e seculo apud Ferrariam, 13. Kalendas Novembris[a]. Cui suc- Oct. 20. cessit 11. Kalendas Novembris[a] Albertus, cancellarius suus, et vocatus est Gregorius octa- Oct. 22. vus. Qui statim fecit Octovianum cancellarium suum, qui, ut supra[1] dictum, missus fuerat in Angliam cum Hugone de Nunant a papa Urbano. Interim magister Petrus Blesensis[2] scripsit Henrico regi Anglie:

Epistola magistri Petri Blesensis ad Henricum regem Anglie.

Audivimus, quomodo Ierusalem destructa est, et quomodo crux in qua Christus nos redemit capta est; rex Ierusalem in Babylonem ductus est; omnes civitates et munitiones preter Ascalonem et Tripolim capte sunt; et adhuc, utrum Ierusalem poterit canibus immundis resistere, dubitatur. Dominus rex Sicilie, auditis his rumoribus, statim se cilicio induit, et per quatuor dies plangens et a facie hominum se abscondens, illi terre succurrere pro posse suo anxie et constanti devotione promisit. Cardinales autem de assensu domini pape inter se firmiter promiserunt, quod, abiectis omnibus divitiis et deliciis, predicabunt crucem Christi, non solum verbo, sed opere et exemplo, et euntes mendicando accipient crucem primi et predicabunt et precedent alios in terram Ierusalem. Statuerunt etiam de assensu domini pape firmissimas treugas inter omnes principes christianitatis usque ad septennium, ita quod, quicunque guerram contra christianum medio tempore moverit, maledictioni Dei et domini pape atque excommunicationi omnium prelatorum universalis ecclesie subiacebit. Firmiter etiam inter se promiserunt, quod de cetero nulla munera recipient ab aliquo, qui causam habeat in curia, sed ea tantum recipere poterunt que fuerint pro eorum necessitate et sustentatione donata vel missa, et non ascendent in equum, quamdiu terra in qua steterunt pedes Domini fuerit sub pedibus inimici. Valete[3].

Audientes igitur principes terre mandata et admonitiones Gregorii pape, viribus totis hanelabant ad liberationem terre Ierusalem. Sed prefatus Gregorius vix per duos[4] menses in papatu moram faciens, gravem incidit infirmitatem. Qua vehementer decoctus, vitam finivit, universe carnis viam ingressus apud Pyse, et ibi sepultus est. Cui successit Paulus Prenestinus episcopus, et vocatum est nomen eius Clemens papa tertius. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini[b] 1188. . . . rex Anglie[c] reversus est in Normanniam 1188. usque[d] Gisorcium, et accepto colloquio[5] inter ipsum et predictum[c] regem Francie inter Trye[e] et Gisorcium, die sancte Agnetis virginis et martyris, duodecimo Kalendas Februarii[f] Ian. 21. convenerunt illuc[g] cum archiepiscopis et episcopis et comitibus et baronibus regnorum suorum. . . . In susceptione crucis ad distinguendam[h] gentem suam . . . [i]comes Flandrie cum gente sua cruces[k] virides suscepit. . . . . . .

Mense Augusti in urbe Romulea tanta fiebat aeris coruptio, quod multi cardinales et diciores Urbis cum innumera plebis multitudine interierunt. . . . . . .

Interim comes[l] Flandrie et comes Theobaldus et ceteri comites et barones de regno Francie, contra[m] quorum consilium rex Francie guerram fecerat, arma[n] sua deposuerunt, dicentes se nunquam gestaturos contra[o] christianos, donec redirent[p] de peregrinatione

a) *ita H.;* Octobris 2. b) gratie *H.* c) *deest H.* d) u. G. *des. H.* e) Gis. et Trie *H.* f) du. K. Feb. die s. A. v. et m. *H.* g) illud 2. h) cognoscendam *H.* i) Philippus *add. H.* k) susc. c. vir. *H.* l) Comes vero F. *H.* m) contra qu. — fecerat *des. H.* n) Francie dep. arma sua *H.* o) dic. quod n. arma gestarent co. *H.* p) redierint *H.*

coniuratione archiepiscopi Coloniensis, inimici imperatoris, abiecta, foedus cum Friderico iniit. 1) Ed. Stubbs II, p. 4: *ad coronandum Iohannem filium suum* (sc. regis Henrici II) *in regem Hibernie.* 2) Ep. 219. ed. Giles; multis annis postquam haec scripta sunt collectio epistolarum Petri prodiisse videtur; cf. Stubbs ad Hoveden III, p. 148, quo loco schedula agglutinata *Epistola magistri Petri Blesensis pro Willelmo Elyensi episcopo* additur, quae nostro et Rogeri genuino textui deest. Urbani III. mortem, quam praesens vidit, Petrus ep. 152. descripsit. 3) Sequuntur bullae Gregorii VIII, ap. Jaffé, Reg. nr. 9984 sq. 4) Fere tres: Oct. 21 — Dec. 17. 5) Hac pace crucis suscipiendae causa inita, Henricus II. archiepiscopum Coloniensem adversus imperatorem regemque Franciae adiuvandum deseruit; qui mox Friderico reconciliatus est.

1188. Ierosolimitane profectionis[a]. Tunc rex prefatus[b] Francie auxilio suorum destitutus, petiit a rege Anglie colloquium. Quo concesso, habuerunt colloquium apud Castellum[1] in Oct. 7. crastino sancte Fidis virginis . . . Ab invicem discordes discesserunt.

Rex vero Francie[c] inde recedens, cepit castrum de Palud[d.2], et transitum faciens per Castrum-Radulfi[3], inde[e] duxit ruttam Braibancenorum Teutonicam usque Biturum[f.4], promittens eis bene stipendia sua. Sed apud Biturum[f], iniectis in eos manibus, abstulit eis omnes[b] equos suos et arma et pecuniam universam et eos inermes et nudos eiecit. . . . . . .

1189. Ian. 13. Rex Francie et rex Anglie statuerunt treugas usque festum sancti Hilarii. Interim 1188. dominus papa Clemens . . . Henricum Albanensem episcopum cardinalem misit ad eos ad pacem inter eos reformandam. Sed ipse ad neutrum illorum ante diem colloquii declinare voluit, ne suspectus hinc vel inde haberetur, sed in Flandriam perrexit ad Philippum comitem et ibi moram fecit, usque dum dies colloquii appropinquasset. . . . . . .

Interim Henricus Albanensis episcopus cardinalis obiit in Francia[5]. Audiens itaque Fredericus Romanorum imperator, quod nobilis civitas Antiochie reddita erat Saladino, nisi habuerit celerem succursum, divina inspirante gratia ad succurrendum illi totis viribus anhelabat. Et sicut virum prudentem et circumspectum decebat, satis provide sibi et itineri suo necessaria preparabat. Inprimis enim reconciliavit se Deo et ecclesie et Clementi summo pontifici et omnes homines suos, scilicet Romanos, Longobardos, Burgundos, Teutonicos, Alemannos, Bauderos[6], Suavos, Saxones, Alpinos, Ruthones, Tuscos et alias nationes imperio Romano subiectas, pacificavit et eos sibi et imperio Romano pacem servaturos iurare fecit[7]. Deinde elegit sibi viros sapientes et in armis militaribus doctos et sepius expertos de omnibus terris suis, quos novit probiores, et adduxit eos secum ad destruendum inimicos crucis Christi. Et statuit eis terminum conveniendi in unum apud 1189. Apr. 23. Ravinsburg[8] ante festum sancti Georgii, ita quod parati essent illo die iter Ierosolimitane 1188. profectionis arripere; et sic unusquisque ad sua reversus est ad preparandum sibi necessaria. Quos[9] autem habebat suspectos et qui cum illo ire nolebant, misit in exilium et iurare fecit illos, quod non redirent in terram suam, antequam[g] anni proximo sequentes preterirent. Unde factum est, quod Henricus dux Saxonie, nepos suus, qui Matildam filiam Henrici regis Anglie in uxorem duxerat, missus est in exilium, sacramento prestito, quod non esset rediturus in terram suam infra predictum terminum. Deinde idem imperator misit nuncios[10] suos ad Isakium imperatorem Constantinopolitanum ad habendum salvum conductum transeundi per terram suam, et alios premisit nuncios, qui prepararent sibi et exercitui suo necessaria in omni loco quo erat ipse venturus. Deinde tradidit Henrico, filio suo, regi Alemannie, imperium suum et omnes alias terras suas custodiendas. Eodem anno obiit Henricus cardinalis . . .[h.11], quondam abbas Clarevallis, apud Arraz in Flandria et ibi sepultus est. . . . . . .

Eodem anno Fredericus Romanorum imperator et filius eius dux Alsatie et Suevie et multi duces et archiepiscopi et episcopi et comites et barones de terris eorum crucem acceperunt. . . . . . .

1189. Anno ab incarnatione Domini 1189. . . . Interim Fredericus Romanorum imperator, magno congregato exercitu Teuthonicorum et Longobardorum et Alemannorum et aliarum Apr. 23. multarum gentium, die sancti Georgii recedens a civitate sua de Rainesburc, iter Ierosolimitane profectionis arripuit, transitum facturus per terram imperatoris Constantinopolis. Omnes[12] enim principes imperii sui, qui secum ire nolebant, fecit iurare, quod irent in exilium, non redituri ante finem triūm annorum proximo subsequentium. Unde factum est, quod Henricus dux Saxonie, gener Henrici regis Anglie, in exilium missus, eo quod ipse cum impe-

a) per. sua Ierosolimitana *H.* b) *deest H.* c) Et r. Fr. *H.* d) Paluel *H.* e) du. in. *H.* f) Byturum *H.* g) tres *supplendum videtur, v. infra l.* 46. h) *spatium vac.* 2.

1) Châtillon. 2) Palluau (arr. Châteauroux). 3) Châteauroux (dép. Indre). 4) Bourges. 5) Haec infra l. 36. iterum scribuntur. 6) Bavaros? 7) Fortasse de concilio ad pascha a. 1188. Maguntiae habito loquitur. 8) Regensburg; cf. Prutz l. l. p. 306. 9) Nostrum veritatem hic et paullo inferius, ubi eadem occurrunt, egressum reprehendit Prutz l. l. p. 311, n. 3. 10) Cf. Prutz l. l. p. 307. 11) Albanensis; vide l. 14. 12) Vide supra l. 27.

ratore ire noluit nec filium suum primogenitum[1] cum eo ire permittere voluit sine consilio regis Anglie, avi sui, venit in Angliam, et non invento rege, transfretavit ad eum de Anglia in Normanniam. Predictus imperator[a] Romanorum, multo tempore antequam de sua terra exiret, premisit litteras suas Saladino in hac forma: 1189. 1188. Mai. 26.

Epistola[2] Frederici Romanorum imperatoris ad Saladinum regem Babylonie[b].

Fredericus, Dei[c] gratia Romanorum imperator et semper augustus et hostium imperii [magnificus[d]] triumphator, Saladino[e] presidi Sarracenorum quondam illustri, exemplo Pharaonis fugere Israelem[f]. Devotionis tue litteras multis retro temporibus ad nos destinatas super arduis negotiis, tibi quidem, si fides verbis suffuisset, profuturis, prout maiestatis nostre decuit magnificentiam[g], suscepimus et epistolarum nostrarum alloquiis magnitudini[h] tue consulere [dignum[d]] duximus. Nunc vero, quia Terram Sanctam prophanasti, cui eterni Regis imperamus imperio[i], in tanti sceleris presumptuosam et plectibilem, ausibilem audaciam debita animadversione[k] decernere imperialis officii sollicitudo nos admonet. Quam ob rem nisi occupatam terram Iudee, Samarie et Palestinorum ante omnia restituas, adiuncta satisfactione sacris constitutionibus pro tam nephariis excessibus taxata: ne minime legitimum videamur querere bellum, a capite Kalendarum Novembris anno incarnationis dominice 1188. *evoluto[l] anni spatio, terminum prestituimus[m] ad experiendam belli fortunam in campo Taneos in virtute vivifice crucis et in nomine veri Ioseph. Vix enim [credere[d]] possumus, hoc te latere, quod ex scriptis veterum et historiis antiquis nostri temporis [factum[d]] redolet. Nunquid scire dissimulas, ambas Ethiopias, Mauritaniam[n], Persiam, Siriam, Parthiam, ubi Marci[o] Crassi[p] nostri dictatoris[q] fata[r] sunt prematurata, Iudeam, Samariam, Maritimam, Arabiam, Caldeam, ipsam quoque Egyptum — ubi, proh dolor! civis Romanus Antonius, vir insignis, virtute preditus, citra nitorem temperantie et secus quam decebat militem a tanto rerum[s] culmine emissum, minus sobrius Cleopatre inserviebat amoribus —, nunquid etiam scire dissimulas, Armeniam[t], innumerabiles et insuperabiles[u] alias terras nostre dicioni subiectas? Norunt hec reges, quorum cruore gladii Romani sunt crebrius inebriati, et tu quidem in ipsa rerum experientia Deo auctore intelliges, quid[v] nostre victrices aquile, quid choortes diversarum nationum, quid furor Teutonicus etiam in pace arma capessens, quid caput indomitum Reni[w], quid iuventus que fugam nunquam novit, quid procerus Bavarus, quid Suavus[x] astutus, quid Francia[y] circumspecta, quid[z] Anglia provida et ingeniosa, quid Albania, quid Cambria, quid in gladio ludens Saxonia, quid Turingia, quid Westfallia, quid agilis Brabantia[a], quid nescia pacis Lothoringia, quid inquieta Burgundia, quid Alpini Salaces[b.3], quid Frisonia in amento prevolans, quid Reemia[c] ultro mori gaudens, quid Boemia[d] suis feris ferior, quid Austria, quid Friscia[e], quid Ruthonia[f], quid partes Illirice, quid Leobardia[g], quid Tuscia, quid Anconitana[h] marchea[i], quid Venetus pirotaus[k], quid Pisanus nauclerus, denique quid dextera nostra, quam senio arguis effetam, gladio vibrare didicit, — dies illa [plena[l]] reverentie et[m] iocunditatis [triumpho[l]] Christi prefixa te docebit. . . . . . .*

Rex[n] Francie . . . in crastino apostolorum Petri et Pauli Turonis venit. Die dominica proxima sequenti Philippus comes Flandrie et Willelmus archiepiscopus Remensis et Hugo 1189. Iun. 30. Iul. 2.

a) *bis scriptum* 2. b) Sarracenorum presidem *H.* c) D. g. *des. H.* d) *deest* 2. e) Salido 2. f) Ierusalem 2. *Itiner. Ric.* g) tuam *add.* 2. h) magnificencie *H.* i) in preside Iudee, Samarie, Palestinorum *add. Dicet., Itiner. Ric., Expugn. Terr. Sanctae.* k) animadversatione *H.* l) rev *H.* m) tibi prefigimus *H.* n) Mauriciniam 2; Mauritimam *H.* o) Marcii 2. p) Gr. *H.* q) dictatores 2. r) facta 2. s) cu. re. *H.* t) et *add. H.* u) et insu. *des. H., Ric., Dic., Exp.* v) possint *supplet Stubbs ex Itin.* w) Remi 2. x) Swa. *H.* y) Franconia *Dic., Itin., Exp.* z) quid Ang. pr. — Cambria *des. Dic., Itin., Exp.* a) Braib. *H.* b) salices 2. *Dic., Exp.* c) Boemia *Dic., Itin.*; Bohemia *Exp.* d) Bolenia *Dic., Itin., Exp.* e) Stiria *Itin., Exp.*; Stricia *Dic.* f) Ruto. *H.*; quid Histria, quid Rocumphia *add. Itin.* 1, Bugrensa *Itin.* 2, *Dic., Exp.* g) Lumb. *Itin.* h) Amon. 2. *H.* i) Narcea *H.* k) proretha *Itin., Dic., Exp.* l) *deest* 2. m) *deest H.* n) *hinc textum contulimus cum M. (i. e. Wendover apud Matthaeum Parisiensem ed. Luard II, p. 342).*

1) Henricum, postea comitem palatinum; cf. Toeche l. l. p. 98, n. 6. 2) Stumpf nr. 4570; exstat quoque ap. Hoveden, Dicetensem, in Itinerario regis Ricardi, in Chronico Terrae Sanctae. Quin genuina sit, iniuria dubitari censet Toeche l. l. p. 96; falsario satis perito attribuenda videtur Riezler, 'Forschungen z. Deut. Gesch.' X, p. 109. Genuinas lectiones ex Hovedenio in contextum recepi, numquam tamen sine adnotatione. 3) *Salassi* vocabantur Pedemontani; quomodo *salices*, ut Stubbs habet, intelligatur, nescio. Nomine autem adiectivo *salaces*, id est impudice libidinosos, vix imperator populos suos reprehendisset.

1189. dux Burgundie[a] ad regem Anglie[1], qui tunc temporis apud[b] Saumur erat, potius[c] de sua quam de regia voluntate, ad componendum inter eos[d] accesserunt[e]. Rex vero Francie illis[f] predixerat, antequam iter arriperent, quod nichilominus a castro Sancti Martini, in quo per vadum Ligeris se receperat, in civitatem facturus esset asultum. . . . . . .

Iun. 28. Eodem anno, circa idem tempus quo Henricus rex Anglie, obiit Matildis [ducissa[g]] Saxonie, filia eius. . . . . . .

Iul. Deinde dedit idem dux[2] filio[3] heredi comitis[4] de Pertico[5] Matildam, filiam ducis Saxonie, in uxorem. . . . . . .

Sept. 3. Tertio Nonas Septembris Ricardus . . . coronatus[6] est in regem Anglie apud Lundonias in Westmonasterio a Baldewino Cantuariensi archiepiscopo, ministrantibus . . . Formale[7] Treverensi archiepiscopo. . . . . . .

Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus prohibuit . . . Formali Treverensi archiepiscopo, ne illi[8] munus ordinationis vel consecrationis facere presumeret. . . . In sequenti
Sept. 17. vero die, scilicet in 17. die Septembris, Iohannes electus Candide-case[9] consecratus est in episcopum a Iohanne Divilinensi[10] archiepiscopo, administrantibus ei Formali Treverensi archiepiscopo. . . . . . .

Sept. 17. 15. Kalendas Octobris . . . Matildis, filia ducis Saxonie, uxor Gaufridi comitis de Pertico, rediens de Normannia in Angliam, venit ad Ricardum regem Anglie, avunculum suum. . . . . . .

De morte imperatoris Romanorum.

1190. Interim Fredericus Romanorum imperator venit Constantinopolim[11] cum exercitu suo, et ab imperatore Constantinopolitano[12] cum debito honore et reverencia magna susceptus, dedit et accepit securitates de pace servanda[13]. Et facta ibi mora per aliquot dies, previdit sibi ea que essent necessaria sibi et suis in via. Et inde procedens cum exercitu suo, venit in terram[14] soltani de Yconio, et pugnavit cum illo et prevaluit adversus eum et obtinuit munitiones eius[15]. Sed multos amisit de militibus et de familiaribus suis, tam in preliis multis, que fecit contra Turcos, quam per diversas egritudines ex coruptione aeris provenientes. Post multum vero temporis[16], cum predictus imperator exiret de terra soltani de Yconio et venisset in terram Rupini de la Muntaine[17], venit ad fluvium magnum qui dicitur Salef; qui eciam currens per medium terre Turkorum, dividit eam a terra Rupini predicti, et cadit in gulfo Satalie[18]. Quo cum imperator ille pervenisset, deposuit vestimenta sua in
Iun. 20. ripa fluminis et prosiliit in aquam ad balniandum se; erat enim estus magnus valde. Ad exemplum autem imperatoris multi de commilitonibus suis deposuerunt vestimenta sua et prosilierunt in flumine; et cum omnes conarentur natare trans flumen, solus imperator transnatavit. Et cum rediret natando, defecerunt ei vires, et rapacitas aque traxit eum in profundum,

Et sic submersus vitam finivit in undis[19].

Sui autem stabant attoniti in ripa, plorantes et explorantes, ut eum ad terram traherent. Et extrahentes eum, totum corpus in frusta[h] ciderunt[i] et carnem eius coxerunt et ossa eius extraxerunt et carnes coctas sepelierunt in Anthiochia cum cerebro et visceribus. Ossa autem eius secum tulerunt usque ad civitatem Tyri et sepelierunt ea ibi[20]. Filius autem eius Conradus[21] dux Suavie factus est princeps exercitus illius. Eodem anno

a) accesserunt *hic add. H.* b) er. a. S. *H.* c) potius — voluntate *des. H.* d) inter ipsum et regem Francie *H.* e) accers. 2; *hic deest H.* f) *deest H.* g) *deest* 2. h) frustra 2. i) ciderut 2.

1) De exitu Henrici II. cf. Stubbs, Praef. ad Hoveden II, p. LXVI. 2) Scil. Ricardus successor Henrici II. 3) Gaufrido. 4) Rotrodi. 5) Le Perche. 6) Hic Consuetudines Scaccarii transscriptae sunt. 7) Folmarus a. 1183. electus, a. 1186, Friderico I. ei resistente, ab Urbano III. consecratus, primo a rege Franciae protectus est, deinde, cum hic imperatori a. 1187. reconciliaretur, in dominiis Henrici II. exulavit. Aestate vero a. 1189. a Clemente III. depositus est. Cf. Gesta Treverorum, SS. XXIV, p. 383—389. 8) Scil. Gaufrido Eboracensi electo. 9) Whithern. 10) Dublin. 11) Falso. 12) Isaak Angelo. 13) De hoc pacto cf. Prutz, l. l. p. 337. 14) Kilidsch-Arslan iam filiis regnum diviserat, quorum Kutbeddin Iconium adeptus d. 14. Mai. a. 1190. a Germanis devictus est. 15) Iconium d. 18. m. Maii expugnatum est. 16) Iam Mai. 30. 17) Leonis II, filii Ruben, principis Armeniae. 18) Ἀττάλεια, nunc Santali. De hoc sinu plura habet noster II, p. 195 sq. Calycadnus (sive Selef) autem ultra ad orientem in mare Cyprium effunditur. 19) De morte Friderici I. cf. Riezler, 'Kreuzzug Friedrich I.' p. 349. Similem relationem ac noster adhibuit Radulfus Coggeshalensis. 20) De sepulcro imperatoris Sepp, 'Meerfahrt nach Tyrus' controversiam habet cum Prutz; cf. Röhricht in 'Liter. Centralblatt' a. 1879, nr. 15. 21) Potius Fridericus, qui obiit a. 1191. Frater eius Conradus

Formalis Treverensis archiepiscopus obiit in Anglia[a] apud Norhamtonam[b]. Eodem anno, 1189 mense Septembris homines Lundonienses et ceteri multi, qui de diversis regnis[1] per naves Sept. iter Ierosolimitanum arripuerant, obsederunt in Hispania[c] civitatem quandam Saracenorum[d] que Silva[e,2] dicitur, et ceperunt eam, et deletis[f] spurcitiis eorum, legem christianam ibi in perpetuum tenendam statuerunt et ecclesiam ibi in honore[g] Dei et beate virginis[h] Dei genitricis Marie fabricaverunt, et accersitis vicinis episcopis, qui cum eis venerant, fecerunt consecrari[*] episcopum[3] eiusdem civitatis et tradiderunt eam Sancio[i] regi de Portigal. Et ipsi[k] die sancti Michaelis transierunt per districtas Africe sine impedimento. . . . . . . Sept. 29.

Eodem mense Octobris Henricus dux Saxonie, audito[4] quod uxor sua esset defuncta, Oct misit Henricum filium suum in Saxoniam primogenitum; et ipse veniens contra sacramentum, quod fecerat domino suo imperatori, secutus est filium suum festinanter, et congregato exercitu magno, invasit eos quibus imperator terras suas dederat et expugnavit eos et in brevi cepit plus quam triginta castella. . . . . . .

Rex[5] . . . civitatem Acre mense Augusti[6] 11. Kalendas Septembris . . . obsedit . . . Aug. 2. Tertia autem die sequenti applicuerunt apud Acram . . . Iakes de Avennis et alii multi. Aug. 24. . . . . . . Et eodem anno applicuerunt ibi naves et buscie[l,7] plus quam quingente, exceptis galeis et cursariis, que multe fuerunt; et statim revertebantur usque in Apuliam, ut plus afferrent, scilicet[m] homines et victualia. Naves autem Teutonicorum[n] et Dacorum remanserunt aput Acram[o,**]. . . . . . . Acra obsessa erat in hunc modum: Gwydo[p] rex . . . hospitatus est in Thorono[8] subtus versus mare, versus caput montis . . . Et ex alia parte Thoroni[q], ubi sedet Machomarum[r], ibi dominus landigravus[s,9], dominus Iacobus de Avennis omnesque Teutonici et Ianuenses castra posuerunt. . . . Iuxta Thoronum prope villam archiepiscopi[t] . . . Pisanus[10] et . . . de Besenzun[u,11], archiepiscopus[12] de Arle-le-blanc[v]. . . . . . .

Ricardus rex Anglie 11. die Decembris, in[w] vigilia[13] sancte Lucie virginis et martiris Dec. 11. transfretavit a Dovera[x] usque Kalais[y] in Flandriam, et ibi recepit eum Philippus comes Flandrie[z] cum gaudio et perduxit usque Normanniam. . . . . . .

Eodem anno, mense Novembris[14] Willelmus rex Scicilie et ducatus Apulie et principatus Capue, qui Iohannam, filiam Henrici regis Anglie et sororem regis Ricardi, in uxorem duxerat, obiit in Sicilia in nobili civitate Pannormi sine prole. Qui etiam fere 15 annis[15] ante obitum suum constituit Constanciam, filiam Rogeri primi regis Sicilie coronati, avi sui, heredem post se in regno suo, [si[a]] sine prole decessisset. Et fecit omnes principes regni, tam clericos quam laicos, iurare fidelitates predicte Constancie contra omnes homines, salva fidelitate sua[16]. Deinde dedit eam in uxorem Henrico regi Alemannorum, filio Frederici impe- 1185. ratoris Romanorum. Defuncto autem predicto Willelmo rege Sicilie, Tanchredus comes de la Liche[b], filius[17] fratris[18] patris iam dicti Willelmi, regnum Sicilie sibi usurpavit, transgressus sacramentum[19] quod fecerat prenominate Constancie. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1190. . . . Deinde predicti duo reges[20] processerunt cum 1190. familiis suis inde. Et cum venissent[c] ad civitatem Leonum[d,21] supra Rodanum, et ipsi cum

*) fabric. et a vic. episc. dedicari fecerunt et clericum quendam Flandrensem, qui cum eis venerat, fecerunt consecrari in ep. *H.*

**) ad comburendum. Non habebant enim ibi christiani unde cibos suos coquerent nisi de navibus et ex his que naves attulerant *add. H.*

a) Angliam 2. b) Northamtun *H.* c) Hysp. *H.* d) Sarra. *H.* e) dic. Silvia *H.* f) inde Sarracenorum *add. H.* g) honorem *H.* h) *deest H.* i) Sanctio r. Portugalensi *H.* k) Et ipsi — imp. *des. H.* l) bucie *H.* m) videl. *H.* n) Teuth. *H.* o) Accon *H.* p) Gwido *H.* q) Tor. *H.* r) Macomatum *[corr. ex* Macomarum*]* id est la Mahamarie Sarracenorum *H.* s) antigrafus 2; Antigonus *I.* t) archiepiscopus *H.* u) et *add. H.* v) Arlebl. *H.* w) *pro* in vig. — mart. *habet:* feria secunda *H.* x) Dorobernia *H.* y) ad Kaleis *H.* z) venit illuc obviam illi Ph. c. F. et cum gau. suscipiens perd. illum in salvo conductu usque *H.* a) *ex I.; deest* 2. b) Lalithe 2; la Lyche *I.* c) venirent *H.* d) Lugdunum *M.*

de Rotenburg a. 1192. dux Suaviae factus est. 1) Etiam e Germania occidentali et septentrionali; cf. Riezler p. 78. 2) Silves in Algarbia. 3) Nicolaum. 4) An hoc rectum sit, quaeritur; cf. Toeche p. 122. 5) Scil. Ierusalem. 6) Aug. 28. habent Dicet., alii. 7) Bucca est navigium vectorium, operarium. 8) Monte a civitate ad orientem et septentrionem sito. 9) Ludovicus III. de Thuringia. Saepius ab Anglis *lantegrava, antigrafus* velu nomine proprio vocatur. 10) Ubaldus. 11) Theodoricus II. 12) Petrus Arelatensis. 13) Haec autem est Dec. 12. 14) Die 18. Nov. 15) Haec apud historicos Siculos frustra quaesivi. 16) Cf. Toeche p. 128. 17) Rogeri ducis Apuliae 18) Willelmi I. 19) Cf. Toeche p. 139. 20) Scil. Angliae et Franciae. 21) Lyon.

1190. maiore parte familiarum suarum ponte Rodani preterissent[a], pons ille cecidit non sine lesione virorum ac mulierum[b]. Ibidem etiam[c] prefati reges divisi[d] sunt ab invicem propter nimiam hominum copiam[e] sequencium illos; unus enim locus eos[f] capere non potuit. Rex vero[g] Francie cum suis perrexit usque ad Genuzs[h,1], et ibi[i] naves ascendit Ierosolimam iturus. Rex autem[k] Anglie cum suis perrexit usque ad[k] Marciliam[l], ubi multos invenit peregrinos, qui iam propter longam moram, quam ibi fecerant, totum es suum expenderant. Et venerunt ad regem et obtulerunt ei servicia sua, de quibus rex multos retinuit. Cum[m] vero ibidem rex per octo dies moram fecisset, exspectans et sperans de die in diem adventum navigii sui, fraudatus a desiderio suo, conduxit decem buccias magnas et
Aug. 7. viginti galeas bene armatas, [et[n]] dolens et confusus cum famulis suis intravit. [o]Septimo autem[p] die Agusti recessit rex Anglie Ricardus[k] a Marcilia in galea Pumbone et transivit per insulam Sancti Stephani, per[q] Aquilam[2], per[q] Montem-nigrum, per[q] insulam Sancti Honorati[3], per[q] civitatem de Nicis[4], per[q] civitatem de Witemile[r,5]. Et est sciendum, [quod[s]] inter Nices et Witemile[t] est divisio terrarum regis Arrogonie et Italie. Deinde transsivit[u] per Sanctam Mariam de Funz[6] et per Nole[7], et[k] tercia decima die Augusti transsivit[u] per castellum quod dicitur Seune[v,8] et eodem die venit ad Ianuam[w], ubi locutus est cum rege
Aug. 14. Francie, qui ibi infirmabatur*. Quarta decima die Augusti venit[x] ad Portum Delfini[9] in vigilia assumptionis beate et gloriose Dei genitricis[y] Marie, et ibi moram fecit per quinque dies. Ibi vero[z] misit ad eum rex Francie, rogans, ut accommodaret[a] ei quinque galeas; rex vero[b]
Aug. 19. Anglie optulit ei tres, quas rex Francie refutavit. Nono decimo vero[c] die Augusti recessit
Aug. 20. rex a[d] Portu Delfini et venit ad Portum Veneris[10] et in crastino venit ad portum de Pysa[e]. Et illuc venit ad eum Walterus Rotomagensis archiepiscopus; et[c] Iohannes Ebroicensis epi-
Aug 21. scopus infirmabatur in civitate Pysana[f]**. Vicesima prima die mensis Augusti transsivit
Aug. 22. rex per insulam que dicitur Gurgune[11]. Vicesima secunda die venit[g] ad portum de Brant[h,12].
Aug. 23. Vicesima tertia die Augusti*** perrexit rex duas leugas[i] per terram, et pauci milites[k] super equos conductos, et venerunt ad portum iuxta castellum quod [dicitur[l]] Plumbin[13] obviam galeis[m]. Et ibi intravit rex galeam Fulconis Rustancri[n], quam prius non intraverat[o]. Et vento gaudens optato, preteriit insulam† que dicitur Argentaire[14] et insulam que dicitur
Aug. 25. Genut[15] et venit ad portum qui dicitur Tanemunt[p,16]. Vicesima quinta†† die Augusti venit[q] ad portum qui dicitur Kerlehe[r,17], qui[s] est in media via inter Marsiliam et Messanam. Eodem die rumpebatur velum galee in qua rex erat; iterum ergo[t] intravit rex galeam Pumbone, et preteriit civitatem[u] Cornet[18] et civitatem Senes-la-vele[v,19] et civitatem Laune†††[20]. Et postea intravit Tyberim; ad cuius introitum est turris pulcerrima[w] sed solitaria. Sunt et[x] ibi ruine maxime murorum antiquorum[y,21]. Illuc venit ad regem[z] Octovianus Hostiensis episcopus[a], cui rex turpia multa [dixit[b]] improbrando Romanis simoniam, quod 700[c] marcas

*) in edibus iuxta ecclesiam sancti Laurentii *add. H.*
**) et ideo ad portum cum dicto domino Rothomagensi ad regem non venit *add. I.*
***) in vigilia sancti Bartholomei apostoli *add. H.*
†) que dicitur Feraire[22] et insulam *add. H.* ††) quarta *H.*
†††) L. ci. et locum qui dicitur le Far de Rume *H.*

a) preterirent *H.*; pontem R. pertransissent *M.* b) pons ipse onustus viris ac mulieribus corruit n. s. multorum l. *H.* c) vero *H.* d) ab i. d. s. *H.* e) pr. multitudinem hom. *H.* f) illos *H.* g) autem *H.* h) us. Ieneues *H.*; versus Genuensem civitatem *M.* i) ibi — iturus *des. H.* k) *deest H.* l) *quae in hac sententia sequuntur des. H.* m) Cumque r. Anglie apud Marsiljam per *H.* n) *deest* 2; et intr. c. familiis suis dol. et conf. propter moram navigii sui *H.* o) De recessu Ricardi regis Anglie a Marsilia et itinere suo versus Ierusalem *rubra H.* p) Septima igitur *H.* q) et per *H.* r) Vintemile civ. *H.* s) *ita H.*; *deest* 2. t) Vintemile *H.* u) rex *add. H.* v) Suwenc *H.*; Seone *I.* w) v. rex ad Geneues *H.* x) rex Anglie *add. H.* y) ass. sancte Mar. *H.* z) Et illuc mi. *H.* a) commodaret *H.* b) et r. A. *H.* c) *deest H.* d) r. Anglie de *H.* e) Pisa *H.* f) Pisana *H.* g) die Augusti v. rex ad *H.* h) Barate *H.*; Brandiz *I.* i) leucas *H.* k) cum eo *add. H.* l) *ita H.*; vocatur *I.*; *deest* 2. m) suis *add. H.* n) Rustac *H.*; Postantri *I.* o) intravit *H.* p) Talemunde *H.* q) rex *add. H.* r) Portekere *H.* s) que 2. t) Et iterum intr. *H.* u) C. civ. *H.* v) et S. l. veile civ. *H.* w) pulchra *H.* x) Et sunt *H.* y) ant. mu. Et ill. *H.* z) eum *H.* a) cardinalis *add. H.* b) *ex H.* c) 600 *I.*

1) Genuam. 2) Bec de l'Aigle. 3) Est una Lerinarum. 4) Nizza. 5) Vintimiglia. 6) Fortasse Finale Marina? 7) Noli. 8) Savona. 9) Portofino. 10) Porto Venere. 11) Gorgona. 12) Baratto. 13) Piombino. 14) Argentario. 15) Gianutri. 16) Talamone. Reversus igitur ad septentrionem, nisi noster ordinem itinerarii invertit. 17) Port' Ercole. Gregorovius, 'Gesch. Roms' IV, p. 580. cogitat de Caere. 18) Corneto. 19) Civitavecchia. 20) Arrone flumen. STUBBS. 21) Rudera Ostiae et portus Traiani. Gregorovius l. l. 22) Elba.

debuerant habere pro consecratione episcopi[1] Cenomanensis et mille et 500 marcas pro [1190.] legatione Eliensis episcopi[2] et pecuniam magnam, ne deponeretur Burdegalensis[3], qui a clericis suis accusabatur de[a] crimine. Vicesima sexta die Augusti transsivit rex per quod- [Aug. 26.] dam nemus quod dicitur Selvedeme[b.4], in quo est via[5] marmorea ad modum pavimenti facta; et durat[c] per medium nemus quater viginti miliaria. Nemus vero[d] illud habundat cervis, capreolis et damulis[e]. Eodem die transsivit[f] per castellum quod dicitur Lettun[g.6]. Hic est portus[h.7], qui quondam tegebatur cupro, et erat ibi introitus cripte, per quam pecunia undique allata Romam ferebatur*. Vicesima septima die Augusti transivit per[i] rupem [Aug. 27.] extensam in mare[k] que vocatur[l] le Cap de Cercel[8] et insulam Palmerole[m.9] et insulam[n] Punce[10], et insulam[n] Palmere[11]. In[o] summitate montis de Cap [de[p]] Cercel est castellum, in quo latrones et pirate se[q] abscondunt. Deinde venit[f] ad civitatem[n] Daracene[r.12], ubi quondam erat portus[s] cupro tectus; postea ad Garillam[t.13]; inde ad castellum quod dicitur[u] Cap de Lespurun[14]. Hec[v] est divisio terre Romanorum et terre regis Sicilie[w], que dicitur terra[x] principatus Capue[y]. Deinde preteriit insulam la Pautantee[z.15]. La Patantee vero fuit terra** Pilati, et ibi erat portus cupro tectus. Deinde preteriit rex insulam que dicitur Istele maiur[a.16], que semper fumat. Hec insula dicitur accensa fuisse ab insula que dicitur Bulcan[b], igne volante et comburente, ut dicitur, mare et pisces***. Deinde preteriit[c] insulam que dicitur Baterun et portum de Baie, ubi sunt balnea Virgilii[†.17]. Vicesima octava die [Aug. 28.] Augusti venit rex Neapolim et perrexit ad abbatiam Sancti Ianuarii ad videndum filios Neimundi[d], qui stant ibi in cripta, in pellibus et ossibus. Et ibidem moram fecit usque ad nativitatem sancte Marie virginis et[e] matris Domini. Et eodem die perrexit Salernum in [Sept. 8.] equis conductis, et ibi[f] fecit moram magnam. . . . . . .

Navigium autem regis . . . iter arripuit Ierosolimitanum statim post pascha de diver- [Mart. 25.] sis regionibus Anglie et Normannie, Britannie et Pictavie. . . . Deinde venerunt . . . per alias civitates multas et magnas et per montes magnos in mare protensos. Tandem venerunt ad quandam insulam que dicitur Odur et est ad introitum Rodani. Et in ascendendo per fluvium Rodani stat civitas bona archiepiscopalis que dicitur Arles-le-blanch; et in ascendendo superius per eundem fluvium est bona civitas que Sanctus Egidius nominatur. Deinde est Marsilia. . . . . . . Apud Marsiliam inter ceteras sanctorum reliquias sunt reliquie sancti Lazari, fratris sancte Marie Magdalene et sancte Marthe, qui in eodem loco 7 annis episcopatum tenuit, postquam eum Dominus resuscitavit a mortuis. . . . . . .

A monte vero illo[18] incipit terra regis Arragonie et durat ultra civitatem de Nice. Et post illam civitatem de Nice incipit Italia, terra imperatoris Rome; et est ibi civitas bona que dicitur Wintelmile[19]. Terra vero imperatoris durat inde usque ad Gaetam, que est terra regis Sicilie et est in Apulia, in illa parte Apulie que dicitur principatus Capue.

*) fer. Ro. Et postea transivit rex per castellum quod dicitur Esture[20] *add. H.*

**) pr. rex i. que dicitur la Pantee, que distat a Gaeta civitate per quadraginta miliaria; la Pantee t. f. *H.*

***) ab hac non multum distat insula que dicitur Isle de Girun, ubi est castellum bonum et portus *add. H.*

†) et distat per decem miliaria a Neapolis; deinde preteriit rex Caprie et Cap de Manherbe[21], que est media via inter Neapolim et Salernum *add. H.*

a) in cr. *H.* b) Selvedene *H.;* Selmedeme *I.* c) via illa marmorea *add. H.* d) Et nem. *H.* e) et capr. et dammis. Et *H.* f) rex *add. H.* g) Lertum 2; Leicum *I.* h) porta que *I.* i) Aug. rex preteriit ru. *H.* k) mari *H.* l) dicitur *H.* m) que dicitur Parmerole *H.* n) que dicitur *add. H.* o) in s. montis *bis scripsit* 2. p) *ita H.; deest* 2. q) sepius *add. H.* r) Tharr. *H.* s) porta c. tecta *I.* t) tec. deinde venit ipse ad G. et i. *H.* u) le *add. H.* v) Hic *H.* w) in illa parte *add. H.* x) *deest H.* y) Carpue 2. z) Putatee *I.* a) Histelemaiur *I.* b) Vulcan *I.;* Vulcanus *H.* c) rex *add. H.* d) Naimundi *H.;* Eadm. *I.* e) *deest H.* f) ibidem mo. facit mag. *H.*

1) Hamelini. 2) Willelmi. 3) Elias. 4) Silva (de Decima vico fortasse hic vocata) inter Laurentum et Ardeam. 5) Ardeatina. 6) Nettuno. 7) Porto d'Anzio. 8) Circello. 9) Palmarola. 10) Ponza. 11) Hic locus corruptus videtur; insula, quam veteres Palmariam vocabant, est Palmarola. (Altera Palmaria prope Spezia longe distat versus septentrionem). 12) Terracina. 13) Garigliano. 14) Fortasse Castel Volturno *(voltur* est Gallice *espervier);* nam si Sperlonga prope Caietam intelligitur, rex ad occidentem et septentrionem reversus est. 15) Pandataria, iam Vindotina (Ventotene). 16) Ischia. 17) Cf. Conradum Hildesheimensem, SS. XXI, p. 194, et Comparetti, 'Virgilio nel medio evo' II, p. 24. 18) *qui dicitur Muscian,* i. e. Monsia prope Ampostam. 19) Vintimiglia. 20) Torre d'Astura. 21) Della Minerva prope Surrentum.

1190. Sciendum vero est, quod in media via inter Marsiliam et Siciliam sunt due insule magne, quarum maior insula dicitur Sardinia, altera dicitur Corzege[1]. Et multe alie[*] insule sunt circa Siciliam, quarum quedam sunt ardentes. Una vero earum maior omnibus aliis montibus illis dicitur Mon Gibel[2], quia ita vehementer ardere solebat, quod marinam partem maris in circuitu eius desiccabat et pisces comburebat; sed iam plus quam 40 anni preterierunt, ex quo ignis ille extinctus est meritis et precibus beate Agate virginis et martiris[3].

[Miraculum sancte Agate virginis[a]].

Quadam autem die, cum ignis vehemencius solito arderet et exiret a fornace Montis Gebel et appropinquasset civitati Catinensium[4], ubi corpus sanctissimum beate Agate virginis requiescit, paganorum multitudo fugiens ad sepulcrum eius, tulerunt velum eius contra incendium, et ignis reversus est in mare et comburens desicavit mare fere per unum miliare et pisces combussit, de quibus multi evaserunt. Et ex genere eorum ibi sunt usque in diem hanc semiusti et dicuntur pisces sancte Agate, ad laudem domini nostri Iesu Christi, qui est semper mirabilis et gloriosus in sanctis suis.

Igitur Robertus de Sablul et Ricardus de Camvil et Willelmus de Forz[5] transseuntes cum navigio regis Anglie inter Affricam et Hispaniam, post tempestates plurimas, quas in
Aug. 22. itinere illo pertulerunt, pervenerunt ad Marsiliam in octavis assumptionis sancte Marie, feria quarta, cum toto navigio illis commisso. Et non invento ibi rege domino suo, per dies octo fecerunt ibi moram propter quosdam neccessarios navium apparatus. Deinde secuti
Sept. 14. sunt eum et in exaltatione sancte crucis venerunt ad civitatem Messanam feria sexta, et die
Sept. 16. dominica sequenti [venit[b]] illuc Philippus rex Francie 16. Kalendas Octobris. Custodes vero civitatis honorifice susceperunt eum et tradiderunt ei palacium Tancredi regis Sicilie ad hospitandum ibi.

Sept. 13. Cum vero rex Anglie audisset, quod navigium suum Messanam venisset, tertio decimo die Septembris a Salerno recessit et transsiens ante civitatem archiepiscopalem que dicitur Melphe[6], deinde venit ad civitatem et castellum que dicuntur Escale[7]. Iuxta hoc castellum est insula parva, ubi dicuntur fuisse scole Lucani; et adhuc est ibi camera pulcra sub terra, in qua Lucanus studere consueverat. Nocte sequenti iacuit in villa que dicitur la Cetar[c, 8] in prioratu Montis Cassie. Inde venit ad Melide[9], ubi honorifice susceptus est et procuratus in abbatia que dicitur Sancta Trinitas de Melide. Ibi est turris lignea iuxta abbatiam, quam Robertus Wiskard expugnavit, et castellum obtinuit in villa de Melide. Rex vero inde recedens, cum uno solo milite transsivit per quandam villam parvam, et cum transsisset, vertit se ad domum quandam, in qua audivit accipitrem, et intrans domum, cepit illum; quem cum dimittere nollet, rustici multi accurrentes impetum fecerunt in eum cum fustibus et lapidibus. Et cum unus illorum cultellum suum in regem extraxisset, rex eum cum lato gladii sui verberans gladium suum fregit, alios lapidibus obruit, et sic vix evadens a manibus eorum, venit a la Baignare[d, 10], et ibi invenit familiam suam. Sed nullam ibi moram faciens, transsivit fluvium magnum qui dicitur le Far de
Sept. 23. Meschines, et iuxta turrem lapideam in tentorio iacuit[11]. Vicesima tertia[e] die Septembris venit ad civitatem Messanam in Sicilia cum buccis suis multis et aliis magnis navibus et galeis in tanta gloria et sonitu tubarum et buscinum[12], quod tremor apprehendit omnes qui in civitate erant. Rex vero Francie et sui et omnes principes civitatis Messane et clerus et populus stabant in littore, admirantes super hiis que viderant et audierant de rege Anglie et de potestate eius. Qui cum applicuisset, prosiliens in terram, locutus est cum Philippo rege Francie. Et post colloquium eodem die rex Francie transfretare desiderans, cum navigio suo exivit a portu, sed statim illo die, vento sibi contrario, dolens et invitus ad eundem portum reversus est. Interim rex Anglie cum desiderio et gaudio maximo a baronibus et militibus terre sue receptus, intravit in domum Reginaldi de Muschet[13], ubi hospicium suum preparabatur in suburbio extra muros civitatis Messane inter vineas. Vice-

*) montose *add. 1.*

a) *haec verba iam incendio deleta sunt 2.* b) *supplendum videtur;* venienti *1.* c) Lacetar 2. d) Alab. 2. e) 14. *1.*

1) Corsica. 2) Aetna. 3) De eruptione a. 1169. cf. Rob. Tor., SS. VI, p. 518. Vide quoque Gervas. Tilbur. inter Leibnitii SS. rer. Brunsvic. I, p. 921. 4) Catania. 5) Comes de Aumale. 6) Amalfi. 7) Scalea. 8) Cetraro erat Montis Cassini. 9) Mileto. 10) Bagnara. 11) Cf. Toeche p. 150. 12) i. e. bucinarum. 13) Rectius *Muhec* Hov. De Rainaldo de Moac cf. Toeche p. 335. 350.

sima quarta die Septembris et vicesima quinta venit rex Anglie ad hospicium regis Francie [1190. Sept. 24. 25.] loqui cum eo. Et eodem die venit rex Francie ad hospicium regis Anglie ad loquendum cum illo; et videbatur quod tantus esset inter illos mutue dileccionis affectus, quod nunquam dissolvi posset aut violari amor eorum. Vicesima octava die exivit rex Anglie obviam [Sept. 28.] Iohanne sorori sue, quondam regine Sicilie[1], que eadem die venit de Pannormo per galeas; et duxit eam ad hospitale Sancti Iohannis, ubi hospicium eius preparabatur. Vicesima[a] nona die Septembris, die[b] scilicet sancti Michaelis, venit rex Francie ad hospicium regis[c] [Sept. 29.] Anglie et locutus est cum eo. Et postea perrexerunt ambo ad hospicium sororis regis Anglie videre[d] illam. Et rex Francie adeo faciem hilarem exibebat, quod populus dicebat, quod rex Francie duceret eam in uxorem. Tricesima die[e] rex Anglie transsivit fluvium de[f] [Sept. 30.] Far et cepit locum munitissimum qui dicitur la Baignare[g], ubi canonici regulares Deo serviunt iugiter. In crastino vero sancti Michaelis*) introduxit[h] sororem suam in locum illum munitissimum, et dimittens eam ibi cum militibus et servientibus[i] multis, rediit[k] rex Messanam ad hospicium. Secunda[l] die Octobris cepit rex Anglie castellum munitissimum quod [Oct. 2.] est in medio fluminis del Far inter Calabriam et Messanam, quod dicitur Monasterium Griffonum[m], et posuit in illo[n] frumentum[o] et vinum et carnes et alia victualia sua, que de Anglia et aliis terris suis**) et aliunde per mare venerunt. Cum autem cives Messane vidissent, quod rex Anglie in castello de la Baignare cum sorore sua[p] servientes posuisset, et quod ipse in Monasterio Griffonum cum victualibus suis milites et servientes posuisset[q], habuerunt eum suspectum, conicientes, quod totam occuparet insulam, si posset; et inde de facili commoveri[r] poterant contra eum.

De[s] discordia inter cives Messane et regem Anglie.

Unde contigit, quod tercia die Octobris discordia emersit inter exercitum regis Anglie [Oct. 3.] et cives Messane; et in tantum excrevit ex utraque parte indignatio, quod cives clauserunt portas civitatis et armati ascenderunt muros; et[t] alii domos civitatis fortissimas, alii municiones supra portas intraverunt. Cumque exercitus regis hec[u] audisset et vidisset, venerunt cum impetu magno ad portas civitatis. Rex vero in equo velocissimo cursitabat per exercitum[v], baculo verberans quoscunque ex suis attingebat, volens illos ab insultu cohibere, sed nequivit. Tandem rediit ad hospicium suum, et cum se armasset, iterum exivit ad extinguendam maliciam, si posset. Postea intravit cimbam unam et ivit ad palatium regis Tancredi ad loquendum cum rege Francie et consulere eum super iis que contigerant[w]. Interim per consilium seniorum civitatis discordia illa quievit, et depositis ex utraque parte armis, reversus est unusquisque in domum suam. Mane autem facto, scilicet quarta[x] die [Oct. 4.] Octobris, venerunt ad hospicium regis[y] Anglie Ricardus archiepiscopus Mesane et Willelmus archiepiscopus de Monte-regali et Willelmus archiepiscopus de Risa[2] et Margaritus admiralis et***) multi alii de familiaribus regis Scicilie. Et adduxerunt secum Philippum regem Francie et Reginaldum Carnotensem episcopum et Manasser episcopum de Lengris[z. 3] et Hugonem ducem Burgundie et Petrum comitem[a] de Nevers et Gaufridum comitem de Pertico[b] et comitem de Luvein[4] et alios multos de familiaribus regis Francie et†) Walterum Rotomagensem[c] archiepiscopum, Girardum Auciensem archiepiscopum et archiepiscopum de Appammia et Iohannem Ebroicensem††) episcopum et multos alios de familia regis

*) Et prima die Octobris *H.*; Eodem die *I.*
**) suis venerant. Et, expulsis inde monachis et servientibus eorum, munivit illud militibus et aliis custodibus *H.*
***) adm. et Iordanus de Pino et a. m. familiares *H.*
†) de familia regis Anglie *add. H.* ††) et Bernardum Baoniensem episcopos *H.*

a) Veces. 2; *hinc iterum narrationem contulimus cum H., qui, ut e Ricardo Divisiensi probari potest, nonnumquam propius Gestis ad communem fontem recedit.* b) sc. die *H. I.* c) regis Anglie — hospicium *des. H.* d) vid. ill. *cum sententia proxima des. H., ubi tantum:* et vidit eam et gavisus est; *tunc rubra:* Principium discordie inter cives Messane et Ricardum regem Anglie. e) Septembris *add. H. I.* f) del *H.* g) Bainare *H., ubi verba* ubi — iugiter *des.* h) Iohannam *add. H.* i) mu. serv. *H.* k) Mess. red. *H., ubi* rex *et* ad h. *des.* l) vero *add. H.* m) r. A. Mon. Griff., videlicet locum mun. quod e. i. m. f. d. F. i. Mess. et Cal. *H.* n) eo *H.* o) frum. — alia *des. H.* p) milites et *add. H.* q) ipse Monasterium Gr. occupasset *H.* r) pot. c. e. comm. *H.* s) *rubra deest H.* t) et alii — intraverunt *des. H.* u) hoc *H.*, *ubi* aud. et *des.* v) Et dominus r. in e. v. p. ex. cur. *H.* w) Thancredi ad consulendum regem Fr. su. his q. acciderant *H.* x) suam. Quarto d. O. *H.* y) ad regem *H.* z) Legris 2; Carn. et M. de L. episcopos *H.* a) *deest H.* b) Gauf. de P. comites *H., ubi* et co. de L. — Francie *des.* c) Ro. et Gi. Auxiensem archiepiscopos *H., ubi* et a. de Ap. *des.*

1) Uxori Willelmi II. 2) Reggio. 3) Langres. 4) Bouquetiani putant de Henrico I. duce Brabantiae, qui tamen crucem deposuerat; cf. Toeche p. 103. Hoveden hunc non habet.

1190. Anglie[a], in quibus fiduciam[b] habebant, ad faciendam[c] pacem inter ipsos et regem Anglie. Cum ergo ipsi[d] de pace facienda inter[e] regem Anglie et cives Messane diu tractassent et eam pene reformassent, processerunt[f] cives in magna multitudine congregati super montes et exspectaverunt: quidam promti et parati prodiciose in regem Anglie irruere, quidam vero eorum insultum[g] fecerunt in hospicium Hugonis le Brun[1]. Et clamor eorum[h] non modicus venit ad aures regis Anglie. Qui statim, relicto consilio[i] regis Francie et predictorum[k], precepit omnes suos armari; et ipse cum paucis ascendit montem magnum[l] et arduum, quod nemo putaret ullo modo posse contingere. Cum[m] igitur ad summitatem montis pervenisset[n] cum[o] magno labore, quotquot in monte fuerant cum fuga celerrima [civitatem[p]] intraverunt*. Milites autem et servientes[q] ad portas civitatis et ad muros[r] fortiter congressi sunt, et multos[s] duros lapidum ictus sustinentes, aliquando portas intraverunt, aliquando vi exierunt[t]. Et occisi sunt de familia regis[u] 5 milites et 20 servientes, vidente rege Francie et nullum ausilium illis[v] faciente, immo** nocente in quantum potuit, quamvis confratres essent ipsius[w] in illa peregrinatione. Rex vero Francie et sui civitatem intraverunt[x] et per medium illorum ibant tutissime acsi*** domi essent. Tandem post maximos labores in tantam virtutem excreverunt homines regis Anglie[y], quod per vim fregerunt[z] portas civitatis et murum undique ascenderunt, et ita ingredientes civitatem obtinuerunt et statim signa regis Anglie in municionibus collocaverunt[a.2]. . . . . . .

Oct. 5. Tercia die autem[b] post captionem civitatis Messane principes civitatis[c] et tocius provincie dederunt regi Anglie obsides de pace sibi et suis servanda, et quod in manu eius civitatem Messane et† totius provincie dominium liberam traderent[d], nisi Tancredus dominus illorum rex Sicilie[e] celerius pacem fecerit cum illo de omnibus exigenciis suis[f], quas ab eo exigebat[g]. Rex namque Anglie exigebat a Tancredo rege Sicilie[h] Montem Sancti Angeli[3] cum toto comitatu et aliis pertinentiis suis ad opus Iohanne sororis sue, quem Willelmus[i] rex Sicilie, maritus eius, dedit ei in dodarium, et chathedram auream ad opus eiusdem Iohanne de consuetudine reginarum terre[k] illius, et ad opus sui ipsius mensam auream de longitudine 12 pedum et de latitudine pedis et dimidii[l] et quoddam tentorium de serico magnum adeo, quod ducenti milites in eo simul possint comedere[m], et duos tripedes aureos sub mensa aurea[n] et 24 cuppas argenteas et 24[o] discos argenteos et sexaginta milia salmas[p.4] de frumento et sexaginta milia salmas[q] de ordeo et totidem de vino et centum galeas armatas cum toto apparatu et cum victu galeotarum ad duos annos. Hec omnia petebat Ricardus[f] rex Anglie ad opus suum[r] sicut heres[s] Henrici[t] regis Anglie[f], cui predictus[u] Willelmus rex Sicilie omnia illa preparavit et illi divisit[v], quando in extremis laborabat[w]. Cui Tancredus rex Sicilie[x] respondit in hiis verbis: 'Ego dedi Iohanne regine[f], sorori vestre, decies centena milia[y] terruncios[z.5] pro quieta clamatione[a] dodarii sui, antequam a me recederet. De[b] reliquis exigenciis vestris faciam quicquid facere debeo[c] secundum consuetudinem regni huius'. Unde factum est, quod per consilium [sapientum[d]] virorum rex Sicilie dedit regi Anglie viginti milia unciarum auri pro quieta clamatione[a] dodarii Iohanne[e] sororis sue; et alia viginti milia unciarum auri pro omni[f] supradictorum quieta clamancia, que in iure petebat de divisa Willelmi regis[g] defuncti, et pro matrimonio contrahendo inter

*) et rex secutus est eos in ore gladii *add. H.* Tunc vero rex Anglie princeps ferocissimus ad ultionem mox accensus, omnes suos armata manu urbem oppugnare precepit *add. I.*
) immo — potuit *des. H.* *) acsi d. e. *des. H.*, *ubi rubra:* De captione Messane.
†) et to. pr. do. *des. H.*

a) de f. r. An. *des. H.* b) ha. fi. *H.* c) pa. f. *H.* d) Et cum illi *H.* e) inter — Messane *des. H.* f) ci. Messane pro. *H.* g) irr., et qu. fe. insu. *H.* h) illorum *H.* i) colloquio *H.* k) omnium *add. H.* l) ma. et *des. H.* m) Et cum ad *H.* n) venisset *bis scriptum* 2. o) c. m. l. perv. *H.* p) *deest* 2; urbem *I.* q) regis Anglie *add. H.* r) po. et muros civ. cum civibus fo. *H.* s) et *add. H.* t) al. expulsi sunt *H.* u) Et occ. s. ibi ex hominibus r. Anglie *H.* v) eis *H.* w) ipsi e. conf. *H.* x) sunt ingressi *H.* y) Ho. autem r. A. tan. p. m. l. in tantas vires ex. quod *H.* z) p. c. fr. *H.* a) mun. per circuitum murorum posuerunt *H.* b) T. vero die *H.* c) Messane *add. H.* d) tradent *H.* e) T. r. S. d. eorum *H.* f) *deest H.* g) exibebat 2. h) Ipse enim a r. T. ex. M. *H.* i) quondam *add. H.* k) ill. regni *H.* l) la. unius p. et semis *H.* m) po. si. manducare *H.* n) duo tripodes au. ad predictam mensam auream sustinendam *H.* o) et totidem *H.* p) salmes *H.* q) et totidem de hordeo *H.* r) sui ipsius *H.* s) heredes 2. t) r. He. *H.* u) suprad. *H.* v) preparaverat et diviserat *H.* w) laboravit *H.* x) Si. in hec verba resp. *H.* y) de *add. H.* z) terrins *H.*; tirrenis *I.* a) clamantia *H.* b) Et *H.* c) debuero *H.* d) *deest* 2. e) *deest H.* f) omnium *H.* g) Sicilie *add. H.*

1) Comitis de la Marche. 2) Cf. Toeche p. 152. 3) Vide supra p. 94. 4) i. e. sarcina sagmarii (saumthier), sed in regno Siciliae etiam certum pondus; Ducange VI, p. 25. 5) Tarenus, moneta aurea apud Siculos, ponderat grana 20. DUCANGE.

Arturum[a.1] ducem Britannie, nepotem suum, et unam de filiabus regis Tancredi[b]. Quibus 1190. ex utraque parte concessis, Ricardus rex Anglie scripsit[c] in hac forma Tancredo regi Sicilie[d.2]:

Tancredo[e.3] Dei gratia illustri regi[f] Sicilie[g], ducatus Apulie[g], principatus Capue, Ricardus eadem gratia rex Anglie[g], dux Normannie[h] et Aquitannie et comes Andegavie, salutem in eo qui dat salutem regibus. Cum pro subvectione terre Ierosolimitane, quam, peccatis exigentibus, ex maiori parte paganorum incursus obtinuit et inimicorum crucis Christi gladius devastavit, susceptum, inspirante Domino, peregrinationis iter ageremus, per terram vestram transsitum facientes, aput Messanam civitatem vestram moram facere compulsi sumus, ventorum et maris et temporis inclemencia navigationis nostre propositum detinente. Ubi inter populum nostrum et cives prefate urbis sedicione casu exorta, dampnum hinc[g] inde contigit rerum et virorum; unde visum est pluribus, ut ea occasione fraterna inter nos caritas et dilectio turbaretur. Curavimus itaque, ut decebat peregrinationis nostre propositum, et[i] tum per nos et dilectos et[k] fideles familiares nostros, tum per venerabiles archiepiscopos vestros, scilicet Ricardum archiepiscopum [de[l]] Messana et Willelmum archiepiscopum de Monte-regali, et alios viros venerabiles[m] missos a latere vestro, statuimus, ut illibate pacis inter nos arcius federa firmentur, cuius formam duraturam[n] in evum[o] scripture memoria contineret. Promisimus ergo vobis et regno vestro et toti terre dominationis vestre per nos et nostros terra et mari pacem perpetuam nos fideliter servaturos, sopitis omnibus questionibus, quas tum de dodario[p] sororis nostre regine, tum de rebus aliis per nostros vobis nuncios feceramus; hoc nichilominus addito, quod[q], quamdiu in regno vestro moram fecerimus, ad defensionem terre vestre, ubicunque presentes fuerimus, vobis ausilium prebeamus, quicunque vellet eam invadere aut vobis bellum inferre. Huius autem pacis tenorem et formam, quam in voto habemus et gerimus[r] in proposito vobis et vestris illesa fide servare, per Walterum Rotomagensem archiepiscopum[i] et Girardum Auxiensem archiepiscopum[s] et per Iohannem Ebroicensem et Bernardum Baonicensem[t] episcopos et per Iordanum de Humez constabularium nostrum et per Willelmum de Curci et per Ricardum de Kamvil[u] et per Girardum Talebot et per Robertum de Sablul** et per alios multos nobiliores de familia nostra fecimus iuramentis prestitis coram predictis archiepiscopis, ad hoc ipsum efficiendum a vobis destinatis, et viris illustribus vestris in animam nostram[v] firmari, sicut capitularis forma continet. Ut autem pax ista et fraterna dilectio tam multiplici quam arciori vinculo connectatur, predictis curie vestre magnatibus id ex parte vestra tractantibus, Domino disponente, condiximus, inter Arturum egregium ducem Britannie, karissimum[i] nepotem nostrum et heredem, si[w] forte sine prole nos obire contigerit, et carissimam[i] filiam vestram dominam[i] matrimonium in Christi nomine contrahendum; ut, cum illa, Deo propitio, ad nubiles annos pervenerit, et vos eam mittetis[x] ad locum ubi pars utraque consenserit, prefatus[y] nepos noster eam infra 15 dies, postquam ad eum venerit, debeat in uxorem legitimam desponsare. Aut si celsitudini vestre placuerit eam infra annos nubiles desponsari, predictus nepos noster iuxta beneplacitum vestrum id faciet, si summus pontifex dispensare[z] voluerit. Volentes autem ei tanquam illustri domine et magnifici regis filie dodarium quod convenit[a] designari, de ducatu nepotis nostri tale dodarium ei pro*

*) et Willelmum archiepiscopum de Risa et Ricardum[4], filium venerabilis viri Walteri[5] cancellarii vestri, *add. H.*

**) et per Guidonem de Croum et per Guarinum filium Geroldi et per Bertramnum de Verdun et per Willelmum chamberlangum de Tancervile et per Robertum de Novo-burgo et per Hugonem Bardolf et per Wigain de Cheresburg[6] et per Gillebertum de Wascuil[b] et per Hugonem le Bruin et per Iohannem de Pratellis[c.7] et per Amauri de Muntfort et per Andream de Chavenni[8] et per Willelmum de Forz Dulerun[9] et per Gaufridum de Rancune et per Amauri Torel et per multos alios de familia *add. H.*

a) Arthurum *H.* b) su. et filiam r. Th. *H.* c) in h. f. sc. Th. *H.* d) Carta pacis facte inter Ricardum regem Anglie et Tancredum regem Sicilie *rubr. H.* e) Tha. *H.* f) Sic. r. *H.* g) et *add. H.* h) Northm. *H.* i) *deest H.* k) ac *H.* l) *deest* 2. m) egregios *H.* n) dirit. 2. o) in ev. du. *H.* p) dodotario 2. q) ut *H.* r) in pr. ger. *H.* s) archiepiscopos *H.* t) Baoniensem *H.* u) Camvilla *H.* v) meam *H.* w) si forte *bis scr.* 2. x) mittatis *H.* y) predictus *H.* z) dispessare 2; dispensabit *H.* a) conveniat *H.* b) Wastvill *Rymer.* c) Piller *Hov. ed. princ., Rymer.*

1) Filium Gaufridi filii Henrici II. 2) Cf. Toeche p. 154; de filiis Tancredi ib. p. 546. 3) Exstant tria diplomata quae sequuntur ap. Rymer I, p. 21, qui, ut mihi videtur, nostrum et Hoveden solos secutus est. 4) Comitem de Aiello. 5) Lege *Matthei.* 6) Cherbourg. 7) Préaux. 8) Chavigny. 9) De Oleron.

1190. *parte ipsius nepotis nostri paciscimur. Et quod ad presens per prefatos fideles nostros iurari fecimus, et ab ipso nepote nostro concedi et a magnatibus*[a] *sui ducatus, episcopis et aliis viris illustribus iurari faciemus. Pecuniam vero a magnificentia vestra pro matrimonio isto, scilicet viginti milia uncias auri, nos recepisse ad opus nepotis nostri, fatemur. Hoc in pacto veniente, ut, si, quod absit, interveniente*[b] *morte alterius aut culpa nepotis*[c] *nostri aut nostra vel partis ipsius matrimonium*[d] *non fieret, nos aut heredes nostri pecuniam vobis aut vestris heredibus*[e] *integram sine difficultate in*[f] *loco quo statuerimus restituemus. Super hiis*[g], *videlicet et de pace quam vobiscum firmavimus et de matrimonio contrahendo et de pecunia restituenda, si forte, predictis causis accidentibus, matrimonium non exstaret, dominum papam*[1] *et Romanam ecclesiam in fideiussione ponimus, ut, si forte, quod Deus avertat, ex parte nostra pacis integritas frangeretur, potestatem habeat ecclesia*[h] *Romana nos et terram nostram districtius cohercere. Similiter et ad matrimonium contrahendum potestatem habeat nos et partem nepotis nostri constringere vel, si propter causas predictas non fieret matrimonium, ad restituendam pecuniam nos aut heredes nostros aut terram nostram cogere habeat potestatem. Id quoque de fideiussione Romane ecclesie nos ita facturos, predictorum virorum nos obligavimus iuramentis, sicut capitularis forma continet, quod vobis misimus, sigilli nostri appositione signatum. Si autem, nobis sine heredibus decedentibus, ipse ad regnum nostrum hereditario iure pervenerit, de regno nostro tale dodarium*[i] *illi designamus, videlicet antiquum et consuetum dodarium reginarum Anglie.*

Hec est autem[k] capitularis forma, que facta est inter Ricardum regem Anglie et Tancredum regem Sicilie:

Ego N.[l] *iuro super hec sacrosancta*[m] *euangelia, quod dominus meus Ricardus rex Anglie ab hac hora in antea servabit [domino*[n]*] Tancredo regi Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, et regno eius et toti terre dominationis eius*[o] *pacem perpetuam per se et per suos terra et mari. Et quamdiu*[p] *dominus meus Ricardus*[k] *fuerit*[q] *in regno domini*[k] *regis Tancredi, dabit ei ausilium ad defendendum terram suam, ubicunque*[p] *fuerit in terra domini regis Tancredi*. Et quod dominus meus pacem istam manu sua iurabit, si dominus*[r] *Tancredus*[s] *similiter pacem manu sua iuraverit. Et si aliquando, quod absit, dominus meus vellet pacem istam infringere, ego ponam me in captione ipsius domini regis Tancredi*[s]*, ubi ipse voluerit. Et hec omnia dominus meus*[k] *Ricardus rex Anglie et ego bona fide et sine fraude** tenebimus. Sic nos*[t] *Deus adiuvet et hec sancta Dei euvangelia et sanctorum relliquie*[u]*. Amen.*

Et[v] sciendum, quod in ea[w] forma iuraverunt archiepiscopi et episcopi et ceteri homines regis Sicilie[x] in animam ipsius, se et suos servaturos[y] pacem Ricardo regi Anglie et suis in terra[z] et mari, quamdiu ipsi fuerint in terra sua. Et si ipse[a] rex Sicilie suique[b] pacem non servaverint, predicti archiepiscopi et ceteri, qui sacramentum illud ex parte regis Tancredi iuraverunt, ponent se in captione regis[c] Ricardi, ubi ipse voluerit. Et[d] sciendum, quod rex Tancredus dedit regi[e] Ricardo Anglie alia viginti milia uncias[f] auri pro quieta clamancia omnium questionum, quas fecerat tam de dodario sororis sue regine quam de omnibus aliis exigenciis suis. Et ut Tancredus rex[g] securior esset de omnibus supradictis conventionibus, Ricardus rex scripsit in hac forma[h] summo pontifici[2]:

Epistola Ricardi regis Anglie ad summum pontificem[i].

Reverentissimo domino ac beatissimo patri Clementi, Dei gratia[k] *summo pontifici, Ricardus eadem gratia rex Anglie*[l]*, dux Normannie et Aquitannie*[l]*, comes Andegavie, salutem et sincere in Domino devotionis affectum. Iustiorem exitum facta principum sorciuntur, cum a*

*) T. r. Sicilie, quicunque vellet eam invadere aut ei facere guerram *add. H.*
**) et sine malo ingenio *add. H.; des. I.*

a) magnatibus — Pecuniam vero a *des. H.* b) m. al. int. *H.* c) no. ne. *H.* d) ipsum *add. H.* e) nostri v. aut ves. h. supradictam pec. *H.* f) in l. q. st. *des. H.* g) autem *add. H.* h) Ro. ecc. *H.* i) illi do. *H.* k) *deest H.* l) enim 2. m) sancta Dei *H.* n) *ita H.;* pacem 2, *quod verbum lin. seq. iterum habetur.* o) sue *H.* p) ipse *add. H.* q) erit *H.* r) rex *add. H.* s) Than. *H.* t) De. nos *H.* u) reliq. *H.* v) est *add. H.* w) eadem *H.* x) r. Tancredi *H.* y) p. serv. *H.* z) m. et t. *H.* a) Tancredus *add. H.* b) et sui *H.* c) R. r. Anglie *H.* d) est *add. H.* e) R. r. *H.* f) unciarum *H.* g) Sicilie *add. H.* h) rex Anglie in h. f scr. *H.* i) ad Clementem papam super pace facta inter ipsum et Tancredum regem *H.* k) sancte sedis apostolice *add. H.* l) et *add. H.*

1) Clementem III. 2) Cf. Toeche p. 155. De alia forma huius epistolae cf. quae notavi 'N. Archiv' IV, p. 620.

1190.

sede apostolica robur et favorem accipiunt et sancte Romane ecclesie consilio[a] diriguntur. Proinde dignum duximus ad notitiam beatitudinis vestre transmittere, que inter nos et dominum Tancredum illustrem Sicilie regem publico nuper et admodum sunt[b] necessario celebrata contractu. Sane dilectionem fraternam et pacem perpetuam cum eo firmavimus, quam magnatum nostrorum, archiepiscoporum et aliorum[c] virorum illustrium, iuramentis ei et suis et regno suo et toti terre dominationis sue nos illibata fide promisimus servaturos. Cum [eo[d]] etiam pacis et amicitie fedus arciori adhuc vinculo astringentes, inter Arturum egregium ducem Britannie, karissimum nepotem nostrum et heredem, si nos decedere sine prole contigerit, et illustrem filiam eius matrimonium, Domino[e] volente, condiximus contrahendum; quod Domino largiente debitam consummationem accipiet, cum illustris puella nubiles annos attigerit, aut predicto domino regi[f] Tancredo placuerit, ut infra nubiles annos illa in uxorem nepoti nostro desponsanda tradatur, nos ipsum nepotem nostrum hoc facturum concessimus, si sancta Romana ecclesia decreverit super [hoc[d]] dispensare. Pecuniam vero, quam pro matrimonio ipso ad opus nepotis nostri ab eodem domino rege[g] recepimus[h], 20 milia uncias[i] auri, si forte, quod absit, morte interveniente alterius, aut culpa nostra aut nostri nepotis aut partis[k] ipsius matrimonium non staret, nos aut heredes nostri ipsi domino[l] Tancredo vel[m] heredibus suis[n] ex integro restituere, prestitis super hoc iuramentis[o] ex utraque parte nostra, [tenemur[d]]. Ut igitur tenor pacis inite et initiati matrimonii fides cum integritate debita ex parte nostra et nepotis nostri servetur, sicut ipsi domino Tancredo interposita iurisiurandi religione firmavimus, sanctitatem vestram et sanctam Romanam eclesiam obnixe rogamus, quatinus et firmate pacis servande perpetuo et matrimonii consummandi, vel, si ex predictis causis matrimonium ipsum [non[p]] fieret, restituende pecunie sancta sedes apostolica fideiussionem pro nobis suscipiat erga dominum[q] regem Tancredum et heredes ipsius. Cuius fideiussionis onus ut confidenter vobiscum Romana ecclesia suscipiat, presencium literarum testimonio vobis et sancte Romane ecclesie concedimus[r] liberam potestatem nos et heredes nostros et terram nostram districtius cohercere, si vel contra pacem prefatam venerimus vel, predictis causis matrimonio non secuto, nos aut heredes nostri solutionem[s] negaremus. Ad honorem utriusque regni[t] vestra novit beatitudo spectare, si mediante Romana eclesia pacis pariter et matrimonii bonum ad congruum finem deveniat, unde multiplex in futurum utilitas consequatur. Testibus nobis[u], 11. die Novembris, aput Messanam. Nov. 11.

Set antequam pax ista concessa[v] et confirmata esset inter regem Anglie et regem Sicilie, Margaritus admiralis et Iordanus del Pin, familiares regis Tancredi, quibus ipse civitatem Messanam tradiderat custodiendam, de nocte furtive[w] abierunt, adducentes[x] secum totam familiam suam et substanciam quam[y] habebant in auro et argento; domos vero illorum et galeas et alias possessiones suas saisiavit[z] rex Ricardus[a] in manu sua, illis abeuntibus. Deinde rex Anglie fossatum magnum, latum et profundum fecit fieri[b] per medium insule que est in flumine del Far, in qua est predictum[c] Monasterium Griffonum, ubi tesauri regis et victualia[d] custodiebantur, cuius[e] longitudo tocius insule continet latitudinem ab una ripa in alteram, et finis eius terminatur in Caripdim[f]. Et est notandum[g], quod in fluvio illo del Far de Mechines[h] sunt illa duo pericula maris maxima, scilicet Silla et Caribdis. Quarum una[i], Silla, est ad introitum del Far prope la Baignare[k], et altera[l], scilicet Caribdis, est prope exitum del Far. Ad cuius cognicionem facta est turris lapidea in predicta insula iuxta fossatum regis Anglie.*

Deinde idem Ricardus rex Anglie[m] firmavit sibi castellum forte in supercilio montis

*) Et est sciendum, quod Silla semper evomit et in altum iactat undas, et ideo necesse est, ut transeuntes elongent se ab ea, ne insanis obruantur. Caribdis vero indesinenter attrahit et absorbet aquas; et ideo caveant sibi transeuntes, ne absorbeantur ab ea. Quidam tamen incauti, vitare Sillam volentes, cadunt in Caribdim[1] *add. H.*

a) colloquio *H.* b) nec. sunt *H.* c) arch. episcoporum et plurimorum v. *H.* d) *deest* 2. e) vo. D. *H.* f) T. r. *H.* g) Tancredo *add. H.* h) scilicet *add. H.* i) unciarum *H.* k) patris 2. l) regi *add. H.* m) aut *H.* n) eius *H.* o) sacramentis *H.* p) *deest* 2. q) nostrum *add. H.* r) li. con. *H.* s) pecunie *add. H.* t) nostri *H.* u) ipsis *add. H.* v) esset conc. et conf. *H.* w) *deest H.* x) *fort. emendandum* abducentes. y) sec. familias suas et substantias quas *H.* z) do. v. et g. et al. p. illorum saisivit *H.* a) r. Anglie in *H.* b) Ang. fec. fi. foss. unum la. et pro. per *H.* c) *deest H.* d) thes. et v. eius *H.* e) fossati *add. H.* f) Caribdim *H.* g) sciendum *H.* h) Meschines *H.* i) Quorum unum scilicet *H.* k) prioratum de la Bangnare *H.* l) alterum *H.* m) D. r. A. dum pax inter illum et regem Tancredum facienda moraretur *add. H.*

1) Cf. Gualteri Castellion. Alexandreida V, 301.

1190. ardui extra muros civitatis Messane, quod Mategriffun[1] vocaverunt. Griffones vero ante adventum regis Anglie erant potenciores omnibus qui erant in terra Sicilie[a] et odio habebant omnes homines ultramontanos, adeo quod[b] minimo habebant illos interficere; nec erat qui adiuvaret. Sed ex quo rex Anglie illuc venit, malicia eorum[c] quievit, et potestas eorum minuta est, et facti sunt viliores omnibus inhabitantibus terram illam. Et sperantes se posse contra regem Anglie, sicut potuerunt contra ceteros in diebus antiquis, inciderunt in foveam quam fecerant[d] e facti sunt profugi in terra. Gens autem Anglie[e] in maxima habebatur reverentia in regno Cicilie. Et[f] impletum est propheticum illud quod antiquitus scriptum inveniebatur in tabulis lapideis prope villam regis Anglie que dicitur Here[g, 2], quam rex Henricus[h] dederat Ranulfo* filio Stephani; in qua idem Ranulfus** domum magnam[i] construxit, in cuius pinnaculo effigiem cervi statuit, quod factum fuisse creditur, ut adimpleretur vaticinium illud quod dicitur:

Zan ʒu seches in Here hert yreret,
Zan sulen Hengles in ʒre be ydeled:
Zat han sale into Hyrlande alto lade waya,
Zat hoʒer into Poile mid pride bileve,
Ze thirde in hayre haughen hert[3] alle . . .[k] ydreghe***. . . . . .

1189. Nov. Eodem anno Henricus rex Allemannorum, cum audisset, quod Willelmus rex Cicilie[l] mortuus esset, calumniatus est regnum Cicilie et ducatum Apulie et principatum Capue
1190. de iure Constancie uxoris sue. Et misit archiepiscopum[4] Mauguntinum et Henricum Teste[5] cum magno exercitu in Apuliam ad subiciendum eam sibi. Qui intrantes Apuliam in manu hostili, moram fecerunt in ea mense Maii et Iunii et dimidio mensis Augusti, vastantes terram et parum proficientes, licet comes Rogerus de Andria et multi alii, memores sacramenti quod fecerant Constancie, uxori predicti regis Alemannorum, illis adhesissent et auxilium suum prestitissent contra Tancredum regem Cicilie[m]. Et cum fere totam Apuliam exceptis civitatibus et castellis devastassent, tandem imperfecto negocio domini sui in patriam suam redierunt. Eodem anno plus quam centum milia paganorum[6], virorum ac mulierum, qui in regno Cicilie erant servi Willelmi regis Sicilie, post mortem eius indignati sunt servire regi Tancredo, tum quia[n] rex Allemannorum calumpniatus est regnum Scicilie, tum quia rex Anglie infestavit regem Tancredum; et abierunt in montana cum mulieribus, cum filiis et filiabus et pecoribus suis, et habitaverunt ibi et multa [mala[o]] fecerunt christianis. Sed cum audissent, quod pax et finalis concordia esset inter regem Anglie et regem

*) Willelmo *H.* **) Willelmus *H.*
***) *Apud Hov. haec ita leguntur:*

Than thu seches in Here hert yreret,
Than sulen Engles in three be ydeled:
That an sal into Yrlande alto late waie,
That oher into Puille mid prude bileve,
The thridde into air hahen herd alle wreke ydrehegen.

Auctor Walteri Coventrensis haec ex Hov. transscribens, addit: Cuius est sensus: Cum videris in Here cervum levatum, tunc Angli in tria dividentur; pars una in Hiberniam festina migrabit, altera in Apuliam cum fide strenua, tertia in solo patrio omnem patietur servitutem.

a) omn. regionem illam inhabitantibus et *H.* b) pro *add. H.* c) illorum *H.* d) fecerunt *H.* e) Anglicana *H.* f) Tunc *H.; prophetia quae sequitur deest I.* g) Hene *vel* Heve 2. h) H. r. Anglie *H.* i) novam *H.* k) *spatium vac.* 2. l) Cilicie 2. m) Cilie 2. n) Henricus filius Frederici imperatoris *add. I.* o) *deest* 2.

1) Matar ap. Italos, Gallos, Hispanos quod nostris 'matt machen'. Derivatur de ludo scaccorum Persico; v. Diez, 'Wörterbuch der Rom. Spr.' s. v.; cf. Ordericum Vitalem l. XII: Henricus I. condidit *castrum quod Mata-Putenam, id est devincens meretricem, pro despectu Hadvisae comitissae nuncupavit.* 2) Fortasse Harford in comitatu Devon. STUBBS. 3) i. e. *erd;* vocalibus enim quae sunt verbis principia, littera h Francica praefigitur; quanta tamen affinitate lingua Anglica cum matre Germanica tunc iuncta esset, quamvis Normanno-Galli iam per 125 annos Britanniae imperarent, ex versione quam hic subnectimus, discas:

'Wann du siehest in Here (den) Hirsch erhöhet,
Dann sollen (die) Engländer in drei (Theile) sein getheilt:
Der eine soll nach Irland allzu leiten (den) Weg;
Der andere nach Puglia mit stolzem Glauben [aut 'Stolz im Laufe' STUBBS, aut 'in P. mit Stolz bleiben' ZUPITZA];
Der dritte in ihrer eigenen Erde all' Elend (Rache) ertragen'.

4) Conradum. 5) de Kalden, 'marescalchus de Bappenheim'; cf. Toeche p. 148, qui annotat, nostrum falso legationem Conradi cum expeditione Henrici confudisse. 6) Cf. Toeche p. 141 sq.

Tancredum, redierunt in servitutem Tancredi et, datis ei obsidibus, reversi sunt in domos suas, colentes terram sicut consueverant. Deinde post recessum Allemannorum Ricardus comes de Cerne[1], frater uxoris[2] regis Tancredi, congressus in bello cum comite Rogero de Andria, cepit eum et tradidit regi Tancredo. . . . . . . 1190.

Eodem anno Conradus[3] dux Suavie, filius Frederici Romanorum imperatoris, venit ad exercitum Acre cum magno exercitu Teutonicorum et Alemannorum, et paulo post obiit in obsidione Acre.

Eodem anno mense Decembris audita sunt tonitrua magna in Cicilia aput Messanam, et fulgura multa precedebant, et omnis exercitus regum Francie et Anglie exterritus est pre timore. Ictus enim fulminis cecidit in unam galearum regis Anglie et demersit eam in profundum, percussitque murum civitatis Messane et contrivit magnam [partem[a]] illius. Milites autem et servientes qui erant in Monasterio Griffonum, in quo erant tesauri regis Anglie, dixerunt pro certo, se vidisse globum igneum super pinnam templi predictorum Griffonum, qui non erat comburens[b], sed illuminans, et ibidem moram fecit, donec cessavit tempestas, et cessante tempestate recessit lumen illud. Admirantibus autem illis et diligenter inquirentibus quid hoc esset, Griffones ibidem iugiter Deo servientes responderunt, quod sic semper evenit, quando tempestas fit. . . . . . . Dec.

Deinde inter festum sancti Andree et natale Domini fuit totus exercitus christianorum armatus et volebat insultum facere[c] in civitatem Acre. Et Alemanni et Angli traxerunt scalas[d] ad fossata[e]; et exierunt* a civitate pagani et abstulerunt Alemannis scalas suas. . . . . . . Nov. 30—Dec. 25.

Eodem anno, cum Henricus rex Alemannorum audisset[4], quod Fredericus Romanorum imperator, pater suus, mortuus esset, reddidit Henrico duci Saxonie universa que pater suus ei abstulerat et incrementum dedit ei decem castella optima. Similiter fecit ceteris omnibus, a quibuscumque pater suus aliquid abstulerat, reddens unicuique quod suum erat. Pacatis itaque sibi omnibus hominibus suis, misit nuncios suos ad Clementem papam[5] et ad senatores urbis Romane, petens sibi Romanum imperium et promittens, se in omnibus leges et dignitates Romanas servaturum illesas. Clemens vero papa, habito cum senatoribus et populo Romano super peticionibus regis Allemannorum cum deliberatione consilio, respondit, rem bene processuram, si idem rex Allemannorum consilio et voluntati eius et senatorum adquieverit. Erat enim de consilio eorum, quod illum in dominum et in imperatorem reciperent, si ipse iurasset, se leges et dignitates servaturum illibatas. Clemens itaque summus pontifex, accersitis coram illo et senatu Romanorum nunciis Henrici regis Allemannorum, mandavit predicto regi, quod ipse et Romani reciperent eum in imperatorem. . . . . . .

Eodem anno orta est gravis dissensio inter Romanos et papam Clementem, que nunquam quievit, donec idem papa conventionaverat tradere eis civitatem suam Tusculanam ad destruendum; erat enim semper contraria, et eam hodio habebant. Idem vero papa eos protrahens de die in diem, tradere eam illis distulit[6]. . . . . . .

Hec sunt nomina[7] quorundam nobilium defunctorum eodem anno[f] in obsidione Acre: . . . archiepiscopus[8] de Besenzun[g], archiepiscopus[9] de Arle-la-Blanche[h]. . . . Fredericus Romanorum imperator obiit in eundo versus terram Ierusalem, submersus in fluvio qui dicitur Salef. Et Conradus[10] filius[i], dux Suavie, obiit in obsidione Acre[k], . . . Landegravis[l,11] de Alemannia in Rumania in redeundo[m] . . ., dux Bertoldus de Alemannia[n,12], Rogerus comes de[13] Apulia**. . . . Isti[o] occisi sunt in prelio: . . . Odo de Gunes[p] . . . Isti obierunt

*) per posternas *add. H.*
**) Et Iocellinus comes de[13] Apulia . . . et Ingeram de Fenes[14] occisus *add. H.*

a) *deest* 2. b) combures 2. c) ut ins. faceret *H.* d) suas *add. H.* e) ut muro apponerent eas *add. H.* f) Nom. qu. magnorum virorum qui e. a. obierunt *H.* g) Bez. *H.* h) Arleleblanc *H.* i) eius *add. H.* k) Accon *H.* l) Landegravus *H.* m) versus domum *add. H.* n) et *add. H.* o) Isti — prelio *des. H.* p) Ode de Gunesse occisus *H.*

1) Acerra. 2) Sibyllae. 3) Potius Fridericus; hic, ut supra p. 112, cum fratre iuniore confusus. Obiit 1191, Ian. 20. 4) Nuntius de morte imperatoris pluribus mensibus post pacem Fuldae inter Henricos factam (Toeche p. 125) in Germaniam pervenit (ib. p. 165). 5) Ib. p. 166 sq. 6) Ib. p. 183. 7) Postea operi inserta videntur; partim enim bis scribuntur, partim ratione temporum carent. 8) Theodoricus II. 9) Petrus. 10) Potius Fridericus; v. supra n. 3. 11) Ludovicus III, obiit Oct. 15, a. 1190. 12) Error. Fortasse de Friderico, filio Bertholdi Meranensis, loqui volebat. STUBBS. 13) Fortasse intelligendum: *oriundus ex*. Certe comes Apuliae eius nominis tunc non exstabat. 14) Fielnes; cf. SS. XXIV, p. 729.

eodem anno[a] in obsidione Acre[b]: . . . Anselmus de Monte-regali et tota familia eius, . . .
1191. castellanus de Ypre, . . . Robertus de Boves. . . . In[c] secundo anno comes Flandrie Phi-
1192. lippus; . . . item in tercio anno: . . . Iaches de Avennis occisus, . . . marchio[1] occisus ab Assasisis. . . . . . .

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi[d] 1191.[e] Philippus rex Francie et Ricardus rex Anglie[f] fuerunt simul in Sicilia apud Messanam die nativitatis dominice[g],
1190. Dec. 25 que feria tercia evenit. Et in ipso die nativitatis dominice[h] post prandium Pisani et Ianuenses sediciose fecerunt impetum in galiotas regis Anglie et mutuo se interfecerunt. Venit ergo rumor[i] ad aures regis Anglie, qui adhuc sedebat ad mensam in Mategrifion[k] castello suo, et epulabatur cum eo[l] die illa Reinaldus[m] Carnotensis episcopus et Hugo dux Burgundie et Willelmus[2] comes de Nevez et Willelmus comes de Iuvenni[3] et Gaufridus comes de Pertico et tota fere[n] familia regis Francie. Et velocius[o] surrexerunt omnes viri illi, et rex et illi processerunt[p] armati ad pugnam illam dirimendam, nec poterant; sed nocte superveniente separati sunt ab invicem usque mane. Mane autem facto[q], cum populus convenisset in ecclesia sancti Iohannis Hospitalis ad audiendum[r] divinum officium, quidam Pisanus extracto cultello[s] quendam galiotarum[t] interfecit[u]; et sic Pisani[v] iterum et galiote congressi sunt, et multi ceciderunt ex utraque parte interfecti. Venerunt ergo rex Francie et rex Anglie cum multa plebe armata et pacem fecerunt inter eos[w].

In illo tempore erat quidam abbas in Calabria de ordine Cisterciensi dictus Ioachim abbas de Curacio[4], spiritum habens propheticum, ventura populo predicebat. Rex autem Anglie libenter illius audiebat prophetias et sapientiam et doctrinam. Eruditus enim erat in divinis scripturis et interpretabatur visiones beati Iohannis euangeliste quas vidit, sicut ipse narrat in Appocalipsi, quam ipse manu sua scripsit, in quibus audiendis rex et sui
Apoc. 12, 1–6. plurimum delectabantur[x]. Locus autem hic erat: *Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius; et in capite eius corona stellarum* 12, *et pariens cruciabatur ut pareret. Et ecce draco magnus rufus habens capita septem et cornua* 10, *et in capitibus eius* 7 *diademata, et cauda eius traebat terciam partem stellarum celi et misit eas in terram. Qui stetit ante mulierem que paritura erat, ut, cum peperisset, filium eius devoraret. Mulier autem peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deum et ad tronum eius. Mulier autem fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo*[y], *ut pascat eam ibi diebus* 1260. Huius igitur visionis interpretacio secundum Ioachim abbatem de Curacio talis est[5]: *Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius* significat sanctam ecclesiam, sole iusticie, qui est Christus dominus, obumbratam et amictam, sub cuius pedibus mundus iste cum viciis et concupiscenciis suis semper est conculcandus. *Et in capite eius corona stellarum* 12: Caput ecclesie Christus est; corona ecclesie fides catholica, quam 12 predicaverunt apostoli. *Et pariens cruciabatur ut pareret* significat sanctam ecclesiam semper gaudentem novo fetu, ac ut animas lucrifaciat Deo, laborans cruciatur. *Et ecce draco magnus rufus, habens capita* 7 *et cornua* 10 significat diabolum, qui bene dicitur 7 habere capita: caput diaboli omnis iniquus est; 7 ponit, quasi finitum pro infinito. Infinita sunt enim capita diaboli, id est persequtores ecclesie et iniqui, de quibus licet infinita sint, tamen idem Ioachim in expositione sua 7 ponit principales ecclesie persequtores, quorum hec sunt nomina: Herodes, Nero, Constancius, Maumet, Melsemutus[6], Saladinus, Antichristus; et de his dicit beatus
Apoc. 17,10. Iohannes euangelista in Apocalipsi: *Reges* 7 *sunt; quinque ceciderunt, et unus est, et unus nondum venit.* Quod idem Ioachim interpretatur dicens: *Reges* 5, scilicet Herodes, Nero, Constancius, Maumet, Melsemutus, Saladinus, Antichristus; ex his *quinque ceciderunt*, scilicet Herodes, Nero, Constancius, Maumet, Melsemutus; *et unus est*, scilicet Saladinus, qui in presenti opprimit ecclesiam Dei et eam cum sepulcro Domini et sancta civitate

a) Preterea e. a. ob. *H.* b) Accon *H.* c) *quae sequuntur om. H.* d) Anno gratie *H.* e) qui erat annus secundus regni regis Ricardi *add. H.* f) idem rex R. et P. r. F. *H.* g) natalis Domini *H.* h) Eodem die *H.* i) clamor inde *H.* k) Mategriffun *H.* l) illo *H.* m) Regin. *H.* n) alii multi de *H.* o) remota mensa *add. H.* p) et pr. omnes cum rege *H.* q) In crastino *H.* r) in ea *add. H.* s) suo *add. H.* t) galiat. 2; regis *add. H.* u) in ecclesia *add. H.* v) et sic it. cong. s. P. et ga., et *H.* w) illos *H.* x) *quae de Ioachim sequuntur des. I.* y) adeo 2.

1) Conradus de Monte-ferrato. 2) Rectius Petrus II. 3) Joigny. 4) Coraze; cf. de Ioachim Toeche p. 178. 5) Cf. Ioachim, Expositio in Apocalipsin (Venetiis 1527. 4°), lib. Introd. c. 8, f. 10. 11; p. IV, dist. 1, f. 154 sqq.; p. VI, dist. 1, f. 196. 6) Cf. Ric. de S. Germ., SS. XIX, p. 337.

Ierusalem et cum terra, in qua steterunt pedes Domini, in servitutem redigit; et ipse in proximo amittet regnum Ierosolimitanum et interficietur; et milvorum rapacitas peribit, et erit illorum strages maxima, qualis non fuit ab initio mundi; et fiet habitacio eorum deserta, et civitates illorum desolabuntur; et christiani revertentur ad amissa pascua et nidificabunt in eis. Et conversus ad regem Anglie ait: 'Hec omnia reservavit Dominus et per te fieri permittet, qui dabit tibi de inimicis tuis victoriam, et ipse nomen tuum glorificabit in eternum, et tu ipsum glorificabis, et in te ipse glorificabitur, si in opere cepto perseveraveris'. *Et unus nondum venit*, id est Antichristus. De isto Antichristo dicit idem abbas de Curacio sentire, quod iam natus est, 15 annos habens a nativitate, sed in potestate sua nondum venit. Admirantibus autem cunctis super his que ab illo audiebant, dixit ei rex: 'Ubi est Antichristus natus? Et ubi regnaturus est?' Respondit ei Ioachim coram Waltero Rotomagensi archiepiscopo, N.[1] de Appamia[a] et Girardo Auxiensi archiepiscopis et Iohanne Ebroicensi et Bernardo Baoniensi episcopis et coram multis aliis honestis viris, tam clericis quam laicis, quod Antichristus ille in urbe Romana iam natus esse creditur, et in ea sedem apostolicam optinebit, de quo dicit apostolus: *Et adversatur et extollitur supra omne quod* 2 Thess 2, 4. 8.
dicitur Deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et destruet illustracione adventus sui. Cui rex ait: 'Si Antichristus in Roma natus est et ibi sedem apostolicam possidebit, scio, quod ipse est ille Clemens qui modo papa est'. Hec autem dicebat, quia papam illum odio habebat. Et iterum ait rex: 'Putabam, quod Antichristus nasceretur in Babilonia vel in Antiochia de stirpe Dan et regnaret in templo Dei, quod est in Ierusalem, et in terra illa ambularet ubi steterunt pedes Domini et regnaret per tres annos et dimidium anni et disputaret cum Enoch et Helia[b] et eos interficeret et postea moreretur, et post mortem eius daret Deus penitentiam 60 dies, in quibus peniterent illi qui a via veritatis erraverunt et seducti fuerunt per predicacionem Antichristi et seudorum prophetarum eius'. Sequitur de 10 cornibus: *Decem cornua* diaboli sunt hereses et scismata, que heretici et scismatici opponunt contra 10 precepta et mandata Dei. *Et in capitibus eius 7 diademata:* qui sunt reges et principes huius seculi qui in illum credituri sunt. *Et cauda eius trahebat terciam partem stellarum celi et misit eas in terram:* hoc est in fine perdet omnes qui perseverantes in eo crediderint et mittet eos in gehennam. Draco qui steterat ante mulierem parituram, ut, cum peperisset, filium suum devoraret, diabolus est, qui semper insidiatur ecclesie, ut partum eius rapiat et raptum devoret. Qui ideo bene dicitur stare, quia nunquam declinat a malo, set semper stat rigidus in malitia sua et inflexibilis in versucia sua fraudis. Vel aliter cauda eius significat finem seculi, in qua surgent quedam gentes inique que dicuntur Gog et Magog et destruent ecclesiam Dei. In tempore autem Antichristi multi christianorum in cavernis terre et in solitudinibus petrarum morantes fidem christianam in timore Dei servabunt usque ad consummacionem Antichristi. Et hoc est quod dicit: *Mulier fugit in desertum Egipti, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascat eam diebus* 1260. Filius autem eius masculus, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, est Iesus Christus, qui raptus est ad Deum et ad tronum eius et avulsus est ab occulis intuencium. Cuius sequaces si fuerimus, perseverantes in mandatis eius, rapiemur in aera illi obviam, et sic cum illo semper erimus. At licet idem abbas de Curacio prenominatam sentenciam proferret de adventu Antichristi, plures tamen et fere omnes viri ecclesiastici in scripturis divinis plurimum eruditi nitebantur probare in contrarium, multisque hinc inde prolatis verisimilibus sentenciis, tamen adhuc sub iudice lis est. . . . . . . Hor. Ep. II, 3, 78.

Eodem mense Februarii . . . multas galeas misit idem rex Anglie ad Neopolim contra 1191. Febr.
matrem suam Alienor reginam et contra Berengeram, filiam Sanccii regis Navare, quam rex ducturus erat in uxorem, et contra Philippum comitem Flandrie. Predicta vero Alienor regina et filia regis Navare non potuerunt habere licenciam veniendi ad Messanam ab hominibus regis Tancredi propter multitudinem hominum comitancium, et profecte sunt usque Brandusium. Et comes Flandrie galeas intrans venit ad Messanam[2]. . . . . . .

Mense Marcii die prima mensis feria sexta Ricardus rex Anglie per consilium regis Mart. 1.
Francie a civitate Messana recessit ad loquendum cum Tancredo rege Sicilie. Et tercia die Mart. 3

a) Appania 2. b) Heliam 2.

1) Nomen ignoratur; cf. Gams, Series episcoporum p. 436. 2) Cf. Toeche p. 159.

1191. sequenti venit rex Anglie ad civitatem Cathanensium, ubi requiescit sanctissimum corpus beate Agathe virginis et martiris. Et cum Tancredus rex Sicilie audisset adventum illius, exivit obviam illi extra civitatem fere per quinque miliaria et, cum eum longe venientem conspiceret, antequam convenirent, descendit uterque illorum, et currens alter ad alterum, irruerunt in mutuos amplexus et salutaciones et oscula. Deinde equos ascendentes, ingressi sunt civitatem; et occurrerunt illis clerus et populus cum himnis et canticis benedicentes Deum. Factaque oratione ad sepulcrum beate Agathe, rex Anglie ingressus est palacium regis Tancredi et habitavit ibi per tres dies simul cum illo cum honore qualis decebat regem. Quarta die rex Sicilie dona multa et magna in vasis aureis et argenteis, in equis et pannis sericis obtulit regi Anglie; at huiusmodi non indigens, nichil eorum capere voluit preter anulum parvulum quendam, quem in signum mutue dilectionis accepit. Rex autem Anglie dedit ei gladium optimum Arcturi, nobilis quondam regis Britonum, quem Britones vocaverunt Caliburnum[1]. Preterea Tancredus dedit regi Anglie quatuor magnas naves quas vocant ufsers[2] et 15 galeas. Et cum recessisset in propria persona, perduxit eum usque ad Tavernum[3] per duas dietas magnas. Cumque inde recedere vellet, dixit rex Tancredus illi: 'Nunc scio vere et certis indiciis comprobavi, quod ea que rex Francie mandavit mihi de vobis per ducem Burgundie et per litteras suas pocius ex invidia processerunt quam ex amore quem erga me haberet. Ipse enim mandavit mihi, quod nec pacem nec fidem mihi servastis, et quod conventiones inter nos factas transgressi estis, et quod in regnum istud non venistis nisi ut auferretis[a] a me; sed et, si vellem cum exercitu meo super vos venire, ipse auxiliaretur mihi quantum posset ad vos et exercitum vestrum confundendum'. Cui rex Anglie respondit non minori constantia verbi quam animi: 'Confundantur omnes inique agentes; et ego credere non possum, quod hec mandaverit, cum sit ipse dominus meus et socius coniuratus in peregrinacione ista'. Ad que respondens rex Tancredus: 'Ut comprobetis, me', inquit, 'verum dicere vobis, ecce trado vobis litteras quas ipse rex Francie misit mihi per ducem Burgundie. Quod si dux Burgundie negare voluerit, ego eum inde comprobabo per unum de ducibus meis, quod verissime literas has sigillatas sigillo regis Francie mihi tradiderit'. Et cum rex Anglie litteras accepisset de manu regis Tancredi, venit rex Francie usque Tavernum loqui cum rege Tancredo. Rex Anglie per aliam viam reversus est in Messanam. Rex Francie fecit moram unius noctis apud regem Tancredum in Tavernum et in crastino rediit ad Messanam. Rex autem Anglie in ira commotus adversus eum, nec faciem hilarem nec pacem spondentem ei pretendebat, sed oportunitatem querebat, ut cum suis ab eo recederet. Inquirente rege Francie diligentius, quare hoc esset, mandavit illi rex Anglie per comitem Flandrie et per alios familiares suos ea que rex Sicilie dixerat illi de eo et in testimonium facti litteras quas acceperat de rege Tancredo ostendit. Quod cum rex Francie audisset, male sibi concius obmutuit, ignorans quid contra hec responderet. Tandem ad se reversus, ait: 'Verba hec ficta sunt et de novo inventa. Scio enim et certus sum, quod ipse querit causas malignandi adversum me. Putatne, quod per talia mendacia sororem meam abiciet, quam desponsandam sibi iuravit?' Cui rex Anglie respondit: 'Sororem tuam non abicio, sed illam ducere nequeo in uxorem, quia pater meus cognovit eam, generans ex ea filium'. Quod cum regi Francie constaret per plurimorum asserciones, ipse post multorum tergiversaciones verborum quietum clamavit regem Anglie a coniugio sororis sue Alesie, receptis decem milibus marcis argenti ad opus eiusdem mulieris pro conventione a rege Anglie, et cum rex Francie rediret in Franciam, predicta soror eius traderetur illi cum Gisorcio et omnibus aliis rebus que rex Francie eis concesserat in maritagio. Et rex Francie dedit licentiam regi Anglie quamcunque vellet ducendi in uxorem. Insuper concessit, quod dux Britannie sit homo regis Anglie in perpetuum et heredum suorum de Britannia, et quod rex Anglie et heredes sui respondeant inde regi Francie et heredibus suis. Et sic in illa die facti sunt amici rex Francie et rex Anglie et omnes conventiones illas fide et sacramentis sub sigillorum suorum testimonio confirmave-

a) auferar. 2.

1) Cf. San Marte ad Galfr. Monmut. IX, 4. 2) Huissier, navis qua equi transvehuntur. DUCANGE. 3) Taormina.

runt[1]. Et eodem mense Marcii, 3. Kalendas Aprilis, sabbato Philippus rex Francie[a] recessit a portu Messane cum toto navigio suo[2]. . . . . . . 1191. Mart. 30.

Mense Aprilis, 4. Idus[3] eiusdem mensis, feria quarta Clemens papa tercius obiit; et eodem die Iacinctus, nacione Romanus et Romane ecclesie cardinalis, electus est in papam per communem cardinalium electionem et in vigilia pasche ordinatus in sacerdotem. Et in ipso die pasche statim, que 18. Kalendas Maii evenit, pontifex Romanus est consecratus et vocatus Celestinus papa tercius. In crastino autem consecrationis sue ipse consecravit et coronavit predictum Henricum regem in Romanum imperatorem et Constanciam, uxorem suam, in imperatricem[4]. Apr. 10. Apr. 13. Apr. 14. Apr. 15.

Eodem mense Aprilis fregit rex Anglie castellum quod fecerat in loco qui dicitur Mategriffun, et feria 4. ante cenam Domini ipse cum toto exercitu suo a portu Messanensi recessit cum centum quinquaginta magnis navibus et cum quinquaginta tribus galeis, et in die parasceue venit ventus horribilis circa horam diei nonam ab austro et dissipavit navigium eius[5]. Rex autem cum parte navigii applicuit in insula Crete. . . . . . . Apr. 10. Apr. 12.

Mense Iunii, die mensis prima, in vigilia pentecosten . . . obiit Philippus comes Flandrie in obsidione Acre. . . . . . . Iun. 1.

Rex Anglie . . . die sabbati in pentecosten venit ad obsidionem Acre. . . . Pisani vero et Ianuenses venerunt ad eum et optulerunt ei servicia sua. Recepit autem Pisanos, Ianuensibus refutatis, quia ipsi fidelitatem fecerant regi Francie et Cunrado marchioni[6]. Pisani fecerunt regi Anglie homagium et fidelitatem iuraverunt, et rex concessit eis omnes libertates et consuetudines, quas habere solebant in terra Ierosolimitana, et carta sua confirmavit. . . . . . . Iun. 8.

Rex Anglie partem regis[7] Ierusalem fovebat, et rex Francie partem Conradi fovebat; immo . . . constituit eum sibi familiarem et consiliarium . . . In primis enim per consilium eius rex Francie peciit a rege Anglie medietatem tocius insule Cypre cum medietate omnium que in illa cepit ex convencione facta inter eos apud Messanam. Convenit enim inter eos, quod dimidiarent inter se omnia que perquirerent in terra Ierosolimitana, quamdiu essent in illa peregrinatione. Cui respondit: 'Si dederis mihi medietatem Flandrie et ceterorum que adquisisti post mortem comitis Flandrie et per mortem castellani[8] de Sancto Odmero, qui in obsidione Acre mortui sunt, et ego dabo tibi medietatem tocius acquisicionis mee, licet convencio facta fuerit inter nos de adquisicionibus nostris in terra Ierosolimitana tantummodo'; et sic alterutro remiserunt peticiones suas et convenciones, [quas[b]] apud Messanam fecerunt de adquisicionibus eorum in terra Ierusalem dimittendis, iterum scriptis et testimoniis confirmaverunt; statueruntque Templarios et Hospitalarios et alios viros sapientes, in quibus confidebant, ad recipiendum et dimidiandum inter eos acquisiciones suas. . . . . . .

Philippus rex Francie, imperfecta peregrinatione sua, a terra Ierosolimitana recedens[9] . . . venit ad fluvium . . . Salef. In isto fluvio Salef submersus est Fredericus[10] imperator Romanorum, cum exiret de terra soltani de Yconio. . . . Deinde venit ad fluvium qui dicitur Winke[c, 11], super quem est castellum destructum[d] per[e] piratas quod[f] dicitur Reswz[g, 12]. Et fluvius ille[h] dicitur portus Pisanorum, eo quod pirate Pisani portum illum sepius frequentant. Et contigit, quod[i], cum rex Francie transisset perinde[k], invenit ibi quatuor galeas piratarum, qui[l] multa mala fecerant christianis, et cepit eas rex[m]. Pirate autem, relictis galeis, fugerunt in montanis[n] et sic evaserunt mortem[o]. . . . . . .

Et inter insulam de Rodes et Rumaniam est mare latum per viginti miliaria ad estimationem nautarum[p]. Et[q] cum perventum fuerit ad insulam de Rodis[r], preteritur tertia pars vie maris inter Accaron[s] et Brandusium[t]; et[u] mille sexcenta miliaria computantur

a) mare tranquillante et celo arridente *add. I.* b) *deest* 2. c) Wynke *I.* d) desertum *H.* e) p. p. *des. H.* f) similiter *add. H.* g) Reswich *I.*; Reswt *H.* h) Winke similiter *add. H.* i) Quo cum *H.* k) Fr. venisset *H.* l) qui — christ. *des. H.* m) *deest H.* n) montana *H.* o) manus eius *H.* p) ut dicunt naute *H.* q) Et est sciendum quod cum *H.* r) Rodes *H.* s) Accon *H.* t) Brund. *H.* u) inter A. et B. c. 1000 et 800 m. *H.*

1) Vide diploma ap. Rymer I, p. 22. 2) Cf. Toeche p. 160 sq. 3) An dies rectae sint, dubitatur; cf. Toeche p. 170. 4) Haec iterum infra affert; cf. Toeche p. 187. 5) Cf. Toeche p. 161. 6) Cf. Ilgen l. l. p. 107. 7) Guidonis. 8) Willelmi IV; cf. SS. XXIV, p. 717. 9) Lineam quam rex secutus est designat Menke nr. 84. inter Spruneri tabulas geographicas. 10) Cf. supra p. 112. 11) Phineka in Lycia. 12) Reswt mons prope Lissidonam.

inter Accon et Brandusium; et inter Marsiliam et insulam Sicilie[a] computantur mille sexcenta miliaria[b]. Et insula de Sardena est in medio vie inter Marsiliam et Siciliam. Et inter Siciliam et Accaron mille sexcenta miliaria computantur. Et[c] insula de Creta est in medio vie inter Siciliam et Accaron. Sciendum[d] est, quod, si prosper[e] ventus fuerit[f] navigantibus a Marsilia versus Accaron, dimittent insulam de Sardena et Siciliam[g] et Cretam[h] a sinistris[i] navigii ita longe, quod nullam illarum videre possint. . . . . . .

In exitu autem[k] eiusdem gulfi de Witun[1] est[l] civitas episcopalis antiqua, deserta nunc, quam Rogerus rex Sicilie destruxit, eo quod pirate ibi habitabant, et dicebatur Muszun[2]. . . . Deinde non longius a terra quam per viginti miliaria est quedam rupis . . . que dicitur Triffar[3]. . . . Deinde quasi per centum miliaria a rupe[m] est insula que dicitur Serfent[n], que est Margariti[4], et alie due insule ibi[o] sunt, quarum una dicitur Chefeleine[p. 5] et altera Iagent[6], et utraque est[q] Margariti.

De Roberto Wiscard.

Deinde est Portus Wiscard[7]. Et notandum est, quod Robertus Wiscard fuit natione Normannus, et diu conversatus in curia* Henrici[8] regis Anglie, filii Willelmi Bastard, qui regem Haraldum devicit in prelio et regnum optinuit. Iste Robertus, licet esset de familia regis, tamen pauper erat, et licet probus fuerit, tamen nullam gratiam potuit invenire ditandi
1059. apud regem illum. Unde factum est, ut ipse natale solum[r] desereret. Itaque Romam petiit et a summo pontifice[9] consilium et licenciam accepit barbaras naciones sibi subiugare. Confluebat ergo ad eum multitudo magna virorum, tum propter animi sui audaciam et corporis probitatem, tum propter manus sue irreprehensibilem largitatem. Et ipse et Rogerus[10], frater eius, procedentes venerunt in Apuliam, et videntes eam terram bonam et fertilem et homines terre illius Griffones armis indoctos habundare diviciis, cupiebant subicere eam sibi; et sepius cum hominibus illis dimicantes, tandem vicerunt, et totam Apuliam et Calabriam et Capuam cum principatu subiugaverunt sibi, eripientes de manibus imperatoris Romanorum. Et Robertus Wiscard dedit Tancredo[11] filio suo Apuliam et Calabriam et Capuam cum principatu, et ipse ad maiora anelans, naves et galeas sibi parare fecit, iactans, quod ipse subiugaret sibi imperium Constantinopolitanum. Et cum omnia itineri suo neccessaria essent parata, intravit naves et galeas cum uxore sua[12] et cum viris suis armatis et bellicosis, et insulas, scilicet Cretam et Cuverfu et Rodes et alias insulas multas **in circuitu, sibi subiugavit, pervenitque ad portum qui nunc nomine suo nuncupatur Portus Wiscardi. Quo cum progredere voluisset et intrare in Rumaniam, Alexis imperator Constantinopolis mandavit uxori predicti Roberti Wiscardi, quod, si ipsa virum suum neci tradidisset et sic terram suam de eo liberasset, ille duceret eam in uxorem et faceret eam imperatricem Constantinopolis. Concessit itaque mulier illa voluntati imperatoris et dedit
1085. marito suo venenum bibere; et mortuus est, et ibidem[13] in insula que usque in hodiernum diem dicitur Portus Wiscardi sepultus fuit; et totus exercitus eius dissipatus est. Mulier autem eius fugit ad imperatorem Constantinopolis, qui eam conventionem ei adimplevit. Illam namque sibi desponsavit et coronavit in inperatricem; et cum omnis solempnitas in desponsacione et coronacione facta esset, ita quod ipsa diceret imperatori: 'Iam perfecistis mihi totam convencionem meam', inperator ostendit coram imperatrice et omni populo convencionem quam ipse et illa fecerant, et qualiter illa morti tradiderat maritum suum Robertum Wiscard, et quesivit ab eis iudicium de ea et consilium; et omnes iudicaverunt

*) Willelmi Rufi regis Anglie *I.; ita etiam col.* 1008. **) infra triennium *add. I.*

a) et Siciliam *H.* b) *sententiae sqq. transmutantur H.* c) In m. v. int. S. et Accon est i. de C. *H.* d) Et est sc. quod *H.* e) v. pr. *H.* f) illis qui a M. ad A. ire voluerint *H.* g) insulam de Sicilia *H.* h) insulam de Creta *H.* i) longe a sinistra parte navigii *H.* k) Et in ex. *H.* l) Muszun e. des. quam R. r. S. destr. *H.* m) a periculo illo est in mari ins. *H.* n) et illa et alie *H.* o) ibi s. *des. H.* p) Chefelenie *H.*; Chefelme *I.* q) sunt insule M. *H.* r) suum 2.

1) Gythium. 2) Modoni. 3) Strivali. 4) Classi Siculae praefecti; cf. Toeche p. 197. 5) Cefalonia. 6) Zante. 7) In insula Cefaloniae. 8) Haec rationi temporum minime concordare, iam Brompton intellexit, qui loco Henrici Willelmum II. ponit. Alias fabulas de Roberto infra e Radulfo Nigro excerptas invenies. De initiis Roberti cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p. 32. 9) Nicolao II, Melfiae. 10) Postea comes Siciliae. 11) Potius Rogero. 12) Sigelgaita; quae de ea sequuntur nihil nisi fabulae sunt. Cf. de morte Roberti Giesebrecht l. l. p. 573. 13) Potius Venusiae.

eam ream mortis, et accenso rogo illa iniecta est et in cinerem redacta[a]. Interim Rogerus, frater predicti Roberti Viscardi, debellavit Siculos et totam sibi subiugavit Siciliam et factus est comes Sicilie. Sicilia insula est magna et tunc temporis, antequam predictus Robertus[1] eam debellasset, fuit inhabitata paganis et erat de dominio imperatoris de Marrohc. Sed prefatus Rogerus eripuit eam de manibus illius et, expulsis inde paganis, legem Christi in ea primus introduxit. Deinde obiit filius Roberti Wiscardi sine prole, cui ipse dederat Apuliam et Calabriam et Capuam[2]. Rogerus autem comes Sicilie uxorem[3] duxit, de qua genuit filium quem appellavit Rogerum, cui ipse dedit Apuliam et Calabriam, faciens inde ducatum, et dedit illi Capuam. Deinde obiit Rogerus, frater Roberti Wiscardi, et Rogerus, filius eius, successit ei in comitatu Sicilie. Et paulo post contigit, quod Lodovicus[4] rex Francorum et Alienor regina, uxor eius, iter Ierosolimitane profeccionis susciperent; et cum venissent in Siciliam, prefatus Rogerus comes Sicilie cum debito honore et gaudio suscepit eos; et ad preces illius rex Francie Lodovicus fecit illum regem, coronam capiti suo imponens; et iste Rogerus ita factus est primus rex coronatus de Sicilia. Qui uxorem[5] duxit, ex qua genuit duos filios et unam filiam[6]. Filius eius primogenitus vocatus est Rogerus, et alter Willelmus, et filia vocata est Constancia. Filius eius primogenitus factus est dux Apulie et, nesciente patre suo et inconsulto, uxorem duxit, de qua genuit filium quem
nominavit Tancredum[7]. Qui[8] decessit ante patrem suum. Deinde obiit Rogerus rex 1149.
Sicilie, pater eius, et Willelmus, filius eius, successit ei in regnum. Willelmus ille uxorem[9] 1154.
duxit, de qua unicum filium genuit quem Willelmum appellavit. Iste Willelmus ultimus 1166.
successit patri suo in regnum et duxit[10] in uxorem Iohannam, filiam Henrici regis Anglie, filii Matildis imperatricis. Et Willelmus ille decessit sine prole, sed ante obitum suum constituit Constanciam, amitam suam, uxorem Henrici regis Alemannorum, heredem regni Sicilie, et fecit omnes primates regni sui iurare fidelitates predicte amite, ut ipsi illam in
dominam et reginam susciperent, si ille sine prole decessisset[11]. Quo sine prole decedente, 1189. Nov. 18.
Rogerus de Andria et ceteri fideles terre miserunt pro Constancia domina sua; sed priusquam illa venisset, Tancredus comes de la Liche, filius Rogeri filii Rogeri regis, transgressus fidem et sacramentum quod iuraverat predicte Constancie, usurpavit sibi regnum Sicilie et Apu-
liam et Calabriam et Capuam cum Principatu. Quod cum Henrico regi Alemannorum et 1190.
Constancie, uxori eius, nunciatum esset, miserunt archiepiscopum Maguntinum et Henricum Teste cum magno exercitu in Apuliam ad subiciendum eam sibi; ut supradictum est[12], nihil profecerunt in expedicione illa. . . . . . .

Cum rex Francie recessisset a Portu Wiscardi, venit ad insulam de Cuverfu[13]. . . . . . . 1191.

Et cum perventum fuerit in magnum pelagus, tres insule sunt iuxta insulam de Cuverfu, quarum exterior dicitur Fanum[14]. Deinde quasi per 40 miliaria ab insula de Cuverfu est mons magnus in capite Rumanie qui dicitur Paxo. Et a monte illo usque ad civitatem archiepiscopalem que dicitur Ortrente[15], que est in Apulia, computantur quinquaginta miliaria, a monte illo usque ad civitatem archiepiscopalem que dicitur Brandusium computantur centum miliaria. Et a monte illo qui dicitur Paxo incipit gulfus de Venecia, qui habet in longitudine mille[b] et quinquaginta miliaria et in latitudine centum miliaria. Euntes autem per gulfum illum ad Veneciam dimittent Rumaniam et Sclavoniam et Istriam in dexteram partem illorum, et in sinistram partem illorum dimittent Apuliam, in qua sunt portus quorum nomina hec sunt: primo portus qui dicitur Leuke[16], deinde portus qui dicitur Ottrente[15], deinde portus de Liche[17], deinde portus de Brandiz[c], deinde portus de Monople[18], deinde portus Sancti Nicholai de Bar[19], deinde portus de Trane[20], deinde portus de Barlet[21],

a) De isto Roberto Wiscard et Rogero fratre suo et eorum successoribus quere superius tempore regis Henrici primi, filii Willelmi Conquestoris, ubi de eis plenius est notatum *I.*, *ubi quae sequuntur col.* 1010. *inserta sunt.* b) m. et *des. I.* c) Brundis *I.*

1) Legendum videtur: *Rogerus.* 2) Non dux Rogerus, filius Wiscardi, sed Willelmus, nepos huius, obiit a. 1127. sine prole. Tunc Rogerus II, filius Rogeri I. Marcomitis, fratris Wiscardi, qui patri iam a. 1101. defuncto in Sicilia successerat, Apuliam obtinuit; postea a. 1130. in regem coronatus est. 3) Adelasiam. 4) Ludovicus VII. a Terra Sancta redux aestate a. 1149. cum Rogero rege foedus iniit; cf. Giesebrecht IV, p. 296. 336. 5) Albiriam. 6) Haec ex altera uxore, Beatrice, nata erat. 7) Postea regem. 8) Scil. Rogerus dux Apuliae, filius Rogeri regis. 9) Margaretham. 10) Vide supra p. 93 sq. 11) Cf. Toeche p. 127. 139. 12) Vide p. 122. et quae ibid. n. 5. monuimus. 13) Corfu. 14) Fano. 15) Otranto. 16) Leuca. 17) Lecce. 18) Monopoli. 19) Bari. 20) Trani. 21) Barletta.

deinde portus de Sipunt[1], deinde portus de Bestie[a,2], deinde portus de Tremule[3], qui est
ultimus portus de Apulia. Deinde est Ortona, que est primus portus de terra Venetie, deinde
portus de Acre[4], deinde portus de Bescare[5], deinde portus de Acune[6], deinde portus de
1191. Ravenne, deinde est Venecia civitas nobilis et portus bonus. Sequitur: Rex Francie
moram fecit in insula de Cuverfu et misit nuncios suos[7] ad Tancredum regem Sicilie ha-
bendi licenciam transeundi per terram suam et ibi expectavit reditum nunciorum suorum
quos miserat ad regem Tancredum.

Apr. 10. Interim eodem anno, quarta feria ante cenam Domini, scilicet quarto Idus Apri-
lis[8], eodem die[9] quo rex Anglie recessit cum navigio suo a civitate Messana versus
terram Ierusalem, dominus papa Clemens tercius obiit; cui successit in papatum per
Apr. 14. communem cardinalium electionem Iacinctus cardinalis, nacione Romanus, et in die
Apr. 15. pasche consecratus est et vocatus est Celestinus papa tercius. Et ipse in crastino con-
secracionis sue, scilicet feria secunda in ebdomada pasche, coronavit Rome Henricum
regem Allemannorum in imperatorem Romanorum et Constanciam uxorem suam in im-
peratricem. Novus itaque imperator ille, magno congregato exercitu, intravit terram Tan-
credi regis Sicilie, et ipse cum uxore sua obsedit[10] Salernum, civitatem magnam; et
infra quindecim dies reddita est ei et uxori sue civitas illa; et ille dimittens ibi uxorem
suam, processit et obsedit civitatem Neapolim. Ubi cum moram per sex[11] septimanas
fecisset, amisit fere totum exercitum suum ex coruptione aeris, et ipse gravem incidit infir-
mitatem, ita quod pene moreretur. Et videns, quod ipse nichil posset proficere adversus
civitatem illam, recessit inde, profectus ad civitatem suam que dicitur Melan[12]. Quod cum
Salernitani audissent, iniecerunt manus in dominam suam Constanciam imperatricem et
tradiderunt eam Tancredo regi Sicilie. . . . . . .

Willelmus Eliensis episcopus et domini regis cancellarius . . . depositus iuravit[13], quod redderet comiti Iohanni castella Anglie. . . . De abiectione sua confusus, transfretare proposuit . . . Sed, comperta malitia sua, quedam mulieres iniecerunt manus in eum. . . . Post octo vero dies Iohannes, frater regis, comes Meretonii precepit illum liberari a carcere et dedit illi licentiam transfretandi. Et abiens transfretavit[14] in Flandriam, et cum iter ageret, quidam de terra illa iniecerunt manus in eum et in homines suos, quibus ipse iniuriam fecerat, cum esset iustitiarius in Anglia, et tenuerunt, donec ille satisfecit eis. Et procedens inde venit Parisius. . . . . . .

Interim nuncii Filippi regis Francie moram facientis in insula de Coverfu, ut supra
dictum est, redierunt a Tancredo rege Sicilie cum licencia illius transeundi per terram
suam. Qui statim galeas suas intravit et applicuit in Apulia apud civitatem archiepisco-
Oct. 10. palem que dicitur Octrente feria 6[15], sexto Idus Octobris. Et recedens inde, transitum fecit
per civitatem episcopalem que dicitur la Liche[16] et per Brundusium civitatem archiepiscopalem et per villam que dicitur la Petrole[b] et per Monople civitatem episcopalem et per Bar civitatem archiepiscopalem, ubi requiescit sanctisimum et incorruptum corpus sancti Nicholai Miree civitatis archiepiscopi, et per Trane civitatem archiepiscopalem et per Barlet burgum bonum et per Salpe[17] civitatem episcopalem et per villam que dicitur Sanctus Laurentius de Carminan et per la Truie[c,18] civitatem episcopalem et per villam que dicitur Sanctus Luctredus[19]; ibi deficit Apulia et incipit Terra Laboris. Et deinde transitum fecit per Beneventanum[d] civitatem archiepiscopalem, ubi requiescit corpus sancti Bartholomei apostoli, et per Matelune[20] civitatem episcopalem et per Capuam civitatem archiepiscopalem et per Calve[21] civitatem episcopalem et per Tyane[22] civitatem episcopalem et per Caian[23] castellum et per Mignan[24] castellum et per Sanctum Germanum villam bonam, que est sita ad pedem montis Cassie[25]. Cassia est mons magnus et excelsus,

a) Bestre *I.* b) le Pekle *I.* c) Trine *I.* d) *ita c.*

1) Prope Manfredoniam. 2) Vieste. 3) Termoli. 4) Ariello? Oppidum Atri, de quo Stubbs cogitavit, post Pescaram neque ad mare situm est. 5) Pescara. 6) Ancona. 7) Cf. Toeche p. 255. 8) Clementis III. dies emortualis non constat; cf. Toeche p. 170. 9) Cf. supra p. 127. 10) Errat noster; cf. Toeche p. 196. 11) Potius 13, scilicet inde a mense Maio ex. usque ad Aug. ex. 12) Non ante mensem Nov. Mediolanum pervenit. 13) Octob. 10. 14) Octob. 29. 15) Fortasse legendum: 5; dies 10. Oct. erat Iovis. 16) Lecce. 17) Salpi. 18) Troia. 19) Sant Eleuterio. STUBBS. 20) Maddaloni. 21) Calvi. 22) Teano. 23) Si Caiazzo dicitur, rex ad orientem via excessit. 24) Mignano. 25) Cassino.

in cuius summitate est nobilis abbatia, in qua requiescit corpus sancti Benedicti, et ipsa est in terra imperatoris Romanorum. Et ad Sanctum Germanum, qui est ad pedem montis Cassie, deficit Terra Laboris et incipit Campania. Deinde transitum fecit rex Francie per 1191. Aquinam[1] civitatem episcopalem, deinde per Frisillum[2] civitatem episcopalem, que est ultima civitas regis Sicilie; et ibi deficit terra illius et incipit terra domini pape. Et antequam rex Francie venisset, misit nuncios suos ad Henricum Romanorum imperatorem, et accepta ab eo licentia transeundi per terram suam, iuravit ei, quod fidelitatem portaret ei de vita et membris et terreno honore, et quod auxilium nec fecit nec faceret regi Sicilie contra eum. Deinde transivit per Anagne civitatem episcopalem, deinde per Muntfortin[3] castellum, deinde venit Romam. Ibi deficit Campania et incipit Tuscana. Cum autem Filippus rex Francie Romam[4] venisset, Celestinus papa recepit eum et suos cum summo honore et reverencia, exibens ei et suis per octo dies quicquid eis fuit necessarium in expensis. Et pro amore Dei et suo novum fecit remedium peregrinis, quod illum et omnes qui cum illo venerant absolvit a voto et itinere peregrinacionis Ierosolimitane, et non tantum illos, sed etiam omnes qui post illum venerunt de terra Ierusalem, quamvis votum non perfecissent, cum per illos non steterit; et dedit eis palmas et cruces. Et ostendit regi Francie et suis capita apostolorum Petri et Pauli et veronicam, id est pannum quendam linteum, quem Iesus Christus vultui suo impressit; in quo pressura illa ita manifeste apparet usque in hodiernum diem acsi vultus Iesu Christi ibi esset, et dicitur veronica, quia mulier cuius pannus erat dicebatur Veronica. Rex vero Francie, ut occultaret manifestam animi sui nequiciam, immemor sacramenti quod fecerat Ricardo regi Anglorum, cum exiret de terra Ierusalem, de pace et amore sibi servando, conquestus est de illo domino pape et omnibus cardinalibus, dicens de illo multa inconvenientia, scilicet quod ille fugaverat eum a terra Ierusalem, et quod ille noluit pro eo quicquam facere. Et petiit a summo pontifice licentiam vindicandi se de illo in Normannia et aliis terris suis. Sed summus pontifex, sciens eum hoc dixisse sola invidie causa, nullam ei licenciam ad malum faciendum in terra regis Anglie dare voluit, sed prohibuit sub anathemate, ne ipse in eum vel in terram suam manum extenderet. Discedens itaque rex Francie a Roma, transitum fecit per castellum Sancti Petri, deinde per Sutre civitatem episcopalem, deinde per Biterve[5], deinde per Munt-Flascun[6], deinde per Sanctam Christinam[7], deinde per Ekependante[8], deinde per Redecoc[9], deinde per la Briche[10], deinde per San Clerc[11], deinde per Bon-Cuvent[12], deinde per Senes-la-velle[13] civitatem episcopalem, deinde per la Marche castellum, deinde per Seint Michel[14] castellum, deinde per castellum Florentin[15] et per[16] Seint Denis de Bon-repast, et per Arle-le-blanc et per Arle-le-nair et per la Grasse-Geline[a] et per le Hospital et per Luchek[b, 17] civitatem episcopalem et per Munt-Cheverol[18] et per Seint Leonard[19] et per Lune[20] maledictam civitatem episcopalem et per Sanctam Mariam de Sardena[21] et per Lealvile[22] et per Punt-Tremble[23] et per Munt Bardun[24] et per Seint Beneit in monte Bardun et per Seint Morant in monte Bardun; ibi deficit Tuscana et incipit Italia. Deinde transivit per Cassem[25] Milan[c, 26], deinde per Furnos[27] et per Seint Domin[28] et per Florentin[29] et per Plesence[30] civitatem episcopalem et per Papiam civitatem episcopalem, deinde per Morters[31] et per Roable[32] et per Werzeas[33] civitatem episcopalem, deinde per vallem de Moriana[34]; ita quod paulo ante natale Domini venit in Franciam. . . . . . . Dec. 25.

Eodem anno, antequam Philippus rex Francie in terram suam venisset, Willelmus Remensis archiepiscopus, avunculus eius, et ceteri Francorum procuratores, quibus ipse in

a) Grace Gelme *I.* b) Lukes *I.* c) Cassennulam *I.*

1) Aquino. 2) Frosinone. 3) Montefortino. 4) Cf. Toeche p. 249. 5) Viterbo. 6) Montefiascone. 7) Prope Bisentium. 8) Acquapendente. 9) Radicofani. 10) Le Briccole. 11) San Quirico. 12) Buonconvento. 13) Siena. 14) San Michele prope Certaldo. 15) Castel Fiorentino. 16) Quattuor nomina quae sequuntur quid significent nescio; Arles et Grasse sunt in Provincia. 17) Lucca. 18) Capriglia prope Pietrasanta. 19) San Leonardo prope Massa. 20) Luni. 21) Sarzana. 22) Villafranca. 23) Pontremoli. 24) Monte Barduno. 25) Fortasse Cassio. 26) Hic locus corruptus videtur. Philippus II. Mediolani cum Henrico VI. foedus contra Ricardum I. et Guelfos iniit; cf. Toeche p. 255. 27) Fornuovo. 28) Borgo San Donnino. 29) Firenzuola. 30) Piacenza. 31) Mortara. 32) Robbio. 33) Vercelli. 34) Maurienne.

1191. recessu suo regnum Francie custodiendum tradiderat, cum audissent, quod Philippus comes Flandrie esset mortuus, diviserunt comitatum Flandrie inter dominum suum regem Francie et filium[1] comitis de Hainou[2], fratrem uxoris[3] regis Francie defuncte, et inter sororem[4] Sanccii regis Portugalensis, que fuerat uxor Philippi comitis Flandrie; ita quod unusquisque eorum habebat partem que illum de iure contingebat[5]. . . . . . .*

*) *Gestorum Henrici II. auctori in curia regis collega erat Thomas Brunus, de quo Ricardus filius Nigelli thesaurarius regis a. fere* 1178. *Dial. de Scaccario I,* 6, *ed. Stubbs, 'Select Charters of English Const. Hist.' ed.* 2, *p.* 189, *haec scripsit:* Quid ad Brunum. Porro in capite quarti sedilis, quod opponitur iusticiariis, residet magister Thomas cognomento Brunus. . . . Magnus hic erat in magni regis Siculi[6] curia, consiliis providus et in regis secretis pene precipuus. Surrexit interea rex novus[7], qui ignorabat illum, qui prava habens latera, patrem persequebatur in suis. Compulsus est igitur vir iste, mutatis rebus prosperis, vite sue consulere et, licet pateret ei cum summo honore accessus ad regna plurima, tamen frequenter vocatus ab illustri rege Anglorum Henrico, cui fama veritate ipsa minor est, preelegit ad natale solum et successorium ac singularem dominum suum accedere[8]. Susceptus igitur ab ipso sicut utrumque decuit, quia apud Siculum magnis intenderat, hic etiam ad magna deputatur negotia scaccarii. . . . . .

1) Balduinum IX, postea imperatorem Constantinopolitanum. 2) Balduini V, qui Margaretham sororem Philippi Flandrensis duxerat. 3) Isabellae. 4) Mathildem. 5) De hac partitione cf. Toeche p. 221. 6) Rogeri. Thomas in documentis Siculis inde ab a. 1137. occurrit; cf. Behring, 'Mem. dell' accad. Rom.' 1878, p. 7. 7) Willelmus I. a. 1154. 8) A. 1159. vel iam paullo ante erat eleemosynarius Henrici II; cf. Madox, 'Hist. of the Exchequer' II, p. 376.

EX ROGERI DE HOVEDEN CHRONICA.

Rogerus de Hovedene nusquam mentionem de se ipso fecit, immo, aut quadam modestia aut fortasse senili poenitentia vitae saecularis actus, quaecumque Gesta Henrici, quorum vestigia alioquin fideliter secutus est, de ipso retulerant plane suppressit. Diplomate[1] *autem quo Hugo de Puiset episcopus Dunelmensis Rogero et ecclesiae de Hoveden (oppido versus orientem et meridiem ab Eboraco sito, sed Dunelmensibus subiecto) decimas parochiae, quas ipse quondam hospitali suo S. Aegidii Dunelmensi dilargitus erat, integras reddidit, discimus, quanta nostri scriptoris vis apud praepotentem illum principem fuerit, qui usque ad obitum (a.* 1195*) rempublicam aut regere aut disturbare non destitit et, cum saepius Hovedenae*[2] *moraretur, litteras chartasque publicas annalibus inserendas facile praebere potuerit. Accedit, quod Hugo Willelmum*[3] *quendam de Hoveden, qui forsitan Rogeri frater aut pater fuerit, inter capellanos habebat.*

Rogerus scholae fortasse Dunelmensi traditus etiam titulo magistri[4] *gaudebat; quamquam, si paucos Ovidio, Lucano, Iuvenali, Senecae flosculos decerptos excipis, non ita multa litterarum scientiae documenta in opere exstant. — Quae autem* clericus regis *egerit, Gesta Henrici*[5] *docent: Anno enim* 1174, *aiunt, Henricus II, ut filios et Ludovicum VII. debellaret in Francia tunc degens,* misit in Angliam unum de clericis suis Rogerum de Hovendun nomine ad Robertum de Vallis, ut illi duo Huctredum et Gillebertum filios Ferregus, *qui Galwediam de Scotia tenebant,* allicerent ad servitium eius. Cumque venissent circa festum sancti Clementis ad colloquium, . . . Gilebertus obtulit *Henrico II. amplissima dona.* Sed predicti nuncii regis Anglie hunc finem cum Galvalensibus facere noluerunt, donec locuti fuissent cum rege. Et cum indicatum esset regi, qualiter Huctredus, filius Fergus, consanguineus suus, *(a Malculumb filio Gilberti)* interficeretur, noluit cum Galvalensibus illis pacem aliquam facere. — *Anno proximo sequenti* tenuit curiam in ipsa die pentecosten apud Radingis, et inde misit rex unum de clericis suis Rogerum de Hovedene nomine ad ecclesiam Norwicensem . . . et ad abbatias, que tunc vacabant, per Angliam cum litteris suis significans, quod . . . apud Oxefordam in nativitate beati Iohannis baptiste . . . venirent obviam sibi . . . ad eligendum sibi pastorem. *Quod rex eo tempore impetravit, ut personae gratissimae eligerentur, vix alii atque suo clerico perito debuit. — Postea a.* 1189. *Rogerus* iusticiarius forestae[6] *in*

1) Ap. Stubbs in praef. ad Walterum Coventr. II, p. xc.
2) Hov. ed. Stubbs III, p. 35. 179. 284.
3) Stubbs ad Hov. I, p. xiv.
4) Rubrica historiam praecedente.
5) Ed. Stubbs I, p. 80. 91.
6) Rot. Pipae 1. Ric. I. ed. Hunter p. 89. 140. 244.

comitatibus de Northumberland, Cumberland, Eboraco violatoribus legum silvestrium tam graves multas indicere iussus est, ut una earum non ante sextum annum regni Ricardi I.[1] *solvi posset; nihilominus cum a.* 1198. *nova severiorque* assisa forestae *decreta est, id* genus tormenti ad confusionem hominum regni[2] *inventum reprehendere non dubitavit. — Ricardo igitur avidius pecuniam a populo exprimente*[3], *cum pluribus viris Henrico rege munere fiscali functis ab aula in otium recessisse videtur; in rotulis enim publicis quod sciam postea non occurrit. — Nisi forte iam a.* 1201, *quo de opere paene abrupto, epistolis quibusdam ad finem coacervatis, manum retraxit, certe tamen ante a.* 1212.[4] *mortuus est.*

Eodem fere tempore a. 1192[5], *quo Gesta Henrici terminantur, dum, ut suspicari licet, iam sacerdotium*[6] *solum Hovedenae administrabat, ad historiam componendam aggressus neque antea ullos commentarios praeparasse videtur; nam annales* 1133.[7] *post a.* 1184, 1159.[8] *post a.* 1177, 1170.[9] *post a.* 1189, 1177.[8] *post a.* 1191, 1191.[8] *post a.* 1194. *conscriptos esse, facile demonstrari potest.*

Orditur Chronica Rogeri a. 449. *et procedit usque ad a.* 1201. — *Prima autem pars nihil est nisi* Historia Anglorum post obitum Bedae[10], *quae a.* 1148. *desinens, Dunelmi e Simeonis et Huntingdoniensis chronicis, quibusdam fragmentis ex Assero, Eadmero, Florentio memoriisque patriis adiectis, iam ante a.* 1161.[11] *congesta est. Quam Rogerus paucis historiis fabulisque ad Edwardum Confessorem, Henricum V, Terram Sanctam, provinciam Eboracensem pertinentibus augens atque ultra pergens, foecundae illius scholae Northumbricae, quae patre Beda gloriatur, velut postrema progenies habendus est*[12].

Deinde secunda parte res inde ab a. 1149. *usque ad a.* 1169. *gestas amplectente, quamvis tenui filo texta neque recto ordine disposita, tamen ad illius temporis cognitionem augendam nonnihil auctor contribuit. Nam aut totam hanc partem ex libro quodam, qui ad nostram aetatem non venit, desumpsit, aut praeter chronicon Melrosense collectionemque Becketianam, fragmenta ex eadem Vita s. Thomae quae ab auctore Gestorum Henrici lecta, sed nobis perdita est, etiam quaedam quae alibi non inveniuntur, excerpsit.*

Exin Rogerus Gesta Henrici, quae a. 1192. *deficiunt, secutus est. Sicut autem scriptores, quorum lucubrationes sibi usurpavit, nullo loco*[13] *laudavit, hunc quoque auctorem, qui vulgo sed falso*[14] *Benedictus Petroburgensis vocatur, quamvis frequenter haud dubie in curia regis ipsi visum, nobis non nominavit. Atque Gestorum priorem partem ex ipso codice* 1 *(Iuliano a.* 1177. *desinente) vel exemplari eius novit; econtra annales* 1177—92. *saepe melius legit quam scriba alterius Gestorum codicis, Vitellii*[15] *qui* 2 *vocatur: itaque non paucas genuinas lectiones ab illo corruptas servavit. At non sine affectatione verbis Gestorum modo copiosius amplificatis, modo per ambitum*

1) Hardy, 'Descr. Catal.' II, p. 255. ex rot. pipae. 2) IV, p. 63. 3) Stubbs, 'Constit. hist.' I, p. 495. 4) Diplomate tempore Gotfredi archiepiscopi Eboracensis, qui a. 1212. obiit, confecto Rogeri defuncti mentio fit; cf. Stubbs ad Walt. Cov. II, p. XCIII. 5) Certe ante a. 1202, nam ad a. 1193. (cf. infra): *Canuti modo regnantis*, qui a. 1202. obiit, mentio fit. 6) Cf. supra p. 133, l. 6. 7) I, p. 186. 8) V. infra. 9) II, p. 6. 10) Exstant codices Musei Britannici Reg. 13. A. 6. saec. XII. med. et Collegii s. Iohannis Oxoniensis 97. 'de librario monachorum Dunelmensium' saec. XII. ex., quorum lectiones siglis *a* et *b* signatas Stubbs editioni Hovedenii subnotavit. 11) Abbatum Eboracensium series ducitur usque ad Severinum qui a. 1161. obiit. 12) Stubbs ad Hov. I, p. XIII. 13) Quin immo nomen Petri Blesensis, quod Gesta Henr. II, p. 15. habebant, quamvis ipse quoque epistola eius (nr. 219. ed. Giles) usus, suppressit. 14) Cf. supra p. 81 sq. 15) Vitellium igitur quibusdam locis e Rogero derivatum esse, Stubbs opinatur.

enunciatis, plerumque autem in brevius coartatis, velut librarii conditione relicta, ad altiorem gradum ascendere periclitatus, cum decessoris orationem vel parum diligenter inspiceret[1] *vel minus accurate intelligeret vel praesertim quae ille diversis temporibus gesta disiectis locis notaverat in unam narrationem confunderet et contraheret*[2], *neque propria menda*[3] *evitavit neque priora correxit, nedum res ipsas denuo arte critica examinare temptasset. Ad verbum igitur paucas tantum sententias quamquam recepit, laudem nostram pro iis solis locis meritus est, quibus tabulas quasdam, a decessore corruptas vel nonnisi excerptas, integras et plenas*[4] *inseruit. Qua ex re utrumque eandem bibliothecam accessisse facile concludes. Eisdem ex armariis aulicis et Dunelmensibus et Eboracensibus scriniis Rogerus fere omnem novam materiam qua Gesta auxit deprompsisse videtur. Nam, si bullas papales, cartas, epistolas Britanniam septentrionalem, Orientem, litem Becketianam tangentes, concilium Albigense, assisas Henrici II, leges*[5] *Willelmi, Edwardi, Glanvillae, poema*[6] *et vaticinia*[7] *quaedam excipis, pauca quae sua restant ipse audivisse vel etiam vidisse*[8] *et aliquot annis post ex memoria litteris mandasse potest; sane enim visiones et miracula et quae de Henrico Leone sub a.* 1180, *de Friderico I. sub a.* 1189, *de Henrico VI. ad a.* 1191. *Gestis addidit, rumorem popularem sapiunt.*

Certe ad ultimam operis partem, quae inde ab a. 1192. *usque ad a.* 1201. *protenditur, conficiendam nullum*[9] *aequalium qui tunc annales sui aevi concipiebant in auxilium vocavit, immo potius meritum prioris illius libri ut suo marte adaequaret, industrie studebat. Ordinem autem temporum singulasque res, praesertim extraneas veluti nomina Germanica, si attentius curasset neque nimiam fabularum molem (quibus quidem se praesentem fuisse, quod sane fidei eius offecisset, nusquam contendit) creduliore animo ex ore aliorum accepisset*[10], *rem bene gessisset. Neque mirum quod in historia Britannica et externa illustranda omnes Anglos qui ultimum decennium saeculi duodecimi tractaverunt longe superavit, cum clericus regis, per complures Angliae et Franciae regiones legationibus functus, negotiorum publicorum cognitione instructus, consuetudine cum viris curialibus coniunctus esset et fortasse a nuntiis Eboracensibus, utpote qui ea aetate frequenter papam appellarent, de rebus Italicis certior fieri posset et, ut ea quae in Terra Sancta vel imperio agebantur rescisceret, Philippi Dunelmensis episcopi iuvamine fulciretur, qui quondam inter collegas eius ad scaccarium*[11], *tum inter comites Ricardi I. in Palaestinam*[12] *peregrinantis, postea inter legatos a.* 1197.[13] *ad papam et a.* 1198. *ad electionem Ottonis IV.*[14] *missos fuerat eodemque anno*[15], *necnon, ut vix dubium est, saepius, Hovedenae morabatur.*

Licet autem Rogerus facta simulatque ad eum perlata sunt litteris mandaret, tamen postea nonnullis paginis denuo manum immisit; veluti ad calcem a. 1192. *aliquot lineas de morte Henrici VI, quae a.* 1197. *evenit, sua manu adiecit.*

1) V. infra a. 1175. de Hillino dapifero Flandrensi. 2) V. infra a. 1177. de Ida Boloniensi, a. 1179. de Conrado de Monteferrato. 3) V. infra a. 1187. de Fridericis imperatoribus. 4) Cf. infra a. 1190. sq. itineraria Ricardi I. et Philippi II. 5) Cf. infra a. 1180. 6) Cf. infra a. 1190. 7) Cf. de Ioachim abbate a. 1190. 8) Veluti vulnerationem Henrici II. infra a. 1174; coronationem Ricardi I. a. 1189. 9) Ubi cum Itinerario Ricardi vel IV, p. 105. cum Giraldo Cambrensi convenit, sine dubio eisdem ex fontibus cum illis hausit. 10) Haec argumenta sufficiunt ad Bouquetianos refutandos, qui t. XVII, p. 437. opinantur: *integram lucubrationem eius* (quem Benedictum vocant) *quoad substantiam reperiri in iis quae deinceps sub Hovedeni nomine circumferuntur.* 11) IV, p. 5. 12) Cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 257. 13) IV, p. 16. 14) V. infra. 15) IV, p. 77.

Initium anni a natali Domini duxit et ubi de sua aetate et natione egit ordinem temporum, plerumque diei quoque nota affixa, satis accurate distinxit; econtra prima secundaque libri partibus, cum annos regnorum cum annis Christi nati conferret, saepissime in errores incidit.

Sed annalistae fastigium excedere ne mente quidem concepit; neque enim rerum gestarum causas, connexus, rationes scrutari nisus, neque regulam ad quam iudicium suum institueret constanter secutus est. Quamvis enim cum ecclesia Anglicana contra papam, cum metropolitano Eboracensi contra capitulum[1] *eius, primatem Cantuariensem, legatum Romanum, ministros regios, cum episcopo suo Dunelmensi contra omnes adversarios, etiam Eboracenses, ut sacerdos Hovedenensis staret, tamen neutram factionum inter se acerrime contendentium odio habuit vel ubique defendit; immo potius singulorum hominum oppressionem, violentiam, aviditatem reprobans*[2]*, neque normas notionesque ad quas vitam dirigebant neque summos fines quos sibi proponebant penitus perspexisse videtur.*

Editio Hovedenii princeps minus critice alio loco alium codicem secuta, inter Rerum Anglicarum Scriptores post Bedam praecipuos cura H. Savile a. 1596. *Londoniis fol. in lucem prodiit. Quae typis Wechelianis Francofurti a.* 1601. *denuo praelo subiecta, Leibnitio quaedam ad Scriptores rerum Brunsvicensium t. I, p.* 876, *permulta autem Bouqueti continuatoribus t. XI, p.* 309. *XIII,* 205. *XVII,* 546. *depromenda praebuit et a Riley a.* 1853, 2 *voll.* 8°, *in linguam Anglicam conversa est. Sed iure ac merito in oblivionem incidit, ex quo V. Cl. W. Stubbs 'Chronicam Rogeri de Houedene'*[3] *a.* 1868—1871, 4 *voll.* 8°, *in serie quae vocatur Rotulorum Angliae, omnibus codicibus accurate collatis, praefationibus, notis, indice locupletibus exornatam, evulgavit. Revera quae supra de auctoris vita et opere disserui a Stubbs mutuari potui et, cum aestate a.* 1878. *utrumque libri originalis volumen cum editione comparavi, tam paucissima corrigenda inveni, ut reliquorum codicum lectiones variantes ab eo transsumere non dubitarem.*

Codices autem exstant hi:

1) *Archetypus, nostrae quoque editionis fundamentum, constat duobus tomis*[4]*, quorum alter,* ***Musei Britannici*** *Reg.* 14, *C* 2, *olim Iohannis Lumley, ab uno librario c. a.* 1195. *exaratus, opus usque ad a.* 1180. *et appendices, Leges Willelmi, Edwardi, Glanvillae, quae aliis codicibus desunt, continet; alter autem a.* 1181. *incipiens et a.* 1201. *desinens, olim Carleolensis*[5]*, iam inter bibliothecae* ***Bodleianae*** *libros* ***Laudianos*** *nr.* 582, *initio ab eodem, postea a diversis scribis coaevis confectus est, quorum unus, utpote qui priori quoque tomo correctiones notasque marginales inseruerit, forsitan auctor ipse fuerit.*

2) ***Musei Britannici Harleianus*** *nr.* 3602, *saec. XIII, exemplar tomi secundi, multa diplomata, praesertim ad finem, omittit vel abbreviat.*

3) *Musei Britannici* ***Arundellianus*** *nr.* 69, *olim monasterii S. Edmundi, omissis quibusdam epistolis, imprimis astrologicis, Scoticis, Eboracensibus, legibus Glanvillae, assisis, ad quas nihilominus infra*[6] *lectorem refert, inde iterum pergere solet, ubi in margine codicis* 1 *verbum* Scribe[7] *annotatum est. Quam-*

1) III, p. 32. IV, p. 89. 2) Nihilominus quae Gestorum auctor adversus vicecomites crudeliores acerbe scripserat II, p. 4. suppressit. 3) Omisit solum Tractatum Glanvillae de legibus Angliae. 4) In utroque numerantur 34 lineae in pagina. 5) Sub a. 1196. t. IV, p. 34. carta Henrici IV. civitati de Carlisle data inseritur. 6) Cf. II, p. 290. III, p. 188. 7) Cf. infra a. 1192. ad finem.

vis igitur sine dubio ex hoc derivatus sit, tamen maxime est notatu dignus, cum iam ante a. 1213.[1] scriptus sit et primi tantum voluminis archetypi lectiones praebeat, secundi autem tomi formam (ab auctore ipso, ut suspicari licet) elimatam nobis asservet. Hanc, quamquam ea in libro autographo ad nostram aetatem non venit, non solum scriba codicis 3, sed etiam

W. id est Walteri Coventrensis[2] auctor Barnwellensis secutus est. Hic enim usque ad a. 1177. Gesta Henrici, inde ab a. 1181. Rogeri tomum secundum, eumque nonnumquam propius ad 3 accedentem, recepit.

4) Cottonianus Claudius B VII, saec. XIII. in. vel med., nonnisi annos a. 1187—1200. ex 3, non sine omissionibus praecipue singularium rerum de Britannia septentrionali et tabularum, quarum saepe initia sola praebet, transsumptos continet (reliqua enim manus recens adiecit). Notas, quae in codice 3 in margine vel charta agglutinata additae[3] sunt, hic in textu collocavit, unde etiam in editionem Savilii, qui tamen omnes fere codices adhibuisse videtur, irrepserunt.

5) Collegii s. Trinitatis Cantabrigiensis, olim Thomae Gale O. 9, 23, saec. XIII. med., eadem quae 4 exhibet, interdum[4] tamen textum huius recensionis retractatae accuratius quam hic servat.

6) Bibliothecae Oxoniensis Bodleianae Douce 207, saec. XIII. ex., nihil nisi a. 1187—1191. tradit.

7) Marchionis de Salisbury, olim W. Cecil domini Burghley, saec. XV, nondum examinatus esse videtur.

8) Musei Britannici Arundel. 150, saec. XIII. in., epitome minus diligenter ex Rogero aliisque historicis confecta et iam multis lacunis deformata, ex ipso illo correcto tomo II, quo 3 et W. usi sunt, nos vero caremus, fluxit, quippe quae aliquos locos qui nulli codici nisi 1 insunt praebeat[5], alioquin autem saepius cum 3 conveniat.

Fragmentorum et excerptorum et recentium codicum seriem praeterire possumus.

L. Cottonianus Claudius D VII. est Chronicon de Lanercost, saec. XIV. Rogero subiunctum, ex quo excerpta quaedam secundum editionem pro societate Bannatyniana a. 1839, 2 voll. 4⁰, a Stevenson paratam infra dabimus.

Praeter annalistas Lanercostenses et Barnwellenses Rogero ad historiam compilandam usi sunt monachi Dunelmenses[6], Petroburgenses, S. Edmundi[7], S. Albani[8], S. Augustini[9], Burtonenses[10] (qui eodem errore atque Robertus Glocestrensis eum Hugonem de Hovedene vocant), liber qui vocatur Broxholmii[11]. Itaque Hovedenius, etsi apud aequales vix ullam famam acquisivisse videtur, inde a saec. XIII. usque ad XVI, quo ipsi eius fontes, praesertim Gesta Henrici, e tenebris eruti sunt, ad historiam septem saeculorum quam amplectitur cognoscendam usitatissimus auctor saepissime citabatur. Etiam ne nostra quidem aetas multa de rebus maximi momenti quae in Anglia a. 1170—1201. gestae sunt indagare potest quae Gestis illis et Hovedenio non debeantur.

1) Series regum Angliae II, p. 241. deducta est usque ad Iohannem, cuius annorum regni numerus in 3 non exstat; *annis XIIII* manus posterior cod. 1 adiecit. 2) Cf. supra p. 83. et praefationem infra proxime sequentem. 3) III, p. 121. 148 (ep. Petri Blesensis). IV, p. 35. 4) Cf. infra a. 1201. initio. 5) Cf. IV, p. 128. 6) In libro qui inscribitur De miraculis s. Cuthberti (cf. Hardy, 'Descr. Catal.' I, p. 308) et annalibus saec. XIV (ib. III, p. 387). 7) Continuatores Florentii Wigornensis ed. Thorpe. 8) Auctor quem Rogerus de Wendover (ed. Luard in Matthaeo Parisiensi) sibi usurpavit. 9) Cf. Hardy ib. III, p. 362. 10) Ed. Luard inter Ann. monast. t. I; codicem classis 3 habebant; cf. Hov. IV, p. 36. 11) Ib. III, p. 251. Quodsi ib. p. 254. Walterus de Gysburne nostrum adhibuisse dicitur, id probatum non habeo.

Quaecumque autem ad imperium apud Rogerum spectant, in sequentibus paginis colligere mihi propositum fuit. Praeterii tamen fere totam 'Historiam post Bedam', utpote cuius elementa iam SS. voluminibus X. et XIII. exstent, quorum fides, eo quod a Rogero transsumpta sint, nec hilo augeatur; e prima igitur parte ea tantum quae aut ibi neglecta sunt aut aliunde fluxerunt hic attuli. Econtra quae ad saec. XII. medium et exiens attinent, an a Rogero, utpote qui id aevum ipse viderit, recepta et probata sint, sane aliquantum interesse potest; itaque ne longiora capita bis eisdem pene verbis in collectionem nostram inducerem, ea quidem quae a Gestis Henrici omnino non vel non multo discrepant, infra nonnisi primis et extremis verbis designavi, cetera autem supra p. 85—128. *invenies, ubi in notis oratio a Rogero submutata vel inversa, inter asteriscos vero omnis, etiam minima, accessio ad cognitionem nostram augendam sub sigla H. apposita est; sed illa fragmenta, quibus aut paucae tantum lineae occupantur aut Gestorum dictio aliquanto variata est, una cum Rogeri propriis additamentis integra infra collocavi. Verba Gestorum minutis litteris, locos, quibus quamvis mutata oratione nihil novi affertur, typis latius positis aut mediis excudenda curavi.* *F. L.*

[INCIPIT HISTORIA ANGLORUM SIVE SAXONUM POST VENERABILEM BEDAM EDITA A MAGISTRO ROGERO DE HOVEDEN[a].]

. . . .

Anno 801. . . . Potentissimus rex Francorum Karolus Rome summus imperator declaratur ab omni senatu, imposito capiti eius diademate imperiali a domino papa[1]. . . . . . .

Sim. Dun. a 881. 880. Prefatus exercitus[2] equis ascensis in Francorum finibus devenit; at Franci, conserto cum eis durissimo prelio, cum triumpho reversi sunt; pagani equis adquisitis hac illacque discurrunt omnia devastantes; his diebus plurima in eadem gente monasteria concussa sunt ac desoluta[b]; nam et fratres cenobii[3] Sancti Benedicti abbatis ipsius reliquias a tumulo, quo locate[c] fuerant, eruentes et secum auferentes, huc illucque discurrebant.

881. Exercitus predictus in ulteriora Francie per flumen Mese navibus pertractis, ibidem anno uno hiemavit[4]. . . . .

ib. a. 884 883.[d. 5] . . . Cuius[e] regis Elfredi[f] tempore venit Angliam Iohannes Scottus, vir perspicacis ingenii et multe facundie, qui, dudum relicta patria, Frantiam ad Karolum Calvum transierat; a quo magna dignatione susceptus, familiarium partium habebatur, transigebatque cum eo tam seria quam ioca individuusque comes et mense et cubiculi[g]. Erat multe facecie ingenuique leporis, quorum exempla hodieque constant, ut sunt ista: Assederat ad mensam contra regem ad aliam mense partem; procedentibus poculis consumptisque ferculis, Karolus fronte[h] hilarior post quedam alia, cum vidisset Iohannem quiddam fecisse quod Gallicanam comitatem offenderet[i], urbane increpuit et dixit: 'Quid distat inter sottum et Scottum?' Retulit ille sollenne convitium in auctorem et respondit[k]: 'Mensa[l] tantum'. Quid hoc dicto facecius? Interrogaverat rex de morum differenti studio, respondit Iohannes de loci distante spatio. Nec vero rex commotus est, quod[m] miraculo scientie ipsius captus, adversus magistrum nec dicto insurgere vellet: sic enim eum usitate vocabat. Item cum regi convivanti[n] minister patinam obtulisset, que duos pisces pregrandes, adiecto uno minusculo, contineret, dedit ille magistro, ut accumbentibus duobus iuxta se clericis departiretur; erant illi gigantee molis, ipse perexilis corporis. Tunc[o] qui semper aliquid honesti comminiscebatur[p], ut letitiam convivancium excitaret, retentis sibi duobus maioribus, unum minorem duobus distribuit. Arguenti iniquitatem participationis[q] regi: 'Immo', inquit, 'bene feci et eque; nam hic est unus parvus', de se dicens, 'et duo grandes', pisces tangens; itemque ad eos conversus: 'Hic sunt duo magni', clericos innuens, 'et unus exiguus', piscem nichilominus tangens. Caroli ergo rogatu Ierarchiam Dionisii Ariopagite in Latinum de Greco verbum e verbo transtulit. Quo fit, ut vix intelligatur Latina littera, que volubilitate magis Greca quam positione construitur nostra. Composuit etiam librum quem peri phision merimnoy[r. 6], id est de nature divisione, intitulavit[s], propter perplexitatem quarumdam questionum solvendam bene utilem, si tamen ignoscatur

a) *ita* 8; Hist. A. s. Sax. ed. a ma. de H. 7; Incipiunt Chronica ma. R. de H. 3; *recens manus supplevit primum folium* 1; *deest initium ceteris codd.* b) desolata *S., ed. St.* c) locata 1. d) *haec contuli cum Historia Dunelmensi post Bedam, Simeone Dunelmensi (ed. Hinde p. 74), Willelmo Malmesburiensi, quorum lectiones siglis D. S. M. distinxi.* e) Huius *D. S. M.* f) Alfr. *S.*; re. El. *des. M.* g) cubili erat. Multe 1. *S.*, *ed. St.* h) frontem *M.* i) offenderat *corr.* offenderet 1. k) haec *add. S.* l) tabula *D. M.* m) quia *D. S.* n) cum *repetit* 1. o) Tum *S. M.* p) inveniebat *M.* q) partitionis *S. M.* r) merimnoi *D. S. M.* s) tit. *D. S. M.*

1) Leone III. 2) Scil. Danorum. 3) *quod Floriacum dicitur* Sim. Dun. 4) Simeo haec ab Asserio desumpsit. 5) Narratiunculam quae sequitur Simeo e Willelmi Malmesburiensis Vita beati Aldelmi (inter Gesta Pontificum ed. Hamilton §. 240) hausit. Willelmus autem Anastasium bibliothecarium prae manibus habuit; eum enim laudat in epistola de Iohanne, quam Petro (sive Baldwino) monacho, postea abbati Malmesburiensi misit. Haec, a Gale, iam a Migne, Patrologiae tomo CXXII, col. 92, edita, exstat in Willelmi autographo cod. Musei Britann. Reg. App. 85, f. 25. Exscripta est a Willelmo ipso inter Gesta Regum §. 122, ubi editor Hardy Iohannem Scotum cum Iohanne Ealdsaxone (de quo cf. Asserium, SS. XIII, p. 122) a Willelmo confusum esse, annotat. 6) Περὶ φύσεων μερισμοῦ.

rei in quibusdam, quibus[a] a Latinorum tramite deviavit, dum in Grecos acriter oculos intendit. Quare et hereticus putatus est, scripsitque contra eum quidam Florus; sunt enim re vera in libro peri phision perplurima, que, nisi diligenter discutiantur, a fide catholicorum abhorrentia videantur. Huius oppinionis[b] particeps fuisse dinoscitur[c] Nicholaus papa, qui ait in epistola[1] ad Karolum: *Relatum est apostolatui nostro, quod opus beati Dionisii Ariopagite, quod de divinis nominibus vel celestibus ordinibus Greco descripsit eloquio, quidam[d] vir[e] Iohannes, Scottus[f] genere, nuper in Latinum transtulerit; quod iuxta morem nobis mitti et nostro iuditio debuit approbari, presertim cum idem Iohannes, licet multe scientie esse predicetur, olim non sane sapere in quibusdam frequenti rumore dicatur.* Propter hanc ergo infamiam[g] teduit eum Francie, venitque ad regem Elfredum, cuius munificentia illectus et magisterio eius, ut ex scriptis regis intelligitur[h], Melduni resedit. Ubi post aliquot annos a pueris, quos docebat, grafiis foratus, animam exuit[i] tormento gravi et acerbo, ut, dum iniquitas valida et manus infirma sepe frustraretur et sepe impeteret, amaram mortem obiret. Iacuit aliquamdiu[k] inhonora sepultura in beati Laurentii ecclesia, [que[l]] fuerat infande[m] cedis conscia; sed ubi divinus favor multis noctibus super eum lucem indulsit igneam, admoniti monachi in maiorem transtulerunt ecclesiam et ad sinistram altaris posuerunt*. . . . . . . Sim. Dun. a. 884

897.[2] Rollo primus Normannorum dux cum exercitu suo Carnotensem civitatem obsedit; sed episcopus eiusdem civitatis[n] Walzelinus[o] Ricardum Burgundie ducem et Ebalum Pictavensem comitem in suum provocans[p] auxilium et tunicam sancte Marie[q] manibus ferens, Rollonem ducem divino nutu fugavit et civitatem liberavit. . . . . . . ib. a. 898.

900. . . . Sanctus etiam presbiter Grimboldus[r], unus magistrorum Elfredi[s] regis, gaudia scandit regni celestis. . . . . . Flor. Wig. a. 903.

Cospatricus, filius Maldredi filii Crinani, Willelmum regem adiens[3], multa emptum pecunia adeptus est comitatum Northimbrensium . . . Tenuit, . . . donec ei rex aufferret, . . . quia in parte ostium[t] fuisset, cum Normanni apud Eboracum necarentur. Fugiens ergo ad Malcolmum, non multo post Flandriam navigio petit. Cui post aliquantum tempus Scotiam reverso donavit[4] ei rex supradictus[5] Dunbar. . . . . . . Sim. Dun. a. 1072.

956. Beatus Dunstanus abbas, a rege Anglorum Edwio pro iusticia ascriptus[u], mare transiit, et[v] in monasterio quod Blandinium dicitur sub exilii sui tempore mansionem accepit. . . . . . . Flor. Wig.

957. . . . Mox rex Mercensium Eadgarus beatum Dunstanum abbatem cum honore et gloria de exilio revocavit . . . . .

1017. . . . Mense Iulio rex Canutus derelictam regis Egelredi reginam Emmam[w] in coniugium accepit[x, 6], ex qua genuit Heardecnutum postea regem et filiam nomine Gunnildem, que nupsit Henrico[7] Romanorum imperatori. . . . . . . Sim. Dun.

1060. . . .[8] Herefordensis presulatus . . . capellano Edgythe regine Waltero Lotaringo est datus. . . . . . . Flor. Wig.

Anno ab incarnatione Domini 1066. . . .[8] 8. Kalendas Maii stella cometis . . . fulgebat . . . Non multo post comes Tostius de Flandria rediens ad Vectam insulam applicuit. . . . . . .

1070. . . . Egelwinum episcopum[9] versus Coloniam incipientem navigare mox ventus surgens contrarius in Scotiam reppulit. . . . . . . Sim. Dun. Post hec rex, de Normannia accito Lamfranco Cadomensi abbate, genere Longobardo, viro undecunque doctissimo, omnium liberalium artium divinarumque simul ac secularium litterarum scientia peritissimo, consiliis quoque ac gubernatione rerum mundialium eque prudentissimo, die assumptionis sancte Marie archiepiscopum constituit Cantuariensis ecclesie et in festivitate sancti Iohannis baptiste[10] die dominica consecrari fecit Cantuarie. . . . . . . Flor. Wig.

Anno ab incarnatione Domini 1071. . . . Walcherum vero Dunelmensi ecclesie rex prefecit episcopum de clero Leodiensis[y] ecclesie; consecratus est apud Wintoniam; invitatus namque ab ipso rege, venerat ad illum, prosapia clarus, honestis moribus, divine ac secularis scientie gratia preditus. . . . . . . Sim. Dun.

1088. . . . Odo episcopus[11] . . . castrum Rofense obfirmavit. . . . In hoc certe[z] castro erant strenui milites et pene tota nobilitas Normannie, erat ibi Eustachius iuvenis Boloniensis comes et multi nobiles Flandrenses. Hec cum audisset rex[a], venit cum exercitu Rovecestre et obsedit civitatem, et parvo peracto spatio, hi qui intus fuerunt se reddiderunt. . . . . . .

1096. . . . Nomina[b, 12] principum qui obsederunt Niceam.

Hi sunt principes exercitus qui obsederunt Niceam: Godefrai de Buillun, Tancred e Buiamund, Tatin le Nased[c] e Tumas de la Fere e Baldwin de Burch, Drui de Neele[d] e sis frere Raul[e], Girad

*) *M. add.:* ponentes, his martirium eius versibus predicaverunt:

Conditur hoc tumulo sanctus sophista Iohannes,
Qui ditatus erat iam vivens dogmate miro.
Martirio tandem Christi conscendere regnum
Quo meruit, regnant cuncti per secula sancti.

a) *ita S. M.;* quibusdam *codd.* b) *ita* 1. c) cogn. *S. M.* d) quidem *M.* e) vester *S.* f) ge. Sco. *S., ed. St.* g) credo *add. M.* h) intellexi sullimis *M.* i) exivit. Tormento 1. k) aliquod diu 1. l) *deest* 1. m) nefandae necis *S.* n) urbis *D. S.* o) Waltelinus *S.* p) advoc. *S.* q) in *add. S.* r) Grimbaldus *Flor.* s) Elfregi 1. t) *ita* 1. u) asscr. *Flor.* v) ab Arnulfo regiae stirpis viro honorifice susceptus *add. Flor.* w) Aelfgivam *Flor.* x) rec. *S.* y) Leodicensis *S.* z) certo 1. a) His itaque a rege auditis *S.* b) *locus qui sequitur margini cod.* 1 *fortasse ab auctore ipso insertus est; deest Hist. p. Bed. et ed. Savil.* c) Truncati nasi *Alb. Aq.* d) Drogo de Nahella *ib.* e) *deest ib.*

1) Jaffé, Reg. nr. 2141. 2) Haec ad annales Normannicos recedunt (cf. Liebermann inter 'Anglonorm. GQ.' p. 42. et 124), unde ap. Rob. Tor., SS. V, p. 477, l. 47. leguntur. 3) A. 1067. ex. 4) A. 1072. 5) Malcolmus rex Scotorum. 6) Hucusque Simeo Florentium exscripsit. 7) Filio Conradi II. 8) Florentius haec ex Annalibus Anglosaxonicis desumpsisse videtur. 9) Dunelmensem, qui rebus Anglicis contra Normannos studebat. 10) Decollationis. Gisonem Wellensem, Walterum Herefordensem, Herimannum Salesburiensem episcopos consecrationi interfuisse, Florentius dicit; hi tres erant Lotharingi. 11) Baiocensis, qui partibus Roberti ducis Normanniae contra Willelmum II. regem Anglie favebat. 12) Haec Rogerus forsitan apud scriptorem quendam Gallicum invenerit, qui ad eundem auctorem atque Albertus Aquensis recesserit. Nam in Alberti l. II, c. 22, de quo Stubbs putavit, tria nomina desunt.

de Ciresi, Ansel de Ribemunt, li quens Guarner de Greez[a], Baldewin de Munz e li quens Eustace, frere al duc de Buillun, Clarembald de Vendoil[b] e Rembalt le Frisun[c] e Huge le Mainne[d], le frere Philippum, Adimarus episcopus, Gwiun de Pursesse nobilis, Baldewin Escalderun[e] e Baldewin de Gand e li[i] quens de Forais e Ansel de Kaiou[b], Robert le fiz Girard ed apeled[f] Raimund, Walter[g] de Campes e le Viel[h] Milum, Stefnes de Albemare, fiz al cunt Odum, Willam de Muntpellers. . . . . . .

Sim Dun. 1106. . . Facta est nimis execrabilis contentio inter imperatorem de Alemannia Henricum et filium eius Henricum, ita quod in bello congressi sunt, et pater a filio peremptus est[1,2], cum regnasset annos quinquaginta; cui successit filius eius predictus Henricus. . . . . . .

1111. . . . Baldewinus[3] Flandrensium comes moritur; cui filius suus Baldewinus successit. . . . . . .*

cf. Sim Dun. 1118. . . . Papa Gelasius . . . 17. Kalendas Februarii missa per Gallias epistola archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis et principibus conquestus est, se ab imperatore de Roma violenter expulsum, et Bracarensem episcopum excommunicatum in apostolicam sedem intrusum; simul exhortans, ut ad matris ecclesie ultionem communibus auxiliis sese prepararent[4]. . . . . . .

cf Henr. Hunt. 1119. . . . Baldewinus comes Flandrensium moritur ex vulnere quo apud Ou vulneratus fuerat. . . . . . .

Henr Hunt 1124.[5] . . . Dedit etiam rex[6] episcopatum de Bathe Godefrido, cancellario regine[7]. . . . . . .

1126. . . . Dedit episcopatum Wigornie Symoni, clerico regine[8]. . . . . . .

Eodem anno obiit Henricus Romanorum imperator, gener Henrici regis Anglorum[k]. Sed[l,9] a quibusdam asseritur, quod idem imperator penitentia ductus, eo quod ipse patrem suum interfecerat[10], quadam nocte cum ad lectum imperatricis Matildis, scilicet filie Henrici regis Anglie, more solito accederet, extinctis lucernis et ministris abeuntibus, ipse solus nudus pedes et in laneis recessit, relictis imperialibus et uxore et imperio, et nusquam comparuit, ubi esset cognitus. Imperatrix vero, sumptis secum manu beati Iacobi apostoli incorrupta et corona imperiali, ad regem Henricum, patrem suum, rediit. Lotharius autem post decessum vel discessum Henrici imperatoris suscepit imperium. Rex vero Anglorum Henricus pre gaudio manus beati Iacobi apostoli fundavit nobilem abbatiam de Redinges[11] et eam bonis multis ditavit et in eam posuit manum beati Iacobi apostoli; coronam autem imperialem in thesauro suo recondidit. . . . . . .

Henr. Hunt 1130.[12] . . . Rex vero Henricus, pacificatis omnibus que in Francia, Flandria, Normannia, Britannia, Cenomannia, Andegavi[m] erant, cum gaudio in Angliam rediit. . . . . . .

ib Anno Christi 1131. . . . Eodem anno[13] decessit Honorius papa; quo[n] defuncto, factum est scisma, duo enim eliguntur in Romanum pontificem, videlicet Innocentius et Anacletus[14]. . . . . . .

Anno gratie 1138. . . . Petrus de Leues antipapa obiit[o]. . . . . . .

ib Anno gratie 1139. . . . Filia regis Henrici, que fuerat Romanorum[p] imperatrix, cui Anglia iuramento fuerat addicata, venit in Angliam. . . . . . .

*) *Ad historiam Flandrensem 'Chronicon de Abingdon', abbatia in com. Berk sita, quod saec. XII. ex. scriptum vel potius e diversis tabulis consutum est, haec affert:* Miles Raimbaldus appellatus, gener eiusdem abbatis[15], a rege[16] ratiociniis vehementer oppositis impetitur. . . . Portum Dorbernensem festinato itinere, nullo sciente, petit, mare transit, Flandriensem comitem[17] adiit, se eius tuitioni committit. . . . Paucis deinde labentibus annis, comes Flandrensis ad regis colloquium Angliam appulsus[18] et multum ab eo honoratus, Rainbaldo secum adducto, adeo regis eiusdem offensam lenivit, ut cuncta ab eo retro habita sibi restitui imperaret. . . . *[Ed. Stevenson* 1858, *t. II, p.* 37. 40*]*.

a) Greis *Alb. Aq.* b) *deest ib.* c) Robertus comes Flandrensis *ib.* d) Magnus *ib.* e) Calderun *ib.* f) Reymundus cognomine Pellez *ib.* g) Bonwankerus *ib.* h) Milo cogn. Lover *ib.* i) Quo anno moritur imperator *Hist. post Bedam.* k) *deest Hist. p. Bed.* l) *locus qui sequitur usque ad verbum* recondidit *deest H. p. Bed.* m) Andegavia *ed. Stubbs.* n) quo — Anacletus *des. Hist. p. Bed.* o) *des. Hist. p. Bed.* p) Alemannie *Hunt.*, *Hist. p. Bed.*

1) Willelmus. 2) Haec noster perperam Simeoni vel potius Florentio adiecit; cf. infra a. 1126. 3) Potius Robertus II. 4) Haec excerpta sunt ex epistola quae exstat apud Willelmum Malmesburiensem, SS. X, p. 481, et Eadmerum, SS. XIII, p. 147, quem Simeo secutus est. 5) Rectius 1123. 6) Henricus I. 7) Adelidis Lovaniensis; *Godefridus natione Teutonicus* Canon. Wellensis de episc. Bathoniensibus, Angl. Sacra I, p. 560. 8) *Quem ipsa adduxerat secum a Luvaina* Ann. Waverl. 9) Henricum V. diutius vixisse, alii quoque eiusdem aevi scriptores opinati sunt; cf. Rich. Clun., Will. Godell., Gaufr. Vos., SS. XXVI, p. 80. 197. 201, Walt. Mapes supra p. 74. et quae infra e Giraldi Cambrensis scriptis excerpemus. Historia post Bedam hanc fabulam nondum novit. De pseudoimperatore Henrico V. anni 1138. vide Sigeb. Cont. Praemonstr., SS. VI, p. 451. 10) Cf. supra a. 1106. 11) Cf. Ann. Radingenses, apud Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 10: *A.* 1126. *Imperatrix venit ad Angliam [de Alemannia]*. 12) Potius a. 1129. 13) Rectius a. 1130. Huntingdon. 14) Quae Hoveden hic Historiae post Bedam addit, tantummodo e loco qui apud Huntingdoniensem (SS. XIII, p. 153, l. 15) sequitur, sumpsisse videtur. 15) Rainaldi Abendoniensis a. 1084—1097. 16) Willelmo II, a. 1087—1100. 17) Robertum Frisonem. 18) A. 1093; cf. SS. XIII, p. 139.

Anno gratie 1141, qui erat annus sextus regni regis Stephani, idem[a] rex[b] Stephanus obsedit infra natale civitatem Lincolnie[c] . . . Rannulfus comes Cestrensis . . . regem bello aggressus est . . . Acies, cui principabatur consul[1] de Albemarle et Willelmus Yprensis[2], percussit Walenses, qui a latere procedebant, et in fugam coegit. Sed acies consulis Cestrensis percullit choortem predicti consulis, et dissipata est in momento sicut acies prior. Fugerunt igitur omnes equites regis et Willelmus Yprensis a Flandria oriundus, vir exconsularis et magne probitatis. . . . . . Henr. Hunt

Anno gratie 1145. . . . Lucius papa obiit; cui successit Eugenius papa[3]. . . . . . .

Anno gratie 1159. . . . Adrianus papa obiit; cui successit Alexander papa III, canonice electus et consecratus. Sed Fredericus Romanorum imperator, nolens eum recipere, erexit sibi ydolum, Octovianum scilicet antipapam; quem in execrabili concilio et conventiculo sanguinum adversus papam[4] Alexandrum facto cum gente sua statuit adorandum; et scisma factum est in ecclesia 18 annis[5] perdurans. . . . . . . Chr. Melr. a. 1159.

Anno gratie 1162. . . . Alexander papa venit in Galliam expulsus a sede sua per Fredericum Romanorum imperatorem; quem Alexandrum Lodoveus rex Francorum et Henricus rex Anglorum honorifice susceperunt et pro papa catholico habuerunt. Eodem anno Malcolmus rex Scottorum dedit sororem suam Ade[6] comiti[d] de Hotlande in uxorem. . . . . . . Chr. Melr.

Anno gratie 1163. . . . Generale concilium tenuit Turonis Alexander papa, in quo excommunicavit Octovianum antipapam. . . . . . Chr. Melr.

Anno gratie 1164[7], qui erat annus decimus regni regis Henrici, filii Matildis imperatricis, idem Henricus dedit Henrico duci Saxonie Matildem, filiam suam, in uxorem. . . . . . .

Eodem anno[8] in vigilia sancte Agathe virginis et martyris factus est terremotus magnus Febr. 4. in insula Sycilie, adeo quod Catanensium civitatem funditus subvertit et episcopum[9] et clerum et omnes illius civitatis habitatores occidit, viros siquidem belligeros numero triginta tria milia, exceptis mulieribus et parvulis, qui numerari non poterant. Eodem die post subversionem civitatis mare Catanensium retraxit se per triginta passuum stadia, relicta in arena diversorum piscium copia, ad quam comprehendendam suburbani civitatis subverse concurrerunt, et dum intenderent capture piscium, refluxit mare et involvit eos et traxit in profundum[10]. . . . . . .

Eodem anno Octovianus antipapa obiit; cui successit Wido Cremensis antipapa. . . . . . . Chr. Melr

Anno gratie 1165. . . .[11] Pervenerunt[12] ad mare usque Sandicum[13] portum. Et ille navem clam intravit clamque recessit et mane applicuit in Flandriam et statim perrexit in Franciam. . . . . . .

Eodem anno papa Alexander Romam rediens, a Romanis honorifice suscipitur. . . . Chr. Melr

Verba[14] beati Thome Cantuariensis archiepiscopi ad Henricum regem Anglie in concilio suo apud Chinun[15].

Desiderio desideravi videre faciem vestram et loqui vobiscum. . . . Audiat itaque dominus meus, si placet, consilium fidelis sui, commonitionem episcopi sui[e], castigationem patris[f] sui. Neque cum scismaticis[16] aliquam de cetero habeat familiaritatem vel communionem[g]. Notum enim est fere toti[h] mundo, quam devote, quam honorifice dominum papam[17] receperitis, quantum Romanam ecclesiam foveritis et honoraveritis, quantum[i] dominus papa et ecclesia[k] Romana personam vestram dilexerint, honoraverint et[l] in quibuscunque per[m] Deum potuerint vos exaudierint. Nolite ergo, domine, si salutem anime[n] desideratis, eidem ecclesie quod suum est aliqua ratione subtrahere. . . . . . .

Epistola[18] beati Thome Cantuariensis archiepiscopi ad suffraganeos suos.

Thomas Dei gratia Cantuariensis ecclesie minister humilis venerabilibus fratribus suis Lundoniensi[19] ceterisque totius Cantuariensis[o] provincie episcopis, sic transire per bona temporalia, ut non amittant eterna! Fratres mei dilectissimi, quare non consurgitis mihi adversus malignantes? . . . Denuntiamus[p] etiam excommunicatum et excommunicavimus[q] ex nomine Iohannem de Oxeneforde[20], qui in heresim dampnatam incidit, prestando[r] iuramentum scismaticis[21], per quem[s] scisma iam fere

a) Sexto anno rex Stephanus *Hunt.*, *Hist. p. Bed.* b) *deest Hist. p. Bed.* c) Lincolliae *Hist. p. Bed.* d) Florentio *add. Chr. Melr.* e) et *add. Giles.* f) s p. *Gi.*, *Rob.* g) nec cum eis aliquo modo contrahat *add. Gi.*, *Rob.* h) est en. t. fe. mu. *Gi.*, *Rob.* i) etiam *add. Gi.*, *Rob.* k) Ro. ec. *Gi.*, *Rob.* l) atque etiam *Gi.*, *Rob.* m) secundum *Gi.* n) vestrae *add. Rob.* o) Cantie *Gi.* p) Denuntiavimus *Rob.* q) ex no. exc. *Rob.*; ex no. excommunicamus *Gi.* r) prando 1. s) quo *Gi.*, *Rob.*

1) Willelmus. 2) Nothus Philippi filii Roberti II. comitis Flandrensis. Hic cum Theoderico Alsatiensi, qui imperatrici favebat, de Flandria contendens, inter Stephani mercenarios extraneos maximam partem agebat, itaque pluribus locis apud scriptores Anglicos occurrit; cf. supra p. 1; Varenbergh, 'Flandre et l'Angleterre' p. 75 sqq. 3) Verba ab Hoveden ipso Historiae p. Bed. inserta. 4) *apud Papiam* Chr. Melros., quae verba Hoveden oculo nimis veloci inspexisse videtur. 5) *multo tempore* Chr. Melros. Hinc coniicias, Rogerum haec post a. 1177. scripsisse. 6) Alias *Elda* vocatur; cf. Chron. S. Crucis Edinburg. supra p. 60. 7) Potius a. 1165. De auxilio ad filiam maritandam tunc exacto cf. Madox, 'History of the Exchequer' p. 398; Stubbs, 'Constitutional History' I, p. 471. 582. 8) Cf. Petri Blesensis ep. 46; Ann. Siculos, SS. XIX, p. 496, sub a. 1164; attamen haec ad a. 1169. pertinent. 9) Iohannem; cf. Romoaldum, SS. XIX, p. 437; Ann. Pisanos, ib. p. 259, et vide infra Ann. Wigorn. et Teokesbur. a. 1169. 10) Cf. G. Henrici supra p. 116. et Acta Sanct. 5. Febr. I, p. 648. 11) Potius a. 1164, m. Nov. 12) Thomas Becket cum sequela. 13) Sandwich in Cantia. 14) Epistola 179. ed. Giles; ap. Robertson, 'Materials for . . . Becket' V, p. 278. 15) Mense Maio a. 1166. 16) Frederico I; cf. Prutz, 'Friedrich I.' I, p. 386. 17) Alexandrum III. 18) Ap. Giles ep. 73; ap. Robertson p. 392, scripta m. Iun. a. 1166. 19) Gilberto Foliot. 20) Postea episcopum Norwicensem. 21) In concilio Wirziburgensi a. 1165.

emortuum in Alemannia revixit, communicando etiam nominatissimo[a] *illi cismatico Reginaldo*[1] *Coloniensi. . . . Similiter et Ricardum de Yvecestre*[b. 2] *denuntiamus excommunicatum et excommunicavimus, eo quod in eandem heresim dampnatam inciderit, communicando*[c] *Reginaldo Coloniensi cismatico, machinando etiam et fabricando omnia mala cum scismaticis et Theutonicis illis in pernitiem ecclesie*[d] *Dei et presertim ecclesie Romane ex pactis contractis inter dominum regem et ipsos. Excommunicavimus etiam Ricardum de Luci*[3] *et Gocelinum del Baillol, qui pravitatum illarum auctores*[e] *et fabricatores extiterunt. . . . . .*

Anno gratie 1166.[4] . . . Epistola[5] Gilberti Lundoniensis episcopi ad dominum papam de responso regis super negotio Cantuariensis archiepiscopi.

Patri suo et domino summo pontifici Alexandro frater Gilebertus Lundoniensis ecclesie minister debitum sincere caritatis et humilis obedientie famulatum. Mandatum vestrum, pater in Christo karissime. . . . . . Ipse[6] *vero correptionem vestram multa gratiarum actione suscipiens, multa animi temperantia multaque modestia consequenter respondit ad singula: . . . Imperatorem illum*[7]*, etsi scismaticum noverit, a vobis tamen excommunicatum esse usque hodie non rescivit. Quod si denuntiatione vestra rescierit, si fedus illicitum cum ipso aut aliquo*[o] *alio quolibet iniit, et hoc ecclesie regni sui iuditio simul et consilio se correcturum promittit. . . . . .*

Chr Melr. Anno gratie 1167. . . . Fredericus Romanorum imperator Romam venit et Widonem de Crema, antipapam scismaticum, vi et armata manu in sedem apostolicam intrusit. Quo recedente, statim pestis mortifera in populum eius grassata est, et Reginaldus Coloniensis electus, totius scismatis caput, in Alpibus exstinctus est et, ut ossa a carnibus disiungerentur et Colonie deferentur, totus in aqua coctus est.

Item epistola beati Thome Cantuariensis archiepiscopi ad Alexandrum papam[8].

Amantissimo patri et domino Alexandro, Dei gratia summo pontifici, Thomas Cantuariensis ecclesie humilis[f] *minister debitam et devotam obedientiam. Satis superque. . . . Nominatim autem*[g] *excommunicavi Iohannem de Oxeneforde, qui communicavit scismatico et excommunicato illi Reginaldo Coloniensi quique contra mandatum domini pape et nostrum*[h] *usurpavit sibi decanatum Salesbiriensis ecclesie et in curia imperatoris pro scismate renovando*[i] *prestitit iuramentum. Similiter et*[k] *Ricardum de Yvecestre*[b] *denunciavimus*[l] *et excommunicavimus, eo quod inciderit in eandem heresim dampnatam, communicando famosissimo scismatico illi Coloniensi*[m]*, machinando et fabricando omnia mala cum scismaticis et Teutonicis illis in pernitiem ecclesie Dei et maxime ecclesie Romane, ex pactis contractis inter regem Anglie et ipsos*[n]*, et Ricardum de Luci et Iocelinum del Ballol, qui regie tyrannidis fautores et hereticarum illarum pravitatum fabricatores exstiterunt. . . . . .*

Chr. Melr. Anno gratie 1168. . . . Obiit Wido Cremensis, secundus antipapa; cui successit Iohannes abbas de Strume, qui appellatus est papa Calixtus. . . . . .

cf. Will Stephan. V. Tho. Anno gratie 1170. . . . Beatus Thomas . . . cum Lundonias veniret, venit ad eum Gocelinus, frater regine[9], et prohibuit ei ex parte regis[10], ne ulterius procederet. . . . . .

1172. Dec. 25. Anno gratie 1173, qui est annus 19. regni regis Henrici, filii Matildis imperatricis, idem rex fuit die natalis Domini apud Chinonem in Andegavia, et uxor eius regina Alienor fuit ibi cum illo, et rex filius et uxor eius fuerunt in Normannia. Et post natale misit rex pater pro rege filio, et profecti sunt in Alverniam — — si illi presentes esse non possent. *[Gesta Henrici p. 84–87]* . . . . . .

G Henr. Venit etiam ad Limoges comes Mauriane et scire voluit, quid et quantum rex Anglie pater daret Iohanni filio suo de terra sua. Et cum rex vellet ei dare castellum de Chinum et castellum de Loudun et castellum de Mirabel, rex filius nullo modo concedere voluit nec fieri permisit. . . . . .

Interim Lodovicus rex Francorum magnum celebravit concilium Parisius, in quo ipse et omnes principes Francie iuraverunt regi Anglie filio, quod ipsi auxiliarentur ei modis omnibus ad regem patrem suum eiciendum de regno, nisi ad voluntatem illius composuerit. Et ipse iuravit eis, quod ipse cum patre suo pacem non faceret, nisi de consensu et voluntate eorum. Deinde iuravit se daturum Philippo comiti Flandrie pro humagio suo mille libratas reddituum in Anglia et totam Cantiam cum castello de Dovere et castello Rofense, et Matheo comiti Bolonie pro humagio suo socam de Kirketona in Lindisia et comitatum Moretonii cum honore de Heya[11]. . . . Et omnes istas donationes et alias multas, quas ceteris fecit, confirmavit sigillo suo novo, quod rex Francie ei fieri fecit. . . . . .

Habuit[12] enim secum viginti milia Brabancenorum, qui fideliter servierunt illi[o] non sine magna mercede quam eis dedit. . . . Omnibus imperatoribus et regibus, quos sibi putabat amicos, de infortunio, quod ei acciderat per promotionem quam ipse filiis suis fecerat, conquestus est, commonens, ne ipsi exaltent filios suos supra id quod debent. Unde Willelmus

G. Henr. rex Sicilie ei in hac forma scripsit:

Epistola Willelmi regis Sicilie ad Henricum regem patrem de consolatione. *Henrico — — pristinus continebit. [Gesta Henrici p. 88 sq.]* . . . . . .

a) illi no. *Gi.* b) Ivelc. *Gi.*, *Rob.* c) eidem *add. Gi.*, *Rob.* d) Dei ec. *Gi.*, *Rob.* e) *deest Rob.* f) mi. hu. *Gi.*, *Rob.* g) etiam *Gi.*, *Rob.* h) Domini et vestrum *Gi.* i) quale ipse audistis *Gi.*, *Rob.*, *ubi* pro s. r. *des.* k) etiam *Rob.* l) excommunicatum *add. Gi. Quae sequuntur potius cum simili epistola* Conrado Maguntino archiepiscopo et cardinalibus *aliis data ap. Rob. V, p.* 389, *conveniunt.* m) illi nominatissimo sc. Co. solemniter et publice *Gi.* n) ec. Ro. quique prestitit iuramentum de contrahendo matrimonio cum duce Saxonum, et una Ri. *Gi.* o) et *add. ed.*

1) De hoc archiepiscopo a Friderico I. a. 1165. in Normanniam et Angliam misso cf. infra Rad. de Diceto. 2) Postea episcopum Wintoniensem. 3) Iusticiarium Angliae. 4) Potius a. 1165. 5) Ap. Giles 174; ap. Robertson V, p. 206. 6) Scil. Henricus II. 7) Fredericum I. 8) Ap. Giles ep. 5; ap. Robertson V, p. 386. 390, scripta m. Iun. a. 1166. 9) Adelae Lovaniensis, uxoris Henrici I. Inter S. Thomae sectatores alius quidam, qui forsitan Lotharingus fuerit, occurrit, scilicet magister Guntherus Flandrensis; cf. Hoveden II, p. 25. 27. 10) Iunioris Henrici (III). 11) Hanc terram, quae nunc vocatur Eye in com. Suffolk, Henricus (III) secundum Gesta Henrici Hugoni Bigot concessit. 12) Henricus II.

Philippus autem comes Flandrie cum magno exercitu intravit Normanniam et obsedit Albemarle et cepit eam. G. Henr. Et procedens inde, obsedit castellum de Drincurt, et redditum est ei; sed Matheus, frater eius, comes Bolonie ex inopinato ictu sagitte[1] percussus obiit. Quo defuncto, Petrus, frater eius, electus Cambriensis ecclesie successit ei in comitatu Bolonie[2] et renuntians electioni sue factus est miles, et paulo post obiit sine prole[3]. . . . . . .

Et habitum est ibi colloquium de pace — — inopia perierunt. *[Gesta Henrici p. 89]* . . . . .

Eodem anno Robertus prepositus d'Ary, qui electus erat episcopus ecclesie de Arraz, illam refutavit electionem, et factus et electus episcopus ecclesie de Chambrai, sed antequam consecraretur, ab inimicis suis interfectus est. . . . . . .

Anno gratie 1174. . . . Post pascha, deruptis treugis, Henricus rex Anglie filius et Philippus comes Flandrie, magno congregato exercitu, in Angliam venire proposuerunt. . . . . . .

Interea rex Anglie filius et Philippus comes Flandrie venerunt cum magno exercitu usque Gravelinges, parati ad transfretandum in Angliam. . . . Rex Anglie pater . . . in Normanniam rediit, rege filio suo et comite Flandrie adhuc moram facientibus apud Gravelinges, ventus enim erat illis contrarius, et transfretare non poterant. . . . . . .

Tercio Idus Iulii sabbato . . . captus est Willelmus rex Scottorum apud Alnewic. . . . Captique sunt cum eo Ricardus Cumin, Willelmus de Mortemer, Willelmus de Insula, Henricus Revel, Radulfus de Ver, Iordanus Flandrensis, Waldevus filius Baldewini de Bicre, Ricardus Malluvel et alii multi, qui sponte sua se capi permiserunt, ne viderentur in captione domini sui consensisse. Eodem die applicuit apud Herterpol Hugo comes de Bar supra Secanam, nepos Hugonis Dunelmensis episcopi, cum quadraginta militibus et quingentis Flandrensibus, pro quibus predictus episcopus miserat. Sed episcopus statim propter captionem regis Scocie permisit predictos Flandrenses repatriare, datis prius illis liberationibus et donis suis 40 dierum; comitem autem Hugonem et milites qui cum eo venerant secum retinuit. . . . . . .

Lodowicus rex Francorum, audita transfretatione regis patris in Angliam et audita captione regis Scottorum, cui plurimum condoluit[4], revocavit regem Anglie filium et Philippum comitem Flandrie, qui adhuc morabantur apud Gravelinges. . . . . . .

Comes Hugo Bigot — — possent repatriare. *[Gesta Henrici p. 89. 90]* Ibidem[5] vero equus Tostes de Sancto Odmero[6] cuiusdam militis Templi percussit regem in tybia et multum lesit. . . . . . .

Anno gratie 1175. . . . Ambo reges . . . post pascha venerunt Cadomum obviam Philippo comiti Flandrie, qui paulo ante crucem Ierosolimitane peregrinationis receperat. Adversus quem rex pater effecit, quod ipse quietum clamavit regem filium ab omni conventione quam cum eo fecerat tempore hostilitatis. Et comes Flandrie tradidit in manu regis patris cartam regis filii, quam habuit de supradicta conventione. Et ipsi confirmaverunt predicto comiti redditum quem ipse annuatim percipere solebat in Anglia ante werram[7]. . . . . . .

Philippus comes Flandrie cepit Walterum de Fontanis, militem siquidem nobili prosapia ortum et in armis militaribus pre universis consortibus suis conspicuum, imponens ei, quod illicite cognoverat comitissam Flandrie. Predictus autem Walterus tendens in inficias, optulit purgare innocentiam suam modo quolibet, affirmans, quod ipse comitissam illam nunquam cognoverat nec unquam in mente habuit, ut eam cognosceret. Comes vero purgationem aliquam ab eo recipere noluit, sed in furore ire sue precepit, ut ipse fustibus cesus interficeretur. Ceperunt ergo eum carnifices, et ligatis pedibus et manibus, cum fustibus ciciderunt eum et semivivum suspenderunt illum per pedes, inclinato capite deorsum, in quadam vili cloaca; et sic cloacali fetore extinctus miserrime vitam finivit. Tunc Aelisinus et ceteri[8] filii predicti Walteri de Fontanis et Iakes de Avennis et ceteri parentes illorum, munitis castellis suis, insurrexerunt in comitem et terras suas igne et gladio devastaverunt. Et sic demum coegerunt illum satisfacere illis de morte predicti Walteri de Fontanis. . . . . . .

Anno gratie 1176.[9] . . . Venerunt in Angliam nuncii Willelmi regis Sicilie, videlicet episcopus Troiacensis et electus Capue[10] et comes Florius ad Henricum regem Anglie patrem et pecierunt ab eo, Iohannam filiam suam donari in uxorem Willelmo regi Sicilie, domino suo. Habito ergo inde concilio Lundoniis, rex pater consilio universorum episcoporum, comitum et baronum regni concessit regi Sicilie filiam suam. Et cum illa concessione premisit rex ad regem Sicilie episcopum[11] Troiacensem et Iohannem Nortwicensem episcopum et Parisium Rofensem archidiaconum et Baldewinum Bulot et Ricardum de Camvile. Et rex pater interim preparavit Iohanne filie sue et itineri suo necessaria. Quibus more debito completis, rex misit Iohannam filiam suam regi Willelmo Sicilie in uxorem. Que[12] cum Panormum veniret in Sicilia, una cum Egidio Ebroicensi — — tam castellis quam locis. *[Gesta Henrici p. 93]*. Unde idem rex Sicilie fecit ei cartam suam in hac forma: Hec est carta — — *anno undecimo feliciter. Amen.* *[Gesta Henrici p. 94. 95]* . . . . . .

Eodem anno Petrus, frater Philippi comitis Flandrie, qui fuerat electus de Chambrai, duxit in uxorem

1) Cf. Contin. Aquicinct., SS. VI, p. 414. 2) Alii scriptores hoc non habent. 3) V. infra a. 1176. Erravit noster; Petrus enim reliquit filiam Sibyllam. 4) De foedere Scotiae et Franciae cf. Iord. Fantosme, supra p. 55. 5) In Seleham, com. Suffolk. 6) Aliis locis (ed. Stubbs I, p. 218. 222) noster narrat, hunc a. 1161. custodem dotis Margaretae, filiae Ludovici VII, Henrico (III) desponsatae fuisse; postea a. 1164. Thomam Becket rogasse, ut constitutiones de Clarendon susciperet. 7) Cf. Rymer, Foedera I, p. 22. 8) Noster, hoc verbo Gestis minus prudenter addito, Hillinum dapiferum perperam filium Walteri facit. 9) Hoc sub anno ea quoque de matrimonio Siculo anticipat, quae Gesta melius ad annum sequentem retulerant. 10) Potius Caputaquensis. 11) Electum Eliam. 12) Mense Febr. a. 1177.

G. Henr. filiam[1] Odonis domini d'Issodun cum comitatu de Neverz, que erat uxor Widonis de Neverz; sed infra annum obiit sine prole[2]. . . . . . .

Eodem anno magister Iohannes — — Carnothensis. *[Gesta Henrici p. 92]* . . . . . .

Eodem anno Fredericus — — detenti sunt. *[Gesta Henrici p. 92]* . . . . . .

Anno gratie 1177. . . . Philippus comes Flandrie misit advocatum Bitunie Robertum et Rogerum castellanum de Curterai ad dominum Henricum regem Anglie patrem, significans ei, quod Lodowicus rex Francorum ab eo pecierat primogenitam filiarum Mathei, fratris sui, comitis Bolonie ad opus Philippi filii sui et alteram filiam comitis Bolonie ad opus Lodowici, filii comitis Theobaldi; sed sine eius consilio illas nemini dare voluit. Preterea idem comes peciit a rege Anglie pecuniam, quam promiserat se daturum pro anima Mathei comitis Bolonie, fratris sui, ad milites retinendos in defensione Ierosolimitane terre. Quibus dominus rex respondit, rem quidem bene processuram, nisi in comite remanserit, et adiecit, quod, si comes Flandrie vellet neptes suas, filias comitis Bolonie, ad voluntatem et consilium ipsius maritare et exinde facere eum securum, ipse omnia promissa plenius et perfectius quam promiserat impleret. Et ad audiendum inde responsum comitis misit Walterum de Constantiis vicecancellarium[3] suum et Rannulfum de Glanvilla, in quorum presentia idem comes Flandrie iuravit, quod predictas neptes suas nemini maritaret, nisi de consilio et voluntate regis Anglie patris. Sed sacramento non observato, predictus comes maritavit eas sine licentia et voluntate regis. . . . . . .

Eodem anno[4] Philippus comes Flandrie contra sacramentum, quod fecerat regi Anglie, maritavit primogenitam filiam fratris sui comitis Bolonie duci de Saringes; que, relicto duce de Saringes, nupsit comiti[5] de Sancto Paulo et postea, relicto comite de Sancto Paulo, nupsit comiti Reginaldo de Dammartin[6], et ipse cepit cum illa comitatum Bolonie. Et alteram filiam comitis Bolonie dedit in uxorem Henrico[7] duci de Luvein. Eodem anno venit in Angliam predictus comes Flandrie ad loquendum cum rege Anglie, et accepta ab eo licentia peregrinandi, ipse et Willelmus de Mandevile comes de Exexe et multi barones et milites de diversis regionibus signo crucis signati Ierosolimam profecti sunt. . . . . . .

Pax facta inter Alexandrum papam et Fredericum Romanorum imperatorem.

Eodem anno divina miseratione Alexander papa et Fredericus Romanorum imperator facti sunt amici Venecie in Rivo-alto, deleto scismate quod iam fere 18 annis duraverat in ecclesia Romana. Huic vero paci et concordie interfuerunt ex parte domini pape Hymbaldus — — coram Alexandro papa et cardinalibus universis et a domino papa absolutus est et remansit archiepiscopus Maguntinus et pallium ab Alexandro recepit. *[Gesta Henrici p. 95—97]*.

Epistola Alexandri pape ad Ricardum Cantuariensem archiepiscopum et ad suffraganeos suos de pace ecclesie reddita.

Alexander episcopus — — et quietem. D. Ven. in R.-a. 8. Id. Augusti [Gesta Henrici p. 97].

Epistola Alexandri pape ad Rogerum Eboracensem archiepiscopum et Hugonem Dunelmensem episcopum de pace facta inter ipsum et imperatorem.

Alexander episcopus — — exultent. Data V. in R.-a. 7. Kal. Augusti [Gesta Henrici p. 97. 98]. . . . . . .

Anno gratie 1178. . . . Alexander papa misit legatos suos per universum orbem Romane ecclesie subditum ad invitandum ecclesie prelatos, ut Romam venirent in capite ieiunii anni proximo sequentis ad solempne concilium et generale celebrandum; quociens enim morborum violentia celeri gressu ad anime secreta festinat, obvias manus afferre non potest salutare consilium nisi ex collatione multorum. . . . . . .

Eodem anno Alexander papa in hac forma scripsit Iohanni Indorum regi: . . . *Apostolica sedes* . . . 5. *Kal. Octobris*. . . . . . .

Anno gratie 1179. . . . Congregatis itaque universis Rome in presentia domini pape Alexandri, ipse papa in Lateranensi[a] ecclesia, in eminentiori loco cum cardinalibus suis et prefectis et senatoribus et consulibus Urbis constitutus, feria secunda tercie[b] ebdomade quadragesime, que tercio Nonas Marcii evenit, primum concilii sui diem celebravit. Similiter secundum concilii sui diem celebravit quarta feria sequentis[c] ebdomade, que secundo Idus Marcii evenit. In quo concilio Willelmus Remensis archiepiscopus factus est presbyter cardinalis ad titulum Sancte Sabine. Et Henricus abbas Clarevallensis factus est episcopus cardinalis Albanensis. Et dominus papa tercium diem concilii sui celebravit secunda feria ante dominicam in ramis palmarum, que quarto decimo Kal. Aprilis evenit. In quibus hec decreta subscripta generaliter observanda constituit:

Decretum Alexandri pape tercii de Romano pontifice eligendo.

Licet de vitanda . . . . . .

Et assumens secum Filippum — — sancti Thome martyris. *[Gesta Henrici p. 99]*. . . . . . .

Willelmus Remensis archiepiscopus prefatum Philippum . . . in regem unxit Remis in ecclesia sedis pontificalis die sollempnitatis omnium sanctorum. . . . Et Philippus comes Flandrie preibat ferens ante illum gladium regni. . . . . . .

Eodem anno Tuschani et Pisani et homines de Luca et cives de Pistura et cives de Florentia et homines de valle Arne et Hugelinus de valle Spolite concilium fecerunt, ut dolo caperent Christianum Maguntinum archiepiscopum Fre-

a) Latran. 1. b) *deest Gestis Henrici cod.* 2. c) secunde *G. Henrici cod.* 2 *minus accurate.*

1) Potius viduam. 2) Error; v. supra p. 143. 3) *sigilliferum* G. Henr., postea episcopum Lincolniensem et archiepiscopum Rotomagensem. 4) Gesta Henrici recte, Idam primum matrimonium a. 1180. cum comite Gelriae Gerardo III. contraxisse, dicunt. Quo a. 1183. mortuo, nupsit Bertholdo V. de Zähringen, qui obiit a. 1186. 5) Hugoni IV. Has nuptias alibi non inveni; Hugo a. 1178. duxerat Iolantham, filiam Balduini IV. comitis Hanoniensis, quae ei duas filias peperit; cf. Gisleb., SS. XXI, p. 527. 6) A. 1191; cf. Lamb. Ard., SS. XXIV, p. 605 sq. 7) Non ante a. 1190. in ducatum Brabantiae successit.

derici Romanorum imperatoris cancellarium qui post pacem factam inter dominum papam et predictum imperatorem G. Henr apud Venetiam in Rivo-alto remanserat in Tuscana et eos gravibus vexationibus ad inopiam redegerat[1]. Facta itaque conventione, convenerunt Conradum, filium Willelmi marchais de Monte-ferato, ut eum dolo caperet; ipse enim prefatum cancellarium odio habebat, sed iam cum eo pacem fecerat. Ad instigationem itaque ceterorum et Manuelis imperatoris mandato, qui ei multas promisit divitiarum facultates, si prefatum cancellarium cepisset, Conradus venit in manu forti ad civitatem de Camerin, ubi cancellarius ille cum paucis suorum convenerat; et Conradus, iniectis in eum manibus, tenuit et in compedibus missum secum duxit, et incarceravit eum primo in castello quod vocatur Sanctus Flavianus, secundo incarceravit eum in Roca-Venais, tertio incarceravit eum apud Eghependant et tradidit eum Bonefacio fratri suo in custodia; et ipse Conradus profectus est ad Manuelem imperatorem Constantinopolitanum, cuius ammonitione ipse ceperat predictum cancellarium. Et non ausus domum redire propter iniuriam quam fecerat Frederico Romanorum imperatori de captione cancellarii sui, remansit cum Manuele Constantinopolitano imperatore et unam[2] de neptibus illius imperatoris in uxorem duxit. Quo audito, Bonefacius, frater eius, qui predictum Christianum Maguntinum archiepiscopum, Frederici Romanorum imperatoris cancellarium, in carcere tenuit, cepit de eo 12 milia perperorum et permisit eum abire

Anno gratie 1180. . . . Philippus rex Francorum videns, quod pater suus morbo laboraret paralytico, adhesit in omnibus consilio Philippi comitis Flandrie. . . . Henricus rex Anglie filius . . . indicavit patri suo excessus et inopportunitates, quas Philippus rex Francie faciebat matri sue et avunculis suis per consilium comitis Flandrie. . . . . . .

Post pascha vero Philippus rex Francie duxit in uxorem filiam comitis de Hanou, neptem Philippi comitis Flandrie, filiam sororis sue, cui idem comes Flandrie dedit in maritagio cum nepte sua totam terram de Vermundeis usque ad aquam de Lis. Deinde statuit Philippus rex Francie, quod ipse et uxor eius coronarentur die pentecostes apud Senonem civitatem. Sed per consilium comitis Flandrie anticipavit terminum illum et fecit se et uxorem suam coronari die ascensionis apud Sanctum Dionysium ab archiepiscopo Senonensi; quod cum Willelmo Remensi archiepiscopo constaret, indignatus est vehementer et Alexandro summo pontifici conquestus est de transgressione Senonensis archiepiscopi, qui contra ius et dignitatem Remensis ecclesie regem Francie presumpserat coronare. Deinde Philippus rex Francie et Henricus rex Anglie pater convenerunt ad colloquium inter Gisortium et Trie. In[3] quo colloquio rex Anglie nunc blandis nunc asperis effecit versus regem Francie, quod ipse contra consilium comitis Flandrie et Roberti Clement omnem malitiam et indignationem, quas in animo adversus matrem et avunculos suos conceperat, remisit eis et eos in debitam familiaritatem recepit, statuens, quod singulis diebus solveret matri sue septem libras Parisiorum ad cotidianum victum et post decessum patris sui redderet ei dotalium suum plenarium et integrum, retentis sibi castellis et munitionibus. In eodem colloquio rex Anglie pater ad abundantem cautelam recepit homagium Philippi comitis Flandrie coram Philippo rege Francie, et pro homagio illo concessit ei mille marcas argenti singulis annis recipiendas Lundoniis ad scaccarium, ita tamen quod in recompensatione illarum mille marcarum comes Flandrie inveniet singulis annis quingentos milites in obsequium regis Anglie per spatium quadraginta dierum, quando summonitus inde fuerit. . . . . .

Eodem anno Fredericus Romanorum imperator expulit a regno suo Henricum ducem Saxonie. Cuius expulsionis causa hec est: In primis[4] itaque notandum est, quod decem principes constituti sunt custodes portarum civitatis Colonie, quorum nomina hec sunt: dux de Lemburc, dux Saxonie, dux de Saringes, dux de Saxlande, dux de Luvain, comes de Wilch, comes de Loo[5], comes de Gerle[6], comes palatinus de Reno, comes de [Laumual[a, 7]]. Et hii decem sunt homines archiepiscopi Colonie et habent singulis annis de mensa Sancti Petri Colonie duo milia marcarum argenti in retributione custodiarum suarum. Preterea archiepiscopus Colonie multos habet redditus, maximos autem in ducatu Saxonie, quos Henricus dux Saxonie, gener Henrici regis Anglie, iniuste occupavit et occupatos detinuit; unde Reginaldus[b] Coloniensis archiepiscopus conquestus est domino suo Frederico Romanorum imperatori. Preterea ipse imperator calumpniatus est prefatum ducem de periurio, G. Henr de fide lesa, de lesione maiestatis imperialis et eum citari fecit, ut veniret in curiam suam, satisfacturus tam sibi quam archiepiscopo Coloniensi. Venit igitur, data ei securitate veniendi et redeundi; et cum multa obicerentur ei de fide lesa, de periurio, de lesione maiestatis imperii et de iniuriis archiepiscopo Coloniensi illatis, et cum ipse ad obiecta cum consilio suorum respondere deberet, ascendit equos suos et abiit, nullo dato responso. Et imperator pecit de

a) *ita 8; spatium vacat* 1. 3. 4; Larmual *Savile.* b) ill. dem. *ed. Stubbs.*

1) Cf. Prutz, 'Friedrich I.' III, p. 58. 2) Isaac Angelum a. 1185. imperium adeptum, sororem (Theodoram, cuius avia Theodora Comnena Manuelis amita fuerat) Conrado dedisse, Christianum autem iam antea post captivitatem 15 mensium liberatum esse, Gesta Henrici, supra p. 101, rectius narrant. 3) Diploma pacis inter Angliam et Franciam factae exstat ap. Rymer I, p. 36. 4) 'Fabula'. LEIBNIZ, SS. rer. Brunsvic. I, p. 876; sed potius, ut v. d. Const. Höhlbaum, qui tabulario Coloniensi praeest, benigne mihi demonstravit, rerum gestarum est confusio. Ipso enim a. 1180. Philippus archiepiscopus, cum pecunia ad bellum contra Henricum Leonem gerendum egeret, 2000 marc. receptis, Coloniensibus ius civitatis muniendae concessit. Quod privilegium, libertatis quasi fundamentum, vassalli archiepiscopatus consilio et subscriptione confirmaverunt. Inter quos testes occurrunt dominus de Limburg, comites de Nossowen, Seyna (ex alterutro *dux Saxonie* apud nostrum ortus videtur), Sarbrugen, Hollandiae, dux Lowaniae, comes Iuliacensis, palatinus comes de Reno; cf. Lacomblet, 'UB.' I, nr. 474. 5) Looz. 6) Geldern. 7) Namurcensis BRIAL. Forte Arnsberg LEIBNIZ. Vix recte.

1180. illo sibi fieri iuditium, et iudicatum est, demeruisse[b] illum ducatum suum. Et data est licentia archiepiscopo Colonensi intrandi cum exercitu terram ducis Saxonie in vindictam iniuriarum,
G. Henr. quas dux ei fecerat; et ipse imperator cum magno exercitu intravit terram ducis Saxonie et eam devastavit ferro, flamma, fame, et ad tantam ducem illum coegit inopiam, quod ipse posuit se in misericordiam imperatoris[1] et abiuravit terram suam per septem annos in misericordiam imperatoris; et exulans venit ad Henricum regem Anglie, patrem uxoris[a] sue. Tamen ipse imperator postmodum[2] prece Alexandri summi pontificis et Philippi regis Francie et Henrici regis Anglie et Philippi comitis Flandrie relaxavit prefato duci Saxonie quatuor annos de iniuncto sibi exilio. . . . . . .

Deinde imperator Ysakius consilio suorum duxit in uxorem filiam Bele regis Hungarie, de qua ipse genuit filios et filias; quarum unam[3] Rogerus rex[4] Sicilie, filius Tancredi regis Sicilie, in uxorem duxit. . . . . . .

LL. Edw. Cf.

INCIPIT LIBER DE LEGIBUS ANGLIE.

1070. . . . Willelmus[5] rex quarto anno regni sui[b] consilio baronum suorum fecit summoneri[c] per universos consulatus[d] Anglie Anglos nobiles et[e] sapientes et sua[f] lege eruditos . . . Electi igitur . . . leges[g] libertatis et pacis ipsius[6] concionati sunt dicentes: . . . . . .

Quid[h. 7] sit regis officium, et de Karolo et Pipino, fratre eius, exempliter.

Rex autem atque[i] vicarius eius ad hoc est[k] constitutus, ut regnum terrenum[l] et populum Dei[m] et super omnia sanctam ecclesiam veneretur[n] et ab iniuriatoribus[o] defendat et maleficos ab ea evellat[p] et destruat et[q] penitus disperdat. Quod nisi fecerit, nec regis nomen verum constabit[r], propheta[s] Iohanne testante: 'Nomen regis perdit, qui quod regis est non faciat'. Cui Pipinus et Karolus, filius eius, necdum reges, sed principes sub rege Francorum stulto[t], scripserunt[u], querentes, si ita permanere deberent[v] Francorum reges, solo nomine[w] regis contenti. A quo responsum est: 'Illos decet vocari reges, qui vigilant[x], defendunt et regunt ecclesiam Dei et populum eius, imitantes[y] regem psalmographum[z]
Ps. 100, 7. dicentem: *Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam* etc.[a]' . . . . . .

Greve[8] quidem[b] nomen est[c] potestatis[d] Latinorum lingua vel expresse idem quod prefectura, quoniam[e] hoc vocabulum tam multipliciter distenditur, quod de schira[9], de wapentagiis[10], et[f] quod etiam lede[11], hundredum[g. 12], de burgis[13], de villis[14] etiam[h] greve vocetur, in qua idem sonare et significare videtur quod dominus.

Quid[i. 15] sit prepositus et prefectura et quid alderman, quod Latine senior populi sonat, et quam multipliciter nomen prepositi distenditur.

Videtur etiam quibusdam[k], quod 'greive' vocabulum nomen est compositum ex Anglico[l] 'grith' et 've' Latino. 'Grith'
Matth. 11, 21. enim pax est, 've' vero miseria, ipso testante qui dixit: *Ve tibi Corozaim*[m]. Greive igitur ideo dicitur, quod iure debeat grith, id est pacem, ex illis facere, qui patrie inferunt ve, id est miseriam vel malum. Teutonici et etiam Frisones et Flandrenses consules[n] suos meregrave[o. 16], quasi maiores dominos[p] vel bonos pacificos, vocare[q] consuescunt. Et sicut modo vocantur greive[r] qui super[s] alios prefecturas habent, ita apud[t] Anglos qui antiquitus vocabantur alderman[u], quasi[v] seniores, non propter senectutem, cum[w] quidam adolescentes essent, sed propter sapientiam. . . . . . .

a) uxori 1. b) Post quartum annum adquisitionis regis Willelmi istius terre cons. *cod. Bodlei. Rawlinson C* 641, *s. XII. med. vel ex.* c) submaniri *Rl.* d) patrie comitatus *Rl.* e) *deest Rl.* f) le. sua *Rl.* g) pacem et libertatem illius conc. *Rl.* h) Hic incipit quedam sententia Willelmi Bastard regis Anglie, quam de regis nomine Pipino et Karolo, eius filio, sciscitantibus scripsit, nondum regibus, necnon et alia quedam gesta atque statuta eius 8; *rubra deest Rl.* i) vi. atque 1; qui vicarius summi regis est *Rl.* k) co. est *Rl.* l) *deest Rl.* m) Domini *Rl.* n) regat *Rl.* o) def. ab iniuriosis *Rl.* p) mal. autem des. et ev. *Rl.* q) et p. d. *des. Rl.* r) Sin autem no. re. perdit, test. Io. papa, cui *Rl.* s) prophetam 1. t) *ita Rl.;* stulte *Hov.* u) Audientes autem Pipinus et Carolus, filius eius, necdum reges, sed principes sub rege Francorum, hanc diffinitivam sententiam tam veraciter quam prudenter de regis nomine a Willelmo Notho rege Anglie prolatam, ei stulte scripserunt 8, *ed. Savil. inter emendanda, ed. posterior (Francof.) in contextu.* v) deb. manere re. Fr. *Rl.* w) regio no. *Rl.* x) vigilanter def. *Rl.* y) imitati *Rl.* z) spalmigr. *Rl.* a) id est tyrannidem exercet super populum Dei. Et consentiens dicit: 'Qui loquitur iniqua', hoc est: iniquas leges componit, 'non direxit', id est: non directe rexit, 'in conspectu oculorum meorum'; acsi diceret: in conspectu divinitatis mee, cui omnia sunt nuda et aperta, leges directas et recta iudicia non constituit *etc. add.* 8. b) autem *Rl.* c) *deest Rl.* d) pot., quod apud nos nichil melius videtur esse quam prefectura *Rl.* e) Est enim multiplex nomen: greve enim dicitur de scyra *Rl.* f) et q. e. l. *des. Rl.* g) de hundredis *Rl.* h) etiam — dominus *des. Rl.* i) *rubra deest Rl.* k) et videtur nobis comp. esse *Rl.* l) g. A., quod est pax Latine, et ve L.; scilicet quod [debet] fa. g, id est p., ex i. qui inf. in terram ve, i. e. m. v. dolorem, summa auctoritate domini nostri Ihesu Christi dicentis: 'Ve tibi Bethsaida, ve t. C.' Frisones etiam et Fl. *Rl.* m) Cororaim 1. n) comites *Rl.* o) maragreves *Rl.* p) *deest Rl.* q) vocant *Rl.* r) greves *Rl.* s) ha. pr. su. al. *Rl.* t) ita tunc temporis voc. *Rl.* u) eld. *Rl.* v) q. s. *des. Rl.* w) cum q. a. essent *des. Rl.*

1) 'Haec male narrantur'. LEIBNIZ. 2) A. 1184. Lucio III. papa. 3) Irenam; cf. quae supra p. 101, n. 14. annotavi. 4) Haec noster fortasse consulto Gestis addidit, cum Tancredus Rogerum puerum a. 1192. coronaverit; cf. infra a. 1194. 5) Sequuntur Leges quae vocantur Edwardi Confessoris (ed. Schmid, 'Gesetze der Angelsachsen' p. 491); sed Henrico I. rege scriptae videntur; cf. quae disserui 'Einl. in Dial. de Scaccario' p. 74. 6) Scil. ecclesiae. 7) Legum cap. 17. Quae hic de legatione a Pippino solo, patre (non fratre) Karoli, ad papam Zachariam (non Iohannem) missa traduntur ad Ann. Laurissenses maiores a. 749. recedunt. 8) Cap. 31. Hunc locum disserit Schmid s. v. 'Gerefa', nostris 'Graf'. 9) Scirgerefa, quod Normanni 'vicecomes' transtulerunt. 10) Waepentâc; de origine verbi tractat Schmid p. 672; de notione Stubbs, 'Constit. history' I, p. 99. 11) Lathe, laeð, nomen plurium hundredorum in Cantia, Stubbs p. 101; 'leidegrevius' occurrit in Legibus Henrici 7, 2. 12) Quamquam nomen nobis non traditum est, tamen wapentakiis et hundretis gerefas praefuisse, docet Stubbs ib. 13) Burhgerefa. 14) Tungerefa; v. Schmid s. v. 15) Cap. 32. 16) mêre, i. e. 'magnus, clarus'. Forsitan de marchionibus, nostris 'Markgrafen', agatur.

Quomodo[1] sancta Margareta, mater regis David Scotie, cum patre et matre, sorore et fratre Edgaro Edellingo, de quo sanctus Eadwardus rex heredem regni sui facere voluit, in Angliam venit[a]. Cf LL.Edw

Iste prefatus[b] Eadmundus habuit quendam[c] filium Eadwardum[d] nomine, qui, mox[e] patre[f] mortuo, timore[g] regis Chnuti aufugit[h] ad regnum Dogorum[i, 2], quod[k] nos melius[e] vocamus Russiam[l, 3]. Quem rex[m] terre Malescoldus[n] nomine, ut cognovit[o] quis[p] esset, honeste retinuit[q]. Qui de nobili progenie ibidem duxit uxorem[r, 4], de qua natus[s] est ei Aedgarus[t] Adeling et Margareta, que[u] fuit postea regina Scotie, et Christiana[v], soror eius. Cui Christiane[v] rex Eadwardus dedit terram quam habuit postea Radulfus de Limesi[w, 5]. . . . . . .

Descriptio genealogie ducum Normannie.

. . . Suenus[6] rex Danorum Angliam invasit et . . . non multo post moritur et in Daciam fertur tumulandus . . . Chnutus, filius eius, cum magna classe, accito secum Lacman[7] rege Suevorum et Olavo[8] rege Norttorum, qui postea apud Rothomagum baptizatus est, Tamisiam intravit et Edelredum regem infra Loudoniam obsedit, qui obsessus infirmitate preventus moritur. Chnutus vero potitus regno, predictam Emmam reginam accepit uxorem, ex qua genuit Hardechnutum, postea regem Danorum[9], et filiam nomine Gunnildam, que nupsit Henrico[10] imperatori Romanorum. . . . . . . 1014.

Anno[x] gratie 1181. . . . Post natale Domini — — armarentur. *[Gesta Henrici p. 102].* . . . . . .

Deinde dum[y] rex Anglie moram faceret apud Barbeflet, transfretaturus in Angliam, ortum est discidium inter Philippum regem Francie et Philippum comitem Flandrie propter comitem[11] de Claromonte[12], quem comes Flandrie odio habuit. Venit ergo rex Anglie per mandatum regis Francie ad colloquium inter illos apud Gisorz et pacem fecit inter regem Francie et comitem Flandrie. Deinde venit rex Anglie ad Cheresburc et transfretavit inde in Angliam et applicuit apud Portesmue 7. Kal. Augusti, die dominica, et Willelmus rex Scottorum cum eo. . . . . . . cf G Henr. Iul. 26.

Eodem anno obiit Alexander papa tertius, 22. anno papatus sui, 12. Kalendas Octobris; cui successit in papatu Imbaldus Ostiensis episcopus cardinalis et vocatus est Lucius papa tertius. . . . . . . G Henr

Eodem anno comes[13] Stephanus, avunculus Philippi regis Francie, occupavit[14] terram cuiusdam vicini sui et eam vi detinuit et devenit inde homo Philippi comitis Flandrie. Quod cum fecisset, rex Francie saisivit eam in manu sua, et comes Flandrie peciit sibi et comiti[15] Teobaldo fieri inde restitutionem; et quia rex Francie id facere noluit, comes Flandrie ingressus est terram regis Francie in manu hostili et eam devastavit. . . . . . .

Anno gratie 1182. . . . Obierunt . .[z] comes de Gelres[16], qui filiam Mathei comitis Bolonie primogenitam duxerat in uxorem, et comitissa Flandrie[17], filia Radulfi de Peruna, uxor Philippi comitis Flandrie. . . . . . .

Deinde rex pater cepit colloquium inter regem Francie et comitem Flandrie, in quo convenit inter eos in hunc modum: quod terra, unde comes Flandrie sibi restitutionem fieri petebat, redderetur militi qui eam amiserat, et comes Flandrie restauraret regi Francie dampnum quod ipse et sui fecerant in Francia, scilicet de combustione et preda capta; preterea idem comes quietum clamavit regi Francie servitium comitis de Claro-monte et tradidit regi Francie civitatem de Amiens cum pertinentiis suis et totam terram inde usque ad aquam de Lys post decessum suum cum nepte sua, filia comitis de Hanou; et idem comes in iure confessus est, quod Peruna[a] cum pertinentiis suis vadium suum erat, et concessit, quod rex Francie eam adquietaret pro sexaginta milibus librarum argenti. In eodem concilio idem comes Flandrie tradidit regi Anglie patri cartam regis filii sui et ipsum et fratres suos quietos clamavit ab omni conventione inter eos facta tempore guerre.

Eodem anno Lucius papa tertius ordinavit Iohannem Cumin in sacerdotem 3. Idus Marcii apud Velletre; deinde consecravit eum in archiepiscopum Divelinie duodecimo Kal. Aprilis, dominica in ramis palmarum, apud Velletre. . . . . . .

Eodem anno rex Anglie pater misit nuncios suos, videlicet Willelmum de Mandevilla comitem Albemarlie et quosdam alios familiares suos, ad Fredericum Romanorum imperatorem, ut, si aliquo modo fieri posset, averterent iram et malivolentiam suam ab Henrico duce Saxonie. Quod cum ad plenum fieri non posset, concessit imperator, quod omnes qui cum eo ire vellent licentiam haberent repatriandi; preterea idem imperator concessit Matildi ducisse Saxonie pro amore regis Anglie patris sui, ut ipsa libere et in pace remaneret et totam dotem suam liberam et quietam haberet, et si mallet cum domino suo in exilium ire, concessit ei imperator, ut custodes suos poneret ad dotem suam custodiendam. Appropinquante igitur termino quo prefatus dux a terra et cognatione sua recederet[b], ipse et uxor eius cum filiis[18] et filiabus[19] suis et cum comitibus et baronibus et ditioribus terre sue egressi sunt de

a) *rubra deest Rl.* b) supradictus *Rl.* c) fi. qu. *Rl.* d) qui vocatus est Eadwardus *Rl.* e) *deest Rl.* f) mo. p. *Rl.* g) tinore 1. h) de ista terra usque *add. Rl.* i) Rugorum *Rl.; cf. Stubbs, Praef. ad Hov. II, p.* LXXXVI. k) quam *Rl.* l) Russeiam *Rl.* m) ipsius *add. Rl.* n) Malesclodus *Rl.* o) audivit et intellexit *Rl.* p) et unde *add. Rl.* q) eum *add. Rl.* r) Et ipse Ædwardus accepit ibi ux. ex no. genere *Rl.* s) ortus *Rl.* t) Eadg. Adþel. *Rl.* u) que f. po. *des. Rl.* v) Cristin. *Rl.* w) Limisei *Rl.* x) *hic incipit vol. II. codicis* 1, *ms. Laud.* 582. y) cum 3 z) *spatium vac.* 1. a) una, *manus coaeva fortasse auctoris 'quae inferius partes contextus exaravit' (Stubbs)* per *in marg. inserit et* Peruna *repetit* 1. b) *in marg. manu correctoris* 1.

1) Cap. 35. 2) Postea occurrit in Hungaria, ubi tunc s. Stephanus regnabat. An hic confusus sit cum Godescalco Winulorum principe, quaerit Stubbs. 3) *In Ruzziam exilio damnati* Adam Brem., SS. VII, p. 324. 4) Agatham; *þaes caseres maga* Ann. Anglosax., SS. XIII, p. 115; cf. Freeman, 'Norman Conquest' I, p. 649. 5) Dominus de Wulverley in com. de Warwick; cf. quae disserui l. l. p. 75. 6) Similis quaedam genealogia a Willelmo Gemmeticensi lib. V, c. 8 sq. adhibita est. 7) Olaf cogn. Skautkonung tunc Sueciam regebat; Laghman forte dignitatis est nomen; cf. Lappenberg, 'Gesch. v. England' I, p. 451, ubi haec confusa esse, demonstratur. 8) Sanctus Olavus Cnutonis adversarius erat; cf. ib. 9) Et Anglorum. 10) III, tunc regi. 11) Radulfum. 12) In Bellovacesio. 13) Sacri-Caesaris. 14) Castrum S. Bricii. 15) Blesensi, cum fratre Stephano et Flandrensi contra regem et comitem Claromontensem foederato. 16) Gerardus III. 17) Isabella. 18) Henrico et Lothario; si Winkelmann in libro de Philippo rege p. 504, Radulfum de Diceto, qui Lotharium in Teutonia remansisse dicit, errasse, recte coniecit. 19) Mathilda, quae postea Gaufrido comiti Perticensi nupsit et, ut Prutz, 'Friedrich I.' t. III,

G. Henr. terra et cognatione sua et venerunt in Normanniam ad Henricum regem Anglie, patrem predicte ducisse, quos ipse cum gaudio suscepit. Et paulo post prefatus dux dedit comitibus et baronibus et ditioribus terre sue licentiam repatriandi, quibus rex Anglie, pater ducisse, munera multa dedit et dimisit eos; et dux ipse peregre profectus est ad Beatum Iacobum, et ducissa uxor eius remansit cum rege patre suo in Normannia pregnans apud Argentomium, et peperit filium[1]. . . . . . .

Anno gratie 1183. . . . Idem rex Anglie fuit in Normannia apud Cadomum die natalis Domini, et . . . Henricus dux Saxonie et uxor eius cum filiis et filiabus[2] et familia multa . . . fuerunt ibidem cum illo. . . . . . .

Eodem anno ortum est — — dominum papam. *[Gesta Henrici p. 104 sq.]* . . . . . .

Eodem anno Philippus comes Flandrie duxit in uxorem sororem Sanctii[3] regis Portugalensis. . . . . . .

Idem vero papa non valens resistere Romanis, misit legatos suos ad reges et principes terrarum tam seculares quam ecclesiasticos pro auxilio habendo ad defensionem Beati Petri contra Romanos. . . . . . . Adquievit rex consilio eorum[a, 4] et fecit auxilium magnum domino pape in auro et argento. Dominus autem papa per pecuniam illam et per pecuniam aliorum principum sibi undique allatam pacem[5] fecit cum Romanis, sibi et ecclesie Romane necessariam. . . . . . .

Anno gratie 1184. . . . Rex Anglie, facta pace inter Philippum regem Francie et Philippum comitem Flandrie de controversiis, que inter illos erant super terram de Vermundais, transitum fecit per medium Flandrie et transfretavit in Angliam inter Witsand et Doveram et applicuit apud Dovere 4. Idus Iunii, et ducissa Saxonie, filia eius, transfretavit cum eo[6]. . . . . . .

Eodem anno ducissa Saxonie, filia regis, peperit filium apud Wintoniam. . . . . . .

Eodem anno Henricus dux Saxonie, gener regis, venit in Angliam. . . . . . .

Dominus rex firmavit pacem et finalem concordiam, scripto et sacramentis confirmatam, inter Ricardum et Gaufridum et Iohannem filios suos coram Alienor regina, matre eorum, et Henrico duce Saxonie et aliis multis.

Eodem anno[b] archiepiscopus Colonie venit in Angliam in peregrinatione ad sanctum Thomam Cantuarie; cui rex Anglie occurrens, cum gaudio suscepit et adversus eum effecit, quod ipse perdonavit Henrico duci Saxonie iram et malivolentiam suam et eum in pristinam[7] dilectionis familiaritatem recepit[c]. Predictus autem archiepiscopus Coloniensis ad peticionem regis Anglie concessit Ricardo comiti Pictavie, regis filio, filiam Frederici Romanorum imperatoris dari in uxorem; sciebat enim ipsum imperatorem hoc velle et plurimum desiderasse[8]. Deinde predictus archiepiscopus et Philippus comes Flandrie, qui cum eo in Angliam venerat, reversi sunt in Flandriam et, magno congregato exercitu, invaserunt terram comitis de Henou et devastaverunt eam propter iniurias quas ipse fecerat comiti Flandrie.

Eodem anno obiit . .[b] imperatrix Romanorum, uxor Frederici imperatoris. . . . . . .

Eodem anno obiit filia Frederici Romanorum imperatoris, que maritanda erat Ricardo comiti Pictavie, ut supradictum est. . . . . . .

Eodem anno dominus rex Anglie sollicitus — — fecerat. *[Gesta Henrici p. 107]*. . . . . . .

Anno gratie 1185. . . . Mense Decembris[9] obiit papa Lucius. Cui successit in papatu Urbanus papa tercius, qui statim, ut eius noticia divulgaretur, in hac forma scripsit sancte ecclesie prelatis. . . . *Celestis altitudo — — 2. Idus Ianuarii*[10]. . . . . . .

Anno gratie 1187. . . . Rex Anglie . . . applicuit apud Witsand[11] in Flandria. . . . . . .

Cum igitur papa Urbanus audisset, quod temporibus suis captus esset rex Ierosolimitanus et crux dominica et
Oct. 20. civitas sancta Ierusalem, doluit vehementer et incidit in egritudinem et mortuus est 13. Kal. Novembris[12] apud Ferrariam; cui successit in papatu Albertus cancellarius suus et vocatus est papa Gregorius octavus. . . . . . .

1099. Est etiam notandum et divine providentie ascribendum, quod tempore illo, quo civitas Ierosolima et Antiochia erepte fuerant de potestate paganorum per expugnationem . . . Godefridi ducis Lothariensis . . . et Roberti comitis Flandrie et duorum germanorum Godefridi ducis, videlicet Eustacii comitis Bononiensis et Baldewini, et Raimundi comitis de Sancto Egidio et Boimundi, filii Roberti Wischard, et aliorum multorum nobilium virorum, papa qui tunc erat dicebatur Urbanus, et patriarcha Ierosolimitanus dicebatur Era-

a) suorum, *sed corr.* eorum 1. b) *spatium vacat* 1. c) *in marg.* 1.

p. 107. putat, Gertrudis, quae tamen uxor Canuti regis Danici erat. Radulfus de Diceto Henricum unam tantum filiam nubilem secum habuisse dicit, quod facile veritati propius accesserit. 1) Cf. quae supra ad Gesta Henrici p. 104. annotavi. Winkelmann l. l. hunc filium Ottonem (IV) fuisse censet. 2) Cf. p. 147, n. 19. 3) Sancius a. 1185. regnare coepit. 4) Scil. episcoporum Angliae. 5) Haec non ita se habent; cf. Scheffer-Boichorst, 'Friedrich I. letzter Streit' p. 46. 6) Potius postera die; Gesta Henr. p. 105. 7) Forsitan noster recordatus sit, Henricum una cum Philippo legatione a. 1168. a Friderico I. ad Henricum II. missa functum esse; postea enim Philippus in primis ruinam ducis moliebatur. 8) Cf. Hecker, 'Philipp I. von Köln' p. 67. 9) Potius Nov. 25. *Circa festum s. Nicholai,* i. e. Dec. 6, Gesta. 10) A. 1186. 11) D. 17. m. Febr. 12) *Octobris* Gesta Henrici minus accurate, ubi tamen infirmitas papae nuntiis desola clade Hittinensi (quamvis minus recte; cf. Watterich, Vitae pontt. I, p. 682) attribuitur; certe Ierusalem die 6. m. Oct. captam esse, audivisse non potest, quippe qui iam post 14 dies mortuus sit.

clius[1], et imperator Romanus dicebatur Fredericus[2]; similiter et nunc, quando terra Ierosolimitana erepta fuit de potestate christianorum per expugnationem Saladini, papa dicebatur Urbanus et patriarcha Ierusalem Eraclius et imperator Romanus Fredericus. . . . . . . Unde factum est, quod Fredericus Romanorum imperator et archiepiscopi et episcopi et duces et comites et barones imperii signum crucis susceperunt. . . . . . . G. Henr.

Eodem anno obiit papa Gregorius octavus mense Decembris[3], qui vix per duos menses papatum tenuit, et sepultus est apud Pise; cui successit Paulinus Prenestinus episcopus et vocatus est Clemens papa tercius.

Anno gratie 1188. . . . Rex reversus est — — suscepit cruces virides. *[Gesta Henrici* p. 109*]* . . . . . .

Comes vero Flandrie — — colloquium. *[Gesta Henrici* p. 109 *sq.]* . . . . . .

Et rex Francie — — eiecit. *[Gesta Henrici* p. 110*]* . . . . . .

Mense Augusti tanta extitit aeris corruptio Rome et in finibus eius, quod multi cardinales et ditiores Urbis cum innumera plebis multitudine interierunt. . . . . .

Henricus vero Albanensis episcopus cardinalis, quem dominus papa miserat ad litem dirimendam inter prefatos reges[4], anathematizavit comitem Ricardum[5], eo quod ipse pacem illam disturbaverat; et reversus est in Flandriam et obiit apud Araz. . . . . . .

Eodem anno Fredericus Romanorum imperator, accepta cruce de manu Henrici Albanensis episcopi cardinalis, sicut virum prudentem et circumspectum decebat, satis provide[a] sibi et itineri suo necessaria providebat. Inprimis enim reconciliavit se Deo et sancte ecclesie et Clementi Romano pontifici et postea in hac forma scripsit Saladino: *Fredericus . . . Devotionis tue — — prefixa te docebit. [Gesta Henrici* p. 111*]*. . . . . . .

Eodem anno Fredericus Romanorum imperator, tradito filio suo Henrico Alemannorum regno, iter peregrinationis Ierosolimitane arripuit, discedens[6] a civitate sua que dicitur Rainesburg; et nolens committere se ventis et mari[7], per terram ire disposuit; cumque Constantinopolim[8] veniret, Ysakius imperator benigne suscepit eum et necessaria ministravit ei et suis. Deinde transivit in manu forti et brachio extento per terram soltani de Yconio; cumque perveniret in Armenia, terra Rupini de la Muntanne, ad fluvium qui dicitur Salef, et maior pars exercitus sui per vadum transiret fluvium illum, ipse alios sequens cecidit de equo suo in flumine, et ipse solus summersus est[9]. Et tractum in terram sui evisceraverunt eum et viscera et cerebrum et carnem suam aqua coctam et ab ossibus separatam sepelierunt in civitate Antiochie; ossa autem illius, lintheaminibus mundis involuta, Conradus dux Suave, filius eius, tulit secum usque ad civitatem Tyri et ibi sepelivit ea. . . . . . .

Anno gratie 1189. . . . Die dominica proxima — — assultum. *[Gesta Henrici* p. 111 *sq.]*. . . . . . .

Eodem vero tempore, quo predictus rex Anglie obiit, Matildis ducissa Saxonie, filia eius, similiter obiit. . . . . . .

Ricardus . . . dedit Gaufrido, filio Rotrodi comitis de Pertico, Matildam, filiam ducis Saxonie, neptem suam, in uxorem. . . . . . . G Ric

Dux tercio Nonas Septembris . . . . . . coronatus est in regem Anglie, Lundoniis apud Westmonasterium a Baldewino Cantuariensi archiepiscopo, ministrantibus ei in illa coronatione Waltero Rothomagensi, Iohanne Dublicensi, Formale Treverensi archiepiscopis. . . . . . .

Venit rex ad abbatiam que dicitur Pipewelle, et congregatis ibi Baldewino Cantuariensi archiepiscopo et. . . Formale Treverensi archiepiscopo, . . . dedit Godefrido de Luci episcopatum Wintoniensem. . . . . . .

Eodem anno Formalis[b] — — regi Portugalensi. *[Gesta Ricardi* p. 113*]*. . . . . . .

Eodem anno, mense Octobris Henricus dux Saxonie, gener Henrici regis Anglie, rediit in Saxoniam, terram suam, et magno congregato exercitu, invasit illos[c] quibus imperator terram suam dederat et expugnavit eos[d] et plus quam triginta castella optinuit. . . . . . .

Guido rex . . . Acon . . . obsedit . . . undecimo Kalendas Septembris . . . Tertia autem die sequenti applicuerunt apud Accon . . . Iakes de Avennis et landegrave[10] de Alemannia et alii. . . . . . .

Et eodem anno applicuerunt — — Arleblanc. *[Gesta Ricardi* p. 113*]*. . . . . . .

Ricardus rex Anglie — — Normanniam. *[Gesta Ricardi* p. 113*]*. . . . . . .

Eodem anno obiit sine prole Willelmus rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue in Sicilia apud Panormum mense Novembris. Iste Willelmus rex Sicilie longe ante obitum suum dederat Constantiam, filiam Rogeri quondam regis Sicilie, amitam suam, Henrico regi Alemannorum, postea Romanorum imperatori, in uxorem et constituit eam sibi heredem in regno Sicilie successuram, si ipse sine prole decederet, et hoc fecit sacramentis principum regni confirmari. Defuncto itaque rege Willelmo, Thancredus comes de la Liche, consanguineus eius, usurpavit sibi regnum Sicilie contra sacramentum fidelitatis quod fecerat predicte Constantie. Unde Henricus Romanorum imperator misit in Apuliam exercitum magnum sub principibus Maguntino archiepiscopo et Henrico Teste. Qui post multarum civitatum combustiones et oppidorum subversiones imperfecto negocio domum redierunt. Et post eorum recessum Ricardus comes de Cerne, frater regine Sicilie, uxoris Thancredi regis, congressus est in bello cum comite Rogero de Andria ea ratione, quod ipse auxilium prestiterat

a) [provi]dit et reconciliavit se Deo et sancte ecclesie et Clementi Romano pontefici *manu coaeva in marg.* 1. b) Formator *ed. Savile.* c) eos *Sav.* d) *deest* 3.

1) Hunc errorem Hov. ex Gestis Henr. transsumpsit. 2) Hoc Hov. ipse confinxit. 3) Die 17. 4) Scil. Angliae et Franciae. 5) Postea regem Angliae. 6) A. 1189, d. 11. m. Maii. 7) Radulfus quoque Coggeshalensis, nusquam alibi Hovedenium secutus, haec verba quae Gestis Henr. desunt habet. 8) A. 1190, m. Mart. 9) Die 10. m. Iun. Mortem imperatoris alio modo evenisse, demonstrat Riezler, 'Forschungen zur D. Gesch.' X, p. 126. 10) Ludovicus de Thuringia, cuius postea tantum habent mentionem Gesta.

G. Ric. regi Alemanorum contra regem Thancredum, et cepit eum et tradidit regi Thancredo[a]. Iohanna vero, soror Ricardi regis Anglie, que fuerat uxor Willelmi regis Sicilie ultimo defuncti, remansit in custodia regis Thancredi[a]. . . . . . .

Anno gratie 1190. . . . Et cum venirent — — Marsiliam. *[Gesta Ricardi p. 113 sq.]*

Planctus super itinere versus Ierusalem[1].

. . . .
Est audire gratius, fidei amicum,
Romani[b] imperii caput Fredericum
Debellantem iugiter crucis inimicum,
Ut reformet patriam statum in antiquum.
Tendunt cruce previa versus Orientem
Atque secum contrahunt totum Occidentem.
Lingua, ritu, moribus, cultu differentem
Producunt exercitum, sed fide ferventem. . . . . . .

Cumque rex Anglie — — moram facit magnam. *[Gesta Ricardi p. 114 sq.]* . . . . . .

Deinde transierunt[2] prope Vilenove[3], episcopatum[c] de Maggalona; et prope inde est portus de Monte-pessolano qui dicitur Lates[4]. Deinde transierunt ante insulam que dicitur Odur, que est ad introitum Rodani. Et in ascendendo per Rodanum itur ad civitatem bonam archiepiscopalem que dicitur Arle-le-blanc; et[d] in ascendendo superius per eundem fluvium itur prope Sanctum Egidium[d], et in ascendendo superius per eundem fluvium itur ad bonam civitatem que dicitur Liun sur le Rodne[e]. Deinde pervenerunt usque ad Marsiliam, que distat per 20 miliaria ab introitu[f] Rodani. Marsilia est civitas episcopalis sub potestate regis Arragonie[5]. Ibi sunt reliquie sancti Lazari, fratris sancte Marie Magdalene et Marthe, qui ibidem 7 annis episcopatum tenuit, postquam Iesus suscitavit eum a mortuis. In civitate autem illa est bonus portus multis et magnis navibus, fere circumclusus montibus altis; et ex una parte portus illius est civitas illa episcopalis, et ex altera parte portus ex opposito est abbacia Sancti Victoris, in qua centum Nigri monachi Deo serviunt; et ibi, ut dicunt, sunt corpora sepcies viginti innocentum pro Christo interfectorum et reliquie sancti Victoris sociorumque eius et virge quibus flagellatus erat Dominus et maxilla sancti Lazari et una costarum sancti Laurencii martiris; et inter Marsiliam et abbaciam illam, non longe a via recta, est monasterium, in quo habetur brachium sancte Margarete virginis; et iuxta abbaciam Sancti Victoris sunt duo alti montes, quorum unus dicitur mons Rollandi et alter mons Hospinelli. . . . . . .

G. Ric. Terra regis Arragonie incipit a monte illo qui dicitur Muncian et protenditur ultra civitatem de Nice. Et a civitate de Nice incipit terra imperatoris Romanorum; et est ibi bona civitas que dicitur Vintemile[g]. Et terra imperatoris protenditur inde secus mare usque ad Gaetam, que est in Appulia, terra regis Sicilie; et terra illa dicitur principatus Capue. Et est sciendum, quod in medio vie inter Marsiliam et Siciliam sunt due insule magne, quarum maior dicitur Sardena et altera dicitur Corzege; et multe insule sunt in circuitu Sicilie, quarum quedam sunt ardentes; et in mari illo circa Sardenam et Corzhege[h] sunt pisces similes siccis, qui volant in aera exeuntes a mari et, cum volaverint quasi per unum stadium, iterum descendunt in mare; et sunt ibi falcones multi volantes post pisces illos et insequentes, ut rapiant ex illis escam sibi. Et qui hoc vidit[6] testimonium perhibet, et verum est testimonium eius, quia, cum ipse in mensa sedisset in alta navi, quidam ex piscibus illis volantibus cecidit ante illum super

G. Ric. mensam. Et est notandum, quod una insularum illarum, que sunt in circuitu Sicilie, maior ceteris, dicitur Munt Gibel, qui ita vehementer ardere solebat, quod magnam partem maris in circuitu eius desiccabat et pisces comburebat; sed iam diu ardere cessavit meritis et precibus beate Agathe virginis et martiris. Quadam enim die, cum ignis vehemencius solito exiret a fornace montis Gibel et appropinquasset civitati Cathanensium, ubi sanctum corpus beate Agathe requiescit, paganorum multitudo fugiens ad sepulcrum eius, tulerunt velum eius contra incendium; et ignis reversus est in mare et comburens desiccavit mare fere per unum miliare et pisces combussit, de quibus multi evaserunt semiusti; et ex genere illorum sunt ibi usque in hodiernum diem pisces semiusti, qui dicuntur pisces sancte Agathe. Et si contigerit, quod aliquis illorum piscium captus fuerit ab aliquo piscatore, statim dimittitur abire propter reverenciam beate Agathe ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi, qui semper est mirabilis et gloriosus in sanctis suis.

Robertus itaque de Sabluil[i] et Ricardus de Camvilla et Willelmus de Forz de Ulerun[7] transeuntes cum navigio

a) Tancr. 3. b) Romanum 3. 4. 5. c) episcopatu 3. 5; civitatem bonam sitam in littore maris 4. d) et — Egidium *des.* 5. e) Roene *corr.* Rodne 1. f) ad introitum 3. 5. g) Wintemile 3. 5. h) Corzege 3. 5. i) *corr. ex* Sablul 1.

1) Hoc poema nostro minime sed forte Monacho Florentino Acconensi episcopo attribui potest, cuius 'De recuperatione Ptolemaidae liber' exstat in app. ad Hov. III. p. CVI. STUBBS; cf. Wattenbach, GQ. II, p. 369. 2) Scil. naves regis Angliae. 3) Villeneuve a stagno de Maguelonne versus sept. et occid. 4) Lattes ad ostium fluminis Lez. 5) Alfonsi II. 6) Auctor huius descriptionis, quam et Rogerus et auctor Gestorum habuisse videntur. 7) Cf. supra p. 119, ann. 9.

Ricardi regis Anglie inter Affricam et Hispaniam, post tempestates plurimas, quas in itinere illo perpessi sunt, pervenerunt Marsiliam in octavis assumptionis sancte Marie feria 4. [G. Ric. 1190. Aug. 22.] cum toto navigio illis commisso et, non invento ibi rege Anglie, domino suo, per octo dies fecerunt ibi moram propter quosdam necessarios navium apparatus. Deinde secuti sunt regem et in festo exaltationis[a] sancte crucis venerunt Messanam in Sicilia feria 6. [Sept. 14.] Et die dominica sequenti venit illuc Philippus rex Francie 16. Kal. Octobris; **et Margaritus admiralis et Iordanus del Pin[1] et ceteri** civitatis custodes honorifice susceperunt eum et tradiderunt ei palacium Tanicredi regis Sicilie ad hospitandum ibi. Cum ergo Ricardus rex audisset, quod navigium suum Messanam veniret, 13. die Septembris a Salerno recessit, [Sept. 13.] et transiens ante civitatem archiepiscopalem que Melfe dicitur **et ante civitatem archiepiscopalem que Conze[2] dicitur, 18. die Septembris** venit ad civitatem et castellum que dicuntur Escalee[b]. [Sept. 18.] Iuxta hoc castellum est insula parva, ubi dicuntur fuisse scole Lucani; et adhuc est ibi camera pulcra sub terra, in qua Lucanus studere consueverat. Nocte sequenti iacuit rex in villa que dicitur la Cetrar[c] in prioratu Montis Cassie.

Nono decimo die Septembris transiens rex per prioratum qui dicitur Sanctus Michael [Sept. 19.] **de Iosaphat, venit ad alium prioratum eiusdem ordinis, qui dicitur Sancta Maria des Foses, et ibi est castellum quod dicitur Sante Luchee[3]. Vicesima die Septembris transiens rex** [Sept. 20.] **per castellum quod dicitur l'Amantee[4], venit ad villam que dicitur Sancta Eufemia[5]. Vicesima prima die Septembris** venit rex ad Melide et ibi honorifice susceptus fuit et procuratus in abbacia Sancte [Sept. 21.] Trinitatis. Ibi est turris lignea iuxta abbaciam, per quam Robertus Viscardus expugnavit et optinuit castellum et villam de Melide. Vicesima secunda die Septembris rex Anglie recedens de Melida cum uno solo milite, transivit [Sept. 22.] per villam quandam parvam, et cum transisset, vertit se ad domum quandam, in qua audivit accipitrem, et intrans domum, cepit illum; quem cum dimittere noluisset, rustici multi undique adcurrentes impetum fecerunt in eum cum lapidibus et fustibus; et cum unus illorum cultellum suum in regem extraxisset, rex eum cum lato gladii sui verberans, gladium suum fregit et alios lapidibus obruit, et sic vix[d] evadens a manibus eorum, venit ad prioratum qui dicitur la Baniare[e], et nullam ibi moram faciens, transivit fluvium magnum qui dicitur le Far de Meschines. Et iuxta turrim lapideam, **que est ad introitum del Far[6] in Sicilia,** iacuit nocte illa in tentorio. **Fluvius autem ille del Far dividit Calabriam et Siciliam;** et ad introitum del Far prope la Baniare est periculum illud marinum quod dicitur Silla, et in exitu eiusdem fluvii est aliud periculum maris quod dicitur Caribdis.

De adventu regis Anglie ad Messanam.

Vicesima tertia die Septembris Ricardus rex Anglie venit Messanam in Sicilia cum buciis multis et aliis magnis [Sept. 23.] navibus et galeis in tanta gloria et sonitu tubarum et buccinum, quod tremor apprehendit eos qui in civitate erant. Rex vero Francie et sui et omnes principes civitatis Messane et clerus et populus stabant in littore ammirantes super hiis que viderant[f] et audierant de rege Anglie et de potestate eius. Qui cum applicuisset, statim locutus est cum Philippo rege Francie. Et post colloquium istud rex Francie statim eodem die intravit naves suas, volens procedere versus terram Ierosolimitanam; sed cum a portu exisset, statim illo die vento sibi in contrarium mutato, dolens et invitus Messanam reversus est. Rex vero Anglie intravit domum Reginaldi de Muhec, ubi hospicium suum preparabatur in suburbio extra civitatem infra vineas. Vicesima quarta et vicesima quinta die Septembris venit rex Anglie ad hospicium [Sept. 24. 25.] regis Francie loqui cum eo, et e converso. **Interim Ricardus rex Anglie misit nuncios suos ad Tancredum regem Sicilie et liberavit de custodia eius Iohannam sororem suam, quondam reginam Sicilie.** Vicesima octava die Septembris exivit rex Anglie obviam Iohannae[g] sorori suae[g], que[h] eodem [Sept. 28.] die venit Messanam de Panormo per galeas, **missa a rege Thancredo.**

Vicesima nona die Septembris — — in municionibus per circuitum murorum posuerunt. *[Gesta Ricardi p. 117. 118]* **Unde[7] rex Francie plurimum indignatus est et postulavit, ut signa regis Anglie deponerentur et ut signa sua imponerentur; set[i] rex Anglie hoc permittere noluit. Set[i] tamen, ut voluntas regis Francie impleretur, rex Anglie signa sua deposuit et tradidit civitatem in custodia Hospitalorum et Templariorum, donec perficerentur ei omnia que ipse exigebat a Tancredo rege Sicilie.** . . . . . .

Tertia vero die post — — ydrehegen. *[Gesta Ricardi p. 118—122].* . . . . . .

Eodem anno plus quam centum milia paganorum, qui erant in regno Sicilie servi regis Willelmi, post mortem eius indignati sunt servire regi Tancredo, tum quia Henricus rex Alamannorum calumpniatus erat regnum Sicilie, tum quia Ricardus rex Anglie regnum Sicilie ingressus **magnam illius partem occupaverat.** Et abierunt in montana cum mulieribus et[k] filiis et filiabus et pecoribus suis et habitaverunt ibi, opprimentes christianos et multa mala eis facientes. Set audito, quod pax et finalis concordia esset inter regem Anglie et regem Tancredum, redierunt in servitutem regis Tancredi, et datis ei obsidibus de pace servanda, reversi sunt in domos suas, colentes terram sicut coluerunt eam tempore regis Willelmi, et servi facti sunt sub rege Tancredo.

De fame que fuit apud Accon in exercitu christianorum propter adventum Alemannorum.

Eodem anno Conradus[8] dux Suavie post submersionem patris sui Frederici Romanorum imperatoris factus est princeps excercitus[k] Teutonicorum et Alemannorum et ceterorum qui patrem suum sequebantur, et

a) exaltionis 1. b) Escalce 5. c) Lacerat 2; iacetrar 5. d) *deest* 4. 5. e) Labaninare 1. f) videbant *St.* g) ę *pro* ae *raro tantum habet* 1. h) quod 3. 5. i) *post. corr.* sed 1. k) *deest St.*

1) Nomina fortasse noster ex Gestis p. 121, l. 32. desumpsit. 2) Conza, utpote quae longe ad orientem distet, hoc loco intelligenda non est; fortasse, itinerarii ordine paullo tantum inverso, Cosenza. 3) San Lucido. 4) Amantea. 5) Prope Nicastro. 6) Cf. Gesta ib. l. 42. 7) Scil. quia Angli Messanam obtinuerant. 8) Potius Fredericus, Conradi frater maior natu. Noster hoc loco Gesta p. 112. et p. 123. contraxit; famem autem, quae Gest. ed. Stubbs II, p. 144. narratur, per Germanorum adventum evenisse, ipse addidit.

1190. G. Ric. venit ad obsidionem Accon cum excercitu magno Et statim facta est fames magna in obsidione Accon et in tantum excrevit, quod panis, qui ante adventum eorum pro uno solo vendebatur denario, pro sexaginta solidis vendebatur postmodum. Tunc fame perierunt plurimi in excercitu, quia summa unius equi de frumento vendebatur pro 65 marcis Anglicane monete. Tunc principes qui in obsidione erant pascebantur carne equina, edentes eam pro deliciis. . . . . . .

Eodem anno Philippo rege Francorum et Ricardo rege Anglorum moram facientibus apud Messanam in Sicilia, mense Decembris, Dec. 19. 14. Kalendas Ianuarii, feria 4. audita sunt tonitrua magna apud Messanam, et visa sunt fulgura multa et terribilia discurrere, et unus ictus fulminis cecidit in una galearum regis Anglie et demersit eam in profundum percussitque murum civitatis Messane et magnam illius partem contrivit. Milites autem et servientes regis Anglie, qui custodiebant monasterium Griffonum, in quo erant thesauri regis Anglie, dixerunt pro certo, se vidisse globum igneum super pinnaculum monasterii illius, qui non erat comburens, set illuminans, et ibidem moram fecit quamdiu tempestas sevit, et cessante tempestate, recessit globus ille igneus. Admirantibus illis et diligenter requirentibus, quid hoc esset, Griffones ibidem Deo iugiter servientes responderunt, quod sic semper evenit, quandocumque tempestas sit. Rex vero Anglie interim, dum moram fecit apud Messanam, fecit omnes navigii sui naves duci in terram et eas refici, nam multe earum per corrosionem vermium deteriorate erant. Sunt enim in[a] fluvio del Far vermes graciles qui in lingua illa[b] vocantur brom[1], quorum cibus est omne genus ligni; qui cum alicui ligno adheserint, nunquam nisi per vim inde recedent, donec perforaverint illud; foramina autem faciunt stricta cum intrant et ex corrosione ligni adeo crescunt et pinguescunt, quod exeuntes faciunt foramina lata. Interim Ricardus rex Anglie fecit parari perarias et alias machinas suas bellicas, quas secum in terram Ierosolimitanam laturus erat. . . . . . .

Deinde inter festum — — scalas suas. *[Gesta Ricardi p. 123]*. . . . . . .

G. Ric. Eodem anno Henricus rex Alemannorum, audita morte Frederici Romanorum imperatoris, patris sui, reddidit Henrico duci Saxonie universa que pater suus ei abstulerat et in incrementum dedit ei decem castella optima. Similiter fecit ceteris omnibus a quibuscumque pater suus aliquid abstulerat, reddens unicuique quod suum erat. Reconciliatis itaque sibi omnibus hominibus suis, misit nuncios suos ad Clementem papam et ad cardinales et senatores Urbis, petens Romanum imperium et promittens, se in omnibus leges et dignitates Romanas servaturum illesas. Clemens vero papa, habito cum cardinalibus et senatoribus et populo Romano super peticionibus regis Alemannorum cum deliberatione consilio, concessit regi Alemannorum quod petebat, salvis dignitatibus et consuetudinibus Romanorum; et statuerunt ei terminum veniendi Romam proximum[2] pascha sequens; sed antequam illuc venisset, Clemens papa obiit[3]. . . . . . .

De Ioachim abbate de Curacio.

Eodem anno Ricardus rex Anglie, audiens per communem famam et multorum relationem, quod quidam vir religiosus erat in Calabria dictus Iohachim abbas de Curacio de ordine Cistrensi, habens spiritum propheticum, et ventura populo predicebat, misit pro eo et libenter audiebat verba prophetie illius et sapientiam et doctrinam. Eruditus enim[c] erat in divinis scripturis et interpretabatur visiones beati Iohannis euangeliste, quas ipse Iohannes narrat in Apocalypsi, quam ipse manu sua scripsit. . . . De . . Antichristo dicit idem Iohachim, quod iam natus est in civitate Romana et in sede apostolica sublimabitur. Antiqui[d.4] in scripturis suis mentionem facientes de Antichristo, in hunc modum scripserunt: Adso. *Scimus . . quod ad ultimum quoque post celera regna regnum Romanorum cepit[e], et quod fortissimum omnium regnorum superiorum fuit et omnia regna terrarum[f] sub dominatione sua habuit, omnesque[g] populorum nationes Romanis[h] subiacebant[i] sub tributo. Inde ergo dicit Paulus[i] apostolus, Antichristum non antea in mundum esse venturum, nisi venerit dissensio[k] primum, id est: nisi prius[l] dissenserint[m] omnia regna mundi a Romano imperio, cui pridem[n] subdita erant. Hoc autem tempus nondum venit, quia, licet videamus Romanum imperium[o] ex[p] magna parte[q] destructum, tamen, quamdiu reges Francorum dominaverint[r], qui Romanum imperium tenere debent, Rome[s] dignitas ex toto non peribit, quia in regibus suis[t] stabit. Quidam[u] vero doctores nostri dicunt, quod unus ex regibus Francorum Romanum[5] imperium ex toto[v] et integro tenebit, qui in novissimo tempore erit, et ipse erit maximus et[w] omnium regum ultimus, qui postquam regnum suum feliciter[x] gubernaverit, ad ultimum Ierosolimam veniet et in monte Oliveti sceptrum et coronam[y] deponet. Hic erit finis et consummatio Romanorum christianorumque[z] imperii. Statimque[a] secundum predictam Pauli[a] apostoli[b] sententiam Antichristum dicunt esse[c] affuturum*. . . . . . .

a) de *corr.* in 1. b) sua 3. 4. 5. c) vir *ins. ed. Savil.* d) *locus de Antichristo qui sequitur deest* 3. 4. 5. *Contuli eum cum Frobenii ed. Alcuini t. II, p.* 529. e) incepit *ed. Alcuini.* f) *deest ib.* g) o. quoque *ib.* h) Romae *ib.* i) et serviebant ei *add. ib.* k) discessio *ib.* l) pridem *ib.* m) om. re. m. discesserint *ib.* n) prius *ib.* o) Romanorum regnum *ib.* p) in maxima *ib.* q) iam *add. ib.* r) duraverint *ib.* s) dign. Romani imperii *ib.* t) sta. in re. suis *ib.* u) Tradunt namque do. no., quod *ib.* v) t. et *des. ib.* w) m. om. r. et u. *ib.* x) fideliter *ib.*; feliciter *cod. Vatic.* y) suam *add. ib.* z) et christianorum *ib.* a) *deest ib.* b) ap. P. *Riezler.* c) dic. mox aff. *ed. Alc.*

1) Italis *bruma,* nostris *schiffswurm.* 2) Cf. Toeche l. l. p. 167. 3) A. 1191, m. Mart. 4) Adso Dervensis (de quo cf. Wattenbach, GQ. I, p. 305; II, p. 173) in tractatu 'De Antichristo' Gerbergae filiae Henrici I. misso, qui exstat inter spuria Augustini, Rabani Mauri, Alcuini. 'Lectiones Hov. proxime ad eas, quas Froben editor Alcuini ex cod. Vaticano nr. 6444. laudat, accedunt'. STUBBS. 5) Quantam vim haec vaticinia habuerint ad Friderici II. resurrectionem expectandam, docuit Riezler in 'Histor. Zeitschrift' t. XXXII, p. 67. — Radulfus quoque Coggeshalensis ed. Stevenson p. 67. fusius de Ioachim egit.

Eodem anno Ricardus rex Anglie dedit Othoni, nepoti suo, filio Matildis sororis sue, 1190. quondam ducisse Saxonie, comitatum Eboraci; et quamvis multi recepissent eum et fecissent ei homagia et fidelitates, multi tamen ei[a] resistebant, dicentes, quod a fidelitate regis non recederent, priusquam cum eo ore ad os loquerentur. Unde factum est, quod dominus rex[1] dedit eidem Othoni comitatum Pictavis in commutationem comitatus Eboraci . . . .

Nomina quorundam — — Robertus de Boives. *[Gesta Ricardi p. 123 sq.]* . . . . . .

Anno gratie 1191, qui erat annus 2. regni regis Ricardi, idem rex — — pacem fecerunt inter 1191. illos. *[Gesta Ricardi p. 124]* . . . . . .

Eodem mense Februarii rex Anglie misit galeas suas Neapolim contra reginam Alienor, matrem suam, et contra G. Ric. Berengeram, filiam Sanctii regis Navarre, quam ipse in uxorem ducturus erat, et contra Philippum comitem Flandrie, qui cum illis veniebat. Predicta autem mater regis et filia regis Navarre perrexerunt Brundusium, ubi Margaritus admiralis et alii homines regis Tancredi honorifice susceperunt eas et omnem exhibuerunt illis honorem et reverenciam. Comes vero Flandrie venit Neapolim, et inventis ibi galeis regis Anglie, intravit et venit Messanam, et in multis adhesit consilio et voluntati regis Anglie. Unde rex Francie iratus adversus comitem, effecit, quod ipse, relicto rege Anglie, ad illum rediit. . . . . . .

De colloquio inter Ricardum regem Anglie et Tancredum regem Sicilie.

Prima autem die mensis Marcii Ricardus rex Anglie recessit a Messana et perrexit inde usque ad civitatem Mart. 1. Cathinensium, ubi requiescit sanctissimum corpus beate Agathe virginis et martiris, ad loquendum cum Tancredo rege Sicilie, qui illuc obviam illi venerat. Cum ergo rex Tancredus audisset adventum regis Anglie, exivit obviam illi et cum summa reverencia et honore regie excellencie debito suscepit eum et introduxit in civitatem. Et simul euntibus illis ad tumbam beate Agathe martiris, ante ingressum templi occurrerunt eis clerus et populus, laudantes et benedicentes Dominum, qui eos in tante dilectionis federe associavit. Facta igitur oracione ad sepulcrum beate Agathe, rex Anglie ingressus est palacium regis Tancredi cum illo, et habitaverunt ibi simul tribus diebus et tribus noctibus. Quarta autem die rex Sicilie dona multa et magna in auro et argento et equis et pannis sericis misit regi Anglie; sed ipse nichil inde recepit preter anulum quendam parvulum, quem in signum mutue dilectionis accepit. Hec contra rex Anglie dedit regi Tancredo gladium illum optimum quem Brittones Caliburne vocant, qui fuerat gladius Arturi, quondam nobilis regis Anglie. Preterea rex Tancredus dedit regi Anglie 4 magnas naves, quas vocant ursers, et 15 galeas, et cum rex Anglie recessisset ab eo, ipse in propria persona sua reduxit eum usque ad Tavermin per 2 dietas magnas a civitate Cathinensium.

Item causa discordie inter regem Anglie et regem Francie.

Et in crastino, cum rex Anglie inde[b] recedere vellet, rex Tancredus tradidit ei quoddam breve, quod rex Francie miserat illi per ducem Burgundie; et mandaverat per breve illud, quod rex Anglie proditor erat et pacem, quam cum illo fecerat, non servaret[c], et si ipse rex Tancredus vellet cum rege Anglie in bello congredi vel de nocte invadere[2], ille et gens sua auxiliarentur ei ad regem Anglie et excercitum suum destruendum. Et respondit illi rex Anglie: 'Proditor non sum nec fui nec ero et pacem, quam vobiscum feci, in nullo sum transgressus nec transgrediar quamdiu vixero; et de facili credere non possum, quod rex Francie hec de me vobis mandaverit, cum ipse dominus meus sit et socius adiuratus in ista[d] peregrinacione'. Cui rex Tancredus respondens ait: 'Ego trado vobis literas, quas ipse mihi misit per ducem Burgundie, et si dux Burgundie negaverit, quod ipse has literas mihi ex parte domini sui regis Francie attulisset, ego id dirationare[e] adversus eum paratus sum per unum de ducibus meis'. Et sic cum literis illis de manu regis Tancredi receptis rex Anglie Messanam reversus est.

De colloquio inter regem Francie et regem Tancredum.

Et eodem die rex Francie venit Tavermin et locutus est cum rege Tancredo et cum illo moram fecit ibi per unam noctem et in crastino rediit Messanam. Rex vero Anglie in iram commotus adversus regem Francie, nec faciem hilarem nec pacem spondentem ei pretendebat, sed oportunitatem querebat, ut ab eo cum suis recederet. Inquirente igitur rege Francie, cur hoc esset, mandavit illi rex Anglie per Philippum[f] comitem Flandrie omnia verba que rex Sicilie dixerat ei de illo et in testimonium facti ostendit ei predictas literas. Quod cum regi Francie constaret, male sibi conscius obmutuit, ignorans quid contra hec diceret. Tandem tamen ad se reversus, ait: 'Nunc scio vere, quia rex Anglie querit causas malignandi adversus me, quia hec verba ficta sunt et mendacia; sed credo, quod ipse cogitavit hec mala adversum me, ut Alesiam sororem meam dimittat, quam ipse sibi desponsandam iuravit; sed[3] pro certo sciat, quod, si ille dimiserit eam et aliam duxerit in uxorem, ero illi et suis inimicus quamdiu vixero'. His auditis, rex Anglie respondit, quod[g] sororem illius sibi in uxorem ducere nulla ratione posset, quia rex Anglie pater suus eam cognoverat et filium ex ea genuerat, et ad hoc probandum multos produxit testes, qui parati erant modis omnibus hoc probare.

a) *deest* 4.5. b) *deest St.* c) servarat *Savile.* d) illa *St.* e) disr. 3—5. f) Philipphum 1. g) quidem 5; *deest* 4.

1) Ricardus Ottoni a. 1190, ut videtur, comitatum Marchiae, a. 1196. Pictaviam dedit; v. infra p. 173; cf. Winkelmann p. 506. 2) Noster acrius Gestorum auctore Gallos calumniatus est, quippe qui post bellum a Philippo II. Normannis illatum scriberet. 3) Quae hoc quoque loco noster Gestis addidit post Ricardi I. mortem adinvenisse videtur. Utrumque regem per idem sacramentum *quamdiu vixero* adiurantem facit; v. supra I. 38.

1191. De concordia facta inter regem Francie et regem Anglie apud Messanam.

G Ric. Quod cum regi Francie per multorum asserciones innotuit, consilio comitis Flandrie et aliorum fidelium suorum adquievit, et ut omnia mala tam de his quam de aliis inter ipsum et regem Anglie remitterentur, ipse clamavit[a] quietum regem Anglie[b] a fide et sacramentis et omni convencione quam cum illo fecerat super matrimonio contrahendo inter illum et Alesiam sororem suam; et pro hac convencione rex Anglie spopondit se daturum regi Francie per quinquennium singulis annis 2 milia marcarum sterlingorum, de quibus ipse in principio huius convencionis tradidit regi Francie duo milia marcarum. Et cum ipsi in terras suas redirent, rex Anglie traderet regi Francie Alesiam sororem suam liberam et Gysorcium et cetera omnia que rex Francie cum sorore sua ei in matrimonio concesserat. Et sub hac convencione rex Francie dedit regi Anglie licenciam ducendi in[c] uxorem quamcumque vellet. Et insuper concessit ei et carta sua confirmavit, quod ducatus Britannie in perpetuum pertineat ad dominium ducis Normannie, et ut dux Britannie semper sit homo ducis Normannie et ei respondeat sicut ligio domino suo, et dux Normannie respondeat regi Francie[d] tam de ducatu Britannie quam de ducatu Normannie. Et sic in illa die facti sunt amici rex Francie et rex Anglie et omnes convenciones illas fide et sacramentis sub sigillorum suorum testimonio confirmaverunt.

De recessu regis Francie a Messana versus Accaron.

Mart. 30. Et eodem mense Marcii, 3. Kal. Aprilis, sabbato, Philippus rex Francie recessit a portu Messane cum toto navigio
Apr. 20. suo. Et 22. die sequenti, scilicet die sabbati in ebdomada pasche, venit ipse cum excercitu suo ad obsidionem Accon. Rex vero Anglie et excercitus eius remanserunt apud Messanam post recessum regis Francie.

De adventu Alienor regine ad Messanam.

Et eodem die quo rex Francie recessit a Messana venit illuc regina Alienor, mater Ricardi regis Anglie, et adduxit secum Berengeram, filiam Sanctii regis Navarre, quam idem rex Anglie in uxorem erat ducturus. Et quarta die sequenti predicta regina Alienor inde recessit versus Angliam, per Romam transsitura propter negocium Gaufridi[1] Eboracensis electi; per illam enim mandavit rex Anglie summo pontifici et humiliter postulavit, ut ipse electionem predicti Gaufridi confirmaret et eum in archiepiscopum Eboracensem consecraret vel ab alio consecrari permitteret. Abeunte itaque regina Alienor, filia regis Navarre remansit in custodia regis Anglie cum sorore eiusdem regis, Iohanna regina Sicilie.

Clemens papa obiit; Celestinus papa efficitur.

Apr. 10. Mense Aprilis, 4. Idus eiusdem mensis, feria quarta obiit Clemens papa tercius; cui successit Iacinctus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmedin, et in ipsa vigilia pasche ordinatus est in sacerdotem, et in die pasche, que
Apr. 14. in 18. Kal. Maii evenit, in Romanum pontificem consecratus est ab Octoviano Hostiensi episcopo et vocatus est Celestinus papa tercius.

Celestinus papa coronavit Henricum Romanorum imperatorem et Constanciam uxorem suam in imperatricem.

Apr. 15. In crastino autem consecracionis sue dominus papa transtulit se a Laterano usque ad ecclesiam beati Petri, et venit ibi obviam ei Henricus Alemannorum rex cum Constancia uxore sua et cum copiosa plebe armata[2]. Romani vero clauserunt portas Urbis et custodierunt eas in manu forti et armata, non permittentes eos intrare. Dominus vero papa ante ostium[e] ecclesie beati Petri supra gradus recepit sacramentum a predicto Alemannorum rege, quod ipse ecclesiam Dei et iura ecclesiastica fideliter servaret illibata, et quod rectam iusticiam teneret, et quod patrimonium beati Petri, si quod[f] inde ablatum esset, in integrum restitueret, et quod Tusculanum ei redderet. Deinde introduxit eos dominus papa in ecclesiam et uncxit eum in imperatorem et uxorem suam in imperatricem. Sedebat[g] autem dominus papa in cathedra pontificali, tenens coronam auream imperialem inter pedes suos, et imperator inclinato capite recepit coronam et imperatrix similiter de pedibus domini pape; dominus autem papa statim percussit cum pede suo[h] coronam imperatoris et deiecit[i] eam in terra, significans, quod ipse potestatem eiciendi eum ab imperio habet, si ille demeruerit; sed cardinales statim arripientes coronam, imposuerunt eam capitiim peratoris.

a) q. cl. *St.* b) *deest St.* c) *deest* 4. 5. d) Anglie *corr. manu post.* 1. e) hostium *sed littera* h *deleta* 1. f) quid *St.* g) *locus qui sequitur alia manu, quae tamen saepius occurrit, exaratus est* 1. h) sua 3. 5. i) *corr. ex* degecit 1.

1) Nothi Henrici II. 2) Quae noster hic narrat Toeche p. 187. ut fabulam absurdam reiicit. Econtra Stubbs, quamvis ea vera esse non asseruerit, monet tamen, Eleonoram matrem Ricardi I. aut quosdam clericos Eboracenses eo tempore Romae affuisse verisimile esse, unde haec quasi peregrinatorum historiola in Angliam spargi potuerit; fortasse enim papam aut fortuito quippe qui seniliter tremeret, coronam deiecisse, aut, si consulto egerit, superbiae suae iam fere puerili indulsisse.

Causa[1] quare Celestinus papa tradiderit Romanis civitatem suam Tusculanum.

Ut autem sciatur causa, quare dominus papa Celestinus reddiderit Romanis Tusculanum civitatem suam, pauca repetamus que prius gesta sunt. Electo et consecrato in summum pontificem Clemente—videlicet, ut moris est, Pisis[2], ubi bone memorie Gregorius VIII. migrarat ad Dominum ex hac luce—domino Prenestino episcopo, misit idem dominus Clemens absque ulla mora legatos suos ad cives Romanos, ut inter se et illos pax deberet firmissima reformari. Discordia siquidem concepta est occasione Tusculani, civitatis scilicet proprie domini pape, per decem miliaria distantis ab Urbe, quam Romani gwerra insaciabili, ut eam sibi subicerent, impugnabant; et etiam occasione conflictus qui fuerat inter Romam et Thusculanum, per quem plus quam 5 milia Romanorum eadem die gladio perierunt, a tempore Alexandri pape usque ad tempora predicti Clementis inter ecclesiam duraverat et Romanos. Legati autem cum venissent ad Urbem, induxerunt Romanos, ut tanquam filii benigni ad patrem suum spiritualem corda sua converterent ipsumque ut pium patrem redeuntem ad eos devotissime curarent recipere ac fierent unum de cetero sicut condecebat. Quibus responderunt in hec verba Romani: 'Hoc quia sanctum et dignum est, ardenti desiderio etiam[a] plus quam dominus et pater noster sicut veri et humiles filii, omni mora sublata, fieri peroptamus; ita tamen, si dampna nobis emendare et iniuriam simul et verecundiam, quam occasione guerre Tusculani sustinuimus olim cum patribus nostris et adhuc sustinemus, nobiscum pariter voluerit vindicare et ad inpugnandum Tusculanum, si necesse fuerit, milites suos in expensis propriis mittere, si pax ad honorem Urbis per subiectionem et tributum annuum in scriptis redactum a Tusculano solvendum Urbi non poterit inter nos reformari; si etiam Tusculanum ad voluntatem nostram faciendam tradere nobis promiserit, si post refutationem iniende pacis secundum antedictum tenorem inter nos et Tusculanum aliquo dierum poterit Tusculanum habere'. His itaque et quibusdam aliis libertatibus tandem a supradicto Clemente papa Romanis concessis, idem Clemens accessit ad Urbem, de qua extiterat oriundus; unde secundum[b] conventionem dictam Tusculanum et cives ipsius, cum iuxta petitionem suprascriptam a Romanis factam non posset idem dominus Clemens Tusculanum Romanis subicere, extunc eos Romanis exponens, durius impugnabat. Et licet per 4 fere annos vixerit in papatu, guerram tamen ipsam cum Romanis nullatenus ad finem perduxit; quamvis maiorem fere partem Tusculanensium[c], quos extra municionem suam capiebant Romani positi in insidiis, diversis penis et cruciatibus interfecissent. Quosdam enim ex illis quos capiebant morti tradebant omnino, quosdam mutilatos pedibus, quosdam orbatos occulis, quosdam truncatis manibus collo suspensis, ad propria remittebant. Que omnia se malle pati constantissime affirmabant quam severitati subici Romanorum. Mortuo vero Clemente, et domino Iacincto, tunc[d] diacono cardinali Sancte 1191. Marie in Cosmedin, in summum pontificem Celestino postmodum substituto, et Henrico tunc rege ad coronam imperii recipiendam, qui ad hoc a domino Clemente vocatus fuerat, festinante, Romani, antequam idem rex accessisset ad Urbem, suplicarunt domino Celestino, ut, antequam predictum regem in imperatorem ungeret, optineret ab ipso[e], ut civitatem Tusculanensem sibi redderet, que in ipsius posita erat potestate. Ad ipsum enim se converterant et ipsius patrocinium[f] invocarant, ex quo supranominatus Clemens exposuit, ut dictum est, illos Romanis; eidem domino Celestino instantissime proponentes, quod hec erat via qua Tusculanum ad eorum manus rediret, et quod ad faciendum hoc tenebatur ex convencione predicta. Quod ita concessum est illis. Euntes autem nuncii domini pape ad regem, firmiter proposuerunt eidem, quod de Tusculano antedicta facta erat convencio inter summum pontificem et Romanos, et ut[g] ideo domino[h] pape Tusculanum redderetur[i], necessitas exigebat. Quod cum intellexisset rex et advertisset, quod aliter coronacioni sue de facili posset impedimentum prestari, peticioni domini pape super Tusculanum[k] reddendo liberaliter[d] adquievit; factumque est ita, quod, coronato[l] rege in imperatorem, altera die tra- Apr. 16. ditum est Tusculanum ab eodem imperatore domino pape et a domino papa sequenti tercia[d] Apr. 17. die Romanis atque a Romanis destructum ita, quod lapis super lapidem non remansit.

a) etciam 1. b) secundum — ipsius *des. Savile.* c) Tuc. 1. d) *deest* 4. 5. e) isto 3. 5. f) patrosc. *corr.* patroc. 1. g) *postea expunctum* 1. h) añō *corr.* duo 1. i) redderent 1. k) eum *add.* 3. 5; ei *add.* 4. l) coronando, *sed post corr.* 1.

1) Cf. Toeche p. 185. 2) Mense Dec. a. 1187.

1191. De recessu Ricardi regis Anglie a Messana.

G Ric. Interim Ricardus rex Anglie mense Aprilis fregit et comminuit castellum suum quod dicebatur Mategriffun Apr. 10. ante recessum suum a Messana, sicut promiserat regi Tancredo. Et feria 4. ante cenam Domini ipse cum toto exercitu suo et navigio suo recessit a portu Messane cum centum quinquaginta magnis navibus et cum quinquaginta tribus galeis bene armatis. . . . . . .

Iun. 1. Eodem die, scilicet in vigilia pentecosten, obiit Philippus comes Flandrie in obsidione Accon; et rex Francie dominus suus saisivit omnes thesauros et possessiones illius in manu sua, et ab illa hora querebat oportunitatem recedendi ab obsidione Accon et revertendi in regionem suam, ut comitatum Flandrie sibi subiugasset. . . . . . .

Deinde peciit rex Francie medietatem insule de Cypre et omnium que rex Anglie per viam adquisierat; hec contra rex Anglie peciit a rege Francie medietatem Flandrie et medietatem omnium mobilium comitis Flandrie et aliorum hominum suorum, qui obierant in obsidione Accon, et medietatem Tyri, quam Conradus illi donaverat. Sed utriusque peticio vana fuit et invidiosa, quia conventio facta fuit inter illos tantummodo, quod dimidiarent inter se omnes questus quos facerent in terra Ierosolimitana; et iterum hoc idem renovaverunt coram ducibus et principibus exercitus et[a] cartis et sacramentis confirmaverunt et statuerunt Templarios et Hospitalares[b] et alios viros sapientes, in quibus confidebant, ad recipiendum et dimidiandum inter eos adquisiciones suas; et sic facti sunt amici. . . . . . .

De interfectione Iakes de Avennis.

Sed nullus christianorum ibi[1] interfectus fuit preter solum Iakes de Avennis[c], qui cum paucis resistebat Saladino et exercitui suo[d]; dux enim Burgundie fugit . . . . . .

G Ric. Cancellarius[2] . . . applicuit in Flandria apud Wissand[e]. Et cum iter ageret, quidam viri nobiles de terra illa, quibus ipse forisfecerat in Anglia, iniecerunt manum in eum et tenuerunt eum, donec ipse satisfecit illis. Et procedens inde venit Parisius . . . . . .

In fluvio . . . Salef submersus est Fredericus Romanorum imperator, cum exiret de terra soltani de Yconio. . . .
Deinde venit — — evaserunt manus eius. *[Gesta Ricardi p. 127].* . . . . . .
Et inter insulam — — a sinistra parte navigii. *[Gesta Ricardi p. 127 sq.]* . . . . .
In exitu — — Portus Wiscardi. *[Gesta Ricardi p. 128].*

De Roberto Viscard et eius adquisitis.

Est itaque sciendum, quod Robertus Wiscard natus fuit in Normannia, et miles factus, diu de familia fuit Henrici regis Anglie, filii Willelmi Bastardi. Qui licet fuisset miles probus in armis, tamen nullam gratiam potuit invenire ditandi apud regem illum; unde factum est, quod cum uxore sua et filiis et fratre suo reliquid Normanniam et Romam adiit; et accepta a summo pontifice licencia et consilio subicere sibi barbaras naciones, confluebat ad eum multitudo magna virorum ei adherencium. Et recedens inde, intravit Apuliam, et videns eam terram bonam et fertilem et habitatores illius indoctos armis, sepe invasit eos in manu forti et armata et vicit eos et optinuit terram. Et totam Apuliam et Calabriam et principatum Capue subiugavit sibi et eripuit eas de manu[f] imperatoris Romanorum et dedit eas Tancredo filio suo. Deinde magnum congregavit navigium, iactans, quod ipse imperium Constantinopolitanum invaderet et totum sibi subiugaret. Sed interim, dum navigium eius prepararetur, contigit, quod ipse et Tancredus et Boimundus, filii eius, in una die commiserunt prelium contra dominum papam et contra imperatorem Romanorum et contra imperatorem Constantinopolitanum[3]; ita quod ipse Robertus Wiscard commisit prelium contra imperatorem Constantinopolitanum, et unus filiorum suorum contra papam, et alter contra imperatorem Romanorum; et ille et uterque filiorum suorum in una eademque die optinuerunt victoriam[4]. Deinde Robertus Wiscard intravit navigium suum, et uxor eius cum eo, et subiugavit sibi insulam de Cuverfu et insulam de Crete et insulam de Rodes et alias insulas multas, eripiens eas de manu imperatoris Constantinopolis; deinde venit ad portum qui nunc nomine suo nuncupatur Portus Wiscardi.

De prodicione quam uxor Roberti Wiscardi fecit.

Et cum inde progredi voluisset et intrare Romaniam, imperator Constantinopolitanus, timens valde adventum illius, mandavit uxori sue[g], quod, si ipsa predictum Robertum Wiscard morti tradidisset et sic terram suam de eo liberasset, ille duceret eam in uxorem et faceret eam imperatricem Constantinopolitanam. Concessit autem mulier se facturam quod imperator petebat, et nacta oportunitate temporis et loci, porrexit Roberto Wiscard marito suo venenum bibere; et mortuus est et ibidem in insula que usque in hodiernum diem dicitur Portus Wiscardi sepultus est; et totus exercitus eius dissipatus est. Mulier autem fugit ad imperatorem Constantinopolitanum; qui statim adimplevit omnes convenciones suas et duxit eam in uxorem et coronavit in imperatricem; et cum omnis sollempnitas debita facta fuisset ei et in desponsacione et in coronacione et in nupciis ita sollempniter, quod illa diceret imperatori: 'Domine, vestri gratia iam perfecistis mihi omnem convencionem nostram', imperator, facto

a) *deest* 3. 4. 5. b) Hospitalarios 3. 4. 5. c) Avennes 3. 4. 5. d) eius 2. 3. 4. 5. e) Witsand 5. f) *deest* 5. g) id est Roberti *super lin. add.* 1.

1) Sept. 7, in pugna Arsoufensi, quam noster secundum alium auctorem ac Gesta narrat. 2) Willelmus episcopus Eliensis. 3) Cf. Gesta ducum Norm. VII, 42 (SS. XXVI, p. 8); Ailred. Rievall., supra p. 13. 4) Quae Hov. historiolae addidit, non minus a veritate discrepant quam quae ex Gestis Ricardi desumsit; cf. Pauli in 'Göttinger Nachrichten' a. 1880, p. 579.

silencio, coram omnibus ostendit convencionem quam feceral cum illa, et qualiter illa morti tradiderat maritum suum, G. Ric. et peciit ab eis iudicium de illa; et iudicaverunt eam ream esse mortis. Et sic translata de nupciis ad supplicium, accenso rogo iniecta est et in cinerem redacta.

De Rogero, fratre Roberti Viscardi, et eius adquisitis.

Rogerus vero, frater predicti Roberti Wiscardi, debellavit Siculos et totam sibi subiugavit Siciliam et factus est comes Sicilie. Sicilia insula est magna et, antequam prefatus Rogerus debellasset eam, inhabitata fuit a paganis et erat de dominio imperatoris de Affrica. Sed prenominatus Rogerus, expulsis inde paganis, legem Christi instituit et fecit in ea duos[1] archiepiscopatus et sex episcopatus. Deinde uxorem duxit, de qua unum solum genuit filium, quem vocavit nomine suo Rogerum et fecit illum ducem Apulie et dedit illi Calabriam et principatum Capue, defuncto Tancredo, filio Roberti Wiscardi, sine prole.

Rogerus dux Apulie, filius Rogeri comitis Sicilie, coronatus est primus regum christianorum in Sicilia.

Deinde obiit predictus Rogerus comes Sicilie; et Rogerus, filius eius, dux Apulie successit ei in comitatu Sicilie, et paulo post per consilium comitum et baronum suorum fecit se coronari in regem Sicilie; et iste Rogerus ita factus est primus rex coronatus in Sicilia Qui uxorem duxit, ex qua genuit duos filios et unam filiam, quorum primus vocatus est Rogerus et alter Willelmus, et filia eius vocata est Constancia. Et ipse dedit filio suo primogenito ducatum Apulie et principatum Capue. Qui uxorem duxit inconsulto patre suo et genuit ex ea filium unum, quem vocavit Tancredum; deinde obiit, patre suo adhuc vivente. Deinde obiit pater suus rex Sicilie; cui successit in regno Willelmus, filius eius; qui uxorem duxit, de qua genuit unum solum filium, quem vocavit nomine suo Willelmum.

De Constancia, filia Rogeri regis Sicilie, data in uxorem Henrico regi Alemannorum, filio Frederici Romanorum imperatoris.

Iste Willelmus ultimus successit patri suo in regnum, et dedit Tancredo, fratri avi sui[2], comitatum de la Liche, et Constanciam, sororem avi[3] sui, dedit Henrico regi Alemannorum, filio Frederici Romanorum imperatoris, in uxorem et fecit iurari ei regnum Sicilie post illum, si ille decessisset sine prole. Et deinde ipse Willelmus rex Sicilie duxit sibi in uxorem Iohannam, filiam Henrici regis Anglie, filii Matildis imperatricis; sed ille Willelmus rex Sicilie obiit sine prole.

De Tancredo[a] rege Sicilie.

Quo defuncto, Tancredus predictus comes de la Liche, immemor sacramenti, quod cum ceteris fecerat Henrico regi Alemannorum, usurpavit sibi regnum Sicilie et factus est inde rex coronatus. Quod cum Henricus Romanorum imperator audisset, magno congregato excercitu, intravit terram regis Tancredi, et adducens 1191. secum uxorem suam Constanciam, heredem regni Sicilie, obsedit Salernum, et infra 15 dies reddita est ei et uxori sue, et ipse dimisit eam ibi. Et ipse procedens inde, obsedit Neapolim; ubi cum ipse moram fecisset per 6 septimanas, amisit fere totum exercitum suum ex corrupcione aeris; et ipse egrotabat usque ad mortem; et cum vidisset, se nichil posse[b] proficere adversus eam, recessit et abiit ad civitatem suam Melan.

De captione Constancie imperatricis.

Quod cum audissent Salernitani, iniecerunt manus in dominam suam Constanciam imperatricem et tenentes tradiderunt eam Tancredo regi Sicilie. Et imperator Alemannorum, dolens et confusus de amissione uxoris sue, scripsit Celestino pape, ut per auxilium illius recuperasset eam; que postmodum reddita est ei per auxilium domini pape[4]. . . . . . .

Deinde quasi per 40 miliaria ab insula de Cuverfu est mons magnus in capite Romanie, qui dicitur Paxo; et a G. Ric. monte illo usque ad Octrente, civitatem archiepiscopalem, que est in Apulia, sunt 50 miliaria; et a monte illo usque ad Brundusium sunt 100 miliaria; et a monte illo qui dicitur Paxo incipit gulfus de Venia[c], qui habet in longitudine 100 et 50 miliaria et in latitudine 100 miliaria. Euntes autem per gulfum illum versus Veneciam dimittent Romaniam et Sclavoniam et Istriam. In Apulia supra litus maris sunt portus, quorum nomina hec sunt: Primus portus Apulie dicitur Leuke; deinde portus qui dicitur Castre[5]; deinde portus qui dicitur Octrente; deinde portus qui dicitur le Liche; deinde portus qui dicitur Brandiz, id est Brundisium; deinde portus de Monople; deinde portus de Bar, ubi beatus Nicholaus requiescit; deinde portus de Trane; deinde portus de Barlet; deinde portus de Sypunt[d]; deinde portus de Bestie; deinde portus de Tremule. Portus iste de Tremule est ultimus portus de Apulia. Deinde est Ortona primus portus de terra Venecie; deinde portus de Atre; deinde portus de Pescare; deinde portus de Ancune; deinde portus de Ravenne; deinde est Venecia, civitas nobilis et bonus portus. Cum igitur rex Francie venisset in insulam[e] de Cuverfu, misit nuncios suos ad regem Tancredum et peciit ab eo licenciam transeundi per terram suam, et data est ei licencia. Deinde venit in Apuliam et applicuit apud Octrente 6. Idus Octobris, feria 5. Et procedens inde, premisit preambulos suos Oct. 10. ad Henricum Romanorum imperatorem et peciit licenciam transeundi per terram suam, et data est ei licencia. Qui cum venisset Romam, mala multa locutus est de rege Anglie in conspectu domini pape et omnium cardinalium, dicens, quod rex Anglie coegit eum a terra Ierosolimitana recedere, et appellavit eum de prodicione sua. Sed nec dominus papa nec cardinales fidem habuerunt verbis eius, scientes hec magis ex invidia processisse quam ex delicto regis Anglie. Dominus vero papa cum omni honore et diligencia recepit eum et per 8 dies ministravit ei necessaria et pro amore Dei et suo novum fecit remedium peregrinis: scilicet

a) Tancrede 1. b) *deest* 3. 4. 5. c) *ita* 1. 3; Venetia 2. d) Sip. 3. 4. 5. e) insula 3. 4. 5

1) Haec ratio neque Wiscardi neque Hovedenii tempori convenit. 2) Potius notho Rogeri, filii regis Rogeri. 3) Potius patris Willelmi I. 4) A. 1192. medio; cf. Toeche p. 314. 5) Castro.

1191. quod eum et omnes, qui cum eo venerunt vel post eum venerunt, absolvit a voto suo et ab itinere professionis
G. Ric. Ierosolimitane et, licet votum non solvissent, tamen palmas eis distribuit et cruces collis eorum suspendit, statuens, quod essent peregrini. Deinde rex[1] Francie effecit adversus Romanorum imperatorem, quod ipse regem Anglie caperet, si per terram suam transiret. Deinde rex Francie veniens in terram suam, defamavit regem Anglie adversus proximos suos, imponens ei crimina multa . . . . . .

Anno gratie 1192.[2] . . . . . .

De recessu Ricardi regis Anglie de terra Sulie.

1192. Videns ergo rex Anglie[a], quod homines et pecunia et sanitas corporis defecerunt ei, per consilium Templariorum et tocius exercitus recepit supradicta que Saladinus optulerat ei; et ipsi sacramentis pacem illam usque prefixum tempus servandam firmaverunt. Et ex tunc rex Anglie, traditis omnibus in manu Henrici comitis de Canpania, redire in regnum suum properavit propter sinistros rumores quos audierat tam de rege Francie et de cancellario suo[3] expulso quam de comite Moretonii[4], fratre suo, qui castella regni occupaverat et totum occuparet, si posset. Venit itaque rex Anglie ad Cayphas[5] et egrotavit ibi, et perrexit inde Accon et ibi intravit busciam magnam post festum sancti Michaelis octavo Idus
Oct. 8. Octobris, feria 5; et infra mensem[6] post diem illum applicuit in insula de Cuverfu[7] et intravit naviunculam et navigavit usque ad 3 galeas, quas vidit ex opposito in Rumania, et conduxit eas usque ad Raguse pro 200 marchis argenti; et postea rediit ad busciam suam, et predicte galee cum eo, et ipse pacavit eos et assumpsit secum Baldewinum advocatum Betunie[b, 8] et alios 20 socios et intravit unam de predictis galeis. Et cum applicuisset prope Gazere[9] apud Raguse, noluit indicare, quod esset rex Anglie, sed peregrini essent; et quamvis ipse barbam haberet prolixam et capillos prolixos et vestes et cetera[c] omnia ad similitudinem gentis terre illius, tamen celari non potuit propter nimias expensas quas faciebat contra consuetudinem illius patrie. Et statim homines illius provincie, conicientes illum esse regem Anglie, proposuerunt illum capere et Romanorum imperatori tradere, qui eum odio habuit propter auxilium regi Tancredo factum et propter necem Conradi marchionis[10], consanguinei sui.

De capcione Ricardi regis Anglie.

Quod cum regi Anglie per quendam suorum constaret, tradidit familiam suam advocato Bitunie[d], precipiens, ut in loco illo per 4 dies moram fecisset, expendentes profusius quam ipse fecerat. Et ipse cum uno solo comite[11], velocibus equis ascensis, sero viam carpsit, et properans die ac nocte, venit prope Vienam[e], et non longe ab ea in quadam parva villa ipse et comes suus hospicium ceperunt. Et dum comes regis pergeret ad emendum cibum, rex ex labore itineris fatigatus statim incubuit super lectum et dormivit. Interim comes suus, dum intenderet concambire denarios, a quodam serviente ducis Austrie cognitus est et captus et ductus ante ducem, et cum diucius celare non potuit, indicavit eis hospicium regis; et venientes invenerunt eum dormientem et ceperunt. . . . . . .

Eodem anno multi peregrini, qui recesserunt cum rege de terra Sulie, redierunt ante natale Domini in Angliam, sperantes, se invenisse regem in Anglia, et interrogati de rege, ubi esset, responderunt: 'Nescimus; sed navem eius, quam intraverat, vidimus applicatam apud Brundusium in Appulia'. Interim Limpoldus dux Austrie, qui regem Anglie ceperat, tradidit[12] eum Henrico Romanorum imperatori; unde idem imperator in hac forma scripsit Philippo regi Francorum:

a) *deest* 3. 4. 5. b) Betonie 3; Beturie 5. c) om. caet. *St.* d) Betunio 3; Beltunie 4; Beturie 5. e) *corr. in* Wenam 1; Wenam 3. 5.

1) Quae Hov. hic Gestis adiecit certe scripsit, postquam Ricardum captum esse novit, neque quisquam, ait Stubbs, m. Oct. a. 1191. Ricardum per Germaniam profecturum esse opinari potuit. Toeche Hov. secutus est p. 255. 359. 2) Cum hoc anno Gesta Henrici et Ricardi desinant, quae sequuntur a Hov., libris historicis iam non adhibitis, composita videntur. 3) V. supra p. 130. 156. 4) Mortain in Normannia. 5) Haifa. 6) Nov. 10. Rad. Dic. 7) Corfu. 8) Postea comitem Albemarle; cf. Lamb. Ard., SS. XXIV, p. 615. 9) Si de Zara loquitur noster, Ricardus iterum navem intraverit oportet. Naufragium enim apud Aquileiam passus in comitatu Goricensi captus est. Wilken IV, p. 598 n. et Toeche p. 560. intelligunt Görz. — A. 1198. Gardolfus episcopus Halberstadensis, is quoque a Terra Sancta redux, per Istriam profectus et a Meinardo comite Goricensi receptus est; cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 63. 10) Montisferrati. 11) Willelmo de Stagno. Coggeshal. 12) Cf. pactum ap. Stumpf, Reg. nr. 4796.

Epistola Henrici Romanorum imperatoris ad Philippum regem Francie de captione Ricardi regis Anglie[1]. 1192.

Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto et speciali amico suo Philippo illustri Francorum regi salutem et sincere dilectionis affectum. Quoniam imperatoria celsitudo non dubitat, regalem magnificentiam tuam leciorem effici de universis quibus omnipotencia Creatoris nostri nos ipsos et Romanum imperium honoraverit et exaltaverit, nobilitati tue presencium tenore declarare duximus, quod inimicus imperii nostri et turbator regni tui, rex Anglie, cum esset in transeundo mare ad partes suas reversurus, accidit, ut ventus, rupta navi sua in qua ipse erat, duceret eam versus partes Histrie, ad locum qui est inter Aquileiam et Venecias, ubi ipse rex Dei permissione passus naufragium, cum paucis evasit. Quidam itaque fidelis noster comes Mainardus de Gorzte[2] et populus regionis illius, audito quod in terra erat, et considerato diligencius, qualem nominatus rex in terra promissionis prodicionem et tradicionem et perdicionis sue cumulum exercuerat, insecuti sunt, intendentes eum captivare. Ipso autem rege in fugam converso, ceperunt de suis 8 *milites. Postmodum processit rex ad burgum in archiepiscopatu Salzeburgensi qui vocatur Frisorum[3], ubi Fridericus de Betesowe[4], rege cum tribus tantum versus Austriam properante noctu,* 6 *milites de suis cepit. Dilectus autem consanguineus noster Limpoldus dux Austrie, observata strata impositis ubique custodibus, sepedictum regem iuxta Vienam[a] in villa viciniori in domo despecta captivavit. Cum itaque in nostra nunc habeatur potestate, et ipse semper tue molestie et turbacionibus operam prestiterit, ea que premisimus nobilitati tue insinuare curavimus, scientes, ea dilectioni tue beneplacita existere et animo tuo uberrimam importare leticiam. Datum apud Rithiencie[b, 5],* 5. *Kal. Ianuarii.* Dec. 28.

His itaque per Angliam publicatis de capcione regis Anglie rumoribus, Walterus Rothomagensis archiepiscopus in hac forma scripsit Hugoni Dunelmensi episcopo: 1193.

Epistola[c] Walteri Rothomagensis archiepiscopi ad Hugonem[d, 6] Dunelmensem episcopum de capcione Ricardi regis.

Venerabili in Christo fratri et amico carissimo Hugoni Dei gratia Dunelmensi episcopo Walterus eadem gratia Rothomagensis archiepiscopus salutem in vero Salutari. Super adventu regio rumoribus variis ventilatis, tandem, quia veritas latere non potuit, nobis omnia sunt aperta. Verum in adversis et prosperis esse equanimes nos oportet; Dei enim non possumus avertere voluntatem, et cum eius iudicia sint occulta, eventus rerum fortuitos eius misericordie et providencie commendamus. In merore animi nostri cogimur profiteri, de domino nostro rege aliter accidisse, quam eius regno et universis suis fidelibus expediret; et si eius merita plenius intuemur, is casus eius operibus nullatenus deberetur. Qui enim ad Dei gloriam patrimonium universum exausit et bellorum fortune suorum et suum sanguinem indifferenter commisit, in omnibus viis suis protectionem Dei merebatur. Verum adversitas, que[e] bonis votis obicitur, probacio virtutis est, non indicium reprobacionis. Et quid plura? Loqui compellimur quod nollemus. Imperatoris Alemannorum literarum transcriptum vobis ducimus transmittendum, quas de domini nostri regis Anglie capcione ad regem Francorum destinavit, presenti pagina nostra involutum. . . . Dominum autem Batoniensem[7] noveritis de domino nostro rege quantocius liberando cum domino imperatore iam habuisse tractatum. Omnem enim impendit laborem et operam, ut ei prestet obsequium et regie debitum reverentie et honori gratum et utile ad presens, sicut et alias plenum exhibeat famulatum; sicut ab eis recepimus, qui interfuerunt colloquio, quod de nostro domino liberando cum domino principe dominus Batoniensis habebat. . . . . . .

De nunciis missis per iusticiarios Anglie ad querendum Ricardum regem Anglie captum.

Audita itaque regis captione, Walterus Rothomagensis archiepiscopus et ceteri domini regis iusticiarii miserunt abbatem[8] de Boxeleia[f, 9] et abbatem de Ponte-Roberti[10] in Aleman-

a) *corr. in* Wen. 1; Wenam *reliqui codd.* b) Rithientia 5. c) *deest* 3. 4. 5. d) *deest St.* e) qui 1. f) Boxl. 4. 5; Boxeleya 3.

1) De hac epistola cf. Toeche p. 563. 2) Görz. 3) Frisach. 4) Pettau. 5) Dubitatur, ubi hic locus sit; cf. Toeche p. 563, qui Reinhausen (ad laevam ripam Regini) intelligendum esse censet; Stubbs de Rhense putavit, sed imperator eo tempore inter Eger et Regensburg erat. Stumpf, Reg. nr. 4790, intellexit Redwitz versus occidentem et meridiem ab Eger. 6) De familiaritate eius cum nostro auctore cf. supra p. 133. 7) Savaricum, consanguineum Henrici VI, de quo v. infra p. 164. 8) Robertum. 9) Boxley in Cantia. 10) Robertsbridge in com. Sussex.

1193. niam ad querendum regem Anglie. Qui cum totam Alemanniam peragrassent et regem non invenissent, Baveriam ingressi sunt et obviaverunt regi in villa que dicitur Oxefer[a].[1], Mart. 21. ubi ducebatur ad imperatorem, habiturus cum eo colloquium in die palmarum[2]. Et comperto, quod predicti abbates venissent de Anglia, rex prebuit se illis hilarem et affabilem, querens de statu regni sui et de fidelitate hominum suorum et de salute et prosperitate regis Scocie[3], in cuius fide fiducialius innitebatur. . . . In itinere autem per tres dies, usque dum ad imperatorem pervenisset, quomodo se habuerit strenue, eleganter, prudenter, admirati[b] sunt universi, iudicantes illum dignum imperatoria celsitudine, qui ita novit animo imperare et fortune biformes eventus uniformi constancia superare. Die vero constituto habito colloquio per internuncios cum imperatore, non potuerunt illo die confederari, eo quod imperator multa pecierat, quibus[4] nec etiam pro mortis periculo rex consenciendum Mart. 22. iudicavit. In crastino autem, omnibus desperantibus, cum successu leta successit consolacio. Nam imperatore regem impetente in multis et obiciente quam plurima, tum de prodicione terre Sulie, tum de morte marchionis[5], tum de quibusdam[6] convencionibus ad invicem habitis et non observatis, rex libere et constanter et ita intrepide respondit, quod non solum eum imperator gratia vel venia dignum, set etiam laude iudicavit. Nam inclinantem se regem erexit et suscepit in osculo pacis et confederavit eum sibi, et ampliando honoribus et auxiliis, circumstante populo et in lacrimas ruente pre gaudio, promisit, asserens, quod confederaret regem Anglie regi Francie. Et tunc[7] quasi pro mercede rex Anglie centum milia marcharum*, mediante duce Austrie, pro sua liberacione promisit imperatori. Promisitque imperator, quod, si per operam eius rex Anglie et rex Francie non possent confederari, ipse regem Anglie ad propria remitteret sine pecunia. . . . . . .

Ricardus[c] rex Anglie in captione Henrici Romanorum imperatoris detentus, ut captionem illam evaderet, consilio Alienor matris sue[d] deposuit[8] se de regno Anglie et tradidit illud imperatori sicut universorum domino et investivit eum inde per pilleum suum; sed[e] imperator, sicut prelocutum fuit, statim reddidit ei in conspectu magnatum Alemannie et Anglie regnum Anglie[f] tenendum de ipso pro quinque milibus librarum sterlingorum singulis annis de tributo solvendis, et investivit eum inde imperator per duplicem crucem de auro. Sed[e] idem imperator in morte sua[9] de omnibus his et aliis convencionibus quietum clamavit ipsum Ricardum regem Anglie et heredes suos. . . . . . .

Anno gratie 1193. . . . Philippus rex Francie . . . misit[10] nuncios suos in Angliam ad Iohannem, fratrem regis, comitem Moretonii, mandans ei, qualiter rex captivus tenebatur, et quod ipse nunquam exiret de capcione imperatoris Alemannie. . . . . . . Ricardus vero rex Anglie tenebatur in capcione imperatoris Alemannie. Iohannes autem, frater regis, comes Moretonii statim post natale Domini transfretavit . . . Et rex Francie concessit ei cum predicta[11] sorore sua illam partem Flandrie que eum contingebat. . . . Fideles domini regis viriliter restiterunt predicto comiti Moretonii et fecerunt ei dampna plurima et munierunt custodibus portus maris et omnia maritima ita caute, quod Franci et Flandrenses et ceteri multi, qui prefato comiti auxilium promiserunt, in Angliam applicare ausi non fuerunt; quidam tamen de cetu eorum in Angliam applicantes, capti fuerunt et vinculis mancipati. . . . . . .

Interim predicti abbates de Boxleia et de Ponte-Roberti, quos iusticiarii Anglie ad que- Mart. 28. rendum regem miserant, redierunt in Angliam post pascha, narrantes, pacem factam fuisse

*) *Hoc loco solam quae de Germania exstat notitiam ponere libet ex Annalibus Cisterciensium de Russyn s. XIII. medio scriptis et e codice Cottoniano Iul. A VII. autographo per titulum 'The Chronicle of Man' a P. A. Munch, Christ.* 1860, 8°. *editis:* Anno 1193. Ricardus rex Anglie reversus est ab Ierosolimis et in Almannia captus est; pro cuius redemptione Anglia persolvit centum milia marcharum.

a) Oxeforde 2. b) mir. 3. 4. 5. c) *locus qui sequitur iterum alia illa manu correctoris exaratus est* 1, *ubi* Scribe *in marg.; textum post omissam papae epistolam, quae ed. Stubbs III, p.* 200. *praecedit, hic denuo recipiunt* 3. 4. 5. d) *deest* 3. 5. e) set *corr.* sed 1. f) per d *add. sed del.* 1; praedictum *add. St.*

1) Ochsenfurt ad Moenum. 2) An hic dies recte indicatus sit, examinat Toeche p. 564, qui Spirae hoc colloquium habitum esse contendit; cf. Stumpf, Reg. p. 437 sq. 3) Willelmi. 4) Haec Henricum Leonem spectasse, censet Toeche p. 266. 284; cf. infra p. 164. 5) Conradi. 6) Denotat, a Ricardo Tancredum adiutum et spolia Sicula, Cypria, Syriaca retenta esse. 7) Mart. 25; Toeche p. 268; v. infra p. 161. 8) Toeche p. 566. haec ad pascha a. 1193. referri vult. 9) Haec testamento Henrici VI. concordare, asserit Winkelmann, 'Philipp' p. 488. 10) Gesta Ricardi, ed. Stubbs II, p. 237, quamvis paullo infra a nostro adhibita, et Ricardus Divisiensis, ed. Stevenson p. 56, iam antequam Ricardum captum esse noverunt, Philippum et Iohannem in eum conspirasse, rectius a. 1192. narrant; exstat enim pactum eorum ap. Rymer, Foedera I, p. 57, d. d. Ian. a. 1193. 11) Alesia, de qua cf. supra p. 153.

inter imperatorem et regem Anglie in cena Domini[1] in hunc modum: quod rex Anglie dabit imperatori Romanorum 100 milia marcharum argenti de redempcione et inveniet ei 50 galeas cum omni apparatu per unum annum in servicio suo et 200[2] milites per unum annum in servicio suo; et quod ipsi interfuerunt paci illi. Et iam facta concordia, venerunt nuncii regis Francie et diffidaverunt[a] dominum regem ex parte ipsius. Quibus imperator continuo respondebat, quod quicumque regem Anglie inquietaret, et ipsum imperatorem lederet: tantus amor et firma concordia perpetuatur inter eos. Et quia rex Anglie optulerat se iuri pariturum in curia domini sui regis Francie de omnibus que rex Francie vel aliquis alius de suis partibus ei imponeret, imperator cepit colloquium inter ipsum et regem Francie, sed non fuit prosecutus. Rex autem Anglie misit in Angliam pro navibus et pro Alano Trenchemer gubernatore sue navis et pro obsidibus dandis imperatori super pactis inter illos contractis. Mandavit, et facta sunt universa. . . . . . . 1193. Mart 25.

Rege autem Anglie moram faciente in capcione imperatoris Romanorum, mirati sunt universi de mora illius; et quidam per predicacionem comitis Moretonii, qui semper predicabat illum numquam rediturum, dubitaverunt de illo et de reditu illius. . . . . . .

Rex humiliter postulavit[3], ut universi tam clerici quam laici tale auxilium facerent ei ad redimendum eum, unde ipse sciret eis grates*; et ut ipsi hoc securius facerent, imperator Romanorum scripsit generaliter universis hominibus regis Anglie, mandans eis, quod dominus illorum rex Anglie cum illo composuerat de redempcione sua pecuniaria; sed summam pecunie non manifestavit. Dominus vero papa Celestinus[4] similiter pro ipso rege scripsit universis viris ecclesiasticis regni Anglie, ut imperator et totum ipsius regnum subicerentur anathemati, nisi rex Anglie celerius liberaretur a captione illius. Similiter precepit, ut rex Francie et regnum eius anatemati subiacerent, nisi ipse desisteret a persecucione regis Anglie, quamdiu fuisset in capcione imperatoris. His et aliis admonicionibus domini pape et universorum cardinalium et consilio virorum sapiencium imperator Romanorum et rex Anglie facti sunt amici; unde rex Anglie in hac forma scripsit fidelibus suis per Angliam constitutis:

Epistola[5] Ricardi regis Anglie ad Alienor reginam, matrem suam, et ad iusticiarios suos Anglie.

Ricardus Dei gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitannie et comes Andegavie Alienor eadem gratia regine Anglie, karissime matri sue, et iusticiis suis et omnibus fidelibus suis per

*) *Cf. Hist. Dunelmensem Gaufridi Coldinghamensis, ex qua iam supra p. 16. quaedam excerpsimus,* cap. 116 . . . Rex igitur de terra Sirie revertens a duce Hostricie captus et imperatori venditus, legatariis in Angliam directis, mandavit, sue liberationi celerius et uberius ab omnibus subveniri aurumque et argentum ecclesiarum et vasa sancta vel eorum redemptionem ad se transmitti. Episcopus[6] autem, ecclesiam Dunhelmensem nullam volens sustinere diminutionem, quam novis semper decoris optabat incrementis proficere, thesaurum datis[b] 100 marcis redemit et illibatum loco muneris ecclesie restituit. Misitque[c] regi duo milia librarum argenti, que ille minus gratanter accepit[d], eo quod censeret modicum prestitisse, quem sub obtentu liberationis sue immanes copias didicerat adunasse.

Cf. quoque Hist. Eliensem, apud Wharton, Anglia Sacra I, p. 633: Willelmus episcopus Eliensis solvit Henrico imperatori pro regis Ricardi redemptione de thesauro ecclesie sue octies 20 marcas; *Hist. S. Petri Gloucestriae s. XIV. ex. scriptam et inter Rotulorum seriem a Hart* 1863. *editam I, p. 22:* 1193. Ricardus rex Anglie post conquestum primus, cum a Ierosolimis rediret, a duce Austrie dire mancipatus custodie tribus, ut fertur, mensibus et 15 fere diebus; deinde vero per[e] imperatorem Alemannie tradebatur atque diutius ab eo detinetur . . . Preterea quidem gravissime exactio pro regis[f] redemptione exigitur clericorum sive laicorum. Deinceps quoque quicquid thesauri in qualibet ecclesia habebatur in calicibus sive ceteris vasis argenteis penitus diripiebatur.

a) defidaverunt *sed corr.* 1. b) *ita ed. Wharton, Angl. Sacra I, p. 724;* datum *Raine.* c) Misit quoque *Whart.* d) excepit *Raine.* e) eum imperatori *emendandum videtur.* f) rege *codd.*

1) Hunc diem rectum habent Toeche p. 268. 564, Stumpf, Reg. nr. 4800. 2) 20 ap. Toeche nihil nisi erratum typographi; *mille manus* a Ricardo praestitas esse, confirmat Petrus de Ebulo II, 22. 3) Cf. Epist. Cantuar. ed. Stubbs nr. 398: *Ricardus . . . conventui ecclesiae Cantuariensis . . . Noverit dilectio vestra, quod in captione detinemur, in manu imperatoris, qui nos recepit in osculo pacis et dilectionis, promittens firmiter nobis et regno nostro consilium et auxilium impendere. Et quia nullo modo possumus liberari, nisi prius centum milia marcarum persolverimus . . . nobis succurrere velitis . . . Apud Spiram* 26. *die Martii.* 4) Eleonora, mater regis, papam tribus epistolis (ap. Rymer I, p. 56 sqq.) et Petrus Blesensis ib. p. 59. archiepiscopum Moguntinum, ut imperatorem ad Ricardum liberandum inducerent, vehementer monuerunt. 5) Cf. infra Guill. Neubrig. IV, 37. 6) Hugo Dunelmensis.

1193. *Angliam constitutis salutem. Notum sit universitati vestre, quod, postquam recesserunt a nobis dilecti nostri Hubertus venerabilis episcopus Saresbiriensis et Willelmus de Sancte Marie Ecclesia, prothonotarius noster, venit ad nos karissimus cancellarius noster Willelmus Eliensis episcopus; et eo inter dominum imperatorem et nos fideliter interloquente, eo usque res pervenit, quod de castello de Trivellis*[1], *in quo detinebamur, obviam venimus imperatori apud Hagenou, ubi honorifice ab ipso imperatore et tota curia recepti fuimus. Ibique dominus imperator et domina imperatrix nos magnis et variis muneribus honoraverunt; et, quod precipuum est, mutuum fedus amoris et*[a] *indissolubile inter dominum imperatorem contractum est et nos, ita quod*[b] *uterque nostrum alterum contra omnes viventes in iure suo optinendo et retinendo iuvare debet. Honeste autem circa ipsum imperatorem moram facimus, donec ipsius et nostra quedam negocia perficiantur, et donec ei* 70 *milia marchas*[2] *argenti solverimus. Quare vos rogamus et in*[c] *fide qua nobis tenemini adiuramus, quatinus in hac pecunia perquirenda solliciti sitis, et vos iusticiarii nostri, qui aliis in regno nostro preestis, exemplum aliis prebeatis, ut ita honorifice et magnifice de proprio nobis subveniatis et etiam de his que de aliis mutuo accipere poteritis, ut aliis fidelibus nostris exemplum detis similia faciendi. Universum autem aurum et argentum ecclesiarum diligenti observacione et scripti testimonio ab ipsarum ecclesiarum prelatis accipiatis eisque per sacramentum vestrum et aliorum baronum nostrorum, quos volueritis, affirmetis, quod eis plenarie restituentur. Universorum etiam baronum nostrorum obsides recipiatis, ut, cum fidelissimus cancellarius noster, quam cito peractis in Alemannia negociis nostris, in Angliam venerit, eosdem obsides penes karissimam matrem nostram reginam reperiat, ut eos, de quibus inter nos et dominum imperatorem convenit, expedite possit ad nos transmittere, ne liberacio nostra per absenciam obsidum et negligenciam vestram moram paciatur. Pecunia autem collecta similiter matri mee et illis quibus ipsa voluerit tradatur. Quem autem in necessitate nostra promtum inveniemus, in suis necessitatibus amicum nos reperiet et remuneratorem*[3]*; graciusque nobis erit, si quis in absencia nostra in aliquo nobis subveniat, quam si in presencia nostra in duplo quis nobis subveniret. Volumus autem, ut singulorum magnatum nomina et subvenciones, que presencialiter fient, per sigillum matris nostre nobis significentur, ut sciamus, quantum unicuique in gratiarum accionibus*[d] *teneamur. Sciatis pro certo, quod, si in Anglia in libera potestate nostra essemus constituti, tantam vel maiorem pecuniam domino imperatori daremus, quam modo damus pro paccionibus consequendis, quas per Dei gratiam consecuti sumus; et si etiam pecuniam non pre manibus haberemus, proprium corpus nostrum imperatori traderemus, donec pecunia solveretur, antequam quod factum est relinqueretur imperfectum. In bulla autem domini imperatoris aurea fert vobis cancellarius*
Apr. 19. *noster predictam testificacionem. Testibus nobis ipsis apud Hagenou*[4] 13. *Kal. Maii.*

. . . . Deinde venit in Angliam ex parte domini regis predictus cancellarius suus, afferens literas domini imperatoris aurea bulla imbullatas in hac forma:

Epistola[5] Henrici Romanorum imperatoris ad magnates Anglie pro Ricardo rege Anglie.

Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis sibi archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, nobilibus et omnibus ad quos presens pagina[e] *pervenerit in Anglia constitutis salutem et bonam voluntatem. Dignum iudicavimus et nostre celsitudini gloriosum, si universitatem vestram sollicicius inducamus ad ea modis*[f] *quibus potestis agenda, que ad honorem karissimi nostri illustris regis Ricardi domini vestri debeantur, ne devocionis vestre constancia et meritum fidei circa ipsius commoda appareat mortuum, sed in suis et in regni sui obsequiis vivere videatur. Sane omnibus, quorum devocio predicto regi absenti sincera exstiterit et pura, uberes referemus gratiarum acciones, ad universitatis vestre noticiam devenire volentes, quod imperatoria sublimitas cum regia ipsius nobilitate in concordia et bona pace consistit. Unde quecumque ipsi irrogata fuerint contraria, pariter cum eo nobis parient molestiam et gravamen. Quare ad devotorum suorum et fidelium honorem et profectum et turbatorum suorum dampnacionem et exterminium operam prestabimus semper*

a) *deest* 5. b) itaque 4. 5. c) *deest* 4. 5. d) actione 3. 4. 5. e) scriptum 3. 4. 5 f) omnibus *add. St.*

1) Trifels inter Landau et Zweibrücken. 2) De hac summa cf. Toeche p. 278. 3) Confer carmen Ricardi apud Mahn, 'Werke der Troubadours' I, p. 129:

Or sapchon ben miey hom e miey baron,
Angles, Norman, Peytavin e Gascon,
Qu'ieu non ay ja si paure compagnon
Qu'ieu laissasse, per aver, en preison.

4) *Apud Spiram* 30. *die Martii* et *apud Wermesiam* 8. *die Iun.* dedit epistolas pro Huberto Walteri archiepiscopo eligendo. Epp. Cantuar. nr. 399—404. 5) Stumpf, Reg. nr. 4809. Rymer I, 1, p. 60. hanc bullam ex Hoveden repetit; cf. Toeche p. 663.

efficacem et, quia corde et animo uniti sumus, facta regis vestri specialiter nostri et imperii 1193. *nostri penitus reputabimus et gravamina eius nobis et corone imperiali illata censemus nec ea, Deo concedente, sine ulcione et eorum qui ea intulerint gravi dampno et destructione transibimus. Datum apud Hagenou, 13. Kal. Maii.* Apr. 19.

De colloquio inter imperatorem et regem Francie non prosecuto.

Deinde post pacem istam inter imperatorem et regem Anglie ordinatam ipse imperator cepit colloquium inter ipsum et regem Francie de pace facienda inter illum et regem Anglie, mediante Willelmo Remensi archiepiscopo, regis Francie avunculo et regis Anglie consanguineo, et statuerunt diem colloquii inter Valculur[a] et Tulun[1] in crastino nativitatis sancti Iohannis baptiste feria sexta . . . . . . Iun. 25.

Bullam domini imperatoris auream, fedus indissolubile inter dominum imperatorem et dominum regem continentem, predictus cancellarius[2] iusticiariis porrexit. . . . . . .

Eodem anno, dum rex Anglie erat in captione imperatoris, Saladinus obiit in prima[3] hebdomada quadragesime; unde dux Venetie in hac forma scripsit predicto regi Anglie:

Epistola Dandoli ducis Venetie et Dalmatie et Chroatie[b] ad Ricardum regem Anglie de morte Saladini[4].

Serenissimo domino suo Ricardo Dei gratia regi Anglie, duci Normannie et Aquitannie, comiti Andegavie Henricus Dandolus[c] eadem gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie[b] dux salutem et sincere dilectionis obsequium. Certa nobis relatione noveritis intimatum, quod inimicus ille christiane religionis Saladinus interiit. Cuius quidam[5] filiorum, quem totius dominii sui dicitur constituisse heredem, in Damasco versatur, alter vero[6] Babilonie et Alexandrie dominatur; frater[7] autem eius est in circuitu Babilonis cum exercitu copioso; et est dissensio maxima inter eos. Valete.

Interim appropinquante termino[8] colloquii inter imperatorem et regem Francie, rex Anglie per certa indicia cognovit, quod, si colloquium illud haberetur, imperator et rex Francie confederarentur contra archiepiscopos Coloniensem et Maguntinum et contra duces de Luvain[9] et de Lemburc[d.10] et Saxonie[11] et multos alios magnates et nobiles, qui conspiraverant contra imperatorem propter necem episcopi[12] de Leges[e], fratris ducis de Luvain, quam imperator machinatus erat; timebat etiam rex Anglie, quod, si colloquium illud haberetur, ipse sine dubio traderetur in manus regis Francie. Unde rex Anglie plurimum se intromisit, ut colloquium illud deficeret, et pax inter imperatorem et predictos magnates fieret. Ad illius igitur instanciam imperator et magnates predicti inter se pacis fedus et concordie inierunt in hunc modum, quod imperator iurare fecit episcopos quam plures et comites et barones in animam suam, quod ille nec precepit nec voluit, ut predictus episcopus de Leges occideretur, et quando hoc scivit, vehementer inde doluit. Et de satisfaccione reddidit unicuique predictorum virorum, qui contra eum conspiraverant, omnia castella que pater suus vel ipse eis abstulerat; et sic facti sunt amici, excepto duce Saxonie. Et colloquium illud, quod inter illum et regem Francie esse debuit apud Valculur, adnichilatum est. His itaque peractis, imperator die Veneris proxima post festum nativitatis sancti Iun. 25. Iohannis baptiste venit Wermasiam, ubi dominus rex Anglie erat. Et ibi colloquium celebratum est inter eos per quatuor dies; cui interfuerunt episcopi de partibus illis et duces de Luvain et de Lemburc[f] et comites et barones multi; et ex parte regis Anglie interfuerunt episcopi Batoniensis[13] et Eliensis[2]; et quarta die, scilicet vigilia apostolorum Petri et Pauli, Iun. 28. venerunt ad regem Anglie Willelmus Brigwere[g.14] et Baldewinus de Betun[15]; et adhuc omnes[h] penitus desperaverunt de liberacione regis Anglie. Sed per Dei misericordiam ipso die apostolorum Petri et Pauli omnino convenit inter imperatorem et regem hoc modo: Dominus Iun. 29. rex dabit imperatori 100000 marcharum puri argenti ad pondus Colonie et alia 50000 mar-

a) Vaucului 4. 5. b) Chēr 1. 3. 4. 5. c) Dandalus 3. d) Lenburc 4. 5. e) Legis *corr.* Leges 1. f) Lenburc 5; Lenburg 4. g) Briw. 3; Bruere 4; de Briw. 5. h) *deest* 5.

1) Vaucouleurs et Toul; cf. Toeche p. 280. 2) Willelmus episcopus Eliensis. 3) Potius tertia; Saladinus obiit d. 3. vel 4. m. Mart. 4) Cf. Wilken IV, p. 590. 5) Afdal. 6) Aziz. 7) Adel. 8) Iun. 25; cf. Toeche p. 279, qui nostrum laudat, quod haec accuratissime narrarit. 9) Henricum I. 10) Henricum III. 11) Henricum Leonem. 12) Alberti, qui d. 8. m. Sept. a. 1191. electus et d. 24. m. Nov. a. 1192. occisus erat. 13) Savaricus. 14) Iusticiarius. 15) Cf. supra p. 158, n. 8.

1193. charum[a] argenti pro auxilio, quod deberet conferre imperatori ad Apuliam adquirendam; preterea rex dabit sororem[1] Arturi ducis Britannie, nepotis sui, uxorem filio ducis Austrie, et liberabit imperatorem Cypri[2] sine restitucione imperii, similiter et filiam eiusdem imperatoris, quam faciet tradi duci Ostricii, ut avunculo suo; predicta vero 100 milia marcharum[a] debet dominus rex[b] conducere suo periculo usque ad terminos imperii; et quam cito intrabunt in aliquam partem imperii, dominus rex libere et quiete redibit cum salvo conductu in Angliam. Et hoc iuraverunt in animam imperatoris episcopi, duces, comites et nobiles omnes qui interfuerunt; unde cyrographum factum est inter imperatorem et regem Anglie in hac forma:

Forma[3] compositionis facte inter Henricum Romanorum imperatorem et Ricardum regem Anglie.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Hec est forma composicionis inter dominum imperatorem semper augustum et dominum Ricardum illustrem regem Anglie. Dominus imperator mittet nuncios suos cum nunciis domini regis, qui Londonias ibunt et ibi recipient 100 *milia marcharum puri argenti ad pondus Colonie; que pecunia a nunciis imperatoris accepta et ponderata sigillabitur in presencia nunciorum ipsius et in conductu regis per regni sui terminos ducetur, ita ut, si eam in regno suo perdi contigerit, periculo regis perdatur; postquam vero ad terminos imperii venerit dicta pecunia, per nuncios regis nunciis domini imperatoris presentabitur, qui eam ilico ibi recipient, et si forte in partibus imperii eam perdi contigerit, periculo imperatoris perdetur, et rex in ea non tenebitur, nec obsides sui. Alia quoque* 50 *milia marcharum argenti dabit rex imperatori et duci Austrie et pro illis ponet obsides, scilicet domino imperatori pro* 30 *milibus marcis* 60 *obsides, duci vero Austrie* 7 *obsides pro* 20 *milibus marcis. Solutis ergo centum milibus marcis et datis obsidibus, rex libere recedet. Si autem dominus rex solverit promissionem, quam domino imperatori de Henrico quondam duce Saxonie fecerat*[c], *imperator de* 50 *milibus marcis regem liberum dimittens et absolutum, pro ipso rege solvet duci Austrie* 20 *milia marcharum, et rex non tenebitur dare duci Austrie* 7 *obsides nec imperatori* 60; *cum igitur rex predictam promissionem de Henrico quondam duce Saxonie impleverit*[4] *et* 100 *milia marcharum solverit, libere recedet. Preterea rex fecit iurare in animam suam, quod neptem suam, filiam comitis Britannie, tradet nuptui filio ducis Austrie infra* 7 *menses postquam liberatus fuerit et in terram suam redierit, et eam transmittet usque ad introitum imperii, si eam recipere voluerint; et si noluerint, erit absolutus. Item si promissio de Henrico quondam duce Saxonie completa non fuerit,* 50 *milia marcharum, que residua sunt, solventur infra* 7 *menses postquam dominus rex in terram suam redierit. Cum autem rex liberatus fuerit et*[d] *redire voluerit, imperator dabit ei conductum per terram suam usque ad fines imperii sui et in portu illo, ubi mare intrabit, quamdiu ibi stabit, donec prospero vento recedat. Preterea ea omnia, que tam in his quam in aliis familiaribus literis sigillatis sigillis imperatoris et regis super contractibus qui inter eos ordinati sunt*[e], *uterque pro parte sua rata et firma habebit et bona fide observabit.*

Quod cum rex Francie audisset, statim mandavit comiti Iohanni, ut ipse sibi caveret, quia diabolus iam solutus erat. Comes autem Iohannes sciens hoc de rege fratre suo dictum fuisse, statim transfretavit de Anglia in Normanniam et adhesit regi Francie, non ausus expectare adventum regis fratris sui in Angliam. . . . . . .

Ricardus rex Anglie, dum adhuc esset in captione Romanorum imperatoris, . . . Henrico abbati Glastinbiriensi[f] dedit episcopatum Vigornensem et predicto Savarico[5] Batoniensi episcopo dedit abbatiam de Glastinbiri[g. 6] . . . . . .*

*) *De Savarico haec annotavit Canonicus Wellensis, qui saec. XV. de episcopis Bathoniensibus et Wellensibus scripsit, in Henrici Wharton Anglia Sacra I, p. 562; cf. p. XXXVIII:* Savaricus quintus episcopus Bathoniensis successit annis 12. Qui fuit consanguineus Henrici imperatoris Alemannie, qui regem Anglie

a) marcharum, *sed littera* h *linea perducta deletur* 1. b) *al. manu in marg.* 1. c) fecerit *sed corr.* 1. d) rex *add.* 4. 5. e) continentur *supplendum censet Pertz, LL. II, p.* 196; *et certe vocabulum deest.* f) Glastingber. 5. g) Glastingbiri 3; Glastingburi 5.

1) Eleonoram. 2) Isaac Comnenum. 3) Ap. Stumpf, Reg. nr. 4822. Iam prodiit ex editione Savileana Legum t. II, p. 196. 4) Ricardus, ut Henricum Leonem imperatori aut subiiceret aut certe reconciliaret, evocatus esse videtur; cf. Toeche p. 283. 5) De quo v. G. Henrici supra p. 108. 6) Glastonbury in com. Somerset. Savaricus a. 1199. contendit *coram Innocentio, quod Ricardus rex Anglie dederat ei abbatiam Glastonie et postea abstulerat iniuste.* Hoveden ed. Stubbs IV, p. 85.

Eodem tempore, cum Ricardus rex Anglie in reditu suo a terra Ierosolimitana captus 1193.
esset et in Alemannia detentus et iam inter imperatorem et ipsum de se per pecuniam redimendo convenerat, ipsi archiepiscopo[a.1] terre sue custodiam precipue et corporis sui liberationem litteris suis commisit. . . . . . .

Philippus rex Francie duxit sibi in uxorem Botildam, filiam Waldemiri regis Dacorum.

Eodem anno Philippus rex Francie desponsavit sibi Botildam[b.2], filiam Waldemeri quondam regis Dacorum, sororem etiam[c] Cnut regis Dacorum modo[3] regnantis, mense[4]

redeuntem e Terra Sancta per Leopoldum ducem Austrie captum in carcere diu detinuit minus iuste. Hic obtinuit ab imperatore[5], quod idem rex aliter non deberet carcere liberari, nisi prius eidem Savarico et successoribus suis concederet monasterium Glastonie in excambium pro civitate Bathonie. Et cum rex[d] gravissimam pro sua libertate redemptionem plenarie solutam ac extunc diram incarcerationem et annualem perspiceret, se non posse aliter e carcere liberari, nisi votis imperatoris annueret in hac parte, misit pro abbate Glastonie; qui in Alemanniam ad dominum regem accessit, et episcopatu Wigornie ei collato, Savaricus abbathiam Glastonie obtinuit. . . . . . .

In Historia Glastoniensi ab Adam de Domerham s. XIII. ex. inde ab a. 1126, *quo Willelmus Malmesburiensis finerat, usque ad a.* 1290. *perducta de eadem re (ed. Th. Hearne e cod. s. XIV. Oxonii* 1727, *p.* 352*) haec leguntur:* Ricardus iter Ierosolimitanum arripuit anno secundo regni sui et ibidem aliquamdiu 1190.
bella Domini viriliter preliavit. Qui anno quinto regni sui rediens, a duce Ostricensi captus, 1192.
postea imperatori Alemannie velut eiusdem ducis principi ac domino reddebatur. Rege itaque 1193.
in Alemannia in vinculis detento, Savaricus circa imperatorem, cuius se gessit consanguineum et exstitit cancellarius, conversatus, episcopatum Bathoniensem optinuit a rege memorato, eo quod eidem multa impenderet humanitatis obsequia. Et cum videretur eidem S[avarico] episcopatum non sibi sufficere, eo quod vir ambiciosus esset et prodigus, supplicavit imperatori, ut monasterium Glastoniense in suo episcopatu situm concedi sibi a rege Ricardo impetraret, in ipsius usus episcopi convertendum. Ad preces vero et ad instanciam imperatoris rex in arto positus hoc concessit, licet invitus, maximam partem regni sui, si ab eo peteretur, sic concessurus, ut idem a vinculis absolutus postea testabatur, data tamen ab inicio prefato regi villa Bathoniensi in excambium pro abbacia. *[Columnam unius paginae penitus erasit quispiam. HEARNE].*

Ut autem liberius et cicius modo suo monasterium Glastoniense invaderet et subverteret, Savaricus machinatus est, Henricum abbatem sub spe magne promocionis in Alemanniam ad
regem accersiri. Qui statim, parum videlicet ante festum beati Petri ad Vincula, Eustachium Cumin Aug. 1.
monachum et Ricardum de Deverel laicum inter alios secum adduxit. Cum autem accessisset
ad regem apud Hagenoy in die sancti Egidii, receptus est ab eo in osculum pacis, hec dicente: Sept. 1.
'Si prius venisses, care cognate, prius liberatus fuissem, et si cito debeo liberari, oportebit me dare Savarico in augmentum episcopatus sui abbaciam Glastoniensem. Ad hoc enim artat me
imperator, procurante hoc Savarico, qui dicitur eius consanguineus' . . . Cito post festum sancti Sept. 29.
Michaelis rediit Glastoniam. . . . . . . Savaricus . . . pro eodem negocio ad Celestinum papam[6] iam senio confectum nuncios misit speciales et potentes. . . . Monachi . . . perturbati regem Ricardum iam a vinculis solutum et versus Angliam iter arripientem expectabant; qui eodem anno
in quadragesima in Angliam veniens, . . . postea in Normanniam transfretavit, quasi anno regni 7. 1194. Mart. 13.
Ad quem missi sunt iterum eodem anno duo monachi . . .; quibus rex benigne respondit, quod . . . multum doleret super illo facto, quod vi metuque mortis fecerat coactus . . . . . .

Monachi . . . dicebant, se . . . impetrasse . . . litteras eciam pape Innocencio dirigendas, 1198.
. . . quod idem rex in carcere imperatoris constitutus vi et metu mortis ad improbam imperatoris instanciam de abbacia illam fecerat concessionem; . . . consimiles eciam litteras dicitur pape Celestino pridem transmisisse; . . . litteras eciam patentes cardinalibus . . . destinavit hac forma:

a) Eboracensi *add.* 3. b) *spatium vacat* 2, *ubi postea* Ingeburga *nominatur.* c) *deest* 3. 5. d) post *supplendum videtur.*

1) Gaufrido Eboracensi. 2) Alias Ingeburga vocatur. 3) Haec igitur scripta videntur ante obitum Canuti VI. a. 1202. 4) Potius d. 14. m. Aug. 5) Cf. inter Epp. Cantuar. ed. Stubbs nr. 402: *Ricardus Dei gratia rex Angliae etc. priori et conventui Cantuariensi . . . Noveritis, litteras de . . . voluntate nostra prodiisse, quas vobis pro . . . Bathoniensi episcopo dereximus . . . Si quid honoris aut dignitatis eidem per vos . . . accresceret, gratum nobis plurimum fieret . . . Apud Wermeseiam* 28. *die Maii [*1193*].* Sed specie tantum Savarico primatum Angliae sectanti, utpote Henrici VI. consanguineo, gratificatus, scripsit rex (ib. nr. 403): *Ricardus . . . matri suae Alienorae . . . Mandamus vobis, quod . . . efficiatis, quod . . . Hubertus Saresberiensis episcopus in Cantuariensem archiepiscopum eligatur . . . Mandatum . . . pro cancellario vel pro Bathoniensi episcopo . . . cassamus: . . . dum in custodia tenemur, oportet nos precibus magnorum virorum cedere et pro quibusdam supplicare, quos nullatenus promovere vellemus . . . Apud Wermesiam* 8. *die Iunii [*1193*].* 6) Affert p. 361 sqq. Coelestini III. privilegia Savarico 1196, Maii 10, Iun. 26. 28. data, quae ap. Jaffé desunt.

1193. Septembris apud Amiens sabbato et in crastino fecit eam coronari et consecrari in reginam Francie coram nunciis regis Dacorum, qui eam ad eum duxerant, scilicet ea intencione, quod predictus rex Dacorum veniret in Angliam cum navali excercitu. Sed in crastino prime noctis, qua predictus rex Francie illam uxorem suam cognoverat, voluit eam dimittere secreti sui conscius; et cum ipse vellet eam tradere in manus nunciorum fratris sui ad reducendam in patriam suam, noluerunt eam recipere, sed abeuntes cum festinacione, reversi sunt in regiones suas; et illa remansit in custodia regis Francie, mariti sui. Et paulo post factum est inter illos divorcium per Willelmum Remensem archiepiscopum et per sacramentum Reginaldi Carnotensis et Philippi Belvacensis episcoporum et per sacramentum Roberti comitis de Drues et comitis de Nevers[a.1] et Walteri camerarii regis Francie et aliorum multorum, qui iuraverunt, quod predicta filia regis Dacorum erat consanguinea comitis[2] de Hainou, cuius filiam[3] idem rex Francie uxorem habuerat. Sed idem rex Francie hoc fecit fieri, ut acciperet sibi in[b] coniugem filiam . .[c.4] comitis palatini de Reno[5] in Alemannia, avunculi supradicti Henrici Romanorum imperatoris. Que cum regi Francie a patre et aliis parentibus suis esset concessa, refutavit eum et consilio matris[6] sue nupsit Henrico[7] duci Saxonie, nepoti Ricardi regis Anglie.

Interim Walterus Rothomagensis archiepiscopus et ceteri iusticiarii Anglie ceperunt ad redempcionem regis de unoquoque feodo militis 20 solidos et quartam partem universorum laicorum reddituum et omnes ecclesiarum calices et ceteros ecclesiarum thesauros. Episcopi vero quidam ceperunt de clericis quartam partem reddituum suorum et quidam decimam partem ad redempcionem predicti regis. Similiter factum est per omnes terras regis transmarinas; et sic infinitam adquisierunt pecuniam. Deinde venerunt Lundonias nuncii imperatoris et receperunt ibi maximam partem redemptionis regis in pondere et mensura et tradiderunt eam sub sigillorum suorum testimonio illis qui illam deferrent usque ad fines imperii periculo regis Anglie.

De terris quas imperator dedit Ricardo regi Anglie pro homagio suo.

Preterea predictus imperator dedit regi Anglie et carta sua confirmavit has terras subscriptas: scilicet Provenciam[d] et Vianam et Vianeis[e] et Marsiliam et Nerbonam et Arle-le-blanc et Leun supra Rodanum usque ad Alpes et quicquid imperator habet in Burgundia et homagium regis Arragonie et homagium comitis de Disders[8] et homagium comitis de Sancto Egidio. Et est sciendum, quod in his terris sunt 5[9] archiepiscopatus et 33[f.10] episcopatus. Et est sciendum, quod supradictus imperator numquam predictis terris et hominibus dominari potuit, neque ipsi aliquem dominum ad presentacionem imperatoris recipere voluerunt. Rex autem Anglie statim misit in Angliam pro Alienor regina, matre sua, et pro Waltero Rothomagensi archiepiscopo et pro aliis multis, ut venirent ad eum in Alemanniam, et constituit Hubertum Cantuariensem archiepiscopum summum iusticiarium in Anglia. Interim[11] Henricus Romanorum imperator per consilium principum imperii sui statuit

> . . . *Nostre . . . capcionis tempore, dum Alemannia nos tenens in vinculis nostrum nobis impediret arbitrium, Bathoniensis episcopus a nobis invitis quidem et coactis extorsit et per consanguinitatem qua*[g] *cum imperatore H[enrico] se iunctum esse dicebat, per ipsius imperatoris impetravit potenciam*[12], *ut in ipsam abbaciam sedem transferret episcopalem . . . Apud Rupem Andel*[13],
> 1198. Oct. 29. 29. *die Octobris* . . . . . .

a) Neverz *corr.* Nevers 1. b) *deest* 3. 5. c) *spatium vacat* 1. d) Provinciam *sed corr.* 1. e) Vienais *sed corr.* 1. f) 23 3; 24 5. g) quam *c.*

1) Petri. 2) Baldwini V, cuius abavus Baldwinus VI. comes Flandriae erat frater Roberti Frisonis, cuius filia Alix Carolum Bonum peperit a s. Canuto IV, fratre Erici Eiegod, avi Waldemari I. 3) Elisabeth. 4) Agnetem. 5) Conradi, fratris Friderici I. 6) Irmengardis. 7) Filio Henrici Leonis, postea comiti palatino, quem Angli fere semper ducem Saxoniae appellant. 8) Die. 9) Potius 7: Lugdunum, Bisuntio, Tarantasia, Vienna, Ebredunum, Aquae, Arelate. 10) Potius 31; sed fortasse Ebredunum et Bisuntio inter episcopatus numerantur. 11) Fortasse 25. Nov.; Toeche p. 286. 12) Similia saepius repetuntur litteris a Glastoniensibus et Iohanne rege et baronibus et ecclesiis Angliae papae et cardinalibus missis, ib. p. 427 sqq.; demum a. 1218. Glastonia pristinae libertati reddita est; cf. Potthast, Reg. pontif. nr. 5807. — Iohannes monachus Glastoniensis, qui Adami opus s. XV. in. transscripsit vel potius excerpsit et usque ad a. 1400. continuavit, hoc loco (ed. Hearne, Oxon. 1726, p. 186) nihil novi attulit. 13) Les Andelys ad Sequanam (dép. Eure).

Ricardo regi Anglie diem liberacionis sue a secunda feria post diem natalis Domini in 1194. Ian. 17. tres septimanas; unde idem rex Anglie in hac forma scripsit Huberto Cantuariensi archiepiscopo:

Epistola Ricardi regis Anglie ad Hubertum Cantuariensem archiepiscopum de liberacione sua.

Ricardus Dei gratia rex Anglie et[a] dux Normannie et Aquitannie et comes Andegavie venerabili patri in Christo et amico carissimo Huberto eadem gratia Cantuariensi archiepiscopo salutem et sincere dileccionis plenitudinem. Quoniam certi sumus, quod liberacionem nostram plurimum desideratis, et quod liberacio nostra admodum vos letificat, iccirco volumus, quod leticie nostre particeps sitis. Inde est, quod dileccioni vestre dignum duximus significare, dominum imperatorem certum diem liberacionis nostre nobis prefixisse in diem lune proximam post vicesimam diem natalis Domini; et die dominica proximo sequenti coronabimur de regno Pro- Ian. 17. Ian. 23. *vincie[1], quod nobis dedit. Unde mittimus in Angliam litteras domini imperatoris super hiis patentes vobis et ceteris amicis nostris et benivolis; vos autem interim pro omni posse vestro quos scitis nos diligere consolari velitis et quos scitis promocionem nostram desiderare. Teste me ipso apud Spiram 22. die Decembris[b].* 1193 Dec. 22.

Epistola Henrici Romanorum imperatoris ad magnates Anglie de liberatione Ricardi regis Anglie.

Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis suis archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, militibus et universis aliis fidelibus Ricardi illustris regis Anglie gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre duximus intimandum, quod dilecto amico nostro Ricardo illustri regi Anglorum, domino vestro, certum diem liberacionis sue statuimus a secunda feria post diem nativitatis Domini in tres septimanas apud Spiram sive apud 1194. *Wermaciam; et inde in septem dies[c] posuimus ei diem coronacionis sue de regno Provencie,* Ian. 17. Ian. 23. *quod ei promisimus; et hoc certum habeatis et indubitatum. Nostri siquidem propositi est et voluntatis, prefatum dominum vestrum sicut amicum nostrum specialem promovere et magnificencius honorare. Datum apud Gheallusam[d,2] vigilia beati Thome apostoli[e].* 1193. Dec. 20.

. . . . . . Eodem anno Berengera regina Anglie et Iohanna quondam regina Sicilie et filia imperatoris Cypri[f] venerunt Romam[g] sub custodia Stephani de Turneham, et a domino papa Celestino et nobilibus Romanis honorifice sunt suscepte, et moram fecerunt ibi fere per dimidium anni spacium propter metum imperatoris. Et cum inde recessissent, tradidit eas dominus papa in conductu magistri Meillur[h,3] cardinalis[4] ,et perrexerunt usque Pisam, deinde usque Ieneues, deinde usque Marsiliam. Apud Marsiliam suscepit eas rex Arragonie[5] et exhibuit eis omnem honorem et reverenciam et conduxit eas usque ad fines regni sui; et comes de Sancto Egidio[6] conduxit eas per terram suam; et sic pervenerunt Pictavim.

Quintus annus regni Ricardi regis Anglie.

Anno gratie millesimo centesimo nonogesimo quarto, qui erat secundus annus capcionis Ricardi regis Anglie, idem Ricardus fuit adhuc in capcione Henrici Romanorum imperatoris in Alemannia apud Spiram die natalis Domini, que sabbato evenit; et ibi mansit 1193. Dec. 25. usque ad tempus liberacionis sue, quod statuerat ei imperator, videlicet a secunda feria[e] post diem nativitatis Domini in tres septimanas. Cumque imperator venisset illuc una cum 1194. Ian. 17. archiepiscopis, episcopis et ducibus et magnatibus imperii sui et diu tractasset de liberacione regis Anglie, venerunt ad imperatorem nuncii regis Francie et nuncii comitis Iohannis, fratris regis Anglie, et optulerunt imperatori ex parte regis Francie quinquaginta milia marchas argenti et ex parte comitis Iohannis 30 milia marchas argenti tali condicione, ut ipse regem Anglie teneret in capcione sua usque ad festum sancti Michaelis[i] proxime se- Sept. 29. quens; aut, si imperator mallet, darent ei in fine uniuscuiusque mensis, quamdiu ipse regem Anglie in capcione sua teneret, mille libras argenti; aut, si imperator mallet, rex Francie daret ei centum milia marcharum argenti, et comes Iohannes daret ei quinquaginta milia

a) *deest St.* b) *deest* 4; Septembris *manu rec. super rasuram* 5, *quem errorem Brial nota correxit.* c) *deest* 3. 4. 5. d) Theall. 1. 2. 8. e) *deest* 4. f) de Cypre 3. 4. 5. g) et *add.* 3. 4. 5. h) Mellur *sed corr.* 1; Melur 4. i) archangeli *add. ed. Sav.*

1) An Ricardus unquam coronatus sit, quaerit Toeche p. 297. 2) Gelnhausen, ap. Stumpf, Reg. nr. 4843. 3) Melioris. 4) SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii. 5) Alfonsus II. 6) Raimundus V, cuius filius Raimundus VI. a. 1196. Iohannam uxorem duxit.

marcharum argenti tali condicione, ut ipse traderet eis regem Anglie vel saltem in capcione Ioh.ev 11,36 sua teneret ab illo tempore per spacium unius anni. Ecce quomodo amabant eum! Quibus auditis, imperator distulit diem liberacionis[a] regis Anglie et alium diem liberacionis sue 1194. Febr. 2. statuit ei in purificacione sancte Marie apud Maguntum[b]. . . . . . .

De colloquio inter imperatorem et Ricardum regem Anglie[1].

Interim Henricus Romanorum imperator cum magnatibus imperii sui et Ricardus rex Anglie cum Alienor regina, matre sua, et Waltero Rothomagensi archiepiscopo et Willelmo Eliensi episcopo, cancellario suo, et Savarico Batoniensi episcopo convenerunt apud Maguntum[c] in purificacione beate Marie; et celebrato ibi concilio de liberacione regis Anglie, imperator voluit a pacto resilire propter cupiditatem pecunie, quam rex Francie et comes Iohannes ei obtulerant. Et adducens secum nuncios regis Francie et nuncios comitis Iohannis, de quorum numero erat Robertus de Nunant, frater Hugonis Coventrensis episcopi, tradidit regi Anglie literas regis Francie et comitis Iohannis legendas, quas ipsi miserant contra liberacionem illius. Quibus visis et lectis, rex plurimum turbatus est et confusus, desperans de liberacione sua. Convenit ergo[d] super hoc Maguntinum[e.2] et Coloniensem[3] et Saxeburcensem[4] archiepiscopos et Wermaicensem[5] et de Spire[f.6] et de Legis[7] episcopos et de Suave[8], fratrem imperatoris, et de Ostricio[9] et de Luvain[10] duces et comitem palatinum de Reno[11] et ceteros magnates imperii, qui constituti fuerant ex parte imperatoris fideiussores inter illum et regem Anglie super pactis inter illos contractis.

De liberacione Ricardi regis Anglie.

Qui audacter introierunt ad imperatorem et plurimum increpaverunt eum de cupiditate sua, qui ita impudenter a pacto suo resilire volebat, et effecerunt adversus eum, quod ipse liberum et quietum dimisit regem Anglie a capcione sua; ita tamen, quod rex Anglie tradidit imperatori Walterum Rothomagensem arciepiscopum[g] et Savericum Batoniensem episcopum et Baldewinum Wac[12] et alios multos[13] filios comitum et baronum suorum obsides de residuo pecunie redempcionis sue et de pace servanda imperatori et imperio suo et omni terre sue dominacionis. Et Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi tradiderunt eum Febr. 4. in manu Alienor, matris sue, liberum et quietum ex parte imperatoris pridie Nonas Februarii, cf. Ps. 41, 1. feria 6, die Egypciaca, quam moderni diem malam vocant; et sic in die mala liberavit eum Dominus. Cum autem idem rex rogaret Robertum de Nunant, fratrem Hugonis Coventrensis episcopi, ut pro illo obses esset, respondit Robertus, quod ipse erat homo comitis Iohannis, et ideo noluit pro ipso obses esse. Unde rex iratus precepit illum capi et in carcerem mitti, et factum est ita. Eodem vero die, quo rex liberatus fuit de capcione imperatoris, misit Salt de Bruil[h.14] in terram Sulie ad Henricum comitem Campanie, nepotem suum, et ad alios christianorum principes, mandans eis diem liberacionis sue, et quod ipse, si Deus fecerit ei vindictam de inimicis suis et pacem dederit, veniet ad terminum statutum ad succurrendum illis contra paganos. Promisit etiam predicto Salt de Bruil, quod 40 libratas terre daret ei in reversione sua de terra Sulie. Eodem die rex summonuit per literas suas Hugonem Coventrensem episcopum, quod ipse veniret in curia sua et staret iudicio episcoporum in eo quod ipse episcopus erat, et iudicio laicorum in eo quod ipse de eo laicalem tenuerat bailliam, super his que adversus eum loqueretur. Eodem die Romanorum imperator et archiepiscopi et episcopi et duces et comites imperii, facto communi scripto et sigillis suis appositis, mandaverunt[15] regi Francie et comiti Iohanni, quod statim visis literis illis redderent regi Anglie castella, civitates, municiones, villas et predia et alia universa que ipsi super eum ceperant, quamdiu ipse in capcione imperatoris fuerat; et nisi fecerint, scirent pro certo, quod ipsi iuvarent regem Anglie pro posse suo ad recuperandum omne quod amiserat.

a) sue *add.* 4. 5. b) Mang. 4. 5. c) Mang. 3. 4. 5. d) per consiliarium suum *add. ed. Sav.* e) Mang. 5. f) Spir 4. 5; Spira 2. g) *deest* 5. h) nuncium quendam *add. Sav.*

1) Cf. Toeche p. 295. 2) Conradum. 3) Adolfum. 4) Adalbertum Iuvavensem. 5) Henricum. 6) Ottonem. 7) Simonem de Limburg. 8) Conradum. 9) Leopoldum V. 10) Henricum. 11) Conradum. 12) Occurrit ap. Hov. III, p. 14. 13) Nomina v. ap. Toeche p. 297; de Ottone IV. obside cf. Ficker, Reg. Imp. V, p. 52. 14) Saut de Bruill occurrit in Rotulis litterarum clausarum a. 1205, ed. Hardy p. 23. 15) Stumpf, Reg. nr. 4847.

De homagiis[1] factis Ricardo regi Anglie a magnatibus Alemannie.

Deinde rex Anglie promisit et cartis suis confirmavit quibusdam archiepiscopis et episcopis et ducibus et comitibus et baronibus[a] multis de imperio redditus annuos[b] pro homagiis et fidelitatibus et auxiliis eorum contra regem Francie. Recepit itaque homagium de archiepiscopo Maguntino et de archiepiscopo Coloniensi et de episcopo[2] de Legis et de duce Ostricii et de duce de Luvain et de marchiso[3] de Munferrat et de duce de Nemburc[4] et de duce Suavie, fratre imperatoris, et de comite palatino de Reno et de filio comitis de Henou et de comite[5] de Holande et de aliis multis, salva fidelitate imperatoris*. 1194.

*) *Hoc loco versus mag. Galfridi de Vino-salvo ad imperatorem pro liberatione regis Angliae Ricardi missos*[6], *a Martene et Durand, Vett. SS. Coll. I, c.* 1000. *e cod. Elnonensi (iam Valencenensi nr.* 232 *bis) editos, apponere libet:*

Imperialis apex, cui servit poplite flexo
Roma, caput mundi, cuius prudentia remus
Totius imperii, qui plenus nectare dulci
Musarum redoles conditus aromate morum,
Pace tua paucis loquar hic: cum plurima possis,
Posse modum servare velis; hoc imprime menti!
Quando nocere potes, noli! Satis est potuisse;
Posse nocere nihil[c]. Facies quod postmodo velles
Non fieri? Sit mens precauta, preambula facti!
Nonne vides si vera[d] noces in principe nostro?
'Et crucis est servus et Christi miles et ensis
Totius ecclesie: devotio talis amorem,
Non odium, laudem, non culpam, premia poscit,
Non penam. Toleres igitur, qui cetera vincis,
Te vinci, vertique velis regemque reverti!
Flos et apex cleri solita dulcedine stillent!
Predulcis ex corde favi mihi porrige partem
De mellis dulcore tui; pro principe nostro
Supplico: sum minimus, es maximus; attamen esto
Flexilis, et stet ei melius ratione petentis[7]!

Cf. quoque quae Peire Vidal[8], *unus clarissimorum poetarum Provincialium qui Trovatores dicuntur, de Ricardo capto et Henrico VI. cecinit (ed. Bartsch p.* 13*):*

Mas al derrier sospir
Ja noil valra feunia
Plus que fetz don Enric,
Quan camjava nessic
El bon Richart, auzic
E Deu, que n'envazic[9].

2. *Ib. p.* 44*:*

Et[10] anc pos lo guitz de Dieu frais,
Non auzim pois l'emperador
Creisser de pretz ni de barnat.
Mas pero, s'oimais laiss'en fat
Richart, pos en sa preizon es,
Lor esquern en faran Engles.

3 *Alio carmine idem poeta in linguam gentemque Teutonicam vehementissimo odio inflammatus, Ricardum ad imperium invadendum stimulavit; ib p.* 76*:*

A[11] mon dan get Alamans e Ties;
E sim creira Richartz reis dels Engles,
En breu d'ora tornara per sas mas
Lo regisme de Palerm 'e de Friza;
Car lo conquis la sua rezemsos.

a) et *add.* 3. 4. 5. b) annuo 4. 5. c) *fortasse legendum est.* nocere. Nihil facies q. p. v. non fieri. d) *ita ed.*

1) Cf. Giselbert., SS. XXI, p. 583. 2) Simone electo. 3) Bonifacio, qui a. 1197. a Ricardo 800 libras sicut feodum recepit. Cf. Stapleton, 'Norman Rolls' II, p. XIV, 301. 4) Limburg. 5) Theodorico VII. 6) Inveniuntur coniuncti cum Poetria Novella Innocentio III. inscripta, de qua cf. Stubbs, Itinerarium Ricardi I, praef. p. XLVIII. 7) Petrus Blesensis ed. Giles IV, p. 343. versibus acerrimis in Henricum VI. et Leopoldum V. invehitur. 8) Cf. Diez (ed. Bartsch), 'Leben der Troubadours' p. 141. 9) 'Sed in ultimo suspirio numquam ei valebit perfidia plus quam fecit domino Henrico, quando mutabat [scil. a duce Austriae?] innocentem [? ἅπαξ λεγόμενον; TOBLER] et bonum Ricardum; audivit et Deus, ut eum invaserit'. 10) 'Et unquam ex quo conductum Dei fregit, non audivimus deinde, imperatorem crescere pretio nec nobilitate. Sed nihilominus, si posthac dimittit stulte Ricardum, cum in sua captivitate sit, suam derisionem inde facient Angli'. 11) 'Pro nihilo abiicio Alemannos et Teutonos; et si mihi credet Ricardus rex Anglorum, in brevi tempore evertet per suas manus regnum Panormi et Frisiae; nam id expugnavit sua redemptio'.

1194. De recessu Ricardi regis Anglie a capcione imperatoris.

Et est sciendum, quod rex Anglie fuit in capcione imperatoris per spacium unius anni et sex ebdomadarum et 3 dierum. Liberato autem rege, omnes qui aderant pre gaudio lacrimati sunt. Deinde imperator tradidit regi salvum conductum usque ad[a] portum de Amvers. Cumque rex Coloniam[1] venisset, archiepiscopus Colonie recepit eum cum gaudio
Act. 12, 11. et pro exultacione liberacionis illius celebravit missam in hunc modum: *Nunc*[2] *scio vere, quia misit Dominus angelum suum et eripuit me de manu Herodis et de exspectacione plebis Iudeorum* etc. Et cum rex inde recederet, predictus archiepiscopus conduxit eum usque ad portum de Amvers, ubi Renus[3] fluvius cadit in mare; et illuc convenit multitudo navium, que de Anglia venerant contra regem; et portus ille de Amvers est in terra ducis de Luvain. Quo cum rex venisset, intravit galeam Alani Trenchemer[4], ut cum ea facilius transiret inter insulas; singulis autem noctibus exiens de galea illa intravit navem magnam et pulcerrimam, que venerat de Rie[5], et in ea iacuit in nocte, et in die rediit ad galeam, donec perveniret ad portum de Swiene, qui est in Flandria in terra comitis de Henou, et fecit quatuor dietas a portu de Anvers usque ad portum de Swine[b]. Et in portu de Swine fecit moram quinque dierum, et 6. die circa horam terciam recessit a portu de Swene, et in crastino post horam diei nonam applicuit in Angliam apud Sandicum[6] portum die dominica
Mart. 13. 3.[7] Idus Martii. . . . . . .

Apr. 17. Septima decima die mensis Aprilis . . . Ricardus rex Anglie vestimentis regalibus indutus, coronam auream habens in capite, processit de thalamo suo[8] coronatus[9] . . . . .

Henricus Romanorum imperator iterum intravit Apuliam cum exercitu.

Eodem anno Rogerus, filius Tankredi regis Sicilie, quem pater suus coronari fecerat in regem Sicilie, qui etiam filiam Chursac imperatoris Constantinopolitani[10] in uxorem duxerat, obiit. Quo defuncto, Tankredus rex[11] fecit Willelmum, filium suum, fratrem predicti[c] Rogeri, in regem Sicilie coronari, et paulo post predictus Tankredus obiit. Quo audito[d], Henricus Romanorum imperator, magno congregato excercitu, intravit Apuliam in principio[12] mensis
Aug. Sept. Augusti et eam sibi subiugavit et 15 diebus ante festum sancti Michelis[13] cepit Salernum per vim. Et quia Salernitani prodiciose egerant adversus eum, ut supra[14] dictum est, tradentes Constanciam imperatricem in manu regis Tankredi, in vindictam illius proditionis omnes illius civitatis potenciores aut morti tradidit aut in exilium dampnatos relegavit et uxores et filias eorum exposuit excercitui. Et invenit in turre maiori magnum thesaurum valentem ducenta milia unciarum auri; et excercitus eius factus est dives ex spoliis Salernitanorum. Deinde perrexit[e] imperator ad civitatem Melfe[15], que statim reddita est ei; et dum ipse ibi moram fecit, reddite sunt ei omnes civitates Apulie, ex quibus ipse tres sub-
Nov 1. vertit, scilicet Salernum et Spinchole[16] et Policor[17]. Deinde ante festum omnium sanctorum venit in Siciliam usque Messanam[f] cum tanta gloria et honore, quod non est auditum, quod aliquis umquam antea gloriosius vel honorificencius illam[g] terram intraret. Et ipse ibi honorifice susceptus est ab archiepiscopis et episcopis et comitibus et baronibus regni Sicilie, et recedens inde, perrexit Panormum. Quo cum venisset, regina[18] Sicilie, quondam uxor Tankredi regis, et Ricardus de Therne[19], frater eius, tradiderunt ei palacium regis Sicilie et Willelmum regem, filium regis Tankredi, et uxorem . .[h, 20] Rogeri regis, filiam Chursac imperatoris Constantinopolitani, et thesaurum auri et argenti inestimabilem, quem reges Sicilie thesaurizaverant sibi. Deinde tradite sunt ei omnes civitates et munitiones regni Sicilie; et Margaritus admiralis tradidit ei castrum de portu Panormi, et imperator dedit ei ducatum de Duraz et principatum de Tarenta[21] et principatum maris. Venerunt etiam ad predictum Romanorum imperatorem omnes pagani et Iudei, qui erant in regno Sicilie, et

a) *deest* 5. b) Sweine 4; Swiene 5. c) regis *add. St.* d) Audita itaque morte Tancredi regis Siciliae 2. e) rex *add.* 5. f) civitatem *add. St.* g) ter. il. *St.* h) *spatium vac.* 1.

1) De privilegio Coloniensibus eo tempore dato cf. Toeche p. 298. 2) Introitus festivitatis S. Petri ad vincula. Erat autem dies, ut videtur, 22. m. Febr., id est S. Petri Cathedra. 3) Potius Scaldis. 4) Cf. supra p. 161. 5) Rye in com. Sussex. 6) Sandwich in Cantia. 7) De hoc die paululum dissentiunt historici. 8) Wintoniae. 9) Ne dignitas regalis ab Henrico VI. diminuta esse videretur; cf. Stubbs, 'Constit. History' I, p. 504. 561. 10) Irenem; v. supra p. 101, n. 14. 11) Post mortem Tancredi Willelmum coronatum esse, monstrat Toeche p. 323. 12) Potius m. Aug. ex.; cf. ib. p. 334. 13) Potius Sept. 17; ib. p. 335. 14) Pag. 157. 15) Amalfi. 16) Spinazzola; cf. Toeche p. 336. 17) Policoro, ib. 18) Sibylla. 19) Acerra. 20) V. supra ann. 10. 21) Hic potius Willelmo III. concessus est; cf. Toeche p. 339.

satisfacientes illi, remanserunt in regno, unusquisque in locum suum sub ea conditione qua ante fuerat. Deinde imperator fecit se et Constanciam imperatricem[1], uxorem suam, coronari[2] in civitate Panormi, presentibus et consencientibus archiepiscopis et episcopis et principibus regni. Deinde[3] imperator fecit effodi a terra corpora Tankredi regis et Rogeri, filii eius, regis et spoliavit eos coronis et sceptris et ceteris regalibus ornamentis, dicens, quod ipsi non erant de iure reges, immo regni invasores et violenti detentores. Deinde imperator dedit Philippo, fratri suo, duci de Suave prefatam filiam Chursac imperatoris Constantinopolitani in uxorem et Willelmum regem, filium Tankredi regis, excecavit et ementulavit[4]. 1194.

Eodem anno[5] cives Romani elegerunt 56 senatores et constituerunt eos supra se; prius enim habebant unum solum senatorem, qui cognominatus erat Benedictus Carushomo, qui regnavit super eos duobus annis; et deinde habuerunt alium senatorem, qui vocatus est Iohannes Capuche, qui similiter regnavit super eos aliis duobus annis; in quorum temporibus melius regebatur Roma quam nunc temporibus 56 senatorum. . . . . . .

Eodem anno Iohannes Belesmeins[a, 6] archiepiscopus de Liuns supra Rodanum deposuit se de archiepiscopatu suo, et contentus reditibus centum librarum esterlingorum pertinentibus ad archiepiscopatum de Liuns, in domo Clarevallensi vitam immaculatam, Deo et hominibus placentem, usque ad consummationem vite sue duxit.

De[b] plagis quibus Dominus flagellavit Limpoldum ducem Austrie.

Eodem anno, cum Limpoldus dux Austrie adhuc permaneret in sentencia excommunicationis[7], quam dominus papa in eum tulerat propter captionem Ricardi regis Anglie, nec peniteret, flagellavit Dominus terram suam[c] in hunc modum[8]: In primum[d] quidem incense sunt omnes civitates terre sue, nec alicui nota fuit causa incendii; secundo ex inundatione Danubii fluvii submersa est quedam terra adiacens, in qua decem milia hominum vel eo amplius perierunt; tercio, cum in media estate soleat et debeat omnis terra virere, tota terra eius tunc temporis contra solitum cursum et debitum exaruit; quarto, cum semina frugum deberent in herbam processisse, in vermes conversa sunt; quinto nobiliores terre sue mortalitate percussi sunt. Et quamvis tot et tantis flagellasset Dominus terram suam plagis, noluit tamen penitere, sed induratum est cor eius adeo, quod ipse iuravit, quod omnes obsides regis Anglie, quos ipse habebat, capitalem subirent sentenciam, nisi in proximo perficerentur ei a rege Anglie omnes conventiones[9] quas cum illo fecerat. Unde factum est, quod Baldewinus de Betun[10], qui unus erat ex illis qui dati fuerant duci Austrie pro redempcione regis Anglie obsides, ex communi obsidum consilio missus est ad regem Anglie ad indicandum ei ducis propositum. Qui cum venisset, misertus illorum rex, tradidit ei rex sororem[11] Arturi ducis Britannie et filiam imperatoris Cypri[12] ad ducendum eas usque ad ducem Austrie, sororem scilicet Arturi ad maritandam filio ducis Austrie et filiam imperatoris de Cypro tradendam in manu ducis Austrie quietam. . . . . . .

Anno gratie 1195. . . . Die[e] natalis Domini Henricus Romanorum imperator fuit in Sicilia apud Panormum coronatus corona regni Sicilie[13]. 1194. Dec. 25.

De ultima plaga quam Dominus fecit Limpoldo duci Austrie.

Eodem anno, die sancti Stephani prothomartiris infra natale Domini, cum induratum esset cor Limpoldi ducis Austrie nec propter predictas plagas, quas Dominus fecit terre sue, posset adhuc emolliri, flagellavit Dominus corpus suum in hunc modum: Convocatis maioribus terre sue ad celebrandum festum natalis Domini, dum idem dux die beati Stephani Dec. 26.

a) Belesmains 2. b) *rubram corrector creta in marg. add.; deest St.* c) suum 1. d) primis 2. 4. e) *tres lineae sequentes des.* 2. 4.

1) Errat noster; Constantia tunc in Marchia Anconitana morabatur. 2) Dec. 25; cf. infra l. 38. 3) Haec quae alibi non narrentur quin vera sint, dubitat Toeche p. 581; omnino enim vituperat nostrum, quod studeat, ut imperatorem calumnietur. 4) Haec quoque an recta sint, quaeritur ib. 5) Hunc locum disserunt et corrigunt Gregorovius, 'Gesch. der Stadt Rom' IV, p. 590. V, p. 33; Toeche p. 357. 6) Fuerat thesaurarius Eboracensis et postea episcopus Pictaviensis; a. 1194. venit in Angliam; cf. Rad. Dicet. s. a. 7) An excommunicatus sit, non constat; cf. Toeche p. 568. 8) Hic Hoveden ex eodem fonte quo Willelmus Novoburgensis et Radulfus Coggeshalensis hausisse videtur; forsitan epistola quaedam de exitu Leopoldi V. Anglis prae manibus fuerit; cf. Toeche p. 370 sq. 9) V. supra p. 164. 10) De quo cf. supra p. 163. 11) Eleonoram. 12) Isaac Comneni. 13) Cf. supra l. 2.

1194. exiret, ut cum militibus suis luderet, cecidit equus suus super eum et confregit pedem
eius, adeo quod ossa hinc inde confracta per mediam cutem exeuncia ad latitudinem palme
exterius comparuerunt; et accedentes medici, que credebant ei expedire[a] pedi apposuerunt.
Dec. 27. In crastino pes eius denigratus inventus est et in eum statum conversus, quod oportuit
eum, assencientibus medicis, obtruncari; quod cum ipse fieri postularet, non est inventus
qui voluntati eius adquiesceret. Non enim ausus est aliquis vel potuit pro dolore in dominum suum manum imponere. Tandem filium et heredem suum convenit, rogans et precipiens, quod pedem suum amputando dolori suo finem imponeret; quod cum nec ipse facere vellet, accito camerario suo et ad hoc coacto, dux ipse dolarium manu propria tibie apposuit, et ipse camerarius malleo vibrato vix trina percussione pedem obtruncavit; medici
Dec. 28. vero, appositis medicaminibus, cum eum in crastino visitarent, non invenerunt in eo spem vite. Dux igitur desperatus archiepiscopos et episcopos et terre sue magnates, qui solempniis illis intererant, convocari fecit; et cum petiit absolvi a sentencia quam dominus papa in eum tulerat pro iniuriis quas ipse regi Anglie fecerat, responsum est ei ab universo clero, quod nullatenus absolveretur, nisi iurando caveret, quod super memoratis iniuriis iudicio ecclesie staret, et nisi alii maiores de ducatu suo id[b] idem cum eo iurarent et, si de eo humanitus contingeret, quo minus iudicium ecclesiasticum per eum procederet, ipsi omnimodis procurarent, quod sancte ecclesie satisfieret. Qui absolutus, mediante iudicio, omnes obsides regis Anglie quos habuit liberari precepit et pecuniam sibi debitam regi Anglie remisit. Quo facto, cum ipse decederet[1], et heres ipsius cum quibusdam magnatibus resisteret, quo minus predicta fierent, clerus eiusdem ducis corpus nullo modo sepe-
1195. liri permisit, immo per 8 dies detentum est super terram corpus illius, donec omnes obsides regis Anglie liberarentur; quorum quidam in Angliam venientes narraverunt hec omnia, sicut ea que viderant et audierant; qui etiam asserebant, quod in recessu suo exposita eis erant et oblata quatuor milia marcarum et amplius reportanda de pecunia regis Anglie recepta, que propter viarum pericula nullatenus ausi fuerant recipere. Hec omnia fecit Dominus[c], ut superbos contereret et ut potenciam suam mortalibus manifestaret; et cum iniurias sibi et suis illatas digna prosequitur ultione, illud non propter nos tantum, sed etiam propter se credamus advenisse; nec nobis iactanter ascribamus, quod ex sola benignitate sua operatus est Dominus. Interim cum Baldewinus de Betun appropinquasset terre predicti ducis Austrie et audisset mortem illius, non processit ulterius, sed ad regem Anglie rediit et reduxit prefatas puellas et tradidit eas regi. . . . . .

Eodem anno Willelmus rex Scottorum egrotavit in villa sua que dicitur Clacmanan[2]; et statuit Othonem[3], filium Henrici ducis Saxonie, nepotem Ricardi regis Anglie, sibi successurum in regnum Scottorum, ita quod ipse Otho filiam suam[4] primogenitam in uxorem cum regno duceret. Et quamvis rex plures haberet qui voluntati sue in hoc consentirent, tamen comes Patricius[5] et alii multi contradixerunt, dicentes, quod filiam suam non reciperent reginam, quia non erat consuetudo regni illius, quod mulier regnum illud haberet, quamdiu frater vel nepos esset in progenie sua, qui regnum de iure habere posset. Et paulo post per Dei misericordiam rex Scottorum de illa convaluit infirmitate, manens in eodem proposito, quod habebat, de filia sua maritanda predicto Othoni cum regno suo. . . .

Iun. 24. Eodem anno, post nativitatem sancti Iohannis baptiste Henricus Romanorum imperator misit Ricardo regi Anglie coronam magnam auream et valde preciosam in mutue dileccionis signum, mandans ei in fide quam illi debebat, et sicut obsides suos diligebat, ne perirent, quod ipse terram regis Francie hostiliter invaderet, et ipse imperator succursum ei faceret competentem ad iniurias sibi a rege Francie factas ulciscendas. Sed rex Anglie timens, quod in hoc mandato aliquid prodicionis lateret, misit ad imperatorem Willelmum Eliensem[d] episcopum, cancellarium suum, ad inquirendum, qualem succursum et quantum et ubi et quando imperator ei faceret contra regem Francie. Notum enim erat regi Anglie, quod predictus imperator super omnia desiderabat, ut regnum Francie Romanorum imperio subiaceret[6]; et exinde coniciebat rex Anglie, quod, si imperator et rex Francie confederarentur, totum in detrimentum suum redundaret. Rex vero Francie sciens,

a) expediri 5. b) *deest St.* c) Deus *ed. Savil.* d) *deest* 3. 4. 5.

1) Circa finem mensis Dec. a. 1194; cf. Toeche p. 371, qui Hovedenii narrationem Guillelmo Novoburgensi praeferendam esse censet. 2) Clackmannan ad ostium fluminis Forth. 3) Cf. infra p. 173; Winkelmann, 'Philipp' p. 506. 4) Margaretam, quam postea Hubertus de Burgo duxit. 5) De Dunbar. 6) Toeche p. 359.

quod cancellarius regis Anglie per terram suam transiret, apposuit apprehendere illum; 1195. sed fraudatus a desiderio suo, mandavit regi Anglie treugam dissolutam; et statim concurrentes utriusque excercitus, dampna fecerunt hinc et inde maxima in[a] interfectione hominum et in rapinis et in incendiis. . . . . . .

Quod[1] cum rex Francie et rex Anglie audissent, convenerunt ad colloquium de pace. . . . Sed hec omnia dilacionem ceperunt usque ad octabas omnium sanctorum propter Nov. 8. prohibicionem Romanorum imperatoris, qui prohibuerat[2] regi Anglie, ne ipse pacem cum rege Francie faceret nisi de consensu et consilio suo. . . . Interim Willelmus Eliensis episcopus et ceteri nuncii regis Anglie, qui missi fuerant ad imperatorem, redierunt, dicentes, quod forma illa pacis, que inter ipsum et regem Francie formata erat, non placebat imperatori, quia ignominiosum esse videbatur imperatori, si rex Anglie quicquam quietum clamaret quod in potestate sua non erat; et ad recuperandum quod rex Anglie amiserat per captionem suam, perdonavit ei imperator de redemptione sua septemdecim milia marcarum argenti. . . . . . .

Eodem anno[3] Philippus rex Francie duxit sibi in uxorem filiam[4] ducis[5] de Genest[6] 1196. in Alemannia. Quo facto, Cnut rex Dacorum, frater predicte Botilde regine Francorum, conquestus est Celestino pape de iniuria quam prefatus rex Francie fecerat sorori sue, qui eam dimisit sine causa cognita. Conquestus est etiam de Willelmo Remensi archiepiscopo, qui, sine auctoritate apostolica sedens pro tribunali, divortium fecit inter predictum regem Francie et Botildam sponsam suam sine cognitione cause. Conquestus est etiam de[b] Stephano de Noyun et Philippo Belvacensi et Reginaldo Carnotensi et Gwidone[7] Aurelianensi et Rotrodo de Chaeluns[8] episcopis et de Roberto de Drues et Lodowico de Bleis[c] et Theobaldo de Campania et Stephano[9] de Neverz comitibus et de Simone castellano de Insula et Petro de Maynil et Valtero camerario regis Francie, baronibus, qui iuraverunt coram Remensi archiepiscopo, quod predicta Botilda et filia comitis de Haynou[d], que fuerat uxor predicti regis Francie, ita affines erant in consanguinitate, quod idem Filippus rex Francie nulla ratione debuit aut potuit prefatam Botildam habere uxorem[10]. Et quamvis predictus rex Dacorum paratus esset probare, illos falsum dixisse adversus eam testimonium, et quod divortium illud nullum fuit nec teneri debuit, tamen propter favorem regis Francie noluit eum Celestinus papa in hac parte exaudire. . . . . . .

Septimus annus regni Ricardi regis Anglie.

Anno gratie millesimo centesimo nonagesimo sexto, qui est annus septimus regni 1195. Dec 25. Ricardi regis Anglie, idem rex fuit apud Pictavim die natalis Domini, que feria secunda evenit. Et Hubertus Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie iusticiarius et apostolice sedis legatus, fuit eodem die apud Eboracum, missus ex parte regis loqui cum Willelmo rege Scottorum de matrimonio contrahendo inter Othonem, filium Henrici ducis Saxonie, nepotem Ricardi regis Anglie, et Margaretam, filiam suam. Convenerat[11] enim inter Ricardum regem Anglie et Willelmum regem Scotie, quod idem rex Scotie daret predicto Othoni Margaretam, filiam suam, in uxorem cum toto[e] Loennais[12], et quod rex Anglie daret Othoni et filie regis Scotie et heredibus eorum totam Northymbriam et comitatum Carleoli[f], et rex Anglie haberet in custodia totum Loennais[g] cum castellis suis, et rex Scocie haberet in custodia totam Northymbriam et comitatum Carleoli[f] cum castellis suis. Set quia regina Scottorum tunc temporis pregnans erat, noluit rex Scocie stare predicte conventioni, sperans, quod Dominus daret ei filium. . . . . . .

Eodem anno Ricardus rex Anglie dedit Othoni, nepoti suo, comitatum Pictavie[13]. 1196

Anno gratie 1197. . . . Campani et Flandrenses et Britones, relicto rege Francie, ad- 1197 heserunt Ricardo regi Anglie, datis hinc inde obsidibus, quod non facerent concordiam neque pacem cum rege Francie nisi de communi illorum consilio. Rex enim Anglie illos et fere omnes potenciores de regno Francie muneribus allexit; nam eius prelarga manus donis cetera vincebat dona. *Nec tamen in dando mensuram deserit, immo*
Singula describit certo moderamine finis.
Dedit[14] itaque Baldewino comiti Flandrie pro auxilio suo 5 milia marcharum argenti; et

a) *deest* 4. 5. b) Conquestus est etiam de aliis episcopis et comitibus et baronibus et aliis viris quam pluribus qui iur. 4. c) Blais, *sed corr.* 1. d) Hanov 3; Hanou 5. e) *deest* 5. f) Cardeoli 4. 5. g) Loenais 3; Leonais 4. 5.

1) Scil. cladem Hispanis a Maroccanis illatam. 2) Cf. Scheffer-Boichorst, 'Forschungen' VIII, p. 499; Toeche p. 360. 3) Mense Iunio a. 1196. 4) Mariam vel Agnetem. 5) Bertholdi IV. de Merania. 6) Forsitan intelligendum est *Histria*. 7) Potius Henrico. 8) Supra Matronam. 9) Potius *Petro;* Brial *Stephano de Sancerre et Petro de Nevers* corrigit. 10) Cf. supra p. 166, infra p. 180. 11) Cf. supra p. 172. 12) Lothian. 13) Cf. supra p. 153. 14) Pactum Balduini et Ricardi, quod Otto comes Pictaviae, postea imperator, inter testes pro Ricardo I. iuravit, v. ap. Rymer, Foedera I, p. 67.

1197. ipse[a] obsides dedit, quod ipse cum rege Francie pacem non faceret nisi de consensu regis Anglie; similiter fecit ei rex Anglie. . . . . . .

Interim Baldewinus comes Flandrie obsedit civitatem de Araz. Quo audito, rex Francie venit illuc cum copioso exercitu; in cuius adventu comes Flandrie, relicta obsidione, rediit in terram suam, et rex Francie secutus est eum; cumque rex Francie longius processisset, comes Flandrie fecit pontes diruere ante regem Francie et retro, ita quod neque victus neque exercitus eius potuit ad eum accedere. Tunc rex Francie in arto positus[1] supplicavit comiti Flandrie, ne ipse coronam Francie contaminaret, asserens, quod ipse[b] ea intentione Flandriam intraverat, ut cum illo amicabiliter componeret, iurans, quod ipse redderet illi totum ius suum, si dimisisset Ricardum regem Anglie extra pacem. Et quia comes Flandrie contra pactum[c] quod cum rege Anglie fecerat venire noluit, cepit collo-
Sept. 17. quium[2] inter regem Francie et regem Anglie feria 4. post festum exaltationis sancte crucis inter Gwailliun[d, 3] et Andeli; et sic rex Francie liberatus a captione comitis Flandrie, rediit in Franciam, sed nullam conventionem, quam comiti Flandrie fecit, tenere voluit. . . . . . .

1198. Ian. 13. Philippus rex Francie et Ricardus rex Anglie statuerunt inter se treugas a festo sancti Hilarii in unum annum[4], habentes in proposito, quod interim[e] pacem et concordiam finalem inter se facerent. Deinde Baldewinus comes Flandrie venit in Angliam in peregrinacione ad sanctum Thomam Cantuariensem martirem[5].

1197. Eodem anno[6] filius Henrici Romanorum imperatoris, quem pepererat ei Constancia imperatrix, filia Rogeri quondam regis Sicilie, puer 7 annorum, baptizatus est, et vocatum est nomen eius Fredericus. . . . . . .

Eodem[f] anno prefatus Aurelianensis[g] episcopus[7], qui pro liberacione Philippi, fratris sui[8], Romam profectus fuerat, obiit apud Senes-la-veile[h, 9].

Eodem anno Henricus Romanorum imperator magnum exercitum misit in terram Sulie sub principibus . .[i, 10] Maguntino archiepiscopo et Henrico duce Saxonie, comite palatino de Reno, et duce de Lovein[k, 11] et duce de Saringes[12] et duce de Ostricio[13], filio Limpoldi ducis, et duce de Swthede[l, 14] et duce de Baiveria[15] et Walranno, fratre[16] ducis de Lamburg, et comitibus multis[17]. Prefatus autem Walrannus ante alios applicuit in terra Ierosolimitana cum gente sua et statim invasit paganos, et quotquot invenit de paganis interficiens, violavit pacem et treugas, quas rex Anglie in recessu suo de terra Ierosolimitana statuit inter christianos et paganos. Unde Saphadin[18], frater Saladini, et ceteri pagani plurimum commoti, interfecerunt omnes quos attigerant christianos et obsederunt Iopen.

De obitu Henrici comitis de Campania.

Comes autem Henricus de Campania, qui per electionem regum Francie et Anglie et Templariorum et Hospitalorum preerat terre Ierosolimitane, exercitum christianorum paravit ad obsidionem illam solvendam. Et dum ipse, nixus columpne cuiusdam fenestre in
cf. Matth. 13, 34. talamo superiori, loqueretur ad turbas, fracta est columpna illa, et ille corruens in terram, fractis cervicibus exspiravit. Saraceni vero ceperunt Iopen et interfecerunt in ea plus quam 20 milia christianorum. Post obitum vero Henrici comitis de Campania dux de Luvain et Henricus dux Saxonie[m] receperunt se in civitate Accon; sed nichil possederunt extra portas civitatis, et nichil victus potuit eis afferri propter metum paganorum. Excercitus autem imperatoris, qui de Alemannia et ceteris terris eius iter Ierosolimitanum per mare susceperat, transsitum fecit in[n] Normanniam et Angliam, et sic rectum cursum tenens usque in Hispaniam, eripuit civitatem Silvie[19] de manu paganorum, quam penitus destruxerunt, non relinquentes lapidem super lapidem; timebant enim, quod, si eam tradidissent regi Portugalensi[20], ipse eam amitteret, sicut prius fecerat.

a) ipse *ins. corrector* 1; *in contextu* 3; *deest* 4. 5. b) ipsam 5. c) *littera* p *indistincte scripta est* 1; factum 3. 4. 5. d) *corr. ex* Gwannun 1; Gwaillun 3. 5. e) iterum *ed. Sav.* f) Eodem — S. la-veile *des.* 2. g) Aureliensis 1. h) vielle 3. i) *spatium vac.* 1. k) *corr. ex* Loven 1; Luvein 3. l) Swethe 2. 8. m) de Saxonia 3. 5. n) per 5.

1) Mense Aug. ex. 2) Pactum exstat ap. Rad. Dicet. et Rymer I, p. 69. 3) Gaillon. 4) Usque m. Ian. a. 1199. 5) Cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 49. 6) Ib. p. 12. 7) Henricus; cf. supra p. 173. 8) Episcopi Belvacensis, qui nepos Ludovici VI. *regi Anglorum in Alemannicis vinculis constituto supra modum infestus exstiterat apud imperatorem* (Will. Neuburg. V, 30), a. autem 1197. a Ricardo I. captus, ad papam appellaverat. 9) Siena. 10) Conrado. 11) Henrico I. 12) Bertholdus V. de Zäringen in Syriam non est profectus. 13) Friderico. 14) Nomen sane corruptum. Fortasse Ulricus de Carinthia intelligitur. 15) Ludovico I. (?) 16) Potius filio Henrici III. de Limburg. 17) Cf. Toeche p. 390. 18) Adel Seifeddin. Quae sequuntur corrigenda sunt ex Wilken, t. V, p. 23. 25. 28. 19) Cf. ib. p. 18. 20) Sancio I.

quod cancellarius regis Anglie per terram suam transiret, apposuit apprehendere illum; 1195. sed fraudatus a desiderio suo, mandavit regi Anglie treugam dissolutam; et statim concurrentes utriusque excercitus, dampna fecerunt hinc et inde maxima in[a] interfectione hominum et in rapinis et in incendiis. . . . . . .

Quod[1] cum rex Francie et rex Anglie audissent, convenerunt ad colloquium de pace . . . Sed hec omnia dilacionem ceperunt usque ad octabas omnium sanctorum propter Nov. 8. prohibicionem Romanorum imperatoris, qui prohibuerat[2] regi Anglie, ne ipse pacem cum rege Francie faceret nisi de consensu et consilio suo. . . . . . .

Eodem anno[3] Philippus rex Francie duxit sibi in uxorem filiam[4] ducis[5] de Genest[6] 1196. in Alemannia. Quo facto, Cnut rex Dacorum, frater predicte Botilde regine Francorum, conquestus est Celestino pape de iniuria quam prefatus rex Francie fecerat sorori sue, qui eam dimisit sine causa cognita. Conquestus est etiam de Willelmo Remensi archiepiscopo, qui, sine auctoritate apostolica sedens pro tribunali, divortium fecit inter predictum regem Francie et Botildam sponsam suam sine cognitione cause. Conquestus est etiam de[b] Stephano de Noyun et Philippo Belvacensi et Reginaldo Carnotensi et Gwidone[7] Aurelianensi et Rotrodo de Chaeluns[8] episcopis et de Roberto de Drues et Lodowico de Bleis[c] et Theobaldo de Campania et Stephano[9] de Neverz comitibus et de Simone castellano de Insula et Petro de Maynil et Valtero camerario regis Francie, baronibus, qui iuraverunt coram Remensi archiepiscopo, quod predicta Botilda et filia comitis de Haynou[d], que fuerat uxor predicti regis Francie, ita affines erant in consanguinitate, quod idem Filippus rex Francie nulla ratione debuit aut potuit prefatam Botildam habere uxorem[10]. Et quamvis predictus rex Dacorum paratus esset probare, illos falsum dixisse adversus eam testimonium, et quod divortium illud nullum fuit nec teneri debuit, tamen propter favorem regis Francie noluit eum Celestinus papa in hac parte exaudire. . . . . . .

Septimus annus regni Ricardi regis Anglie.

Anno gratie millesimo centesimo nonagesimo sexto, qui est annus septimus regni 1195. Dec 25. Ricardi regis Anglie, idem rex fuit apud Pictavim die natalis Domini, que feria secunda evenit. Et Hubertus Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie iusticiarius et apostolice sedis legatus, fuit eodem die apud Eboracum, missus ex parte regis loqui cum Willelmo rege Scottorum de matrimonio contrahendo inter Othonem, filium Henrici ducis Saxonie, nepotem Ricardi regis Anglie, et Margaretam, filiam suam. Convenerat[11] enim inter Ricardum regem Anglie et Willelmum regem Scotie, quod idem rex Scotie daret predicto Othoni Margaretam, filiam suam, in uxorem cum toto[e] Loennais[12], et quod rex Anglie daret Othoni et filie regis Scotie et heredibus eorum totam Northymbriam et comitatum Carleoli[f], et rex Anglie haberet in custodia totum Loennais[g] cum castellis suis, et rex Scocie haberet in custodia totam Northymbriam et comitatum Carleoli[f] cum castellis suis. Set quia regina Scottorum tunc temporis pregnans erat, noluit rex Scocie stare predicte conventioni, sperans, quod Dominus daret ei filium[13]. . . . . . .

Eodem anno Ricardus rex Anglie dedit Othoni, nepoti suo, comitatum Pictavie[14]. . . . . . 1196.

Anno gratie 1197. . . . Campani et Flandrenses et Britones, relicto rege Francie, ad- 1197. heserunt Ricardo regi Anglie, datis hinc inde obsidibus, quod non facerent concordiam neque pacem cum rege Francie nisi de communi illorum consilio. Rex enim Anglie illos et fere omnes potenciores de regno Francie muneribus allexit; nam eius prelarga manus donis cetera vincebat dona;

Nec tamen in dando mensuram deserit, immo
Singula describit certo moderamine finis.

Dedit[15] itaque Baldewino comiti Flandrie pro auxilio suo 5 milia marcharum argenti; et

a) *deest* 4. 5. b) Conquestus est etiam de aliis episcopis et comitibus et baronibus et aliis viris quam pluribus qui iur. 4. c) Blais *sed corr.* 1. d) Hanov 3; Hanou 5. e) *deest* 5. f) Cardeoli 4. 5. g) Loenais 3; Leonais 4. 5.

1) Scil. cladem Hispanis a Maroccanis illatam. 2) Cf. Scheffer-Boichorst, 'Deutschland und Philipp II, Forschungen' VIII, p. 499; Toeche p. 360. 3) Mense Iunio a. 1196. 4) Mariam vel Agnetem. 5) Bertholdi IV. de Merania. 6) Forsitan intelligendum est *Histria*. 7) Potius Henrico. 8) Supra Matronam. 9) Potius *Petro*; Brial *Stephano de Sancerre et Petro de Nevers* corrigit. 10) Cf. supra p. 166, infra p. 180. 11) Cf. supra p. 172. 12) Lothian. 13) A. 1198. natus est Alexander postea rex Scotorum. 14) Cf. supra p. 153. 15) Pactum Balduini et Ricardi (ap. Rymer, Foedera I, p. 67), quod Otto comes Pictaviae, postea imperator, inter testes pro Ricardo I. iuravit, erat de consilio Henrici VI, qui eo tempore cum Ricardo tractavit; v. infra et cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 48.

1197. ipse[a] obsides dedit, quod ipse cum rege Francie pacem non faceret nisi de consensu regis Anglie; similiter fecit ei rex Anglie. . . . . . .

Interim Baldewinus comes Flandrie obsedit civitatem de Araz. Quo audito, rex Francie venit illuc cum copioso exercitu, in cuius adventu comes Flandrie, relicta obsidione, rediit in terram suam, et rex Francie secutus est eum; cumque rex Francie longius processisset, comes Flandrie fecit pontes diruere ante regem Francie et retro, ita quod neque victus neque exercitus eius potuit ad eum accedere. Tunc rex Francie in arto positus[1] supplicavit comiti Flandrie, ne ipse coronam Francie contaminaret, asserens, quod ipse[b] ea intentione Flandriam intraverat, ut cum illo amicabiliter componeret, iurans, quod ipse redderet illi totum ius suum, si dimisisset Ricardum regem Anglie extra pacem. Et quia comes Flandrie contra pactum[c] quod cum rege Anglie fecerat venire noluit, cepit collo-
Sept. 17. quium[2] inter regem Francie et regem Anglie feria 4. post festum exaltationis sancte crucis inter Gwailliun[d, 3] et Andeli; et sic rex Francie liberatus a captione comitis Flandrie, rediit in Franciam, sed nullam conventionem, quam comiti Flandrie fecit, tenere voluit. . . . . . .

1198. Ian. 13. Philippus rex Francie et Ricardus rex Anglie statuerunt inter se treugas a festo sancti Hilarii in unum annum[4], habentes in proposito, quod interim[e] pacem et concordiam finalem inter se facerent. Deinde Baldewinus comes Flandrie venit in Angliam in peregrinacione ad sanctum Thomam Cantuariensem martirem[5].

1197. Eodem anno[6] filius Henrici Romanorum imperatoris, quem pepererat ei Constancia imperatrix, filia Rogeri quondam regis Sicilie, puer 7 annorum, baptizatus est, et vocatum est nomen eius Fredericus. . . . . . .

Eodem[f] anno prefatus Aurelianensis[g] episcopus[7], qui pro liberacione Philippi, fratris sui[8], Romam profectus fuerat, obiit apud Senes-la-veile[h, 9].

Eodem anno Henricus Romanorum imperator magnum exercitum misit in terram Sulie sub principibus . .[i, 10] Maguntino archiepiscopo et Henrico duce Saxonie, comite palatino de Reno, et duce de Lovein[k, 11] et duce de Saringes[12] et duce de Ostricio[13], filio Limpoldi ducis, et duce de Swthede[l, 14] et duce de Baiveria[15] et Walranno, fratre[16] ducis de Lamburg, et comitibus multis[17]. Prefatus autem Walrannus ante alios applicuit in terra Ierosolimitana cum gente sua et statim invasit paganos, et quotquot invenit de paganis interficiens, violavit pacem et treugas, quas rex Anglie in recessu suo de terra Ierosolimitana statuit inter christianos et paganos. Unde Saphadin[18], frater Saladini, et ceteri pagani plurimum commoti, interfecerunt omnes quos attigerant christianos et obsederunt Iopen.

De obitu Henrici comitis de Campania.

Comes autem Henricus de Campania, qui per electionem regum Francie et Anglie et Templariorum et Hospitalorum preerat terre Ierosolimitane, exercitum christianorum paravit ad obsidionem illam solvendam. Et dum ipse, nixus columpne cuiusdam fenestre in
cf. Matth. 13,34. talamo superiori, loqueretur ad turbas, fracta est columpna illa, et ille corruens in terram, fractis cervicibus exspiravit. Saraceni vero ceperunt Iopen et interfecerunt in ea plus quam 20 milia christianorum. Post obitum vero Henrici comitis de Campania dux de Luvain et Henricus dux Saxonie[m] receperunt se in civitate Accon; sed nichil possederunt extra portas civitatis, et nichil victus potuit eis afferri propter metum paganorum. Excercitus autem imperatoris, qui de Alemannia et ceteris terris eius iter Ierosolimitanum per mare susceperat, transsitum fecit in[n] Normanniam et Angliam, et sic rectum cursum tenens usque in Hispaniam, eripuit civitatem Silvie[19] de manu paganorum, quam penitus destruxerunt, non relinquentes lapidem super lapidem; timebant enim, quod, si eam tradidissent regi Portugalensi[20], ipse eam amitteret, sicut prius fecerat.

a) ipse *ins. corrector* 1; *in contextu* 3; *deest* 4. 5. b) ipsam 5. c) *littera* p *indistincte scripta est* 1; factum 3. 4. 5. d) *corr. ex* Gwannun 1; Gwaillun 3. 5. e) iterum *ed. Sav.* f) Eodem — S. la-veile *des.* 2. g) Aureliensis 1. h) vielle 3. i) *spatium vac.* 1. k) *corr. ex* Loven 1; Luvein 3. l) Swethe 2. 8. m) de Saxonia 3. 5. n) per 5.

1) Mense Aug. ex. 2) Pactum exstat ap. Rad. Dicet. et Rymer I, p. 69. 3) Gaillon. 4) Usque m. Ian. a. 1199. 5) Cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 49. 6) Ib. p. 12. 7) Henricus; cf. supra p. 173. 8) Episcopi Belvacensis, qui nepos Ludovici VI. *regi Anglorum in Alemannicis vinculis constituto supra modum infestus exstiterat apud imperatorem* (Will. Novoburg. V, 30), a. autem 1197. a Ricardo I. captus, ad papam appellaverat. 9) Siena. 10) Conrado. 11) Henrico I. 12) Bertholdus V. de Zäringen in Syriam non est profectus. 13) Friderico. 14) Nomen sane corruptum. Fortasse Ulricus de Carinthia intelligitur. 15) Ludovico I. (?) 16) Potius filio Henrici III. de Limburg. 17) Cf. Toeche p. 390. 18) Adel Seifeddin. Quae sequuntur corrigenda sunt ex Wilken, t. V, p. 23. 25. 28. 19) Cf. ib. p. 18. 20) Sancio I.

De miraculo[1] quod contigit in peregrinacione Alemannorum versus Ierusalem. 1197.

In peregrinatione autem peditum gentis eiusdem imperatoris contigit quoddam miraculum novum et a seculo inauditum. Accidit itaque, quod duo Alemanni[a] vicini et compatres consorcium inierunt, quod simul irent in illa peregrinatione Ierosolimitana, in uno hospicio et una expensa consortes. Cum igitur tempus mocionis instaret, unus illorum venit ad domum alterius nocte una hospitaturus, et cum illi ostenderet pecuniam, quam secum in via deferret, paterfamilias consilio uxoris sue interfecit illum et pecuniam illius cepit, et imponens collo suo cadaver interfecti, profectus est, ut illud in aquam proiceret; sed nullo modo potuit illud a se proicere, et in diluculo domum rediens cum cadavere collo suo inherente, per tres dies in absconso latuit. Sed cum diucius sustinere hoc non potuit, perrexit ad pontificem suum, ut eum consuleret, quid super hoc sibi esset agendum, et precepit ei episcopus[b] in virtute obediencie, ut ipse cadaver illud secum in terram Ierosolimitanam ferret, ut sic, expiatis sordibus, redderet animam suam celorum sedibus; et sic penitencia ductus processit cum aliis peregrinis, portans in collo suo defunctum illum ad laudem bonorum et malorum terrorem.

Eodem[c] anno Henricus Romanorum imperator cepit magnates Sicilie, ex quibus quosdam incarceravit, quosdam diversis penis afflictos morti tradidit; Margaritum etiam admiralem, cui ipse dederat ducatum de Duraz et principatum de Tarente[d.2] et principatum maris, evulsis oculis et abscisis[3] testiculis, excecari et ementulari fecit. Constancia[4] vero imperatrix videns mala que imperator gesserat, cum gente sua fedus iniit contra imperatorem, maritum suum; et Panormum pergens, cepit thesauros imperatoris, quos reges Sicilie a multo tempore thesaurizaverant; unde principes regni animosiores effecti, iniecerunt manus in Alemannos imperatoris et interfecerunt eos. Imperator vero fugiens, inclusit se in municione forti, volens, si posset, repatriare; sed adversarii eius ita vias ei precluserant[e], quod nusquam securus illi patebat egressus.

Interim Saphadin, frater Saladini, post capcionem Iopen, magno congregato excercitu paganorum, commisit[5] prelium cum supradictis ducibus et comitibus et excercitu imperatoris Romanorum, quem ipse in terram Ierosolimitanam miserat; et prevaluit exercitus christianorum; et ceperunt[6] in prelio illo christiani duos filios Saladini et plus quam sexaginta admirales; et Saphadinus, frater Saladini, lethaliter vulneratus, vix evasit. Ceperunt etiam christiani Sidonem civitatem et Laliche[7] et magnum Gybel[8]; et erat spes christianorum, quod . .[f] filius Saladini tenens civitatem Ierosolime vellet christianari; sic enim erat interlocutum per internuncios mediantes.

De capcione de Barhud[9] a christianis.

Interim pagani qui erant in civitate de Barhud[g], timentes incursum christianorum, muros civitatis prostraverunt et traxerunt in castellum victus, necessaria[h] et arma et lapides murorum ad defensionem castelli. Quadam autem die, dum ad hoc perficiendum diligencius instarent, relictis tantummodo in castello 5 captivis christianis compeditis et 1 solo Saraceno ianitore, repente supervenit . .[f] archiepiscopus Maguntinus, imperatoris Romanorum cancellarius, cum exercitu magno navali, et Aimericus[i] dominus insule de Cipre et prefati duces et principes Alemannorum venerunt cum equestri exercitu et pedestri. Quod videntes christiani qui erant in castello, cucurrerunt ut poterant et clauserunt portas castelli et ianitorem interfecerunt, et ascendentes in altum, clamaverunt alta voce signum christianorum, videlicet: 'Adiuvet nos[k] Christus Dei filius et sanctum sepulcrum eius'. Ad hanc vocem pagani exterriti fugerunt ad montana, relicto castello et civitate et victu et armis suis; et christiani recepti sunt in civitate et castello cum gaudio. Deinde prefatus Maguntinus archiepiscopus consilio et voluntate principum Alemannie tradidit Aimerico[i] domino Cypri Accon et Tirum et Barhud[l] et ceteras civitates quas ceperant; deinde dedit

a) *colore rubro ins.* 1. b) pontifex *St.* c) *locus qui sequitur deest* 4. d) Thar. 5. e) *corr. ex* precluderant 1. f) *spatium vac.* 1. g) *corr.* Barhuc 1; Baruc 3; Barruc 4. 5; Baruhc 8. h) *ita codd.* i) Aumer. 5. k) *deest* 5. l) Barud 5.

1) Similis historiola a Wolfhardo Haserensi inter Miracula s. Waldburgis II, 6 (Acta SS. Febr. III, p. 531) iam c. a. 900. amplius exornata narratur. HOLDER-EGGER. 2) Cf. supra p. 170, n. 21. 3) Iterum crudelitatem imperatoris in maius extollere nostrum, censet Toeche p. 581. 4) Haec non ita constant; cf. Winkelmann ib. p. 12. 5) Oct. 23. 6) Haec veritatem excedere, docet Wilken l. l. p. 35. 41. 7) Laodiceam. 8) Jebleb. 9) Beirut; cf. ib. p. 37. 40.

1197. ei Milisent[a,1] in uxorem, que[b] fuerat uxor Henrici comitis de Campania, et coronavit eos in civitate de Barhud[c]. Et ipse Aimericus[d] devenit homo Henrici Romanorum imperatoris de insula Cypri[2].

Henricus Romanorum imperator obiit.

Eodem anno Henricus Romanorum imperator, facta reconciliatione cum uxore sua et magnatibus Sicilie, incepit[3] egrotare, et misit Savaricum Batoniensem episcopum, consanguineum et cancellarium[4] suum de Burgundia, ad Ricardum regem Anglie et optulit ei recompensacionem pecunie, quam de eo ceperat pro redempcione sua, sive in auro et argento sive in terris. Dum[e] autem predictus Savaricus iret in ista legacione, predictus
Sept. 28. Romanorum imperator obiit in Sicilia apud Messanam in vigilia sancti Michaelis, excommunicatus[5] a Celestino papa propter capcionem et redempcionem Ricardi regis Anglie; et ideo prohibuit idem papa, ne corpus illius sepeliretur[6], licet archiepiscopus Messane[7] pro eo multum orasset. Venit[8] itaque prefatus archiepiscopus ad Celestinum papam tribus de causis: prima, ut corpus imperatoris sepeliretur; secunda[9], ut Marchowaldus, summus imperatoris iusticiarius, liberaretur ab obsidione Romanorum, qui eum obsederant in marchia Guarneri[10], non permittentes eum inde exire; tercia, ut Fredericus, prefati imperatoris filius, coronaretur de regno Sicilie. Ad primam vero peticionem respondit dominus Celestinus papa, quod non permitteret corpus imperatoris sepeliri nisi de consensu regis Anglie, et nisi pecunia, quam ipse de rege Anglie ceperat, redderetur; ad secundam peticionem respondit dominus papa, quod predictus Marchowaldus per ipsum liberari non poterat[f] nisi de voluntate Romanorum; ad terciam peticionem respondit dominus papa, quod consentiret, si fratribus suis cardinalibus placeret, ut Fredericus, prefati imperatoris filius, coronaretur de regno Sicilie. Et factum est ita, datis domino pape 1000 marcis argenti ad opus ipsius et 1000 marcis argenti ad opus cardinalium[11]. Iuravit etiam imperatrix, tactis sacrosanctis euvangeliis, quod predictus Fredericus natus fuit de legitimo[12] matrimonio predicti Henrici imperatoris et ipsius. . . . . . .

Defuncto itaque Henrico Romanorum imperatore, magna pars Thuscie, quam idem imperator et predecessores sui abstulerant Romanis pontificibus, reddita est domino Celestino summo pontifici: videlicet Egependante[g] et Sancta Christina[h,13] et Mons-Flascun et Redecok[14] et Saint Clerc[15] cum omnibus pertinenciis eorum; redditeque[i] sunt ei Sicilia, Calabria, Apulia et omnes terre que fuerunt regis Sicilie, sicut proprium patrimonium Sancti Petri; de quibus ipse, ut supradictum est, constituit Fredericum, Henrici Romano-
Dec. rum imperatoris filium, regem[16]. Deinde[17] dominus papa Celestinus ante natale Domini paulatim cepit egrotare, et convocatis coram se cardinalibus universis, precepit, ut tractarent de successore suo eligendo. Ipse enim nitebatur modis omnibus, ut dominus Iohannes de Sancto Paulo, presbiter cardinalis tituli Sancte Prisce virginis, ei succederet in papatu, de cuius sapientia, sanctitate et iusticia plurimum confidebat. Adeo enim ipsum pre ceteris diligebat, quod illum loco sui constituerat ad omne officium suum exequendum, nisi in consecratione episcoporum, quod pertinebat ad officium episcopi Hostiensis cardinalis. Preterea prefatus papa obtulit, quod ipse[k] se ipsum deponeret a papatu, si cardinales consentirent in electione prefati Iohannis de Sancto Paulo. Sed omnes cardinales una voce responderunt, quod illum condicionaliter non eligerent, dicentes, quod inauditum erat, quod

a) Miles 5. b) qui 1. c) Barud 5. d) Aum. 5. e) *quae sequuntur usque ad* pontifex *p.* 177, *l.* 5 *des.* 4. f) *in marg.* 1; potuit 3. 5. g) Egkep. *littera* k *expuncta corr.* Egep. 1; Ekep. 3. h) Crispina *ed. Sav.* i) reddite 5. k) *deest* 5.

1) Isabellam. 2) Cf. Toeche p. 461. 3) Winkelmann p. 489. haec ad ver a. 1197. referre vult. Toeche de aegritudine emortuali m. Aug. vel Sept. cogitaverat. 4) Eum cancellarium fuisse, Toeche sine causa negaverat. *Sebarisius Bathoniensis* a. 1197, d. 26. m. Mart. papae Coelestino III. ecclesiam S. Laurentii in Lucina consecranti affuit. Winkelmann ib. 5) Henricus VI, dum inter vivos fuit, excommunicatus non est; sed forsitan post mortem a papa excommunicatus habitus sit; cf. Winkelmann ib. 6) Hoc quoque loco defendit nostrum Winkelmann p. 119. 491. 7) Berardus; cf. ib. p. 39. 8) Inter d. 28. m. Sept. a. 1197. et d. 8. m. Ian. a. 1198; ib. p. 491. 9) Secundam petitionem a Hoveden non recte intellectam esse, censet Winkelmann l. l. 10) Anconitana. 11) Cf. ib. p. 40. 12) Ib. p. 499. 13) A Viterbo ad occ. et sept. 14) Acquapendente, Montefiascone, Radicofani a. 1198. dominio papali subiecta sunt; ib. p. 33. 100. 15) S. Quirico. 16) Ib. p. 40; ubi iterum fides Hovedeni, de qua olim dubitabatur, apparet. 17) Haec disseruit Winkelmann p. 92, qui de fide Rogeri non videt cur dubitetur.

summus pontifex se deponeret; et sic erat scisma inter illos[a]. Dominus enim Hostiensis[1] 1197. episcopus cardinalis nitebatur, ut ipsemet papa fieret, similiter dominus Portuensis[2] episcopus cardinalis, similiter dominus Iordanus de Fossa-nova[3], similiter dominus Gracianus[4], et ceteri omnes nitebantur, unusquisque pro posse suo, ut ipse fieret summus pontifex. . . . . . .

Anno gratie 1198. . . . Infra[b] natale Domini venerunt Rothomagum nuncii archiepiscopi Colonie[5] et nuncii archiepiscopi Maguntini[6] et nuncii[c] aliorum magnatum Alemannie ad Ricardum regem Anglie, dicentes ei ex parte predictorum virorum, quod omnes magnates Alemannie convenirent apud Coloniam octavo Kalendas Marcii ad eligendum imperatorem[7]; 1198. Febr. 22. et preceperunt ei in vi sacramenti et fidei, quibus astringebatur imperatori et imperio Romano, quod, omni contradictione et occasione remota, veniret Coloniam ad prenominatum terminum, ut ipse sicut precipuum menbrum[8] imperii esset simul cum illis ad eligendum imperio idoneum, Deo auxiliante, imperatorem. Quibus auditis, Ricardus rex Anglie, habito cum suis consilio, misit cum predictis nunciis Alemannorum Philippum Dunelmensem episcopum et Eustachium Eliensem electum et Willelmum de Chimeli Andegavensem electum et . .[d] Ebroicensem[9] electum et Baldewinum de Betun comitem Albemarlie[10] et Willelmum de Pratellis[11] et Willelmum de l'Estang[e] et Bricium camerarium, ut ipsi interessent electioni imperatoris loco ipsius. Ipse enim timebat plurimum illuc ire et iterum incidere in manus eorum, nisi securitas daretur ei de salvo conductu eundi et redeundi. Nec mirum; ipse enim que promiserat magnatibus terre se daturum pro deliberacione sua non solverat, et quia corpus imperatoris propter eum inhumatum erat. Ipse vero rex Anglie modis omnibus nitebatur efficere, quod Henricus dux Saxonie, nepos eius, fieret imperator. Sed quia ipse nondum de peregrinacione sua redierat, et mora ad se periculum trahebat, prefatus rex Anglie effecit adversus archiepiscopos Coloniensem et Maguntinum et adversus quosdam aliorum magnatum Alemannie, quod ipsi elegerunt[f] Othonem, nepotem suum, fratrem predicti Henrici ducis Saxonie, in imperatorem. Est autem sciendum, quod in electione Romanorum imperatoris taliter procedendum est[12]:

Qualiter procedendum est in eleccione Romanorum imperatoris.

Defuncto itaque imperatore, archiepiscopi, episcopi, abbates, duces, comites et omnes ceteri magnates Alemannie in unum convenientes, debent 12 viros eligere communiter et eos presentare archiepiscopo Coloniensi[g] et archiepiscopo Maguntino et duci de Saxonia et comiti palatino de Reno; et quemcumque illi quatuor elegerint de predictis 12 electis, erit rex Alemannorum et coronabitur apud Hays-Capellam[13], ubi Karolus Magnus sepultus requiescit.

De coronacione Othonis regis Alemannorum.

Factum est autem, quod, cum prefatus Otho esset unus de predictis duodecim communiter electis, ad instanciam precum et servicii Ricardi regis Anglie receptus est ab archiepiscopis Coloniensi et Maguntino et ab eisdem coronatus est[14] in regem Alemannorum apud Hays-Capellam, presentibus ducibus de Lamburc[15] et de Luvain[16] et aliis ducibus multis et episcopis multis, et presentibus Baldewino comite Flandrie et Henrico comite de Namur[17], fratre eius, et aliis comitibus multis. Predictus autem Otho duxit sibi in uxorem

a) eos 5. b) Eodem anno infra 5; *quae sequuntur usque ad* noluit *p.* 178, *l.* 10. *des.* 4. c) *deest* 3. 5. d) *spatium vacat* 1. e) de Lestang 1; del Est. 3. 5. f) *deest* 5. g) Colonie 5.

1) Octavianus. 2) Petrus. 3) Presb. S. Pudentianae. 4) Diac. card. SS. Cosmae et Damiani. 5) Adolfi. 6) Conradi, *qui quidem presentialiter aberat, . . . cuius vicem . . . Coloniensis tenebat;* Arnold. Lub. VI, 1; cf. Winkelmann p. 53. 7) Cf. ib. p. 57. 67. 8) Cf. ep. Henrici VI, supra p. 167. 9) Guarinum. 'Nescio cur annis 1195. 1197. 1198. Guarinus dicatur electus' Gall. Christ. Philippus, Willelmus, Eustachius erant clerici regis; praeterea Willelmus et Eustachius successive archidiaconatum de Richmond in dioecesi Eboracensi possederant; comes autem Albemarliae latifundia prope Hoveden tenebat. Sine difficultate igitur Rogerus hanc rem a nunciis exquirere potuit; nihilominus gravem commisit errorem, cum Moguntinus archiepiscopus minime electioni et coronationi adesset; cf. supra p. 174. et n. 6. 10) Aumale (dép. Seine-Inférieure). 11) Préaux (dép. Seine-Inf.). 12) De hoc loco celeberrimo ultimus disseruit Harnack, 'Kurfürstencollegium' p. 35. 13) Aachen. 14) Iul. 12. 15) Henrico. 16) Error; hic nondum e Terra Sancta redierat. Epistolae tamen ab electoribus Romam missae nomen eius subscriptum est; cf. Ficker, Reg. imp. V, nr. 198 f. 203. 17) Philippus, alter Baldwini frater, comitatum Namurcensem tunc tenebat.

1198. filiam[1] ducis[2] de Luvain, que die coronacionis predicti Othonis sedit simul cum eo in cathedra regali, sed non tunc coronata. Henricus vero dux Saxonie, comes etiam palatinus de Reno, frater predicti Othonis, post reditum suum[3] de terra Sulie ratum et gratum habens quod de fratre suo factum fuerat, electionem suam confirmavit. Cum autem Philippus dux Suavie[a], filius Frederici quondam Romanorum imperatoris, frater quoque Henrici Romanorum imperatoris proximo defuncti, esset unus de supradictis duodecim electis, noluit electioni sue cedere, sed Othonem modis omnibus quibus potuit impugnavit; et quamvis Otho illum sepius in bello campestri expugnasset, tamen ab inceptis desistere noluit. . . . .

De obitu Celestini pape.

Eodem anno Celestinus papa, senio et gravi morbo laborans, obiit Rome mense Ianu-
Ian. 8. arii, 6. Idus eiusdem mensis, feria sexta[4], septimo anno papatus sui, et Laterani sepultus est.
Ian. 9. In crastino[5] autem obitus illius convenientes in unum cardinales elegerunt in summum pontificem Lotharium diaconum cardinalem[6], iuvenem triginta annorum vel paulo amplius, qui vocatus est papa[b] Innocencius. Ipse vero statim post electionem suam in hac forma scripsit universis archiepiscopis et episcopis Anglie et Scocie: . . . *Ineffabilis sapiencia* . . . *Datum Laterani quinto Idus Ianuarii*[7].

De Innocentio Romane ecclesie electo.

Electo itaque in Romanum pontificem prefato Innocencio, ipse statim post electionem suam, utpote qui ab infancia omnes curie Romane excessus noverat, statum curie in melius mutare cupiens, maiorem partem ianitorum et ostiariorum[c] curie abiecit, ut conquerentes tam clerici quam laici liberiores ad eum veniendi haberent accessus. . . . . . .

De consecracione Innocencii pape.

Eodem anno, dominica prima[8] quadragesime[d], Innocencius, Romane sedis electus episcopus, consecratus est Rome apud Sanctum Petrum in Romanum pontificem ab Octo-
Febr. viano[e] Hostiensi episcopo 15. Kalendas Martii[9]; et statim post consecracionem illius prefectus et senatores et tribuni Urbis et ceteri Romani exegerunt ab eo reditus et consuetudines, quas predecessores sui Romani pontifices eis impendere solebant. Quibus ipse respondit, se hoc numquam facturum, quoniam, si fecisset, contra Deum et in preiudicium Romane ecclesie faceret. Quod Romani audientes, irruerunt in bona ipsius et diripuerunt ea, et ipse excommunicavit eos[10]. . . . . . .

Eodem anno . .[f] dux de Luvain et . .[f] comes[11] de Brene et Baldewinus comes Flandrie et . .[f] comes[12] de Gynes et . .[f] comes[13] Bolonie et Gaufridus comes de Pertico et . .[f] comes[14] de Sancto Egidio et . .[f] comes[15] de Blais et Arturus comes Britannie et multi alii, relicto rege Francie, adheserunt Ricardo regi Anglie, iurantes ei, et ipse illis, quod nullam pacem cum rege Francie facerent nisi de communi eorum consilio. Comes vero[g] Flandrie obsedit villam de Sancto Odmaro[h] et per vim cepit eam, similiter Arye[i,16] et alias quam plures villas regis Francie. Eodem anno[17] Henricus dux Saxonie, nepos Ricardi regis Anglie, venit in Normanniam apud Andeli ad predictum regem Anglie, avunculum suum, rediens de terra Sulie; quem rex honorifice suscepit, sicut decebat tantum virum, nepotem suum. . . . . . .

Postea Marchadeus[18] cum ruta sua intravit Flandriam et invasit nundinas prope Abbeville et spoliavit mercatores Francie, et cum preda magna rediens[k] in Normanniam, replevit terram spoliis Francorum et multos eorum interfecit et multos captivos secum duxit redimendos. . . . . .

Interim Hubertus Cantuariensis archiepiscopus transfretavit de Anglia in Normanniam et statim per mandatum regis Francie et per licentiam domini sui regis Anglie perrexit in

a) Swavie 3. 5. b) *deest* 5. c) hostiariorum, *sed littera* h *linea perducta del.* 1. d) quadragime 1. e) Octav. 5. f) *spatium nomini vacuum rel.* 1. g) *deest* 3. 5. h) Audomaro *in marg.* 1 *et ita* 3. i) *corr. ex* Ary 1; Arie 3. k) rediit 5.

1) Mariam. 2) Heinrici. 3) Circa mensem Septembrem rediit, sed aliquot menses elapsi sunt, antequam partibus Ottonis IV. cessit. Winkelmann p. 132. 4) Potius quinta. 5) Fortasse ipso die, quo Coelestinus obiit; ib. p. 93. 6) SS. Sergii et Bacchi. 7) Potthast, Reg. pont. nr. 1. 8) Potius secunda. 9) Potius 8, i. e. Febr. 22. 10) Haec non plane reprobanda esse, censet Winkelmann p. 97. 11) Walterus. 12) Baldwinus II; cf. Lambert. Ard., SS. XXIV, p. 638. 13) Reginaldus. 14) Raimundus. 15) Ludovicus. 16) Aire. 17) Mense Augusto, quo tempore dux Lovaniensis cum Ricardo foedere coniunctus est; cf. Winkelmann p. 131. 159. 18) Dux stipendiariorum Ricardi I.

1198. Galliam ad tractandum de pace facienda inter illos duos reges[1]; et cum rex Francie offerret se redditurum regi Anglie pro bono pacis omnes terras et castella sua que occupaverat, excepto castello de Gysorcio, de quo ille poneret se in iudicio sex baronum Normannie, quos ipse eligeret, et sex baronum Gallie, quos rex Anglie sibi eligeret, quis eorum maius ius haberet in castello illo habendo, noluit rex Anglie, nisi comes Flandrie et ceteri omnes, qui, relicto rege Francie, ei adheserunt, fuissent infra pacem. . . . . . .

Eodem anno in estate contigit intra[a] fines Italie, in quadam civitate non longe a Ianuis res digna memoria. In hac civitate primo quidam civis, exigentibus peccatis suis, effectus est energuminus, id est demoniacus; et infra paucos dies adeo crevit eorum numerus, ut quilibet sibi timeret, ne simile incurreret periculum. Communi igitur civium consilio ad eandem urbem vocati convenerunt viri religiosi, et precipue abbas de Luceio[2] de ordine Cisterciensi, qui inter eos maior religionis auctoritate videbatur, ut quid agendum pavidis civibus deliberarent. Indictum est triduanum ieiunium. Tercia vero die convocatis coram se demoniacis, obtestatur predictus abbas in nomine Iesu Christi, quatinus sane causam exponant[b], cur hanc civitatem plus ceteris vexare presumpserint, et ut exeant a famulis Christi nomine signatis. Quorum unus voce terribili et sublimi clamans: 'Cogitis nos', inquid, 'exire a vasis nobis rationabiliter concessis. Nos quidem sumus legio illa demonum, quam Iesus vester ab homine eiectam permisit precipitare porcos in mare. Nunc autem a vinculis quibus tenebamur soluti, potestatem accepimus in blasphematores tantum virginis Marie. In hac igitur civitate tales invenimus et inventos, sicut dignum est, torquere debemus. Quare, si eiecti fuerimus, noveritis, quod te, ypocrita, et ordinem tuum in proximo persequemur'. Ad secundam igitur iussionem ipsius exierunt, cum magna tamen difficultate, relinquentes feda vestigia. . . . . . .

Innocentius[3] episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Eboracensi archiepiscopo et suffraganeis . . . Post miserabile Ierosolimitane . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Augusti, pontificatus nostri anno primo . . . . . . Aug. 13.

Eodem anno[4] obiit in Sicilia apud Pannormum Constancia quondam Romanorum imperatrix, uxor Henrici imperatoris, cuius filium[5] Innocencius papa recepit in custodia cum regno Sicilie et ducatu Apulie et principatu Capue. . . . . . .

Anno gratie 1199, qui est annus decimus et ultimus regni Ricardi regis Anglie, fuit idem Ricardus in Normannia apud Danfrunt[6] die natalis Domini, que 6. feria evenit, et 1198. Dec. 25. Philippus rex Francie fuit eodem die in Normannia apud Vernun[7], et[8] Otho[c] rex Alemannorum, nepos Ricardi regis Anglie, fuit eodem die apud Westfale[d, 9] in Alemannia, que distat a Colonia per novem dietas, quas ipse Otho potenti virtute adquisierat super Philippum ducem de[b] Suave[e], filium Friderici[f] quondam Romanorum imperatoris. Et statim post natale Domini predictus Otho divisit exercitum suum in duas partes et duas civitates prefati[g] Philippi obsedit. . . . . . .

Facta est inter eos[10] talis forma pacis, quod . . . rex Francie iuraret[11], quod pro posse 1199. suo iuvaret Othonem, nepotem regis Anglie, ad imperium Romanum perquirendum . . . . . .

Cum autem rex[12] de vita desperaret, divisit Iohanni, fratri suo, regnum Anglie. . . . Et[13] tres partes thesauri sui et omnia baubella[h] sua divisit Othoni, nepoti suo, regi Alemannorum, et quartam partem thesauri sui precepit servientibus suis et pauperibus distribui. . . . . . .

a) ultra 3. 4. 5. b) *deest* 5. c) Ottho 5. d) Westle, fa *postea superscr. corr.* Westfale 1, *et ita* 2. 3 *(super rasura)*. 4. 5. e) Swave 3. 4. f) Fredericum *St.* g) praedicti *Sav.* h) iocalia 8.

1) Scil. Franciae et Angliae. 2) Fortasse Lucedium prope Vercellas. 3) Potthast, Reg. pont. nr. 347. Agit de rebus in Terra Sancta gestis: *Recepimus enim litteras de partibus ultramarinis, quod, cum Theutonici Accon navigio pervenissent, castrum de Baruth obtinuerunt, nemine defendente. Saraceni vero in Iopen facientes impetum ex adverso, eam per violentiam occupaverunt et, cesis multis christianorum milibus, eam funditus destruxerunt. Verum Theutonici, rumoribus de morte imperatoris acceptis, non exspectato passagii tempore, naves reduces ascenderunt.* Cf. supra p. 175. In eundem modum papa Aug. 15. provinciis Narbonensi, Lugdunensi, Viennensi, regnis Franciae, Angliae, Ungariae, Siciliae epistolas dedit. 4) Nov. 27. 5) Fridericum II. 6) Domfront (dép. Orne). 7) Vernon (dép. Eure). 8) Quae hic habet, noster non recte intellexisse videtur, certe apud nostrates non occurrunt. Winkelmann p. 141. 9) Fortasse Wetzlar. STUBBS. Sed Otto tunc Herzberg fuit; v. Ficker, Reg. imp. V, p. 60, qui de Goslaria cogitavit. 10) Scil. reges Franciae et Angliae, a. 1199. inter menses Ian. et Mart. 11) Hoc Winkelmann p. 157. nostro non credit. 12) Scil. Ricardus I. 13) Cf. Winkelmann p. 158. Iohannes rex primo a. 1202. et postea saepius Ottoni pecuniam magnam misit (cf. ib. p. 278), nunquam tamen quae frater ei legaverat concessit.

1199. Defuncto papa Celestino et Innocentio papa loco illius substituto, Cnut rex Dacorum misit nuncios suos Romam ad Innocencium papam et conquestus est ei de Philippo rege Francie, qui Botildam sponsam suam, sororem illius, iniuste reliquerat et aliam loco eius in uxorem duxerat; conquestus est etiam domino pape de Willelmo Remensi archiepiscopo et de aliis episcopis et comitibus et baronibus Francie, per quos divortium factum fuit inter ipsum regem Francie et Botildam reginam post appellationem ab ipsa ad dominum papam factam. Ad instanciam igitur Cnut regis Dacorum dominus papa Innocencius dedit in mandatis Petro de Capua, cardinali[1] et apostolice sedis legato, ut ipse[a] modis omnibus induceret Philippum regem Francie[a] ad dimittendam adulteram suam et ad resumendam Botildam uxorem suam; et nisi fecerit, daret sentenciam interdicti in regnum Francie[2]. . . . . .

Apr. 25. Die dominica in octavis pasche, videlicet 7. Kalendas Maii, festo sancti Marci euangeliste . . . Iohannes[b] dux Normannie fecit [Henricum[c.3]], fratrem [Philippi[c.4]] comitis Flandrie, militem . . . . . .

Aug. 13. Interim Philippus[5] comes Flandrie devenit homo Iohannis regis Anglie apud Rothomagum feria sexta ante assumpcionem sancte Marie; et . .[d.6] frater eiusdem comitis Flandrie resignavit sponte sua in manu Gaufridi Eboracensis archiepiscopi prebendam de Huwsthwait[7], quam habuit in ecclesia Eboraci ex dono Ricardi regis Anglie. Similiter fecerunt alii quam plures, scientes donaciones illas factas fuisse contra Deum et in sancte ecclesie detrimentum; et archiepiscopus ille statim dedit predicto fratri comitis Flandrie prebendam, que fuit Petri de Dinan[8], in ecclesia sancti Petri Eboraci. . . . . . .

Interim Henricus[9] comes de Naumur, frater Philippi[10] comitis Flandrie, et Petrus de Duay, miles[11] optimus et familiaris comitis Flandrie, et electus[12] de Cambray[e], frater predicti Petri, capti sunt a familia regis Francie et traditi sunt illi. Petrus autem de Capua, cardinalis et apostolice sedis legatus in Francia, in adventu suo interdixit Franciam propter capcionem predicti electi de Cambray et Normanniam propter retencionem Philippi Belvacensis[13] episcopi; et antequam sentencia illa relaxaretur, Philippus rex Francie dimisit prefatum electum abire liberum. . . . . . .

1200. Interim[14] Innocencius papa et Romani elegerunt sibi in imperatorem Othonem regem Alemannie, et Philippum ducem Suavie et omnes alios electos refutaverunt. Confirmata ergo a domino papa Innocencio et ab ecclesia Romana electione prefati Othonis[f], Innocencius papa excommunicavit[15] Philippum ducem Suavie et omnes fautores suos et consiliarios suos et coadiutores, nisi desistant a persecutione predicti Othonis; et publice clamatum est in Capitolio[g] et per totam Urbem: 'Vivat imperator noster Otho[h]!' Otho[16] itaque electus
1199. imperator mandavit Iohanni regi Anglie, avunculo suo, ut ipse modicum temporis sustineret[17] et differret pacem facere cum Philippo rege Francie; quia ipse, Deo volente, faceret illi in proximo succursum bonum, qualem imperialis celsitudo facere posset meliorem. . . . . . .

1200. Anno gratie 1200. . . . Post natale Domini[18] idem Iohannes rex Anglie et Philippus rex Francie convenerunt ad colloquium inter Andeli et Gwallun[19]; in quo colloquio . . . Iohannes rex Anglie . . . iuravit, quod nullum auxilium faceret Othoni, nepoti suo, neque de pecunia neque de hominibus ad imperium Romanum adquirendum. Sed hec omnia dilationem ceperunt usque ad octavas nativitatis sancti Iohannis baptiste[20]. . . . . . .
Iul. 1.

a) *deest* 3. 4. 5. b) *hic locus tantum in marg.* 1, *fortasse a correctore vel auctore ipso exaratus, occurrit.* c) *nomina alia manu sunt inserta* 1. d) *spatium vacat* 1. e) Cambrai 3. 4. 5. f) Otth. 3. 5. g) Capitulo *Sav.* h) Otto 3.

1) Diacono S. Mariae in Via Lata. 2) Cf. supra p. 173. Sub annis quoque 1200. et 1201. noster fusius de Botilda et Agnete agit, quae cum res Germanicas minus attingant, hic omisimus. 3) Qui postea imperator Constantinopilitanus fuit. 4) Philippi comitis Namurcensis et Baldwini IX. Flandrensis. 5) Baldwinus; cf. Winkelmann p. 159. 6) Nescio de quo loquatur. Petrus de Corbolio, qui eodem anno 1199. episcopus Cameracensis, anno proximo archiepiscopus Senonensis factus est, successit Petro de Dinan in archidiaconatu Eboraci; cf. Le Neve-Hardy, Fasti ecc. Angl. III, p. 131. 7) Husthwait in regione septentrionali com. Eboraci. 8) Qui a. 1199—1210. episcopus Redonensis fuit. 9) Potius Philippus. 10) Potius Baldwini IX; errores ut supra n. 4 sq. 11) Clericum eum vocat Rigordus, SS. XXVI, p. 294. 12) Fortasse Hugo praepositus Duaci; de quo cf. Albric., SS. XXIII, p. 874; Bald. Ninov., SS. XXV, p. 535; Potthast, Reg. pont. nr. 746. Rigordus de Petro (de Corbeil, a. 1200) Cameraco Senones translato loquitur. Winkelmann p. 159. eum falso, ut putarim, Iohannem de Bethunia (a. 1200—1219. ep. Cameracensem) vocat. 13) De quo cf. supra p. 174. 14) A. 1201, Mart. 1. Innocentius III. Ottoni IV. scripsit: *te in regem recipimus;* Potthast nr. 1292. 15) Cf. tamen Winkelmann p. 201. 210. 16) Haec pertinent ad aestatem a. 1199; ib. p. 160. 17) Scil. bellum contra Franciam. 18) Mense Ian. in. 19) Les Andelys et Gaillon ad Sequanam (dép. Eure). 20) Paullo inferius haec habet noster: *In oct. nat. s. Ioh.*

Item de Othone rege Alemannorum. 1200.

Eodem anno[1] Otho rex Alemannorum, electus[a] Romanorum imperator, misit Henricum ducem Saxonie et Willelmum Wintoniensem, fratres suos, ad Iohannem[b] regem Anglie, avunculum suum, petens ab eo comitatum Eboraci et comitatum Pictavis[2], quos Ricardus rex Anglie ei dederat, et duas partes totius thesauri Ricardi regis Anglie et omnia exenia sua, que idem rex Ricardus[c] ei divisit. Set Iohannes rex Anglie nichil horum que petebat facere volebat propter iusiurandum[3], quod iuraverat regi Francie, videlicet quod nullum auxilium faceret ipsi Othoni contra ducem Swavie.

Eodem anno[4] paulo ante festum sancti Petri ad Vincula habitum est campestre bellum Aug. 1. inter predictum Othonem[b] regem Alemannorum et Philippum ducem Swavie apud Bruneswich[d]; in quo prelio Otho extitit victor et cepit plus quam ducentos milites de familia ducis Swavie. . . . . . .

De[e] dissensione que fuit inter scolares et cives Parisius.

Eodem anno orta est gravis dissensio inter scolares et cives Parisius, cuius origo talis fuit. Erat itaque Parisius quidam nobilis scolaris Teuthonicus[f], qui erat unus[g] electorum[5] in episcopum de Legis[h]. Huius serviens, cum in taberna vinum emeret, verberatus est, et vas suum vinarium fractum est. Quo audito, factus est concursus clericorum Teutonichorum; et intrantes tabernam, vulneraverunt hospitem domus, et plagis impositis abierunt, relinquentes eum semivivum. Factus est ergo clamor populi, et commota est civitas, ita quod Thoma prepositus Parisius cum plebe civitatis armata armatus fecit insultum in hospitium clericorum Teutonichorum; in quorum conflictu nobilis ille scolaris, qui erat unus de electis in episcopum de Legis, interfectus est cum quibusdam suorum. Magistri igitur scolarum Parisius abeuntes ad Philippum regem Francie, conquesti sunt ei de Thoma preposito et de illius complicibus, qui interfecerunt predictos scolares; ad quorum instanciam captus est prefatus Thoma prepositus, captique sunt complices sui quidam et incarcerati; quidam autem illorum fugerunt, relictis domibus et facultatibus suis; rex quidem Francie iratus, fecit domus illorum demoliri et vineas et arbores illorum fructiferas extirpari. De preposito autem illo definitum[i] est, quod ipse in carcere regis non exiturus servetur, donec[k] iudicio aque vel ferri se mundaverit, et si perierit, suspendatur, et si mundus fuerit, abiuret regnum in misericordia regis. Attamen scolares miserti illius suplicaverunt regi Francie, ut prepositus ille et complices sui more scolarium in scolis flagellati, essent quieti et facultatibus suis restituti. Sed rex Francie hoc concedere noluit, dicens, quod multum derogaret honori suo, si alius quam ipse vindictam sumeret de malefactoribus suis. Preterea idem rex Francie, timens, quod magistri scolarum et scolares a civitate sua[l] recederent, satisfecit eis, statuens, quod de cetero nullus clericus trahatur ad seculare examen propter aliquod delictum quod fecerit, set si clericus deliquerit, tradatur episcopo et secundum iudicium cleri tractetur. Statuit[6] etiam idem[l] rex Francie, quod quicumque fuerit prepositus Parisius, iuret, quod fidem servabit clericis, salva fidelitate regis. Preterea idem rex dedit scolaribus firmam pacem suam et eam eis carta sua confirmavit. Prepositus autem ille, cum per multos dies in carcere regis detentus fuisset, per fugam evadere proposuit, et cum per murum dimitteretur, fractus est funis, et ipse ab alto corruens in terram expiravit.

De Margarito pirata.

Eodem anno Margaritus dux piratarum, quem Henricus Romanorum imperator excecari fecerat[7], venit Parisius ad Philippum regem Francie et obtulit ei, quod, si ipse consilio

a) el. Rom. *des.* 3. 4. 5. b) *deest* 3. 4. 5. c) rex Angliae *St.* d) Brunesuic 5. e) *hic locus deest* 8. f) Theutonicus 3. 5. g) eunus 1. h) Leges 3. 5 i) diff. 3. 5. k) se *add.* 1. l) *deest Sav.*

bapt. rex Francie et rex Anglie convenerunt 11. *Kal. Iun.*, *feria* 2, i. e. Mai. 22, ex qua discrepantia suspiceris, hic quoque lapsum calami latere. 1) Autumno a. 1200; cf. Winkelmann p. 213. 2) Cf. supra p. 153. 173. 3) V. supra p. 180, l. 39. et cf. Ficker, Reg. imp. V, nr. 215 a. Mense Nov. a. 1201. Innocentius III. Iohannem monuit, ut Ottoni satisfaceret de his quae Ricardus I. ei legaverit; Potthast nr. 1519. 4) Certe Otto ipse huic praelio, de quo nostrates nihil habent, non affuit; cf. Winkelmann p. 184; sed forsitan Hoveden hic de Philippo rege ab obsidione Brunswici mense Augusto propulso loqui voluerit. 5) Tres erant eo tempore electi Leodienses: Conradus, Hugo, Henricus. Sed vitae eorum, quae nobis notae sunt, isti narrationi non concordant; ib. p. 170. 6) 'Ordonnances des Rois de France' vol. I, p. 23—25. 7) Eum a. 1198. carcere liberatum esse, coniicit Winkelmann p. 81; ad consilium de Constantinopoli expugnanda cf. Toeche p. 478.

1200. suo adquiesceret, faceret eum imperatorem Romanorum vel imperatorem Constantinopolitanorum, utrum si eligeret. Cui rex Francie facilem prebens assensum, preparavit itineri suo necessaria in equis et armis et curribus et supellectilibus. Et Margaritus a rege Francie recedens[a], ut prepararet promissa, mandavit per universos portus sue dominationis, quod omnes galee sue convenirent apud Brundusium in occursum eius; sed cum ipse Romam veniret, a quodam serviente suo, quem ipse male tractaverat, interfectus est. Et tali casu interveniente, rex Francie a desiderio suo fraudatus est.

Eodem anno obiit . .[b] Maguntinus archiepiscopus[1], qui in civitate Magunti receperat Philippum ducem Suavie[c] in dominum et eum ibidem in regem coronaverat[2]. Quo defuncto, clerus et populus civitatis elegerunt sibi quendam nobilem clericum[3] de suis in archiepiscopum et presentaverunt eum Filippo[d] duci Suavie[c]; quem ille refutans, voluit contra voluntatem illorum unum de consanguineis[4] suis ibi constituere archiepiscopum. Unde clerus et populus Magunti[5] plurimum indignati, abiecto duce Suavie[c], adheserunt Othoni regi Alemannorum et receperunt eum in dominum; et ipse ad presentationem illorum rece-
Dec. 25. pit[6] electum quem elegerant in archiepiscopum. Et ipse Otho fuit apud Maguntum in natali Domini in regem coronatus[7] ab eodem archiepiscopo Maguntino. Quo audito, Philippus dux Swavie precepit sibi afferri thesaurum suum, quem habuit in partibus illis[8]. Quod cum Othoni constaret, observabat per diem et noctem stratam, per quam transituri erant homines ducis cum thesauro suo; et illi nichil horum precaventes, cum iter agerent, inciderunt in manus Othonis et capti sunt cum thesauro illo; et ita factus est Otho dives ex[e] thesauro ducis Suavie, adversarii eius. . . . . . .

Hec[f, 9] est pax et finalis concordia facta inter Philippum regem Francie et Iohannem regem Anglie.

Philippus Dei gratia rex Francorum universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Noveritis, quod hec est forma pacis facta inter nos et dilectum nostrum et fidelem Iohannem Dei gratia regem Anglie: scilicet . . . . . .

De comite Flandrie et comite Bolonie sic erit: quod comes Flandrie tenebit id quod tenet de terra nostra, et nos ea que tenemus de comite Bolonie, scilicet dominia et feuda; et ea que comes Pontivi[g] tenet, inde feudum et dominium remanent nobis et comiti Pontivi; propter hoc quod comes Flandrie tenet de nostro, ideo faciet nobis homagium ligium[h]. Et si ipse comes Flandrie aut aliquis hominum meorum, qui melius sint aut esse debent homines nostri quam regis Anglie, nobis malum facere aut nocere vellent, rex Anglie non poterit contra nos adiuvare et manutenere[i] eos; neque nos similiter suos, qui sint aut melius esse debent homines sui quam mei, salva forma huius pacis predicte. In convencionibus istis habet rex Anglie convencionem, quod ipse Otoni nullum faciet auxilium neque per pecuniam neque per gentes neque per milites nec per alium nisi per consilium nostrum. . . . Actum apud G.[k], anno ab incarnatione
Mai. *Domini* 1200, *mense Maii.* . . . . . .

Tertius annus regni Iohannis regis Anglie.

Anno gratie 1201, qui erat annus tertius regni Iohannis regis Anglie, fuit idem rex
1200. Dec. 25. die natalis Domini, que feria secunda evenit, in Anglia apud Geldeforde[10]. Eodem die Willelmus rex Scottorum fuit in terra sua apud Lanarch[11]. Eodem die Otho rex Alemannorum, nepos Iohannis regis Anglorum, fuit apud Maguntum coronatus[12]. . . . . . .

a) precedens *Sav.* b) *spatium vac.* 1. c) Sw. *St.* d) Phil. *St.* e) cum *Sav.* f) *haec in breve redegit* 8. g) Ponticii 1. 3. 5; Pontini *Sav.*, *Rymer.* h) *deest Sav.* i) manutenire 1. k) Garlande 3. 5; Guleton *Rymer.*

1) Conradus ob. mense Oct. 2) Error; aberat, cum a. 1198, Sept. 8. Aimo Tarentasiensis archiepiscopus Philippum Maguntiae coronavit, ille neque Ottonis neque Philippi coronationem ratam habebat. 3) Sigfridum praepositum pauci canonici apud Bingen elegerunt, iam antea mense Decembri Lupoldo episcopo Wormatiensi Maguntiae, Philippo connivente, a maiore parte capituli electo. 4) Lupoldum Philippi regis consanguineum fuisse, alibi non inveni. 5) Cives Maguntini Sigfrido resistebant. 6) Coloniae. 7) i. e. corona decoratus; v. Ficker l. l. p. 63; cf. infra l. 42. 8) In Hagenau aut in Trifels; Winkelmann p. 194. 9) Facta est apud Le Goulet prope Portmort (dép. Eure), m. Maio, die, ut videtur, 22; Winkelmann p. 161. Rogeri textus minus accurate eo quem Rymer, Foedera I, p. 79, 'ex rotulo in thesauro' hausit, transscriptus est. Commentarium dedit Stapleton, 'Norman Exchequer Rolls' II, p. CLXXII. 10) Guildford, com. Surrey. 11) Lanark. 12) Cf. supra l. 16.

Innocentius[a,1] *episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum Anglie constitutis salutem et apostolicam benediccionem. Iustus et misericors Deus . . . Datum Laterani* 3. *Nonas Maii, pontificatus nostri anno quarto . . . . . .* 1201. Mai 5.

Eodem[b] anno obiit . .[c,2] Teutonica[d], filia . .[c,3] de Genest, uxor Philippi regis Francie, quam papa Innocencius in litteris suis adulteram nominabat, de qua prefatus rex genuerat filium[4] et filiam[5] . . . . . .

De Iohanne Salernitano, Romane ecclesie cardinali legato in Scocia.

Eodem anno Iohannes Salernitanus tituli Sancti Stephani in monte Celion presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus in Scocia et in Hibernia et in insulis adiacentibus, venit Eboracum. Qui[6] cum esset unus de duobus electis in Romanum pontificem proximo post decessum Celestini pape, eleccioni sue renunciavit, licet decem cardinales in eleccione sua consensissent, et ipse cum ceteris cardinalibus elegit Lotarium diaconum cardinalem in Romanum pontificem, qui vocatus est papa Innocencius tertius[e]. Predictus vero Iohannes non manducavit carnem, vinum et siceram[f] non bibit nec aliquid quo inebriari potuit, sed aurum et argentum sitivit. . . . . . . (1198.; cf. Iud. 13, 4.)

Eodem anno G.[7], summus magister Hospitalis Ierusalem, priori et fratribus suis per Angliam constitutis in hac forma scripsit: 1201.

Magister Hospitalis Ierusalem priori Anglie. Quemadmodum rumores proveniunt, ita eos cupimus cordibus amicorum nostrorum intimari. . . . Nunc audite, quid ultra modum nos affligit. Terra regni Sicilie iugiter destruitur a Teutonicis[g] *et Longobardis; domus nostra Baroli relicta fuerit; fratres intus in civitate manent; domus extrinsece, a quibus auxilium nostrum procedebat, ad nihilum deducte sunt; nullus in civitate persistit. Postquam autem a terra recessistis, nihil de regno Sicilie nobis subvenit, ad presens iam et per annum frumentum, vinum et hordeum, carnes et caseum et queque necessaria emimus pro universis domibus et castris nostris, in quibus omnibus sine numero necessaria est expensa. Pecuniam nisi ab ultramarinis domibus receperimus, aliunde aliter habere nequimus, et iam diu est quod nihil fere recepimus ad comparationem expense. Noveritis, quod in debitis plurimis subiacemus, exspectantes auxilium vestrum et aliorum bonorum fratrum nostrorum; amore divino et nostro vos monemus, ut quantumcunque poteritis in primo Martii passagio subveniatis. Valete.*

a) *epistola deest* 2. 3. 4. 5. b) *hic locus deest* 4. c) *spatium vac.* 1. d) Theut. 5. e) *deest* 3. 5. f) cic. 1. g) Theut. 3. 5.

EX CONTINUATIONE CHRONICAE ROGERI DE HOVEDEN.

Historia, quam Rogerus de Hoveden a. 1202. *abruptam reliquerat, inter annos fere* 1220—1230. *in Angliae Orientalis*[8] *domo quadam religiosa*[9] *ita continuata est, ut auctor, cuius nec nomen nec vitam novimus, compilationi ex variis libris factae, cui maiorem Hovedenii partem subiecerat, annales usque ad a.* 1225. *addiderit; quos nomine iam consueto indicare iuvat.*

1) Potthast, Reg. nr. 1346: cruce signatos compellant, *ut ad terminum quem Flandrensis, Campanensis, Blesensis comites prefixerint, in estate futura peregrinationis propositum exequantur.* 2) Agnes vel Maria. 3) Bertholdi. 4) Philippum. 5) Mariam. 6) De eo cf. Winkelmann p. 93. 7) Gotfredus de Duisson. 8) Cf. infra a. 1219. et apud Walterum Coventr. ed. Stubbs t. II, p. 231, ubi comitatus de Lincoln et Norfolk 'nostrae partes' vocantur. — Interdum occurunt fasti de Lincolnia, Leicestria, Petriburgo, S. Edmundo, Hulmo, Thorneya, Croylandia, Frestonia. 9) Quae certe ordini Cisterciensi non adhaesit; cf. a. 1208.

Auctor post brevius initium paullatim fusius progrediens, decessorem materia copiaque rerum non aequavit, indole autem ad historiam scribendam apta superavit. Certe tamen ubicumque de Britannia egit — nam de nationibus exteris non ita multa attulit — sui aevi scriptoribus de Wendover et Coggeshale in rebus accurate colligendis, distincte perscribendis, acriter narrandis, ex origine causisque[1] *deducendis nihil cessit. Quamquam, quanta vis in Magna Charta ad 'libertates Anglicanas' firmiter stabiliendas fuerit, nullus historicus ante Matthaeum Parisiensem perspexit, nec noster, bellum civile se vidisse saepius professus*[2], *praesensit. Non enim mirum, quod partibus baronum — utpote qui fidelitatis regi praestitae*[3], *reverentiae erga ecclesiam remque publicam*[4] *habendae obliti castella suo marte munirent, populum opprimerent, regnum ad Gallos eosque excommunicatos*[5] *transferre tentarent — minus favens, potius uni domino quam diversis subregulis patriam obedire maluit*[6]. *Licet igitur conventus Cantuariensis a.* 1207. *expulsi misereretur, anathema a.* 1209. *a Roma 'post admonitiones plurimas' irrogatum silentio non transmitteret, 'mulctam praetextu werrae' a.* 1210. *coenobiis impositam (nonnisi hic aura monastica motus) 'inauditam et importabilem' denunciaret, necnon interdum Angliae regnum sacerdotiumque 'doloribus afflicta*[7]*' quasi occulte gemeret, tamen tantum aberat, ut haec mala regis ingenio ac moribus vel tyrannicis legibus attribueret, ut Iohannem 'principem magnum, minus felicem, utramque expertum fortunam', Mario*[8] *compararet. Defectionis baronum causa regem culpa purgavit, quod terras Gallicas amisit*[9], *regnum papae subiecit*[10]; *atque ex indigentia in clerum iniuriose, inhumane in adversarios, quos a crimine deterreret*[11], *eum egisse probavit; raram vero vituperationem vitiorum regis aut aliorum ex ore retulit*[12] *aut velo, ut ita dicam, theologico obumbravit*[13]. *Plurimis autem locis quae facta sunt sine ira ac studio commemoravit; ubi tamen de Francis Britanniam invadentibus, de Romanis ecclesiam Anglicanam opprimentibus*[14], *de Celtis ultimis viribus iugo resistentibus, locutus est, toto pectore ut Anglus cum patria, primate, rege suis sensit; fortasse e clade Normannica effectum iri, ut insulae Anglis penitus cederent*[15], *primus animo praesagivit.*

Librum historicum[16] *nullum ad Rogeri opus continuandum inspexisse videtur, e tabulis tamen litterisque publicis alias laudavit, alias, verbis fere integre retentis*[17], *narrationis telae intexuit. Usque autem ad annum* 1202. *duae quae exstant codicum classes inter se discrepant, quam ob rem, neque a quo anno neque quibus operibus usque ad a.* 1170. *adhibitis neque qua ratione priores annales compilaverit, pro certo affirmare ausim. Sed cum ad a.* 1154. *'Explicit chronica Mariani' habeat, Marianum simul cum continuatione Wigornensi et historiae Huntingdoniensis libro extremo ex uno codice*[18] *transsumpsisse videtur. Tunc tenues aliquot notas quae ad a.* 1169. *perducuntur, sed vix tres paginas*[19] *occupant,*

1) Cf. Celtarum Scotorumque rebellionem contra Anglonormannos, Walt. Cov. II, p. 206. 2) Ib. p. 220. 227. 231. 3) Ib. p. 225. 4) Ib. p. 222. 224. 5) Ib. p. 239. 6) Haec Stubbs sagaciter disseruit, ib. p. LXXXIV. 7) Ib. p. 203. 204. 8) Ib. p. 232. 9) Ib. p. 197. 10) Ib. p. 210. 11) Ib. p. 212. 12) Ib. p. 210. 225. 13) Ib. p. 196. 202. 14) Ib. p. 274. 15) Ib. p. 197. 203. 206. Arturum propter superbiam Britonum (non Iohannis, ut Stubbs ib. p. LXXXVI. vult), qui per eum dominationem ut recuperarent fore sperabant, interiisse contendit. 16) A. 1225. concilium Gallicum eisdem verbis ac Rogerus de Wendover narravit. Sed cum alius alibi veram lectionem servaverit (cf. Wend. ap. Matth. Paris. ed. Luard III, p. 107, l. 33. cum Cov. p. 276, l. ult.), utrumque ex eodem fonte hausisse consequitur. [A. 1214. eisdem tabulis quibus Annalista Rotomagensis usus est. HOLDER-EGGER.] 17) Cf. infra a. 1213. 1215. 1220. 18) Libros mss. eiusdem ordinis enumeravi in 'Forschungen zur D. Gesch.' t. XVIII, p. 294; cf. Huntingdon. ed. Arnold p. XLIV. 19) Walt. Cov. I, p. 184 sqq.

nescio quo de fonte, fortasse partim ex traditionibus Angliae Orientalis[1], *partim ex annalibus Angliae Meridionalis*[2] *hausit. Deinde Gestorum Henrici II. priorem tomum a.* 1177. *desinentem*[3] *et, quatuor tantum lineis de a.* 1178. 1179. 1180. *insertis, Hovedenii volumen II. a.* 1181—1202. *complectens*[4] *transscripsit.*

Codices autem sunt hi:

1. *Collegii Armorum (sive Officii Heraldici) Londoniensis, olim comitis de Arundel nr.* 10, *una manu saec. XIII. in. vel med. exaratus, in margine*[5] *quaedam de Barnwell, domo canonicorum regularium ante portas Cantabrigiae sita, affert. Ex quo hoc tantum effici potest, ut scriba, non auctor*[6], *Barnwellensis fuerit. Qui ab incarnatione Domini incipiens, priore quidem parte in brevem formam redacta, continuationem nostram accuratissime servavit; itaque lectiones eius, a Stubbs in editione Walteri Coventrensis subnotatas, in textum recepi. — Additamenta*[7] *huic codici postea usque ad a.* 1309. *adiecta, inter quae epistolae aliquot paparum de Terra Sancta et Friderico II. ex Matthaeo Parisiensi sumptae occurrere dicuntur, nondum in lucem prodierunt.*

2. *Chronicon Petriburgense a Giles pro societate Caxtoniana evulgatum, ex quo suo loco plura excerpemus, non ante finem saec. XIII. confectum esse potest, cum scriptor eius inter varios libros Martinum quoque Oppaviensem (velut ad a.* 1000. *et* 1225*) secutus sit. Continuationem autem Hovedenii tantopere corrupit et contraxit, ut nonnisi ad a.* 1220. *propius quam* 1 *ad fontem accedere mihi videatur.*

Reliqui codices cum a. 1002. *exorsi, in priore compilatione, quam* 1 *in angustum coactam exhibet, auctorum vestigia sequantur et praesertim Rogeri de Hoveden vix decimam partem omittant, in continuatione autem fere ubicumque*[8] *a codice* 1 *discrepant in eosdem errores incidant, omnes sine dubio uni ordini attribuendi sunt.*

3. *Codex Collegii s. Magdalenae Oxoniensis nr.* 36, *saec. XIII. med. vel ex. una manu, quae de a.* 1226. *fere* 13 *lineas adiecit, exaratus est. Hunc a.* 1878. *cum editione Coventrensis contuli.*

4. *Codex Musei Britannici Cotton. Vitellius E. XIII. eiusdem fere aevi ac* 3, *easdem quoque lectiones praebuisse videtur. Flammas autem Cottonianas nec initium nec finis nec permulta alia evaserunt, quae tamen ex parte collationibus*[9] *a Thoma Gale saec. XVII. factis restitui possunt.*

C. Coventrensis, collegio Corporis Christi Cantabrigiensi nr. 175. *ab archiepiscopo Parker legatus, praeterquam quod paucas tabulas, praesertim e Gestis Henrici II. desumptas, omittit aut decurtat, formam codicum* 3 *et* 4 *cum additamento a.* 1226. *non sine propriis mendis repetit, nonnullis tamen locis genuinum textum accuratius quam illi retinet. Novi autem plane nihil affert, nisi quod quaedam de Eboraco paululum mutavit. At annales nostros a.* 1002. —1226. *amplectentes, quibus manus saec. XIII. ex. rubricam* Memoriale

1) *A.* 1157. *ecclesia Frestoniae combusta.* 2) Ed. Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 48. 3) Cf. supra p. 83. 4) Cf. supra p. 137. 5) Walt. Cov. II, p. 212. 218. 241. 6) Ib. p. 256³. cod. 1 omittit verbum *provide*, quod in 3 et C. et in epistola Honorii III. ap. Mansi XXIII, p. 15. legitur; codex 1 igitur non est archetypus, nedum auctoris autographum. Mirum quoque fuisset, si canonicus Barnwellensis de fulmine, quod a. 1223, ut Coggeshalensis fusius narravit, episcopum Eliensem in ecclesia Barnwellensi, cuius oblationibus nimis inhiaverat, ordines facientem quasi Dei nutu disturbavit, plane siluisset. Facere igitur non potui, quin hoc loco a Stubbs I, p. XLII. II, p. LXXXVI. dissentirem. Sed et ipse t. II, p. VIII, an auctor canonicus Barnwellensis fuerit, dubitavit. 7) Cf. ib. I, p. XLII. 8) Sed v. n. 6. 9) Cf. Stubbs ib. I, p. XII.

fratris Walteri de Coventria *inscripsit, farrago e geographia, genealogia, vaticiniis Britannicis mixta praecedit, cuius tamen praecipuae partes sunt historia brevissima regum Angliae (cuius auctores 'Mariotus Scotus, Rogerus de Hovedene, Paulinus', hic est Radulfus de Diceto decanus S. Pauli, laudantur) et opus Hugonis Sotovaginae de archiepiscopis Eboracensibus in artum contractum. Atque haec, quae Edwardo I. rege*[1] *eadem manu atque annales exarata videtur, Waltero, qui forsitan in monasterio S. Mariae Eboracensi vel domo vicina vixerit, attribui potest. De quo auctore, si tali nomine dignus est, qui (ut cum W. Stubbs loquar) vix centum verba codicis ipse composuerit, ne id quidem scimus, utrum cognomen de Coventria a gente an ab oppido natali sumserit. Etiam 'Memoriale', quam vocem Stubbs commentarium intelligit, tantum 'in memoriam' valere, Luard*[2]*, sicut olim Leland et Tanner, non ita absone putat, itaque Walterum e fastigio scribae in donatoris ordinem deprimere vult. Certe quae de vita operibusque Walteri antiquarii fabulantur omnia fide indigna esse, Stubbs manifesto probat*[3].

Qui primus codicem C. integrum, cum 3 *et* 4 *et inde ab a.* 1202. *cum* 1 *collatum et praefatione critica indiceque exornatum, inscriptum 'The Historical Collections of Walter of Coventry' in Serie quae vocatur Rotulorum Angliae,* 2 *voll. Lond.* 1872. *et* 1873, *evulgavit. Antea Bouqueti continuatores t. XVIII, p.* 164, *lectiones* 1. 3. *C., sed praecipue codicis Harleiani nr.* 689, *a Wanley e C. transscripti, in unum contextum nectentes, nonnisi quae ad historiam Francogallicam faciunt 'ex annalibus Rogeri de Hoveden ab anonymo continuatis' in lucem dederant. Nos quoque, priore parte codicum* 3 *et C., utpote cuius fontes iam SS. t. XIII. et supra p.* 84—98. 145—183. *prodierint, plane praetermissa, e sola continuatione quae Germaniam spectant excerpsimus.* *F. L.*

1202. Comes Flandrie[4] cum pluribus aliis iter Ierosolimitanum aggreditur; in itinerando autem varios fortune casus expertus, tandem[5] ad imperium Constantinopolitanum sublimatus est. . . . . . .

1204. . . . Capta est civitas Constantinopolis a comite Flandrie, episcopis et comitibus et nobilibus viris et fortissimis de Francia sibi associatis; in qua communi[a] omnium eleccione imperator nobiliter gessit. Qui, cum magnam partem Grecie sibi adquisisset et eam sancte Romane ecclesie subdidisset, post modicum[b] a Grecis[6] interfectus est[c]; cuius frater[7] eidem[d] est in regni solio sublimatus. . . . . . .

1207. . . . Otho rex Romanorum in Angliam venit, vocatus a rege Anglie Iohanne, set cito rediit[8].

1208. . . . Philippus dux Swavie, qui regem Romanorum se dixerat, inscio eius adversario Othone, a quodam comite[9] occiditur.

Regina Anglie[10] peperit filium nomine Ricardum[11].

1209. . . . Rex Otho sollempniter Rome in imperatorem sublimatur a papa Innocencio. . . . . . .

1210. . . . Graves inter dominum papam et imperatorem Othonem discordie: imperatore siquidem cito post promocionem suam quedam occupante, que vir apostolicus sue proteccioni commendata asseruit, inhibitus est in ius alienum manus extendere. Cumque ille ius imperii Romani, ut sibi videbatur, iuste ad imperium revocaret nec propter inhibiciones cessaret, commotus est dominus papa eoque gravius, quod sola eius post Deum opera primo ad regnum, deinde ad imperii culmen esset sublimatus. Unde primo[12] in eius satel-

a) *deest 3. C.* b) tempus *add. C.* c) vel captus sed nescitur *add. ed. Bouq. nescio ex quo cod.* d) *sic codd.*

1) Serie regum usque ad hunc perducta, eius regni annis postea inserendis spatium vacuum relictum est; ib. I, p. 18. 2) Ad Matthaei Paris. Chron. mai. II, p. XII. 3) I, p. I—XIX. 4) Balduinus IX. 5) A. 1204. 6) Error. 7) Henricus. 8) Cf. 'Anglonorm. GQ.' p. 146. 9) Ottone de Wittelsbach. 10) Isabella. 11) Postea regem Alemanniae. 12) Eodem die Nov. 18. Ottonem atque fautores eius excommunicatos esse, monstrat Winkelmann, 'Otto IV.' p. 249.

lites, deinde in ipsum anathematis sentenciam contorquens, ab eius fidelitate et homagio tocius imperii principes absolvit eosque qui cum eo vel pro eo starent in impugnacione iusticie pariter anathematizavit. Exasperatus est ex hoc, ut videtur[a], rex Anglie cepitque minus abhorrere sentenciam iam dudum sibi inflictam, quia socium[1] talem et tantum habebat. . . . Dura erat hiis diebus ecclesie sancte condicio. Imperator Romanus anathematizatus erat et eius principes fere omnes aut ex nomine aut ex participio. . . . . . .

1211. Otho Romanorum imperator in partibus Italie cum exercitu gravi moram faciens, Apuliam, Calabriam et Tusciam sibi subiugavit, rege etiam Sicilie[2] adhuc impubere ad dedicionem compulso[3]. Dominus autem papa ex hoc supra modum exasperatus, post anathematis sentenciam etiam ad eius deieccionem nitebatur, adversarios illi pro posse suscitans, imperii principibus scribens, ut, isto reprobato, alium sibi in imperatorem eligerent.

Comes Tolosanus[4] in ipsa civitate Tolosa obsessus est a crucesignatis, eo quod civitas peste heretica infecta fuisse diceretur et ipse comes patrocinium hereticis prestare. Sed post diutinam obsessionem Pictavensibus, tam rege Anglie quam imperatore[5] id procurante, suppecias prebentibus, liberatus est comes cum civitate. . . . . . .

1212. . . . Otho imperator ab Italia in Theutoniam rediens, adversarios magnos et multos, Domino id procurante, invenit; qui tamen, ut sue provideret securitati[6], unicam[7] Philippi regis quondam adversarii sui filiam[8] in uxorem sollempniter accepit. Set principia gaudii eius occupavit luctus, mortua ante exactum post nupcias illa[b] mensem, per quam et sibi confederacionem et soboli sue in ducatu Swavie hereditariam sperabat successionem procurari. Nitebatur preterea[c] dominus papa, quantum conici potuit, ei emulum procurare, Fredericum videlicet Apulie et Sicilie regem; erat autem is Henrici imperatoris et Constancie regine filius, cui ex hereditate paterna ducatus Swavie competebat, ex materna autem regnum Apulie et Sicilie. Imperium etiam Romanorum, si iure vendicari posset hereditario, nulli magis quam huic competeret, utpote qui a multis retro[d] temporibus imperatores habuit progenitores. Dicebatur etiam, quod omnium imperii principum iuramentis ei imperium a diebus patris eius esset confirmatum. . . . . . .

1213. . . . Pape nuncius[9] ad populum concionatus, regem[10] protestabatur Deo et sancte Romane ecclesie reconciliatum[11]. . . . Retinuit tamen[e] adhuc rex Anglie omnem exercitum suum et adhuc in suspenso multi[f], . . . quia prope erat dies ascensionis, qui quasi fata- Mai. 23. lis[12] regi exspectabatur. Interea hii qui in galeis regis preerant, sumentes animos ex rumoribus secundis, in littoribus transmarinis irrupciones crebras faciebant, naves capientes et predas agentes. Indeque animosiores effecti, nactaque occasione ex dissencione quadam inter regem Francorum et comitem Flandrie[13] suborta, dum ad alia intenta esset pars adversa, in eorum classem viriliter irruunt[14], et post cedem aliquantam et conflictum, trescentis navibus captis et[g] pluribus igne combustis, cum gloria ad Angliam redierunt. Quod cum[h] regi Francorum innotuit, ira succensus et tum pro litteris magnatum Anglie, quas iam susceperat, tum pro casu sinistro vehementissime commotus, iussit ignem immitti et residuum classis sue quod Anglos evaserat in favillam redegit; sicque liberavit Deus Angliam a periculo impendenti. Profecto enim, si prosperati in proposito et via sua Angliam adissent, in exterminium daretur, et esset 'sicut populus sic et sacerdos'. Turbatur Francorum Osee 4, 9. rex, et id totum comiti imputans, qui regis Anglie partem fovebat, graviter prosecutus est iniuriam hanc, in interiora Flandrie penetrans et urbes munitissimas aut sue dicioni subiciens aut solo coequans[15]. . . . . . .

Hiis temporibus inspiravit Dominus[i] domino pape Innocencio, ut de subvencione terre[k] Ierosolimitane necnon et universe ecclesie promocione solito solicicius curam gereret. Nam, quoniam predecessores sui unusquisque tempore suo Terre Sancte succursum procuraverat, absonum videretur, si ipse in bono proposito minus fervens[l] inveniretur, qui nec potencia quoquam eorum minor erat nec industria. Preterea recolebat, quod[m] diebus suis

a) dicitur *Bouq.* b) me. il. *ib.* c) postea *ib.* d) retroactis 3. e) autem *C.* f) erant *suppl. videtur.* g) ex *C.* h) ut 3. i) Deus 3. *C. Bouq.* k) Sancte *add. Bouq.* l) fluens 3. *C.*; firmus *Gale.* m) in *add.* 3.

1) Cf. Pauli, 'Gesch. v. England' III, p. 363. 2) Friderico II. 3) Haec disseruit Winkelmann l. l. p. 258, n. 3. 4) Raimundus VI. 5) Haec corriguntur ib. p. 293. 6) Cf. ib. p. 308. 7) Error. 8) Beatricem. 9) Pandulfus. 10) Iohannem. 11) Mai. 15. 12) Eo die Iohannem regno privatum fore, eremita quidam prophetaverat. 13) Ferrandum. 14) In portu Swine; cf. Winkelmann ib. p. 363. 15) A. 1213. exeunte Franci exiguam tantum partem Flandriae retinebant; cf. ib. p. 364.

heresis caput levaverit, quod multi principes excommunicati fuerunt et multe terre interdicte, et vix fieri poterat, quin inter hec multa succreverint in vinea Domini[1] que euvangelica securi necesse esset succidi. Decrevit igitur generale concilium propter iam dicta celebrare; et hac causa in omnes partes orbis Romani a latere suo viros transmisit industrios, qui et verbum de subveccione[a] Terre Sancte facerent et que corrigenda viderentur explorarent[b]. . . . . .

1214. Ferrandus[2] Flandrensis[c] comes a Philippo Francorum rege pulsus a Flandria, Othonem imperatorem Alemannie et Iohannem regem Anglie expetiit et pepigit fedus cum eis. Quorum fretus auxilio, regressus in Flandriam, eam pene totam de manu regis Francie potenter eripuit ope et industria virorum illustrium, et precipue Willelmi comitis Saresbirie, fratris regis Anglie, et Reginaldi comitis Bolonie. . . . Venerant[3] autem eo tempore ex parte Flandrie Otho imperator, Ferrandus comes, Reginaldus comes, Willelmus comes cum multitudine gravi. Rex itaque Francorum, misso contra regem Anglie[4] filio suo Lodowico, ipse collecto exercitu Flandrensibus, quorum vires iam nimis excreverant, censuit occurrendum. Igitur intra[d] fines Flandrie fit utrimque concursus, et dispositis aciebus ad
Iul. 27. Pontem Wentini[5] inter Mauritaniam[6] et Tornacum, 6. Kalendas Augusti, die dominica pugna committitur; et in conflictu cecidere nonnulli; Franci tamen victorie palmam tenuerunt. In hoc bello Flandrensi ex acie capti sunt egregii pugnatores Plutus[e,7] Alemannus, Ferrandus Flandrensis, Willelmus Saresbiriensis, Reginaldus Boloniensis et senescallus Othonis et milites alii tam mediocres quam illustres circiter 150[8]. [Et[f] ex parte regis Francie cecidit Stephanus de Longo-campo, vir in armis strenuus, qui se in primo conflictu obiciens cum quodam alio[9] pro rege domino et coram rege viriliter decertans succubuit.] . . . . . .

Consecrati sunt Cantuarie a Stephano Cantuariensi archiepiscopo Simon de Apulia[10] decanus Eboracensis in Exoniensem episcopum et Walterus de Gray cancellarius regis in Wigornensem. . . . . . .

1215. . . . Rex . . . miserat autem occulte nuncios in partes transmarinas[11], ab exteris nationibus[g] auxilium postulans[12]. . . . . . .

Suspicans, eo quod ibi[13] contineretur, regem ipsum ad charte observacionem cogendum, mittit festinanter alios nuncios ad gentes exteras[14]. . . . Nunciatum est, regem cum aliquibus alienis, qui ei in subsidium venerant, prope Dovram[15] exercitum convocasse; ibi enim commodum videbatur reliquos quos venturos sperabat opperiri. . . . Rex autem, qui circa Dovram diebus aliquot quasi delituerat, iam caput erigere cepit; confluxerant quippe ad eum quos dudum promissis ingentibus sollicitaverat, Pictavi[h], Gascones, Bribanzones[i], Flandrenses et ex transmarinis nacionibus in multitudine gravi. Venissentque ad[k] eum multo plures, nisi subito orta procella eos in transfretando una cum[l] nunciis regis submersisset[16]. Dicitur enim et ipse papa scripsisse[17] pro eo, utpote qui ipsum totis viribus tuendum susceperat. . . . . . .

Interea[18] Rome celebratum est concilium generale sub papa Innocencio tercio in basilica que appellatur Constantiniana, cui intererant ex patriarchis maioribus Constantinopolitanus[19] et Ierosolimitanus[20], episcopi diversarum nacionum 310[21], quorum[22] 70[m] erant primates metropolitani, abbates vel priores quasi 800. . . . . . .

a) subvencione 3. *C.* b) *deest* 3. c) co. Fla. *Bouq.* d) ultra 3. *C. Bouq.* e) *ita codd.* f) Et ex p. r. — succ. 1. *Bouq.*, *des.* 3. *C. Ann. Rotom.* g) aux. ab e. nat. *Bouq.* h) Picti 3. *C.* i) Braybazones 3; Wasc., Braibanceni *Bouq.* k) ad eum *des. ib.* l) aliquibus ex *add. ib.* m) 77 *ib.*

1) Bulla qua Innocentius clerum ad concilium invitat incipit verbis: *Vineam Domini;* cf. Potthast, Reg. Pont. nr. 4706. 2) Haec cum Ann. Rotom. fere ad verbum consentiunt. Sed minus accurate narrantur; v. supra p. 187, n. 15; Ferrandus m. Ian. a. 1214. cum Iohanne, circa m. Mart. cum Ottone foedus pepigit; Winkelmann l. l. p. 367. 3) *Venerant — gravi* desunt Ann. Rot. 4) De bello Andegavensi cf. Pauli ib. III, p. 394. 5) Deest hic locus Ann. Rot.; ubi sit, quaerit Winkelmann, 'Friedrich II.' t. I, p. 101; fortasse Pont-à-Vendin versus mer. a Bouvines. 6) Mortagne (arr. Valenciennes). 7) In Ann. Rotom. et Gemmet., SS. XXVI, p. 502. 511, Pilutus vel Pellutus, Gallice *Pelus* (ita Chron. de Flandres ed. Kervyn de Lettenhove I, p. 120) vocatur, id est comes Pilosus, nostris 'Raugraf'. 8) Numerus deest Ann. Rotom. 9) Petro Tristando; cf. Guil. Armor., SS. XXVI, p. 311. 10) De eo cf. Stubbs ad Hoveden IV, p. LI. 11) Cf. Pauli p. 422, n. 3. 12) Mense Maio. 13) Scil. art. 61. Magnae Chartae. 14) Flandrenses inprimis; cf. Pauli p. 439. 15) Mense Sept.; ib. p. 441. 16) Ib. p. 440. 17) Ib. p. 441, n. 2. et Potthast nr. 4990 sqq. 18) Nov. 11; Potthast p. 437; verba quae sequuntur ex tabulis concilii desumpta esse, recte perspexit Winkelmann, 'Otto IV'. p. 513. 19) Gervasius. 20) Radulfus. 21) Forsitan errore scribae in numero *C* omissum sit; alii enim historici habent 412; Chronicon Petriburgense, quod supra 2 vocavi, habet 'quadringenti'. 22) Verbum *quorum* apud alios qui easdem concilii tabulas adhibuerunt deest, unde Winkelmann p. 420. 'praeter quos' intelligit.

1216. . . . Mortuus est[a] eo tempore Innocencius papa; successitque ei Cincius cardinalis[1], iam evo grandior, et vocatus[b] est Honorius. . . . . . .

1218. . . . Otho[c] imperator quondam Romanorum obiit. . . . . . .

1219. . . . Capta est civitas Damieta. . . . Consecrate sunt due ecclesie in honore duorum martirum Anglie[d], scilicet sancti Edmundi regis[2] et martiris et sancti Thome archipresulis Cantuariensis. Quidam vero miles egregius de Anglia[e] dictus Ricardus de Argentein[f.3] infra ecclesiam beati Edmundi super parietem depingere fecit martirium eiusdem. Contigit autem, ut die quadam inter sacra missarum sollempnia, astante multitudine christianorum, intraret quidam Flandrensis in eandem ecclesiam. Qui cum respiceret ad[g] picturam passionis[4] beati martiris cerneretque effigiem corporis ipsius nudam et undique sagittarum densitate confossam corpusque excapitatum, in verba blasphemie erga martirem tali modo prorupit: 'Nullus debet credere, ipsum regem fuisse, qui tali morte et tam ignominiosa occisus fuerat'. Hoc autem dicebat, quia Flandrenses exosum habent martirem propter infortunium, quod eis in Anglia tempore[5] Henrici secundi regis Anglorum infra licias ipsius[6] evenit. Sed eius temerariam et probrosam presumpcionem Dei et martiris repentina subsecuta est ulcio. Nam antequam de ecclesia ipsa egrederetur, lapis magnus super caput ipsius cadens, ita illud attrivit, ut semivivus remaneret ibi[h]; unde crevit ibidem[i] timor et reverencia erga martirem gloriosum.

1220. . . . Fredericus dominus Apulie, filius Henrici imperatoris et Constancie regine, qui, Othone reprobato, a domino papa Innocencio ad imperium electus fuerat, a domino papa Honorio coronatus est Rome in imperatorem dominica prima adventus Domini, que illo anno contigit in vigilia sancti Andree apostoli[k], scilicet 3. Kalendas Decembris[7]. . . . . . . Nov.

1225. . . . Provisum est a domino papa consilio et assensu cardinalium et aliorum magnatum imperii Romani, quod[8] imperator Henricus[l.9] transibit in subsidium Terre Sancte ab instanti Augusto in duos annos et per biennium tenebit ibi mille milites ad suum[m], ita quod, si aliquis de ipso numero statuto tempore deesse contigerit, 50 marcis[n] per annum defectus militis redimetur; peccuniam autem de huiusmodi redempcione collectam ipse imperator, si ibi fuerit, ad testimonium et consilium regis et patriarche Ierosolimorum ac magistri domus Alemannorum[o] et aliorum proborum virorum de terra ibidem ad servicium Iesu Christi expendet in usus eosdem vel alios, ubi eis magis visum fuerit expedire. Quodsi aliquo casu ipsum imperatorem contigerit tunc abesse, memorata pecunia in predictorum regis et patriarche et magistri domus Alemannorum[p] manibus deponetur, per ipsos in Terre Sancte negocia expendenda. Passagium dabit, si venerint in primo passagio vel in duobus sequentibus passagiis, duobus milibus militum et familiis eorundem et pro milite duobus[q] equis; ducet secum centum scelendros[r]; et tenebit 50 galeas similiter per totum biennium, si necesse fuerit, bona fide armatas. Quodsi aliquo tempore illius biennii non esset necesse illas teneri, vel forsan non possent inveniri homines neccessarii apparatui earundem[s], estimabuntur fideliter sumptus illi, qui in eis tenendis neccessarii haberentur, si tenerentur armate[t] eodem modo quo debuissent armari; et tantundem[u] in peccunia memorata[v] persolvet in ipsius terre negocio expendendum eodem modo per omnia quo[w] superius de 50 marcis militum est expressum. Preterea deponet in manibus predictorum regis et patriarche ac magistri et fratrum domus Alemannorum[x] centum milia unciarum auri vel equivalenciam in argento hiis terminis per-

a) autem *add. C.* b) factusque *C.*; dictusque *Bouq.* c) Ob. Otho i. q. R. 3. *Bouq.* d) Anglicanorum *C.* e) Anglis *Gale.* f) Argentomio 3; Argentonio *C.* g) *deest C.* h) ibi rem. 3; ibidem *C.* i) ibi *C.* k) *deest Gale.* l) *ita codd.* m) numerum *Reg.* n) argenti *add. ib.* o) Theutonicorum *ib.* p) sancte Marie Theutonicorum *ib.* q) tribus *ib.* r) calandras *ib.* s) eorundem *St.* t) armati *ib.* u) tandem *Reg.*; *sed Pertz* tantundem *correxerat.* v) numerata *ib.* w) quod *St.* x) Theutonicorum *Reg.*

1) Presbyter SS. Iohannis et Pauli. 2) Angliae Orientalis. 3) Argentan (dép. Orne); Ricardus inter testes Magnae Chartae a. 1225. renovatae occurrit ('Statutes of the Realm' I, p. 25), obiit a. 1246; Matth. Par. ed. Luard IV, p. 587. 4) Passio s. Eadmundi ab Abbone Floriacensi posteritati tradita erat. 5) A. 1173; cf. supra p. 89. 6) Prope Burgum S. Edmundi. 7) Quamvis accurate diem statuere videatur, errat tamen noster; Fridericus II. enim d. 22. m. Nov. a. 1220. diademate imperiali insignitus est; cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' t. I, p. 148. 8) Quae sequuntur cum tractatu ex regestis paparum LL. t. II, p. 255. et ap. Huillard-Bréholles, Hist. diplom. Frid. II. t. II, I, p. 501, edito ad verbum, prima tantum pluralis persona in singularis tertiam mutata, concordant, nonnumquam autem meliorem lectionem exhibent. 9) Corrige: *Fredericus.*

1225. solvenda: in instanti passagio Augusti 20 milia, in[a] subsequenti passagio Marcii 20 milia, sequenti passagio Augusti 20 milia, alia 40 milia in duobus sequentibus passagiis Marcii et Augusti anni secundi, ita quod partes memorate pecunie persolute[b] per terminos antedictos ultra mare in singulis passagiis deportentur. Si[c] vero in aliquo termino plus solverit quam superius est expressum, tanto minus persolvere[d] tenebitur passagio subsequenti. Quando autem ipsum in biennio ad passagium assignatum transfretare continget, reddentur ei dicta 100 milia unciarum ad expendendum in servicio Iesu Christi et Terre Sancte. Et si eum, quod Deus avertat, in terra illa vel citra ante passagium memoratum obire contigerit, vel alias quacumque de causa forsitan non transierit, rex et patriarcha et magister domus Alemannorum[e] predicti ad laudem et consilium magistrorum Hospitalis et Templi ac aliorum proborum hominum de terra expendent eandem pecuniam bona fide, sicut melius viderint expedire utilitati Terre Sancte, in servicio Iesu Christi et terre pro salute anime imperatoris et antecessorum suorum. Si vero, quod absit, infra prescriptum terminum passagio assignatum quicquam de ipso humanitus acciderit, et si quid vel aliqua forte deficerent de hiis que superius sunt expressa et promissa, regnum suum Sicilie remanebit ad ea omnia obligatum, ita quod quicumque illud tenebit ea integra tenebitur adimplere. Ipse autem imperator personaliter[f] iuravit, quod transibit ultra mare in subsidium Terre Sancte in passagio suprascripto. Et[g] vir illustris R. dux Spoleti in anima ipsius imperatoris iuravit, ipsum imperatorem firmiter et fideliter servaturum reliqua omnia, sicut superius sunt expressa. Exnunc autem lata est sentencia excommunicacionis, in quam ipse incidet imperator, si non [h] in passagio suprascripto vel non duxerit et tenuerit secum mille milites vel non miserit prescriptam pecuniam, sicut superius est expressum. Si autem defecerit in aliquibus vel in aliquo ceterorum, ecclesia Romana sentenciabit in ipsum et in terram suam de spontaneo et iam prestito consensu imperatoris eiusdem, quod, si in alicuius termini solucione defecerit, lata sentencia teneatur astrictus, ita quod, si post annum elapsum per testimoniales litteras eorum, qui pro rege ac patriarcha et magistro hospitalis Alemannorum[e] ad recipiendum statutis terminis ipsam pecuniam statuentur, ecclesie Romane constiterit ipsum de huiusmodi satisfecisse defectu, statim super illo articulo absolvetur nec super aliis occasione illius sentencie gravabitur ullo modo. De hiis autem omnibus fecit imperator ecclesie Romane litteras suas patentes aurea bulla munitas[1]. . . . . . .

a) in s. p. M. *des. Reg.; sed Pertz ea suppleverat.* b) persolutos 3. c) *ita* 3. *Reg.;* Sin *St.* d) *ita* 3; ten. pers. *St.* pers. tenebimur *Reg.* e) Theutonicorum *Reg.* f) *ita* 3; iur. pers. *St.;* Nos a. pers. iuravimus *Reg.* g) Et Raynaldum natum quondam ducis Sp. *Reg.* h) *deest vocabulum codd.;* transfretaverimus *add. Reg.*

1) *Dat. apud S. Germanum a. d. inc.* 1225, *m. Iulii,* 13. *ind.* Reg.

EX ITINERARIO PEREGRINORUM AUCTORE RICARDO LONDONIENSI.

Inter historias, quibus iter Ricardi I. regis in Terram Sanctam eiusque res gestae describuntur, iam diu fere praecipuum locum obtinuit opus coaevum, de cuius auctore et origine et codices et editores inter se discrepant. Bongars, Gesta Dei per Francos I, p. 1150—1172, *a.* 1611. *cunctos praecessit edendo librum primum, multis quidem lacunis deformem, sub titulo:* Historia Hierosolymitana auctore anonymo Anglico. *Neque, quamquam complures codices saec. XIII. in. adhuc exstant qui librum primum separatim continent, ullus auctoris nomen praebet.*

Quodsi Casparius Barthius duos codices eiusdem libri unici possedit, quorum alter, ut contendit[1], *titulum:* Guidonis Adduanensis de bellis Palaestinis liber *prae se tulit, quaeritur, utrum istud nomen manu vetere an, quod probabilius esse videtur, recentiore inscriptum fuerit; alibi enim saeculis XII. vel XIII. auctor huiuscemodi nominis nullus invenitur. Itaque v. d. W. Stubbs*[2] *suggessit, Adduanensem errore Barthii ipsius fuisse substitutum pro Guidone illo cantore S. Stephani Catalaunensis*[3], *quem Albricus monachus Trium Fontium multis locis exscripsit et quem dixit composuisse* usque ad mortem regis Ricardi librum historiarum a mundi principio, breviter transcurrendo usque ad tempus suum[4]. *Sed quaecumque Guido Catalaunensis de expeditione Hierosolymitana tertia breviter retulit, cum Itinerarii libro primo nullo modo congruunt.*

Neque alteri coniecturae Thomae Gale assentimur. Qui primus[5] *Itinerarium integrum in libros sex distributum sub titulo Galfridi de Vino-salvo (Gaufrid Vinsauf) edidit. Galfridus vero, poeta coaevus et Ricardi et Iohannis regum potestati subiectus, librum de arte poetica scripsit, quem Innocentio III. pontifici Romano dedicavit*[6], *una cum carminibus tribus, quorum unum, scilicet naenia de Ricardi regis morte, errori, de quo agimus, locum dedisse videtur. Exstant enim hi* Versus magistri Galfridi Vinsauf de rege Ricardo *separatim auctoris nomine adornati cum in aliis saec. XIII. libris tum in illo codice bibliothecae publicae Universitatis Cantabrigiensis Ff.* 1. 25, *ex quo Gale Itinerarium transscribendum curavit, ita ut hoc quoque opus, sine titulo certo inventum, eidem auctori insigni, cui altera voluminis pars debetur, facile attribui potuerit. Quam opinionem falsam esse, ex eo apparet, quod neque indole neque*

1) Animadversiones enim, quas ipse adnotavit, in Reliquiis Manuscriptorum a I. P. a Ludewig collectis III, p. 539—541, a. 1720. excusae sunt. 2) Praef. Itin. Ricardi p. XLV. 3) Cuius opera nuper inventa comes de Riant editurus est. Guidonis Chronographia libro VII. et ultimo de tertio Itinere sancto, cuius comes auctor fuerat, fere nihil, quin ab Albrico exceptum sit, continet; v. SS. XXVI, p. 216. 4) SS. XXIII, p. 882; cf. p. 663. 5) Hist. Angl. SS. V, p. 247—429, Ox. 1687. 6) Cf. supra p. 169.

sermonis ratione Nova Poetria cum Itinerario concordat, neque iter Ricardi a scriptoribus saeculi XIII. et XIV. inter Galfridi opera enumeratur, neque Galfridus, quamvis ambitiosus et magniloquus, res a Ricardo in Palaestina fortissime gestas propriis oculis se vidisse ullo modo indicat; cum e contrario Itinerarii auctor et socius itineris et narrator modestus de se ipso prorsus taceat. Dimisso igitur Galfrido[1]*, scriptores veteres Anglorum, qui Itinerario usi sunt, iam consulere iuvat.*

Nicolaus Trivetus, frater ordinis S. Dominici, qui saec. XIV. in. Annales sex regum Angliae, qui a comitibus Andegavensibus originem traxerunt, *edidit*[2], *expeditionem a christianis contra Saladinum susceptam et Ricardi regis res gestas enarrans, praecipue Itinerarium, oratione non multum contracta, exscripsit. Regis enim mores corporisque formam exponens, auctorem suum, cui haec debet, his verbis adducit*[3]*:* Ricardus canonicus S. Trinitatis Londoniensis, qui itinerarium regis prosa et metro scripsit secundum ea quae, ut ipse asserit, praesens vidit in castris per hunc modum describit. *Et re vera versus vel ab aliis vel a se ipso compositos noster operi haud raro interspersit. Iure igitur ac merito qui primi saec. XVI. codices perscrutati sunt non dubitaverunt, duobus qui hodie exstant libris Ricardi canonici nomen inscribere. Nobis quoque Triveti testimonium disertum ac certum plane sufficit, neque aliud annis fere centum vetustius ei obstat. Chronicon enim de Expugnatione Terrae Sanctae (Radulfo quidem abbati de Coggeshal falso attributum), cuius primam partem peregrinus quidam, qui Urbem Sanctam a Saladino vidit expugnatam, composuit, altera parte nonnullis ex Itinerario nostro sumptis haec addit*[4]*:* si quis plenius nosse desiderat, legat librum quem dominus prior S. Trinitatis Londoniensis ex Gallica lingua in Latinum tam eleganti quam veraci stilo transferri fecit. *Prior autem eiusdem domus conventualis, cuius nomen hic quidem desideramus, cum Ricardo canonico in Annalibus Triveti designato sine dubio congruit. Quamquam quod versionem ex idiomate Gallico sumptam attinet, in opere nostro, nisi locorum sermone vernaculo nominatorum rationem habeas, vestigia ne minima quidem reperiri videntur; immo potius versus poetarum Latinorum, loci aliorum, qui oratione soluta utebantur, sententiae multae e versione librorum sacrorum vulgata citatae, lusus quidam verborum, videlicet:* aleis et aliis, donis et dolis, pretio et prece, ligatos legatos, illaesi laeti, *ut Stubbs p. LXI. monuit, nihil minus quam librum e sermone Gallico translatum indicant. Quam ob rem auctorem, qui saepe et consulto, ut videtur, versus heroicos immiscet, non alio ac Latino sermone historiam composuisse putaris. Nihilominus re vera eum opus quoddam Francogallicum adhibuisse, ne dicam vertisse, mox apparebit.*

Richardi vita eo illustratur, quod constat, Henricum III. regem Angliae d. Oct. 24. *a.* 1222. electioni factae de fratre Ricardo de Templo in priorem ecclesiae S. Trinitatis Londoniensis *assensisse*[5]. *Habes igitur Ricardum quendam, qui, antequam prioratum obtinuit, non solum eiusdem domus canonicus, sed, quod tunc saepe evenit, antea etiam inter Templarios in Terra Sancta fuerat.*

Pars sive recensio prima Itinerarii rege Ricardo adhuc vivente composita est. Nam vix dubitandum est, quin Willelmus Neubrigensis, qui et ipse canonicus eiusdem regulae conventualis circa a. 1197. *libros suos finivit, opus*

1) Quem Gale cum Waltero de Constantiis archiepiscopo Rotomagensi et iusticiario Angliae perperam confudit. 2) Ex quo opere infra quaedam excerpemus. 3) Ed. Hog pro Soc. hist. Angl. 1845, p. 116 sq. 4) Ap. Martene et Durand, Coll. ampl. V, p. 577. 5) V. Rot. Litt. Claus. ed. Hardy I, p. 515. 515b.

iunioris viri coaevi iam fortasse legerit[1]. *Attamen, si liber primus separatus prodiit, altera Itinerarii recensio usque ad a.* 1194. *perducta Iohanne demum rege perfecta esse potest, cum lib. V, cap.* 22. *de* fratre regis tunc comite Iohanne *mentio habeatur. Tertia denique editio codice C continetur, qui quaedam de Ricardi I. moribus et morte addit.*

Giraldus Cambrensis[2] *in opusculo quod inscribitur De instructione principum III, c.* 15. 17—22. *ex Itinerarii libro primo multa excerpsit,* historica veritate luculentoque stilo et studio exquisitissimo *delectatus. Postea Rogerus de Wendover, Matthaeus Parisiensis, Wilhelmi Tyrii continuator, Oliverus scholasticus eundem librum tantum laudarunt. Quae omnia recensione praeclara a v. cl. W. Stubbs inter Rerum Britannicarum medii aevi Scriptores a.* 1864. *curata luculenter probantur, cui etiam Riezler, 'Forschungen' X, p.* 105, *de subtili nostri dictione disserens, adstipulatus est.*

Hucusque cum editore doctissimo et amicissimo consentiens, ego sicut et ipse nuperrime in alia vestigia incidimus. VV. dd. Gabriel Monod et Gaston Paris enim in 'Revue des Sociétés savantes des départements, Cinquième Série' VI, 1874, *p.* 93, *carmen sermone vernaculo versibus circiter* 12000 *compositum, in codice bibliothecae Vaticanae reginae Christinae nr.* 814. *exstans, descripserunt, quod Itinerarii fontem fuisse affirmant. Sane versus aliquot, quos laudant, cum rebus et verbis operis nostri, utcumque ordo librorum multum discrepat, aliquantulum congruere videntur. Iam initio, Henrici II. regis Angliae morte commemorata, poeta semet ipsum proclamat:* Ambroise dit qui fist cest livre, *vir sane notitiis scaccarii Iohannis regis haud ignotus; Iohannes rex enim* Eustacio capellano et Ambrosio clericis nostris, qui cantaverunt 'Christus vincit' ad secundam coronationem nostram et coronationem primam regine uxoris nostre, *i. e. Oct.* 2. *a.* 1200, 25 *solidos solvi iussit; v. Rotulos de Liberate regnante Iohanne ed. Hardy p.* 1.

Eundem codicem Vaticanum, cuius numerus saepius mutatus est, Montfaucon, Bibl. bibliothecarum I, p. 31, *et La Croix vel Iacobs, 'Dissertations sur quelques points curieux de l'histoire de France' VII, p.* 24, *iam antea evolverunt. Initium, videlicet folia* 1—4, *et versus finales in folio* 89. *codicis, quem vocat reg. Christinae nr.* 1659, *minus accurate transscripsit et excudi fecit Adelbertus Keller, a.* 1844. *'Romvart' p.* 411—425, *cui nonnulla debemus, quae cum auctore Latino infra contulimus. Praeterea v. cl. G. Monod, qui carmini edendo operam navat, quo ordine res in itinere gestae narratae sint, nobiscum benigne communicavit. Itaque v.* 1—2386. *cum Itinerarii libro II. et capitulo* 1. *libri III, v.* 2387—2613. *cum libro I, c.* 2—11, *v.* 2614—4526. *cum libro I, c.* 25—81, *v.* 4527. *et reliqui cum libris III—VI. tali modo conveniunt, ut modo auctor Latinus, modo poeta Francogallicus ampliorem narrationem praebere videatur. Quaecumque autem de Frederico imperatore in Terram Sanctam profecto et in itinere mortuo lib. I, c.* 18—24. *traduntur, prorsus apud poetam desiderantur. Neque hic mansiones regum Franciae et Angliae a campo Verzeliacensi usque ad mare Mediterraneum profectorum enumerat, quibus auctor Itinerarii ipse interfuit, v. II,* 11: De Liuns transivimus — postea iacuimus — ubi moram fecimus — intravimus — transivimus. *Alia quoque, quae quodam modo versibus congruere videntur, partim poetae illi, partim nostro, qui res gestas haud sine ingenio poetico in Latinum sermonem vertit, attribuere licet.*

1) Vide quae infra ad collectanea e Willelmi historiis exhibita monebimus. 2) Ex eius operibus infra quaedam in nostrum usum excerpemus.

Quae cum ita sint, coniici debet, canonicum illum Anglicum, qui Ricardi regis socius in itinere fuit, carmen Ambrosii sermone vernaculo compositum re vera adhibuisse. Certe tamen multis locis alia ipsi visa addidit ac praecipue libro primo, quem, ut supra dixi, separatim edidit, plura magni momenti inseruit.

Itinerarii codices, qui in promptu fuerunt, hi sunt:

A 1. *Bibliothecae publicae Universitatis Cantabrigiensis Ff.* 1. 25, *quem F. Liebermann denuo inspexit, medio saec. XIII. exaratus, solus et libris et capitibus rubro superscriptis, ordine tamen misere confuso, distinguitur. Desinit a.* 1194. *Versuum Galfridi de Vinosalvo gratia, qui ibidem inveniuntur, poetae huius, ut supra monuimus, nomine liber inscriptus, in editionis Galeanae usum valde negligenter adhibitus est. Eiusdem ordinis codice Giraldus Cambrensis*[1] *usus est.*

A 2. *Fragmentum libri primi ap. Bongars, Gesta Dei per Francos, editum, nonnumquam attuli. Cuius ordinis codex exstat adhuc inter Mss. Musei Britannici Reg.* 14*C.* 10.

B 1. *Eiusdem Musei Cottonianus Faustina A. VII. iam saec. XIII. ineunte dilucide exaratus et manibus s. XVI. Ricardo canonico adscriptus, contextum optimum praebet praeter librum primum, ubi lacunae, etiam plures quam in codd. A* 1 *et* 2, *et menda alia offendunt, ita ut ex autographo ortus, sed multum in brevius contractus videatur. Desinit a.* 1194.

B 2. *Codex bibliothecae Phillippsianae Cheltenhamensis bis numeratus et* 3874. *et* 13556, *saec. XIV. eximie exaratus est. Fuit olim ex libris Guillelmi Burrell armigeri de Beckenham in comitatu Cantiae. Manus saec. XVII. editionem Galeanam secuta Galfridi de Vinosalvo nomen inscripsit. Si orthographiam excipias, omnino cum B* 1, *persaepe etiam cum A* 1 *congruit et eodem loco quo illi terminatur. Cuius codicis libri I. et VI. praecipue, cum editionibus Galei Stubbsiique in usum esse nequiverit, et a me ipso et a F. Liebermann cum aliis comparati sunt*[2].

C. Codex nr. 129. *Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis, saec. XIII. exeunte variis manibus exaratus, continet omnia quae codicibus A et B aut contracta aut omissa sunt; sed mendis non caret, quae ope aliorum codicum tollenda erant. Epistola, quam dux Assassinorum Leopoldo duci Austriae misisse fertur, et notitia de reditu Ricardi regis in Angliam, a Radulfo de Diceto sumptae, insertae sunt, et additum insuper de regis eiusdem ingenio atque de legibus ab eo in Anglia latis caput, quod supra dixi extremum, quod ut auctori abiudicemus, nulla causa apparet. Manus recentior, spatiis librorum et capitulorum indicibus inscribendis vacuis relictis, rubras, quae nunc cum A, nunc cum B conveniunt, supplevit. Hoc codice, quem a.* 1880. *inspexi, utpote aliis completiore, Stubbsiana et nostra editiones fundatae sunt.*

Pauca denique in calce e Libello de expugnatione Terrae Sanctae, qui in codicibus quidem Radulfi abbatis Coggeshalensis exstat, sed isti non est attribuendus, et libris scriptis et recensionibus Iosephi Stevenson[3] *et Iohannis Prutz*[4] *fretus, excerpsi. Quae fere omnia ex Itinerarii libro primo desumpta et in breve coacta sunt. In fine operis, secundi libri initio tantum exscripto, lector*[5] *ad librum per priorem S. Trinitatis ex Gallico in Latinum translatum remittitur. Novit igitur auctor, librum II. et reliquos Itinerarii ex opere Francogallico, eoque sine dubio carmine Ambrosii, haustos esse. Subiunxit quoque Friderici I. et Saladini epistolas provocatorias, quas ex eodem Itinerarii libro I.*

1) Vide infra ad a. 1188. 2) Codex saepius *c* pro *t* habet; scribit *excercitus*, *set* et quae sunt eiusmodi. 3) In editione Coggeshalensis. 4) 'Quellenbeiträge zur Gesch. d. Kreuzzüge' I. Adhibuit cod. Paris. S. Victoris nr. 476. 5) Ut supra p. 192. dixi.

sibi vindicavit[1]. *Tamen per alias partes multa affert, quae itineris socium, qui iam Urbi Sanctae a Saladino expugnatae affuit, indicant.* *R. P.*

PROLOGUS[a] IN [ITINERARIUM[b] PEREGRINANTIUM IN TERRAM SANCTAM TEMPORE SALAHADINI ET IN] GESTA RICARDI[c] REGIS ANGLIE ET REGIS FRANCIE ET IMPERATORIS ALEMANNIE.

Solet nonnumquam accidere, ut res quantumlibet notas et eximie gestas tractu[d] temporis vel fama languidior minuat vel oblivio posteritatis extinguat. Sic regum quam plurium[e] emarcuit gloria, et ipsis consepultum evanuit quod ab eis magnifice factum [est[f]], et suis celebratum temporibus novitas excepit in favorem, fama in preconium, populus in exemplum. Hoc Grai[g] veteres divinitus[h] attendentes, scripti remedium obiecere prudenter[i] et[k] scriptores suos, quos dixere hystoriographos, ad conscribendas regum[l] hystorias studiosius exciverunt. Unde feliciter contigit, ut vocis vive silencium vox scripta suppleret, ne ipsis mortalibus eorum commorerentur virtutes. Romani vero, Grecorum emuli, perpetuande virtutis optentu non solum stili assumpserunt officium, set et statuas adiecerunt; et sic tam veteres representando quam provocando posteros, virtutis amorem, tum per oculos, tum per aures, ad interiora multipliciter demissum, imitantium mentibus firmius impresserunt. Quis iter Iasonis, labores Herculis, Alexandri gloriam, Cesaris victorias nosset, si scriptorum beneficia defuissent? Porro patrum gesta sanctorum, quos frequencius commemorat et commendat ecclesia, neminem ad imitandum accenderent*, si conscia veritatis antiquitas legendam nobis hystoriam non reliquisset. Sane reges antiqui, cum variis extollerentur preconiis, id vel maxime habebant[m] in votis, ut in[n] ore presentium celebres ad posteritatis noticiam devenirent. Ceterum cum innumeri rerum gestarum scriptores extiterint, plurimi quod audierunt[o], pauci quod videre[p] scripserunt. Quodsi Frigio Dareti de Pergamorum eversione ideo potius creditur, quia quod alii retulere auditum ille presens conspexit, nobis etiam hystoriam[q] Ierosolimitanam tractantibus non indigne fides debetur, qui[r] quod vidimus testamur et res gestas, adhuc calente memoria, stilo duximus designandas. At si cultiorem dicendi formam deliciosus exposcit[s] auditor, noverit, nos in castris fuisse[t], cum scripsimus, et bellicos strepitus tranquille meditacionis ocium non admisisse. Ipsa sibi veritas ad gratiam[u] sufficit et, licet pomposo non expolita ornatu, quemcumque saltem secreti sui alliciet auditorem.

EX LIBRO PRIMO**.

[1. Quia[v] pro peccatis populorum Dominus exterminavit populum Syrie.]

Anno Verbi incarnati 1187[w], apostolice sedis apicem optinente Urbano tertio, imperante in Alemannia Frederico, apud Constantinopolim Ysaakio, Philippo regnante in Francia, Henrico in Anglia, in Sicilia[x] Willelmo[y], aggravata est manus Domini super populum suum, si tamen recte dixerimus suum, quem[z] conversationis immundicia, vite turpitudo, viciorum feditas fecerat[a] alienum. . . . . . . 1187.

[14. Willelmus[b] rex Sicilie mittit Margaritum cum quinquaginta galeis et quingentis militibus in subventionem Terre Sancte.]

A. C.	*B.*
Verum perire non potest quod Dominus salvare disponit. Igitur[c] ecce[d] veniunt optati,	Verum non perire potest quem Dominus salvare disponit. Ecce, optati veniunt, ex- 1188.

*) et, ut sanctorum patrum utamur exemplis, nec Iob paciencia, nec Abraham liberalitas, nec David mansuetudo fidelibus posteris ad exemplum viveret *add. A* 1.

**) Incipit Itinerarium regis Anglorum Ricardi in Terram Sanctam a magistro Gaufrido Vinsauf editum. Incipit liber primus. Capitulum primum *A* 1.

a) Hic incipit itinerarium imperatoris Alemannie, regis Francie et Ricardi regis Anglie *B* 2. b) Itin. — S. et in *ex A* 1, *des. C, cuius titulus manu rec. inscr.* c) re. A. Ri. *A* 1. d) tactu *A* 2. e) plurimum *A* 2. f) *deest C.* g) Greci *in loco raso C.* h) *deest A* 1. i) pr. obiecerunt *A* 1. k) ac *A* 1. l) *deest A* 1; rerum *A* 2. m) in vo. ha. *ed. Stubbs.* n) in — celebres *des. A* 1. o) audierant *B* 1. p) viderant *B* 1. q) hyst. Ier. tract. *des. A* 1. r) quia *A* 1. s) au. exp. *B* 1. t) non domi *add. B* 1. u) gloriam *B* 1. v) *haec rubra deest A. C.* w) Anno incarnationis dominice 1180. *A* 1; 1177. *A* 2. x) Cecilia *B* 1. y) Guillelmo *A* 1. z) queque *B* 1. a) fecerant *A.* b) *rubra ex A et B sumpta, manu recentiore suppl. C.* c) *deest A* 1. d) opt. ven. *A* 1.

1) Prutz l. l. p. XXXIX. hunc libellum cum Itinerario e communi fonte manasse censet. Quodsi Itinerarii contextum ex capitulorum inscriptionibus rubris confectum esse opinatur, minime ei consentio.

A. C.

1188. expectati accedunt. Nam egregius rex Siculorum Willelmus primos terre subsidiarios destinat, qui comites duos, milites quingentos, galeas quinquaginta transmittit. Eius ergo beneficium esse quis dubitat, quod Antiochia retenta, quod Tripolis defensa, quod Tyrus servata, qui harum urbium incolas a fame et gladio viribus suis securos conservat? Margaritus classi regie regende preerat, vir admodum strenuus, qui cum galeis precurrens, ausus pyraticos reprimit et, pretemptata veniendi fiducia, sequentes invitat. Hic insulas procul positas premens imperio et tot casus equoreos fato felici expertus, victoriis multis optinuit, ut rex maris et a nonnullis alter diceretur Neptunus. Iam Tripolis navigantibus in prospectum occurrit. Cives eminus vela conspiciunt. Et cum nuncii salutis adveniant, sinistra prenunciat:

Statii Theb. 3, 6. *Pessimus in dubiis augur timor.*

Nec mora, muros coronant, propugnacula conscendunt, incerti tamen, an deditionem offerant, an pugnam pretemptent[a]. At cum propius in eminentiis puppium vexilla crucis et alia christiane religionis insignia conspicantur, clamor ingens tollitur, consalutantium voce resultant equora, turbis occurrentium litus impletur, et ineffabile gaudium cunctos accendit. Inter alios Hervicus[b] de Danziaco[1] tunc[c] venit, sed, pre aliis fama factorum insignis, maturum terre presidium commodat. Sicque manu[d] in brevi multa et valida confluente, nostrorum maritima servantur[e] illesa. . . . . . .

B.

pectati accedunt. Nam rex Siculorum Willelmus mittit Margaritum cum quinquaginta galeis et quingentis militibus in subventionem Terre Sancte, qui insulas procul positas premens imperio et tot casus equoreos fato felici expertus, victoriis multis optinuit, ut rex maris et alter diceretur Neptunus. Cives eminus vela conspicientes, incerti an christiani sint, propugnacula conscendunt. At cum vexilla crucis propius spectant et christiane religionis insignia, clamor ingens tollitur, consalutantium voce resultant equora, ineffabile gaudium cunctos accendit. Hervicus[b] de Danziaco tunc venit, pre aliis fama factorum insignis; manu multa confluente, nostrorum maritima servantur illesa. . . . . . .

1189. Nov. [17]. . . . Hiis diebus rex Siculorum Willelmus in fata concessit, cuius obitus universo fideli populo tanto fuit[f] flebilior, quanto ipse ad subsidium Terre Sancte et propior existebat[g] et pronior.

[18. Fretherieus[h] imperator Alemannie crucem suscipit et Saladinum[i] per nuncium diffiduciat[k].]

A. C.

Tempore[l] decurso, Romanorum imperator Fredericus sacre peregrinationis assumit[m] insignia et veri formam peregrini tam exteriore habitu quam interiore depromit affectu. Vir tantus, cuius imperium hinc mare Mediteraneum[n], hinc borealis claudebat oceanus, cuius gloria continuis crevit victoriis, cuius felicitas[o] non sensit offensam, omnem blandientis seculi postponit illecebram et humilis pro Christo accingitur pugnaturus. Eius strenuitas, presertim in annis algentibus, non minus stupenda quam laudanda est. Nam cum senior esset et filios haberet, quibus et etas et virtus ad militandum aptior videbatur, eos tamen tamquam insufficientes reputans, ipse christianismi negocium procurandum suscepit; filiis autem in-

B.

Romanorum imperator Fredericus[p] crucem suscipit, cuius imperium hinc mare Mediterraneum, hinc borealis claudebat oceanus[q], omnem blandientis seculi postponit illecebram et humilis pro Christo accingitur pugnaturus. Filium suum natu maiorem regnantem reliquit, alium vero, ducem scilicet Suavorum[r], secum assumpsit. Destinatur ergo nuncius ab imperatore ad Salahadinum, ut vel christianorum universitati, quam lesit, satisfaciat in plenum vel diffiduciatus se preparet ad congressum.

a) *ita A 1;* pert. *C;* pertentant *A 2.* b) *ita A 2;* Henricus *codd.* c) tunc v. *des. St.* d) in brevi manu *A.* e) illesa servatur *A.* f) erat *A.* g) et pron. ex. *A.* h) *rubra manu rec. suppl. C.* i) Salahadinum *B 2.* k) diffiduciavit *B 2.* l) Dec. temp. *A.* m) assumpsit *A 1.* n) Meditareneum *A 1.* o) fidelitas *C.* p) Fretherieus *B 2.* q) occeanus *B 2.* r) Suaviorum *B 1.*

1) Infra p. 208, l. 2. Herveius de Gienis vocatur, videlicet Herveius III. de Donzy et Gien, de quo v. Du Chesne, 'Histoire de la maison de Chastillon sur Marne' p. 70. 71.

A. C.

stantibus, ut vel pro illo vel cum illo suscepte militie munus implerent, illum, qui natu maior erat, regnantem reliquit, alium vero, quem ducem Suavorum[a] fecerat, secum assumpsit. Et quia imperialis maiestas neminem citra diffiduciationem[b] impetit, hostibus suis bella[c] semper indicit, destinatur ab imperatore nuncius cum litteris suis signatis ad Salahadinum[d], ut vel christianorum universitati, quam lesit, satisfaciat in plenum vel diffiduciatus se preparet ad congressum. Talis[e] est itaque tenor imperatoris epistole:

Epistola[f.1] Fretherici ad Salahadinum. 1188.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator et[g] semper augustus et hostium imperii magnificus triumphator[h], Salahadino presidi Saracenorum quondam[i] illustri exemplo[k] Pharaonis fugere Ierusalem[k]. Devotionis tue litteras multis retro temporibus ad nos destinatas super arduis negociis, tibi quidem, si fides verbis subfuisset, profuturis, prout maiestatis nostre decuit magnificenciam, suscepimus et epistolarum[l] aloquiis magnitudini tue consulere dignum duximus. Nunc vero[m], quia Terram Sanctam prophanasti, cui eterni Regis imperamus imperio, in preside Iudee[n], Samarie, Palestinorum, in tanti sceleris presumptuosam et plectibilem audaciam debita animadversione decernere imperialis officii[o] sollicitudo nos admonet. Quam ob rem nisi occupatam terram et[p] omnia restituas, adiuncta satisfactione sacris constitutionibus pro tam nefariis[q] excessibus taxata, ne minime[r] legitimum videamur querere[s] bellum, a capite Kalendarum Novembris[t] evoluto anni spatio terminum prefigimus[u] ad experiendam belli fortunam in campo Taneos[v] in virtute vivifice crucis et in nomine veri Ioseph. Vix enim credere[w] possumus hoc te latere, quod ex scriptis[x] veterum et in[y] hystoriis antiquis nostri temporis factum[z] redolet. Numquid scire dissimulas ambas Ethiopias, Mauritaniam, Persiam, Syriam[a], Parthiam, ubi[b] a Parthis Crassi nostri dictatoris fata sunt prematurata, Iudeam, Samariam, Maritimam, Arabiam, Caldeam, ipsam quoque Egiptum — ubi, proh dolor! civis Romanus Anthonius, vir insignis[c], virtute preditus, citra nitorem[d] temperancie et secus quam deceret[e] militem a tanto culmine rerum emissum, minus sobriis Cleopatre inserviebat amoribus —, numquid etiam scire dissimulas Armeniam et innumerabiles[f] alias terras nostre ditioni subiectas? Norunt hoc reges, quorum cruore gladii Romani sunt[g] crebrius inebriati, et tu quidem in ipsa rerum experiencia Deo auctore intelliges, quid [possint[h]] nostre victrices aquile, quid choortes diversarum nationum, quid furor Theutonicus etiam in pace arma capescens, quid caput indomitum Rheni[i], quid iuventus [Histri[k]], que fugam nunquam novit, quid procerus Bavarus[l], quid Suevus astutus, quid Franconia circumspecta, quid in gladio ludens Saxonia, quid Turyngia, quid Westfalia[m], quid agilis Brabantia, quid nescia pacis Lotharingia, quid inquieta Burgundia, quid Alpini Salaces[n], quid Frisonia in amento prevolans, quid Boemia ultro mori gaudens, quid Bolenia[o] suis feris ferior, quid Austria[p], [quid Stiria], quid Bugrensa[q], quid partes Illirice, quid Leonardia[r], quid Tuscia, quid Ancarictana[s] Marcia, quid Venetus proretha[t], quid Pisanus[u] nauclerus, denique qualiter[v] dextera nostra, quam senio arguis effetam[w], gladios[x] vibrare didicerit, dies illa plena leticie[y] et iocunditatis et reverencie [triumpho[z]] Christi prefixa te docebit.*

a) Suaworum *A* 1. b) defectionem *A* 2; neminem subito impetens *A* 1, *ubi tamen manu recentiore in margine substituuntur:* citra diffiduciationem impetens. c) bellum *A* 1. d) destinatur ab imperatore ad Salahadinum nuncius *A* 1, *ubi* cum l. s. sign. *des.* e) Talis — epistole *des. A* 1. f) *imperatoris epistolam hoc loco C solus inserit; A* 1 *eam affert paullo infra, sed hic adnotat:* Hic intrare debet hec epistola: 'Fredericus Dei gratia Rom.', que postscripta est; *epistolam prorsus omittunt A* 2. *B.* g) *deest A* 1. h) totiusque monarchie fortunatus moderator *add. A* 1. i) viro *add. A* 1. k) Ier. f. ex. Phar. *A* 1. k*) Israelem *G. Henr., Dicet., Exp. Terrae Sanctae.* l) nostrarum *add. A* 1, *G. Henr.* m) autem *A* 1. n) iudex *A* 1; *verba* in pres. I. S. Pal. *des. G. Henr., insunt Dicet., Exp.* o) sollicitudo officii *A* 1. p) ante *A* 1; terr. Iudee, Samarie et Palaestinorum ante *G. Henr.* q) neffariis *C.* r) minimum vid. et legitime *A* 1. s) *ita C, G. Henr., Dic.;* gerere *St.* t) a. inc. dom. 1188. *add. G. Henr.* u) prestituimus *A* 1, *G. Henr., Dic.* v) Thaneos *A* 1. w) *ita A* 1, *Hoved., Dicet., Exp.;* possimus credere *C.* x) scripturis *A* 1. y) ex *A* 1. z) et facti novitatem *A* 1. a) Sitiam *A* 1. b) ubi Marci Crassi nostri doctoris facta *A* 1. c) insigne *A* 1. d) *ita A* 1, *G. Henr., Dic., Exp.;* victorem *C.* e) decebat *A* 1. f) al. inn. *A* 1. g) cr. sunt *A* 1. h) *deest C, G. Henr., Dic., Exp.* i) regni *C.* k) *deest C, G. Henr., Dic., Exp.* l) Boywarus *A* 1. m) Westpharia *A* 1. n) *ita A* 1, *G. Henr., Dic.,* Alpium acies *C.* o) Bolonia *A* 1. p) *ita A* 1, *Exp.;* Austricia *C, ubi* q. St. *des.* q) *ita C, Dic., Exp.;* quid Ruwennia, quid Histria, quid Rocumphia *A* 1; quid Ruthonia *G. Henr.* r) *ita C, Dic., Exp.;* Leobardia *G. Henr.;* Lumbardia *A* 1. s) *ita C, Dic., Exp.;* Anconit. *St., G. Henr.* t) spreta *A* 1. u) *ita A* 1, *G. Henr.;* Spinanus *C, Dic.;* Spisanus *Exp.* v) quid *A* 1, *G. Henr.* w) efferam *C;* affectam *A* 1. x) gladium *A* 1. y) leticie et *des. A*1, *G. Henr.* z) *ita A* 1, *Hov., Dic., Exp.; deest C, G. Henr.*

1) Eandem epistolam supra p. 111. ex Gestis Henrici attulimus.

A. C.

Huic mandato imperatoris responsoriam[a] etiam soldani epistolam libello nostro duximus[b] inserendam. Nam superba tiranni fiducia, quam ad resistendum conceperat, ex ipsius tenore clarescit. Eam quidem in ipsa simplicitate verborum, in qua fuerat[d] conscripta, recitando proponimus, nichil penitus immutantes.

B.

Epistolam soldani ea ipsa simplicitate verborum, in qua fuerat scripta, recitando proponimus nil[c] mutantes.

[Epistola[e] Saladini respondentis imperatori et gloriantis de victoriis suis.]

Illi regi sincero, amico, magno, excelso, Frederico regi[f] Alemannie. In nomine Dei miserentis, per gratiam Dei unius, potentis, exsuperantis, victoris perennis[g], cuius regni non est finis. Gratias[h] ei agimus perennes[g], cuius gratia est super totum mundum. Deprecamur eum, ut infundat orationem suam super prophetas suos et maxime[i] instructorem nostrum nuncium[k] suum Mahumetum[l] prophetam, quem misit pro correctione recte legis, quam faciet[m] apparere super cunctas[n] leges. Attamen notum facimus regi sincero, potenti, amico[o], magno, amicabili[p] regi Alemannie, quod quidam homo Henricus[1] nomine venit ad nos, dicens se nuncium vestrum esse, et detulit nobis quandam cartam, quam dixit esse[q] vestram. Nos[r] legi fecimus cartam et audivimus eum viva voce loquentem et que[s] ore dixit verbis respondimus. Sed[t] hoc est responsum carte. Quodsi computatis eos, qui vobiscum concordant veniendi super nos, et eos nominatis et[u] dicitis: 'Rex talis terre et rex alterius terre et comes talis et tales[v] archiepiscopi et marchiones et milites'; et si nos[w] vellemus enunciare[x] eos, qui[y] sunt in nostro servicio et qui sunt intendentes nostro precepto et[z] prompti nostro sermoni[a] et qui dimicarent coram manibus nostris, non posset hoc in scriptis redigi. Et si christianorum computatis nomina, Saracenorum sunt plura et[b] plura abundancius quam christianorum. Et si inter vos[c] et eos, quos nominastis, christianos[d] mare est, inter Saracenos, qui non possunt estimari, non est mare[e] inter eos et nos nec ullum[d] impedimentum veniendi ad nos. Et[d] nobiscum[f] sunt[g] Bedewyni, quos[h] si opponeremus[i] inimicis nostris, sufficerent; et Turkemanni, quos[k] si effunderemus super inimicos[l] nostros, destruerent eos; et[m] rustici nostri, qui dimicarent strenue, si iuberemus, contra gentes, que venture sunt super terram nostram, et ditarentur de eis et exterminarent eas. Et[n] quomodo? Nos habemus nobiscum[d] soldanos[o] bellicosos, per quos terram apertam habemus et adquisitam et expugnatos[p] inimicos. Et hii[q] omnes reges paganismi non tardabunt, cum eos submonuerimus[r]. Et vos[s] cum congregati [fueritis[t]], sicut carta vestra dicit, et ducetis infinitam[u] multitudinem, sicut nuncius vester narrat, obviabimus vobis per potentiam Dei. Nec sufficit nobis terra ista, que est in maritima, sed transibimus voluntate[v] Dei et optinebimus terras vestras universas fortitudine Dei. Nam[w], si veneritis, cum toto posse vestro venietis et presentes eritis cum omni gente vestra; et scimus, quod in terra vestra nullus remanebit, qui se defendere possit nec terram tueri. Et quando Deus victoriam nobis sua fortitudine de vobis donaverit, nichil amplius erit, quam ut terras vestras libere capiamus fortitudine sua et voluntate. Adunatio enim[x] legis christianorum bis venit super nos in Babilone, una[y] vice apud Damiatam et[z] altera[a] apud Alexandriam, et erat[b] maritima terre Ierusalem[c] in manu christianorum, et in terra Damasci et in terra Saracenorum in singulis castellis singuli erant domini [sibi[d]] proficientes.

a) epist. (vero *A* 2) sold. resp. *A*. b) ins. dux. *A* 1. c) nichil *B* 2. d) consc. fu. *A* 1. e) *rubra deest A; manu rec. C (ubi* gratulantis de victoria sua*); deest A. B* 2. f) *deest B* 2. g) perhen. *C*. h) grates *A* 1. *B* 1. i) super *add. A. B*. k) nunc. su. *des. B*. l) Mahumet *A*, Machumetum *B*. m) faciat *A* 1. n) omnes *A* 1. o) ma., am. *A. B*. p) amic. r. Al. *des. B*. q) ve. esse *B*. r) Nos l. f. ca. et *des. B*. s) verbis que dixit *B*; verbis que ore dixit *Exp*. t) Sed — carte *des. B*. u) super nos dicentes *B*. v) talis archiepiscopus, marchio et miles *B*. w) *deest B, Exp*. x) eos enumerare *B. Exp*. y) qui s. in n. s. et *des. B. Exp*. z) et pr. — manibus nostris *des. B*. a) servitio *A*. b) et plura ab. q. christ. *B*. c) nos *Exp.*; eos, quos nom., et vos mare *B*. d) *deest B*. e) mare et inter nos, nec *B*. f) Bedewini nob. sunt *B*. g) habentur *A*. h) quos si opp. *des. B, ubi tantum* qui *habetur*. i) opponeremus — si *des. A*. k) qui omnes hostes destruerent *B*. l) hostes *A*. m) sed et ru. no. str. dim. et exterminarent omnes adversarios *B*. n) Et q. Nos *des. B*. o) soldarios *A. B*. p) adq. expugnantes *B*. q) et *add. A* 1. *Exp.*; Et hii *des. B*. r) vocaverimus *B*; nec morabuntur, cum eos vocaverimus *A* 2, *Exp*. s) Et nos cum cong. fueritis cum infinita multitudine, ut dicitis, obviabimus vobis, nec sufficiet nobis terra hec, sed transibimus et obtinebimus terras vestras fortitudine Dei *B*. t) *deest C*. u) infin. mu. *des. A*. v) per voluntatem *A* 2. w) *tres lineae* Nam — voluntate *des. B*. x) autem *B*. y) semel *B*. z) *deest B*. a) vice *add. B*. b) in *add. A* 2. *B. C. Exp*. c) et *add. B*. d) *deest C*.

1) *Comes de Dietse Heinricus . . . quem misit imperator ad Saladinum regem* Chron. regia Colon. p. 140.

Nostis, qualiter christiani utraque vice redierunt et ad qualem exitum venerunt[a]. *Et*[b] *hee nostre*[c] *gentes referte sunt cum regionibus suis*[d], *et Deus adunavit nobis regiones affluentius*[e] *et coadunavit eas longe lateque in potestate nostra et Babiloniam cum*[f] *pertinenciis suis et terram Damasci et maritimam Ierusalem et*[g] *terram Gesire*[h] *et castella sua*[i] *et terram Roasie cum pertinenciis suis et regionem*[k] *Indie cum pertinenciis suis; et per gratiam Dei hoc totum in manibus nostris est; et residuum regnum Saracenorum nostro paret*[l] *imperio*[m]. *Nam*[n] *si mandaremus excellentissimis regibus Saracenorum, non retraherent se a nobis. Et si submoneremus*[o] *calephum de Baldach, quem Deus salvet! veniendi ad nos, de sede excelsi sui imperii assurgeret et veniret in auxilium excellentie nostre. Et nos optinuimus per virtutem Dei et potentiam et Ierusalem et terram eius; et remanent*[p] *in manibus christianorum tres civitates, Tirus, Tripolis et Antiochia, et de hiis non est aliud nisi ut occupentur. Attamen si bellum vultis, et si*[q] *Deus voluerit, ut sit per voluntatem suam, quod totam terram christianorum adquiramus, obviabimus*[r] *per virtutem Dei, sicut*[s] *scriptum est in litteris vestris. Verum si nos de bono pacis requisieritis, mandabimus*[t] *procuratoribus istorum trium locorum predictorum*[d], *ut nobis*[u] *ea sine contradictione consignent*[v], *et vobis sanctam crucem reddemus et liberabimus omnes captivos christianos, qui*[w] *sunt in tota terra nostra, et habebimus vobiscum pacem, et permittemus vobis ad*[x] *sepulcrum esse*[y] *unum sacerdotem, et reddemus abbatias, que solent*[z] *esse in tempore paganismi, et bonum eis faciemus et permittemus venire peregrinos in tota*[a] *vita nostra et habebimus vobiscum pacem. Quodsi*[b] *carta, que ad nos venit per manum Henrici nominati, sit carta regis, scripsimus cartam istam pro responso, et Deus erigat nos ad consilium suum*[y] *sua voluntate. Carta hec scripta fuit anno adventus prophete nostri Mahumeti*[c] *584. gratia Dei solius. Et Deus salvet prophetam nostrum Mahumetum et suam progeniem et*[d] *salvet salvationem salvatoris domini excelsi regis victoriosi, adunatoris veridici verbi, comptoris vexilli veritatis, correctoris orbis et legis, soldani Saracenorum et paganorum, servatoris*[e] *duarum sanctarum domorum et sancte domus Ierusalem, patris victorum Ioseph filii Iob, suscitatoris progeniei*[f] *Murmureni*[1]*!*

[19. Quantam[g] multitudinem armatorum imperator apud Magunciam[h] congregaverit, et[i] per Hungariam transierit.]

Hanc superbi et infidelis tiranni epistolam cum nugis suis magnificus imperator contempnens, dignas principe concipit[k] iras et ad bella totis affectibus[l] exardescit[m].

A. C.

Eum tocius imperii secuntur magnates et apud Maguntiam, ubi ex edicto imperiali convenerant, una omnes et unanimiter omnes in votum tam eximie peregrinationis proclamant: *A Domino factum est istud, qui spirat ubi vult et corda hominum*[n] *inclinat quo vult.* Nam principes tanti, non inanis glorie appetitu illecti[o], non inducti precio, non precibus[p] exciti, sed solo superne retributionis desiderio, per Deum et propter Deum ad mili-

B.

Tocius imperii sequuntur magnates, et
una omnes in votum peregrinacionis excla- 1188.
mant et ad miliciam accingunt. Decretum Mart. 27.
fuit prudenti consilio, quod nullus iter illud
arriperet, cuius facultas ad annui viatici non Ps. 118,23.
sufficiebat impensas. Vehicula vero quam Ev Ioh. 3, 8
plura propter egrotantes construebantur, ne
sano infirmus moram necteret, vel languentium turba obiter destituta periret. Per Hungariam[q] iter instituit et, qui ultimus peregri-

a) et exitum rei *B.* b) Et h. *des. B.* c) ge. no. *B.* d) *deest B.* e) affl. — lateque *des. B.* f) cum p. suis *des. B.* g) et — sua *des. A.* h) Ierise *B.* i) sua et *des. B.* k) regionem — Dei hoc *des. B.* l) est *A.* m) et regnum Saracenorum in manibus nostris est *B.* n) *fere 4 lineae* Nam si — terram eius; et *des. B.* o) moneremus *C.* p) Remanent autem *B.* q) si Deus — suam *des. B.* r) vobis *add. B.* s) sicut — vestris *des. B.* t) mandabitis *A.* u) vobis *Exp.* v) assignent *A.* w) qui — pacem *des. B.* x) un. sac. ad sep. esse *B.* y) *deest A.* z) solebant *A*; que fuerant in *B.* a) in terra nostra *B.* b) Quodsi — voluntate *des. B.* c) Mahumetum *B.* d) et salvatorem salvatoris Dei *B.* e) servitoris *A* 1; salvatoris *Exp.* f) progeniorum *B.* g) *rubra manu rec. suppl. C.* h) Magiguntiam *A* 1. *C.* i) cuius exemplo Hungari (Ung. *B* 2) crucizantur *B.* k) concepit *A* 1. l) viribus *ed. Gale.* m) exardessit *C.* n) omnium *C.* o) electi *C.* p) precio *A* 1. q) Ungariam *B* 2.

1) Giraldus Cambrensis in libro de instructione principum III, 17—22, Itinerarium I, 18. cum utraque epistola excerpens, exemplo codici A 1 persimili usus esse videtur. V. quoque quod de his litteris monuit Riezler, 'Forschungen' X, p. 109. 110, qui imperatoris epistolam haud inepte quidem confictam, epistolam Saladini autem facile genuinam esse arbitratur. Certe, Arabicum linguae colorem et epistolarem sermonem huic inesse, omnes viri docti consentire videntur.

A. C.

1189 ciam accinguntur. Providerat quidem[a] celestis altitudo consilii, ut et ipsi sponte vocati obsequium Deo gratum dependerent, et imperialis magnificentia comitatus condignos haberet Sic ergo incentore Spiritu undique confluunt, et qui tot gentes, tot principes sub uno imperante conspiceret, antiquam Romane potestatis gloriam non crederet defluxisse. In hoc Christi exercitu erant pontifices, duces, comites, marchiones et principes alii quam plurimi, quos si nominibus et locis distingueremus, incurreret pariter et scriptor molestiam et lector tedium et tenor brevitatis offensam. Decretum fuit[b] sane prudenti consilio, quod hoc iter nullus arriperet, cuius facultas ad[c] annui viatici non sufficiebat impensas. Vehicula vero quam plura propter itinerarios egrotantes constructa fuerant, ne vel sano infirmus moras[d] necteret, vel languentium turba obiter destituta periret. Dudum quidem in discussionem venerat, an mari an terra pocius tanti belli moles incederet. Sed quantalibet navium multitudo tot milibus transvehendis minus sufficere videbatur. Imperator itaque, opus propositum instanter accelerans, per Hungariam iter instituit, et qui regum ultimus peregrinandi votum emiserat, primus ad solvendum festinat.

B.

nandi votum emiserat, primus ad solvendum festinat. Dudum in discussione venerat, an mari an terra pocius tanta belli moles incederet, sed, quantumlibet navium multitudo esset, tot milibus transvehendis minus sufficere videbatur.

[20. Suscipitur[e] imperator a rege Hungarorum, et gentes ille exemplo eius crucizantur.]

Rex Hungarorum[f] Bela[g] nomine[h] in[i] occursum cesaris letus procedit, vir[k] quidem multiplici nature dote conditus, statura productior[l], vultu[m] insignis, cui[n] et si cetera non suppeterent, sola imperiosi vultus elegantia regno dignissima censeretur. Hic[o] exercitum Christi[p] hospitaliter recepit[q], ovanter[r] occurrit, benigne prosequitur et operum[s] exhibitione devocionis testatur[t] fervorem. Indigene vero[u] quam plurimi in[v] eximio calentes exemplo vident aciem sanctam et commilitare gestiunt, attendunt certantium premia et labores non metuunt simulque[w] volunt et vovent et sequuntur, ut iam liquide constet, quod tarda[x] molimina Spiritus sancti gratia non novit[y].

[21.[z] Transito[a] Danubio, imperator Hunos[b], Alanos, Bulgares, Pincenates, Macedones et[c] imperatorem Constantinopolitanum adversarios habuit.]

Danubio transito, cum[d] ad ulteriores Bulgarie fauces[e] deventum esset, Huni[f] et Alani, Bulgares et Pincennates[g] in populum Domini subito[d] ex insidiis irruunt, quos[h] ad facinus inaccessibilis locorum asperitas fidentius[i] incitabat[k]. Egressus ille a Bulgaria in Macedoniam, eminentibus hinc inde armatis[l] scopulis, dumosis obstruitur sentibus, angustis et amfractuosis[m] semitis[n] implicatur, sed et quibusdam artificiis nativa munitio maior consurgit[o]. Has locorum angustias prememorate gentes occupaverant, quas nequissimus Constantinopolitanus imperator Ysakius[1] ad hoc[p] premiserat, ut venturum exercitum vel oppri-

a) namque *A* 1. b) sane pr. fuit *A* 1. c) ad sumptum annuum insufficiens videretur *A* 1. d) moram *A* 1. e) *rubra manu rec. suppl. C;* [Rex Hun]garorum imperatorem [susci]pit et Hun[garia exe]mplo impera[toris pereg]rinationem [crucis susc]ipit *A* 1; *rubra deest B* 2. f) Ung. *B* 2. g) Bella *C.* h) *deest B.* i) in occursum — conditus *des. A* 1. k) vir — productior *des. B* 1. l) eminens *A* 1. m) vultu — censeretur *des. B.* n) cuius profectio a cumulo incipit, cuius preconium ad summa progreditur *add. A* 1, *ubi* cui *deest.* o) Et *B.* p) *deest B.* q) recipit *B* 1. r) ov. o. b. pros. et *des. B.* s) operumque *B* 2. t) ferv. test. *A.* u) *deest A B.* v) in *deest A* 1; in eximio — vovent et *des. B.* w) et *add. A* 1. x) tardam olim iam Sp. *B* 2. y) navat *B* 1; gratia devocionem fervencius acceleravit *B* 2. z) 24. *A* 1. a) *rubra manu rec. suppl. C;* [Danubio t]ransito Fredericus [H]unos et Alanos et [Bulgares . . .] Constantinopolitanum Ysaic[um] adversarios habuit *A* 1. b) Hymos *B* 2. c) et imperatorem Constantinopolitanum *des. B* 2. d) *deest B.* e) fa. dev. es. *des. B.* f) Hymi *B* 2. g) Pyncenates *B* 2. h) quos inacc. loc. asp. et facinus incitabat *A* 1. i) *deest A* 1; fidutius *B* 2. k) inortabat *B* 1; inhortabat *B* 2. l) armatur *A. B.* m) anfractiosis *A* 1. n) simitibus ampliatur, set *B* 2. o) consistit *B* 2. p haec *A* 2.

1) Angelus vocatus.

merent vel impedirent. Utramque tamen et hostium et viarum molestiam milites nostri 1189. potenter exsuperant, sicque transcursis Macedonum campis, Philippopolim[a] perveniunt; Aug. 24. que civitas, cum ante Pulpudeba diceretur, de nomine Romani imperatoris Philippi nomen assumpsit[b], qui primus omnium imperatorum christianus effectus, imperialem gloriam christiane professionis titulo insignivit. Hanc urbem, audito Latinorum adventu, Greci deseruerant, trepidantes ubi non erat timor; quibus hec una timoris causa extitit, quod[c], Ps. 53, 5. quos non amabant, timebant. Non enim rapere[d] aliena venerant, qui propriis habundabant[e]; non arma sumpserant adversus fideles, qui gentis incredule persequebantur errores. Antiquum illud et inexorabile odium, quod contra Latinos Graii[f] dudum conceperant, tenax successio temporum transfundit in posteros. Sed si odiorum fomes et racio queritur[g],

Non esset vicium, si non racione careret.

Hoc tamen pro causa constanter possumus[h] inducere, quod, cum Latini scientia pariter et armis floreant, illi se prorsus inscios et imbelles conspiciunt, et hinc odii sumpto fomite, alienis[i] bonis[k] invidi contabescunt. Gens perfida, generatio nequam et omnino degenerans, que quanto illustrior extitit, tanto vilescit insignius, cum aurum in scoriam transierit, granum in paleas, puritas in fecem, gloria in confusionem. Multa Graii veteres et armis sunt[l] aggressi et studiis assecuti, sed omnis ille virtutum fervor refriguit[m] in posteris et in orbem Latinum migravit, ut, qui ante fontes, nunc rivuli vel pocius alvei arentes et exhausti. Virtutum siquidem[n] nullus[o] successor, scelerum omnes, nam Synonis[p] figmenta, Ulixis fallaciam, Atrei atrocitatem retinent. Quodsi Greci militia queritur, arte, non armis dimicat[q]; si fides[r], amicus obest, inimicus obesse non potest. Gens ista, cum in locis supradictis nostrorum transitum impedire non posset, quod potuit fecit. Indigene[s] cuncti ad montana conscendunt[t], venalium solacia subtrahunt, lares vacuos, omni amota supellectile, venturis relinquunt. Imperator quidem episcopum Monasteriensem cum aliis [quibusdam[u]] principibus[1], sub optentu pacis Constantinopolim iam[v] ante transmiserat[w], quos nequissimus et crudelis[x] tyrannus retrusit in carcerem nec pacem legati violare abhorruit[y], quam etiam[z] apud barbaros sancit[a] antiquitas, consuetudo approbat, honestas commendat. Postmodum vero, metu pocius quam iuris intuitu[b] ductus, ligatos[c] legatos absolvit; nam urbis regie timebat excidium, si nostrorum cicius[d] non placasset[e] offensam. Dignum sane, quod urbs illa solotenus eversa procumberet; nam, si fame creditur, novis polluebatur mahumeriis[f], quas[g] perfidus imperator indulserat fieri, ut fedus, quod[h] Turcorum coniuratus inierat, obligatius[i] confirmaret. Iam estas decoctior in autumpnum inclinata vergebat, et libre signum quadam equalitate temporum diem noctemque librabat[k].

[22.[l] De[m] hiemacione Frederici imperatoris in Grecia et pacem[n] inter eum et Ysaakarium[o] imperatorem[p], et de subdola ad eum legatione soldani Yconii[q], et de[p] transitu eius[p] per Brachium Sancti Georgii.]

Imperator Romanorum magnificus hyemandi gratia Adrianopolim tendit, quam vacuam et ab incolis desertam ingressus, ibidem stationem[r] faciens, aptum movendi castra tempus expectat[s]. Dux Suavie, filius imperatoris, timens, ne ocia luxum, luxus ignaviam pareret, sub ipso torpore[t] hyberno exercitum[p] exercendum statuit et castrum quoddam, quod non longe ab urbe predicta[p] distabat, expugnare contendit. Illuc Greci confluxerant, ut inde, si quas possent, Latinis molirentur insidias, loci munitione confisi, sed confusi; nam celeri victoria domiti, victi, vincti[u] et capti tenentur. Hiis auditis, Bizantinus[v] princeps animo

a) Philippolim *C*; Philyppopolim *B 2*. b) insumpsit *A 2. B 1*. c) *deest A*. d) al. rap. *A 1. B 2*. e) *ita A 1. B*. f) Grai *A 1*; Greci *in marg. add. C*. g) quereretur *B 2*. h) ind. pos. *A*. i) bo. al. *A 1*. k) bo. inv. *des. B*. l) armis ag. et st. sunt ass. *A 1*. m) refrixit *A 1*; restrixit *A 2*. n) *deest A 1*. o) succ. nul. *B 2*. p) Sinfonis *A. B 1*. q) demicant *A 1*; dimicant *B 2*. r) fidus *B 2*. s) Ind. cu. *des. A 1*. t) contendunt *A*. u) *deest C*. v) iam ante *des. A 1*. w) premiserat *A 1*. x) incredulus *A*. y) aborruit *B 2*. z) et *A 2*. a) sanxit *B 2. C*. b) affectu *A 1*. c) leg. ligatos *A. B*. d) cuius *C*. e) placaret *A 1*. f) machum. *B 2*. g) quos *A 2*. h) Turc. quod *B 2*. i) obligativus *A 2*; obligatus *B. C*. k) liberabat *C*. l) 24. *A 1*. m) *rubra manu rec. suppl. C*. n) *ita codd*. o) Ysaakium *B 2*. p) *deest B 2*. q) Ic. *B 2*. r) stativam *A 2*. s) exspectat *B 2*. t) tempore *A 1. C*. u) capti et vincti *B 2*. v) Bizantius *A 1*; Bisancius *B 2*.

1) *Herimannum Monasteriensem episcopum, Rupertum comitem de Nassowe et comitem Walravum cum* 500 *equitibus et eorum apparatu* Chron. regia Colon. p. 145.

1190. peiora veretur, et tocius imperii timens excidium, festinos ad imperatorem nuncios destinat, qui pacis obsides, forum[a] venalium, naves transvectorias transituris promittant. Imperator, licet suorum plurimi pacem quamcumque cum tyranno[b] pacisci molestum haberent, Mart. 25. maluit tamen fedus inire oblatum quam differre propositum. Et iam instante pascha[c] mare illud[d] strictum transvehitur[e], quod Brachium Sancti Georgii usitato vocabulo nuncupatur. Hoc mare, licet spacio angustiori contractum, non humili tamen gloria insignitur, quod urbem tantam preterfluit et orbis gemini discrimen faciens tam Asiam quam Europam delambit. Soldanus Yconii[1], vir subdolus et sanguinem christianum sitiens[f], quodam fraudis pretextu cum nostris amiciciam simulat, ut, malignum animi virus occultans, eos, si possit, incautos disperdat. Nunciis sane ad cesarem, cum adhuc in Grecia degeret, non semel transmissis, morantem sollicitaverat, ut veniret; Grecos et Grecorum principem[g] de dolo accusans, se christianis fore[h] devotum et fidelem pollicitus est[h], qui sua et suos venturis exponeret et tam forum venalium quam inoffensos transitus omnibus exhiberet. Cesar vero, plus equo credulus, qui tales estimabat alios qualem se ipse noverat, universis comminando edixit, ne fines Turcorum ingressi quicquam raperent, sed pacem, quam pacti erant, studiosius observarent. Sic[i] ergo contigit, ut predam maximam, quam in ipsis regni ianuis soldanus ex industria dimiserat, nostri pretermeantes[k] relinquerent omnino[l] intactam. Heu mens hominum venturi nescia! nam si famem futuram, iter asperum, tyranni prenossent insidias —, casus quidem obtulerat, unde sibi providisse poterant, quibus tantum et tam proximum imminebat discrimen. Ceterum non usque adeo verbis infidi principis gens nostra fidem habuit, ut ex nimie[m] securitatis neglectu[n] dissoluta incederet et inermis.

[De[o] numero et ordine armatorum virorum imperatoris Frederici et distinctione acierum eius.]

Parthiam[p] igitur ingressuri arma omnes arripiunt, quorum numerus tria militum milia, reliquorum vero circiter 80 milia continebat. Erant autem antistites septem, archipresul unus, duces duo, comites decem et novem, tres vero marchiones; et hec acies tam insignis,

Nec primam similem visa est nec habere sequentem.

At ne molem tantam confusi ordinis turbaret seditio, in partem trinam totus secessit exercitus: prima duci Suavie, postrema imperatori, media summariis et sarcinarum custodie deputata. Procedit acies ad delicias intuentium prudenter digesta, nam nec simul, nec sparsim, sed per turmas incedunt; et cum plures sint qui partibus imperent, unus tamen universitatem moderatur. Hoc in castris optimum, in bellis precipuum. Sicut enim sine duce perit exercitus, ubi nullus preeminet, sic plerumque inefficax est, ubi multi presunt, qui de pari contendunt. Felix imperium! felix Germanie sinus! que tanto germine[q] tot fecunda populis, tot Christo strenuos peperit bellatores sibi ad gloriam, hostibus ad ruinam.

[23. De[r] insidiis et impugnacionibus, quas pertulit exercitus christianus per proditorem Yconii[s] soldanum, et de victoria eius, qua postmodum soldanum illum et filium eius et[t] Turcos superavit et Yconium[u] cepit.]

Nostri cum iam Turcorum fines ingressi essent, per dies aliquot nichil infestum sentiunt; quos soldanus ex industria usque ad interiora regni inoffensos transire voluit, donec ciborum defectus et occurrens viarum asperitas aptiorem nocendi copiam commodarent. Nefarius ille proditor prerupta[v] montium, dumosa nemorum, fluminum invia occupaverat; et fedus, quod affectuosius[w] pepigit, non[x] servans, sagittas et saxa transituris opponit. Hoc forum venalium, hii meatus pacifici, sic fides habenda gentilibus, qui semper in hoste virtutem et dolum equaliter metiuntur. Porro marte propinquo congredi et manum conferre summopere vitant et eminus tela coniciunt, quibus non minor gloria fugere quam fugare. Utramque vero extremitatem agminis, nunc postremos, nunc primos acrius impetunt, ut, si qua forte locorum angustia disiungat exercitum[y], in partem alterutram faciant irruptionem.

a) ven. for. *A 1*. b) tir. *A 1, saepius*. c) pascate *B 2*. d) str. il. *A 1*. e) transvenitur *A 2*. f) sciciens *B 2. C*. g) principes *B 2*. h) *deest A*. i) Sed *A 1*. k) premeantes *A 1*. l) *deest A 1*. m) eximie *C*. n) negligencia *B 2*. o) *rubra deest A 1; manu rec. suppl. C*. p) Parthyam *C*. q) gramine *C*. r) *rubra mutilata A 1, manu rec. suppl. C*. s) sold. Ic. *B 2*. t) et Turcos *des. B 2*. u) Ic. *B 2*. v) prorupta *B*. w) pepigit fideliter *A 1*; pep. aff. *A 2*. x) *deest A*. y) excercitum *B 2 (saepius). C*.

1) Kutbeddin, cui pater Kilidsch Arslan regnum cesserat. 2) V. quod Riezler, 'Forschungen' X, p. 25, de Itinerarii computatione adnotat.

Noctes etiam[a] insompnes et irrequiete[b] ducuntur, nam terrificus clamor castra circum- 1190.
sonat. Missilium imber transfigit tentoria; plerique interimuntur sopiti, et hostis tam assiduus imminet, quod per sex ebdomadas in armis cibum, in armis sompnum rapientes, loricas non tollunt. Fames insuper tanta et sitis tam aspera invalescit, quod, equis casu belli occisis, hoc in solacium et pro summis ducunt deliciis equorum carnibus vesci et sanguinem bibere, sicque quodam egestatis ingenio vectores suos in usus alienos assumunt[c]. Erat locus[1], quem rupes ardue, conscensus asperi, semite strictiores difficilem[d] ad permeandum reddebant; qua[e] cum prior pars agminis, filio imperatoris ductante, transisset[f], in postremam[g] subito Turci undique ex insidiis irruunt et de victoria certi lanceis et ensibus bello propiore contendunt. Rumor ad aures ducis dirus allabitur; nec mora, preceps quo[h] venerat redit, difficultates, quas exsuperasse gaudebat, incunctanter relegit, ira non attendit periculum. Equi, qua[i] ire non poterant, coguntur ad cursum. Denique, dum[k] huc[l] illuc patrem querens, patrem vociferans, anxius et incautus[m] discurrit, ictu saxi eliditur galea, excutiuntur dentes; ipse tamen immobilis permanet et indeiectus. Felix illa progenies[n], que, ut patrem liberet, sui prodiga se periculis obicit. Sed in solatium inflicti vulneris eternum insigne retinet; nam quociens labra secedunt, victorie gloriam os nudum testatur. Tandem post multos et graves insultus pervenitur Yconium, ubi nequam ille proditor se intra urbis munita concluserat. Nostri autem non longe figunt tentoria, ignari prorsus, quid dies crastina minetur infestum. Nocte ipsa, cum iam pentecostes solempnitas ferme Mai 14.
fuisset exacta, imber tantus et tam vehemens irruit, ut illa procelle vehementia[o] intra septa castrorum nichilominus deseviret.

[Quomodo[p] Melchinus, filius soldani Yconii, cum exercitu infinito contra imperatorem Fretheriсum venit.]

Mane facto, consumptis nubibus, aer illuxit purior, et ecce subito cum tubis et tympanis[q] et clangore horrisono Turcorum exercitus circumquaque diffusus imminet, quantus nec ante visus, nec credebatur videndus, quod, sicubi ter centena vel plura legantur fuisse milia, estimari poterant, [numerari[r] non poterant]. Hanc omnem multitudinem filius soldani Melkinus[s] nomine[t] in arma exciverat, volens palme titulum socero suo Salahadino preripere, tam de victoria certus quam de suorum numero et virtute confisus. Soldanus interim cuiusdam turris suprema conscendens, in specula residet, unde in subiectis arvorum spaciis acies bellaturas[u] conspiciat, sperans adimplendum in proximo, quod animus promissor futurum dictabat.

[Civitas[v] Yconium capitur, et exercitus Melkini, filii soldani[w], confusus est.]

Imperator, cum plerosque suorum ob insolitam hostium multitudinem trepidantes attenderet, magnanimi principis fiduciam exerit, et erectis ad celum manibus, in conspectu omnium grates agit[x] Domino, quod inevitabilis pugne iam instat[y] necessitas, quam fuga hostium hucusque suspenderat[z]. Hac voce ingens ardor cunctis incutitur, qui faciem cesaris contemplantes letissimam, a sene iuvenes, a fragili[a] fortes, ab uno universi virtutis
suscipiunt incentivum. Quis deus magnus sicut Deus noster! Omnis illa multitudo tam Ps. 77, 13
certa vincendi, ut vincula pocius quam enses stringeret, in momento succumbit; simulque et urbs ipsa capta tenetur, et exterior hostis prosternitur. Utrimque strages, ubique cedes, undique cesorum acervi. Fugam densitas impedit, numerositas, unde gloriabantur, offendit[b],

Iam prope res agitur, certatur cominus[c],
confringuntur arcus, sagitte non evolant,
Vix locus est gladiis, sic omnia turbat
turba. Nostrisque procedit ad gloriam, quod hostis[d] disposuerat ad ruinam, fugax bellum,

a) et *A* 2; eciam *B* 2. b) irrequietes *A* 1. c) assument *A* 2. d) dificilem *C*. e) quo *B* 2. f) transiret *A* 1. g) postrema *A* 1. h) qua *A* 1. i) qui *B* 1. k) Dumque *A*; dum *deest B*. l) atque *add. A* 1; et *add. A* 2. m) incautius *A* 1. n) proles *B* 2. o) violentia *A*. p) *rubra deest A* 1, *manu rec. suppl. C*. q) cum timpanis *B* 2. r) num. n. p. *des. C*. s) Melchinus *B*. t) *deest B*. u) bellativas *B* 2. *C*. v) *rubra deest A* 1, *manu rec. suppl. C*. w) cum innumeris hostibus *add. B* 2. x) egit *B* 2. y) instet *A* 1. z) suspendit *A*. a) frigidi *B* 1; frigido *B* 2. b) ostenditur *C*. c) eminus *B* 1. d) hostes disposuerunt *A*.

1) Philomelium, ut apparet; cf. Riezler p. 59.

1190. quod hactenus inter vepres et rupium fauces heserat, iam spacio liberiore conseritur. Christicole iram saciant, que tociens frustra exarserat; Turci experiuntur inviti, quid possint cominus, quos eminus provocabant. Hanc insignem victoriam fidelibus suis non indigne virtus divina contribuit; erat enim in castris castitas, in armis disciplina, in omnibus et pre omnibus timor Domini, apud omnes amor proximi, qui sic erant affectione fraterna unanimes, sicut periculorum exstitere consortes.

[Imperator[a] Fretheric us[b] obsides a soldano Yconii suscipit et petenti federis pactionem confirmat.]

Soldanus, urbe capta, cum unicam munitionem, quo se contulerat, restare cerneret, festinus ad cesarem dirigit, culpam omnem refundens in filium, se prorsus innocuum asserens, aurum, quantum petat, pollicitus, federis obsides, quot et quos iubeat, prestiturus. Cesar, heu nimium facilis! quod offertur suscipit, quod postulatur indulget, minus quidem
Ps. 5, 6. in hoc facto laudandus, dum virum sanguinum et dolosum pene captum absolvit, quem honestius erat perdere quam tantum christiani nominis hostem illesum servare. Datis obsidibus et federis pactione firmata, necdum maligni proditoris quiescit impietas; nam christicolas, cum iam remotius ab Yconio agerent[c] iter, nunc ex insidiis, nunc palam lacessit[d]. Obsides, quidnam hoc esset, interrogati, utile sibi confingunt mendacium. Asserunt enim, Turcos silvestres esse, qui nullius imperio subiacent, sedibus vagantur incertis, nichil habentes proprium, aliena semper vel rapina vel furto insectantur. Parcius tamen instant Turci[e], non immemores suorum occubuisse quam plurimos. Nam, sicut modestus estimator asseruit[f], superioribus bellis viginti duo Turcorum milia gladius[g] occisor consumpsit.

[24.[h] In[i] Armeniam veniens imperator Fretheric us[k], in flumine Selefii[l] submergitur, et filius eius[m] dux Suavie super exercitum erigitur.]

Iam victor excercitus Armenie fines ingreditur; letantur omnes, quod, hostile emensi[n] regnum, securi[o] fidelium arvis insederint[p]. Sed heu! terra[q] occurrit funestior, que cunctorum leticiam et lumen extinguit. Accedat homo ad cor altum et investiget, si possit, con-
Ps. 36, 6. silia Domini, cuius iudicia abyssus multa! Occurret nonnumquam, unde stupeat, unde turbetur; ita tamen, quod in omnibus auctorem omnium noverit commendandum. Erat locus in Armenie[r] sinu, quem hinc montes ardui, hinc Selefii[s] flumen preterfluens coartabat[t], qua[u], dum summarii et sarcine transeunt, victoriosus imperator subsistit[v]. Vir quidem inclitus, cuius statura mediocriter eminens, crines rutili, barba rubens, utrimque interfusa canicies, supercilia prominent, ignescunt oculi, gena brevior in amplum extenditur, pectus et humeri diffunduntur; sed et [cetera[w]] descriptio[x] corporis in virum consurgit. In illo itaque[y], quod de Socrate legitur, insigne quiddam ac stupendum enituit; nam constantiam animi exprimebat vultus, semper idem et immobilis permanens, nec dolore obscurior, nec ira contractus, nec dissolutus leticia. In tantum vero nativum Alemannie venerabatur eloquium, ut, quamquam alterius lingue non inscius esset, aliarum tamen gentium missis nonnisi per interpretem loqueretur. Vir tantus, cum propter preeuntes[z] summarios diucius substitisset, tandem mora in tedium vertitur, et iter anticipare cupiens, flumen proximum transmeare disponit[a], ut illud a parte summariorum anteriore remensus, ad vie redeat[b] libertatem. O mare! o terra! o celum! Ille Romani moderator imperii semper augustus, per quem[c] Rome veteris refloruit gloria, revixit honos, potestas excrevit, heu! aquis deperit[d] interceptus, et licet undique in[e] subsidium collaterales[f] festinent[g], vite tamen senilis igniculum mors preceps et matura extinguit. At[h], si libido natandi, sicut plerique asserunt, mortis causam intulisse dicatur, ipsius viri gravitas in contrarium disputat, nec fidem meretur, quod tantorum salutem natator invalidus undis fallacibus commisisset. Conscientia teste, mors minus quam modus
Sap. 4, 7. mortis sollicitat, sed hoc nobis in solacium venit, quod scriptum legitur: *Iustus quacumque*

a) *rubra deest A 1, manu rec. suppl. C.* b) Fredericus *B 2.* c) iter agerent *A.* d) recessit *C.* e) *deest A 1.* f) asserit in *A 1.* g) gladiis occisorum occubuerunt *B.* h) 26. *A 1.* i) *rubra manu rec. suppl. C;* De submersione imperatoris Frederici in flumine Seleusii, et fi. *B 2.* k) Fredericus *A 1.* l) Selesii *A B 1.* m) suus *A.* n) regnum emensi *A 1*; emensum *B 2.* o) fi. ar. sec. *A 1.* p) insident *A 1*; insiderit *A 2*; insiderint *B 1.* q) terram funestiorem inveniunt *A 1.* r) si. Ar. *A 1.* s) Selesii *B 2. C;* Sclesii *B 1*; Sclefii *Giraldus l. c.* t) coartabant *B 2.* u) quam *B 1*; quod *B 2.* v) substitit *B 2.* w) *ita solus A 1.* x) co. des. *A 1.* y) utique *B 2.* z) pretereuntes *B. C.* a) disposuit *A 1.* b) lib. red. *B.* c) in quo *A 1.* d) int. dep. *A 1.* e) *deest A.* f) collaterale *A 1.* g) festinet *A.* h) Ast *B 2.*

morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Et[a] si montes Gelboe, cesis Israel[b] fortibus, roris[c] pluvieque beneficio meruere privari, quid[d] huic fluvio tam funesto imprecemur condignum[e], qui precipuam tocius christianismi columpnam subvertit. Fuere qui dicerent, locum illum[f] fataliter ab antiquo dampnatum, et silicem[g] proximam hos apices dudum servasse inscriptos: HIC HOMINUM MAXIMUS PERIBIT. cf 2. Reg. 1, 21. 1190.

[Corpus[h] imperatoris Fretherici[i] in duas partes dividitur, duobus locis sepeliendum.]

Rumor ad aures exercitus[k] lamentabili fragore perlatus omnes[l] concutit. Quodsi veterum annales inquirimus, quid historie tradant, quid fabule confingant, de luctu matrum, nuptarum gemitu, quorumcumque planctibus[m], dolor iste

Exemploque[n] *carens et nulli cognitus evo* Luc Phars. 9, 169.

cunctorum lacrimas et lamenta transcendit. Erant quam plures imperatoris domestici, erant consanguinei, erat[o] et filius, sed inter complangentium turmas discerni non poterant, ubi pariter universi et singuli patrem et[p] dominum amisisse lugebant. Hoc tamen omnibus in solacium accedit[q], et inde cuncti congratulantur providentie, quod infra terminos infidelium diem non clausit extremum. Expletis exequiis, locum quam cicius pestiferum deserunt et corpus cesaris Antiochiam deferendum magnificencia regali exornant. Ibi autem, post[r] multam excoctionem ossibus a carne seiunctis, caro quidem in apostolice sedis ecclesia conquiescit, ossa vero Tyrum per mare ducuntur transferenda[s] Ierosolimam. Dignum quidem et ordinante Domino mirifice procuratum, ut, qui pro Christo decertavit insignius, precipuas christiane religionis ecclesias, utriusque miles, utrique divisus, incoleret et eam, quam Domini sepultura preminentius extulit[t], et illam[u], quam principis apostolorum cathedra insignivit.

[Que[v] fata perpessi sint peregrini Alemannie post mortem Fretherici[w] imperatoris in terra Antiochie.]

Ceterum[x] Antiochiam pervenientes christicole[y], post multa et longa ieiunia cibis edacius indulgentes, repletione subita suffocantur. Sicque quos nec hostis nec fames vicerat, pax dira perimit, sacietas perniciosa extinguit. Hoc itaque tam turpi fato cum exercitus tanti pars amplior interisset, reliqui rediere quam plurimi. Pars modica, quam repatriare puduit, sub filio imperatoris militat, cui princeps Antiochie[1] urbem totam ac munitiones universas contradidit[z]. Maioris enim optentu presidii urbem duci ultroneus dignum[a] iudicat committendam, ut eius fines vir strenuus contra crebros hostium tueatur insultus.

[Rumor[b] de submersione[c] Frederici imperatoris Turcos in Achon[d] obsessos[e] letificat, christicolas obsidentes contristat.]

Interea Christi milites, quos in Terre Sancte subsidium classis transvexerat, Achon[f] premebant obsessam. Turci[g] autem obsessi, tam suorum numerositate quam loci firmitate confisi, pertinaciter adversariis se opponebant, urbis propugnacula occupantes, et vicem reddere contendebant impugnantibus. Cum ecce clamor ingens[h] attollitur, in civitate voces concrepant exultantium, et christianis a foris obsidentibus ascendentes Turci turres insultabant vehementius, clamantes: 'Quid, miseri, facietis? quid ulterius speratis? Imperator vester, cuius in proximum sperabatis adventum, ecce submersus est. Evanuit spes vestra, nec amplius poteritis, sicut videtis, resistere'. Hec magnis vocibus improperantes, ducebant choros infra urbem, tubis clangentes, more eorum crocitantes, tympanis concrepantes et quot poterant modis cordis sui leticiam indicantes, videlicet christicolis in subsannationem et derisum, et suis excitantes fiduciam et presumptionis gaudium. Hiis christicole perculsi rumoribus, incredibili sunt affecti merore, propemodum desperantes tam acerbo casu sau-

a) Quod *A* 1; Quo *A* 2. b) fo Is. *A* 1. c) roris et pluvie *A* 1; rorisque pluvie *A* 2. d) id idem *B* 2. e) condigni *B* 1; condigne *B* 2. f) ipsum *A*. g) cilicem *B* 2. h) *rubra deest A* 1, *manu rec. suppl. C.* i) Fred. *B* 2 *saepius.* k) excitus *A* 2. l) *deest A* 1. m) planctus *A. B* 1. n) que *deest B* 1. *C.* o) et erat *A* 1. p) ac *A.* q) accidit *C.* r) per *A* 2. s) Ier. tr. *A.* t) excidit *B* 1. u) eam *B* 2. v) *rubra deest A* 1, *manu rec. suppl. C.* w) Fred. *B* 2. x) *deest B.* y) Alemannie *add. B.* z) contradit *A.* a) *deest A.* b) *rubra manu rec. suppl. C.* c) subversione *C.* d) Acon *C.* e) offensos *A* 1. f) Acon *B* 2. g) Turci — venturi *(p. 206, l. 6) des. A* 1. 2, *qui pergunt*, ut plenius texatur. h) att. ing. *B* 2.

1) Boemundus III.

1190. ciati, quia re vera per predictum imperatorem propositum suum confidebant assecuturos. Vix ita credebant[a] fuisse, ut dixerant Turci. Ipsi autem asserebant, verum esse et eis hoc a Salahadino mandatum fuisse. Nec enim christiani sufficiebant civitatis occupare introitus, quin clanculo exirent Turci et introirent. Deum[b] itaque in auxilium invocantes, christicole patienter expectabant adventum reliquorum, qui[c] ab occiduis orbis partibus sperabantur venturi. Sed ut plenius texatur[d] obsidionis series, altius[e] ordiemur[f,*]. . . . . .

[27.[g] Christicole[h] civitati insultus faciunt, sed, Salahadino superveniente, ex utraque parte insultus patiuntur, quos exhilarat classis borealium virorum numero duodecim milium.]

1189. . . . Nunc ergo hiis, nunc illis [sic[i]] alternantibus insultus, nunc quoque simul utrimque coherciti[k] nostri, de supercilio montis venientem[l] classem vident et tam leta sperare non audent. Quin etiam ipsi qui veniunt castra que vident[m] habent suspecta. Sed propius christiane professionis prospectis insignibus, clamor hinc inde tollitur, leta pietas in lacrimis[n] effluit, undique concursus, et fluctibus insiliunt obviam processuri. Felix illa classis, que a boreali peregrinans oceano et iter intemptatum aggressa, tot tractus maris, tot terre ambitus, tot pericula victrix permeat, et ab Europa per Affrice districta transiens, Asie laboranti succurrit. Hanc classem Dani[1] moderantur et Frisones, quos ab aquilone progressos rigor nativus exasperat et ad bellum triplex aptat[o] commoditas, artus scilicet[p] proceri, mens indomita et fidei fervor devotus. Hos a portu patrio in altum migrantes aura comitatur benignior, et in delicias navigantium tam fluctus quam venti mitescunt. Sicque miserator Dominus athletas[q] suos per tot discrimina incolumes et inoffensos perducit. Terrarum vero quas preternavigant incole, visa classe, quam plures moventur, et navibus instanter conscensis, Angli[r] pariter et Flandrigene[s] secuntur. Nec pretereundum silentio, quod a pretereuntibus insigniter est[p] gestum; nam urbem quandam in maritima Hispanie, que Silvia dicitur, audacter impetunt, cicius expugnant, cesisque gentilibus incolis, et urbe christianis tradita, ibidem etiam ordinato antistite, victores procedunt[1]. Achon igitur venientes, in loco qui urbem et Turonem interiacet castra metantur, et vires indomitas in perniciem hostis assiduo magis quam frequenti conflictu exercent. Eos siquidem virtus prodiga et vite contemptor impetus tot et tociens subeundis obiecere periculis, quod, non[t] post multum[u] urbe capta, vix viri centum de duodecim milibus superstites extitere.

[28.[v] De[h] adventu Iacobi de Avennis, et quo ordine urbs obsideatur, et de insultibus et periculis nocte et die hinc inde factis.]

Nocte postera, postquam Frisones et Dani appulerant, Iacobus de Avennis littus optatum contigit, vir trina perfectione preditus, in consiliis Nestor, in armis Achilles, in fide Attilio Regulo preferendus. . . .

[29.[w] De[h] adventu quorundam Francorum et Anglorum, Flandrensium et Alemannorum et marchisii Conradi custodis Tyri[x].]

Sane de regno Francorum iam plurimi venerant, et inter alios episcopus[y] Belvacensis, vir[z] armis pocius[i] deditus quam armariis, qui gloriatur in milicia[a] et[z] Turpino par esse contenderet, si Carolum inveniret. Venit[b] et comes Rodbertus, predicti frater episcopi. Venit et comes Brenensis et comes de Baro, Flandrenses plurimi. Est quedam pars Francie, que Campania dicitur, et cum regio tota studiis armorum floreat, hec quodam milicie[c] privilegio singularius excellit et precellit. Hinc martia pubes potenter egressa[d], vires, quas in tirociniis[e] exercitaverat, in hostem audencius exerit et, imaginaria bellorum

*) *In carmine Francogallico non inveniuntur, quae capitulis* 12—24. *libri I. Itinerarii respondeant. Ibidem paucis tantum versibus mors imperatoris describitur, scilicet:*

En l'ost Deu vint une novele,
Ki de primes fud bone e bele,
E puis fud pesanz e dolose
E deshaitiez e enviose.
Ço fud del bon empereür
De Alemaine, qui ot vigor,
Ala al sepulcre par terre
Por la merci de Deu requerre,
Ki murut, ço fud grand damage,
Al fluminaire en un passage,
A un gué qu'il n'ot pas tenté,
Si com Deu vint a volonté.

a) fuisse credebant *B.* b) Dominum *B* 1. c) et qui *B* 2. d) texetur *B.* e) *deest B* 1. f) ordinemus *C.* g) 30. *A* 1. h) *rubra manu rec. suppl. C.* i) *deest C.* k) cohorti *B* 1. l) venientes *A, ubi* classem *deest.* m) spectant *A.* n) lacrymas *A.* o) com. aptat *A* 2. p) *deest A* 1. q) alletas *B.* r) Anglici *A* 1. s) festive *add. A* 1; festini *add. A* 2. t) *deest A.* u) postmodum *A* 1. v) 31. *A* 1. w) 32. *A* 2. x) Tire *C.* y) Belv. ep. *A* 1. z) in *add. C.* a) malitia *A* 1. b) Venit plurimi *des. A.* c) *deest A* 1. d) aggressu *A* 1. e) Turonicis *A* 1.

1) V. Riezler p. 77. 78. 2) Cf. Haymar. monach. 16, ed. Riant p. 76. PRUTZ.

prolusione postposita[a], pugnaces animos ad verum[b] martem intendit. Adeo quidem tam Angli quam Franci concepte devotionis calore ducuntur, quod, regibus suis non expectatis, Regi regum obsequium prestituri precurrunt. De Germania quoque vir quidam illustris et potens accedit, quem lingua Teutonica landegravum[1] dicunt, quod iuxta rationem nominis 'terre comes' quasi per excellentiam dictum sonare videtur. Hic marchionem a rege Guidone dissentientem Achon venire persuadet, cum prius propter discidium accedere detrectasset. Scimus, historie legem interdum deposcere, ut nomina principum, qui negociis gerendis assistunt, singulatim scripto mandentur[c], quod ipsi etiam quodam pruritu glorie nonnumquam affectant; econtra solet auribus teneris hac in parte semper[d] tractatus videri longior, et ituras in tedium voces delicatus auditor minus acceptat. Nos[e] ergo in enumerandis principibus castigatius occupabimur, sed, cum ipsa rerum gestarum series occasionem obtulerit, de singulis, quis quid egerit, insigne dicemus. Nos[f] autem in hac parte plus brevitatem quam prolixitatem eligentes, nomina multorum advenientium exprimere non curavimus. 1189.

[Quomodo[g] Guido rex cum Templariis et Hospitalariis et cum ceteris peregrinis qui aderant castra gentilium insiliunt, sed ab oppidanis infestantur, et utrimque multi ceduntur, inter quos et Gerardus de Bidefordia magister Templi occubuit cum multis aliis, mille et quingentis scilicet de nostris.]

Igitur[h] adaucto fidelium numero, cum iam exercitus amplior ad opus arduum aggrediendum sufficeret, placuit omnibus, ut vicina[i] gentilium castra se[k] tociens impugnantia pervaderent et impugnarent. Mons quidam[l] Turoni, quem supra descripsimus, obiectus eminet. Hic hostis papiliones fixerat, et ingens camporum interiecta planicies aream bellis accommodam lacius explicabat. Huc acies e castris in plana descendit, et ibidem in ordines distributa, per turmas digeritur[m], ita quidem quod levior armatura cum arcubus et balistis precedit; subsequitur belli robur, precipuum equis, armis et variis effulgens insignibus. Ignem vero animi facies et gestus indicant fidelibus ad votum, hostibus ad terrorem. Dispositis[n] agminum ordinibus, seriatim processerunt rex Guido, Templarii, Hospitalarii, comes Brenensis, landegravus, singuli cum cuneis suis[2]. Fuit qui, acie perspecta, ex nimia voluptate luxurians, dixisse presumeret: 'Que potentia prevalebit? que multitudo resistet? Deus nec nobis nec adversariis adiutor veniat, victoria in nostra virtute consistat[o]'! Vox certe pessima et omnino dampnabilis, que in homine, non in numine belli eventum constituit, cum sine Deo nil possit homo, quod quidem experimento flebili rerum exitus declaravit. Stabant Turci pro castrorum defensione unanimes et, cum nostri propius accessissent, laxato[p] peditum precedentium cuneo, equos in hostem audacter admittunt. Versus in fugam gentilis castra deserit; christicole a persequendo desistunt et spoliis inhiant. Papilionum preciduntur funes, et ipsius soldani tentoria comes de Baro[q] animosus invadit. Interea de urbe ingens hostium multitudo prorumpit, qui ex ea parte, qua civitas inobsessa erat, egressi, obliquis meatibus ad montana contendunt. Porro ex industria sinuato procedunt amfractu, ut, nostris sub incerto positis, an castra veniant, an exercitum pervasuri, exercitum subito[r] occupent et a tergo concludant. Militia Templi, qua nulla insignior, iam cuneos hostiles cedi devota perruperat[s]; quodsi ceteri pari voto persequendis institissent hostibus, dies illa felicem tam urbis quam belli victoriam reportasset. Cumque longius, fortunam seculi et animum, Templarii processissent, in eos subito irruunt opidani; et quamquam innumeri paucos opprimant, non sine multa[t] tamen suorum strage triumphant. Ibi magister militie Templi[u] Gerardus de Bidefordia[v], cuius supra fecimus[w] mentionem, cesus occumbit. Felix cui Dominus[x] tantam gloriam contulit, ut lauream, quam tot bellis meruerat, martyrum collegio sociandus haberet. Qui[y] cum undique suorum stragem vidisset et a collateralibus hortatus est fugere, ne periret: 'Absit', inquit, 'ut vertatur in opprobrium et Templariis in scandalum, ut fugiendo dicar vitam servasse et commilitones meos cesos reliquisse'. Poterat quidem, si vellet, evasisse, sed cum cesis cesus occubuit.

[De[g] infortunio[z] et occisione que accidit nostris per equum cuiusdam Alemanni fugientem.]

Parte alia, dum Alemanni ad predas hiantius[a] convolant[b], ecce deceptor ille antiquus[c] pretermeantem presentat equum[d] cuiusdam Alemanni fugientem, quem ipse cum sociis suis insequebatur, et dum illi certatim insectantur, fugere a nonnullis creduntur. Hac exigua, sed exitiali occasione totus turbatur exercitus, omnes de fuga cogitant. . . . . . .

[31.[e]] . . . Confluebant igitur a diversis partibus orbis principes, duces, comites et inferioris ordinis quam plurimi, quorum sunt[f] hec nomina: Comes de Ferrariis, Nargevot de Toci[g], Ancelinus[h] de Monteregali, Gaufridus de Gienvilla[i], Otho de Fossa, Willelmus de[k] Goez[l], vicecomes de Castello-Eraldi[m], vicecomes de Turena[n], castellanus de Bruges[o], archiepiscopus[p] Pisanus, comes quoque Bertulfus, comes

a) proposita *A 2.* b) ad verum *des. C;* nostrum *B 1.* c) mandarentur *C.* d) *deest A 1.* e) Nos — dicemus *des. B 1.* f) Nos — curavimus *des. A; forsitan archetypus alteram sententiam in marg., alteram in contextu habuerit.* g) *rubra deest A 1, manu rec. suppl. C.* h) Sane *A.* i) menia *B 1.* k) se t. impugnantia *des. A.* l) quidem *A 1.* m) dirigitur *C.* n) Dispositis — suis *des. A.* o) consistit *A.* p) lassato *A 1.* q) Barro *A 1.* r) subiti *A.* s) proruperat *A 1.* t) nulla *A 1.* u) *deest A.* v) Girardus de Riddefordia *A 1;* Risfordia *C. De vera nominis forma non satis constat.* w) me. fe. *A.* x) ta. Do. *A. B 1.* y) Qui — occubuit *des. A.* z) fortunio *C.* a) inhiantius *A 1.* b) convasant *C.* c) quadrupedem *add. A.* d) equum — insequebatur *des. A.* e) *numeri capitum hinc usque c. 45. des. A 1.* f) hec sunt *A 1.* g) Tuci *A 1.* h) Anselmus *A 1. B 1.* i) Geenvilla *B 1;* Genvilla *C.* k) *deest A. B.* l) Voez *B 1.* m) Erandi *A 1.* n) Turoma *A 1;* Thoronia *B 1;* Turona *C.* o) Bruggis *A 1.* p) etiam *add. A 1. B 1.*

1) Ludowicus III. 2) Die 14. Octobris.

1189. Nicholaus de Hungaria[a], comes Bernardus, comes Iocelinus[b], comes Ricardus de Apulia, comes Alebrandus[c], Ingelramnus[d] de Vienis, Herveius[e] de Gienis, Theobaldus[f] de Baro, comes Iohannes de Loegria, alter comes Iohannes[g] de Seis. Cum nepote quoque regis Dacie venerunt Danorum magnates aliquot cum quadringentis Dacis. Venit tunc Guido de Danpiera[h], episcopus quoque Veronensis, cives etiam aliquot Romani. Omnes hii et quam plures alii futuri martyres et confessores applicantes, numero coniuncti sunt fidelium. Vere quidem martires, quorum non minor pars in brevi decessit. . . . . . .

[33.] . . . Eo[i] tempore[1], dum Alemanni magno apparatu machinam molendinariam fabricassent in emolumentum victualium, girantibus equis, crepitantibus molis circumactis, Turci, contemplantes avidius molam agitatam[k], estimabant aliquod esse instrumentum in eorum exitium vel ad expugnandam civitatem. Numquam enim antea huiusmodi mola asinaria visa est in terra illa. . . . . . .

[36. Nostri[l] dum tribus turribus ligneis urbem insiliunt, oppidani deditionem offerunt, et dum ab hostibus inferioribus infestantur, machine eorum succenduntur.]

1190. Divine[m] demum pietatis respectu reiectis et repulsis adversariis, principes nostri ad machinas, quibus civitas oppugnetur, operam communem impendunt. Tres itaque turres ambulatorias de silve siccioris materia construunt, quarum prima landegravum, secunda Genuenses, tertia exercitum reliquum sortitur auctorem. Certanti[n] studio moles iste consurgunt[o], quas ex trabibus et tabulatis in altum eductas lapsus volubilis[p] incitat et quadam arte mechanica facilem ad motum inclinat. Artifices vero has machinas, ne pereant[q] incendio, centonibus et coriis crudis[r] obvolvunt, et ut petrariarum impetus materia molliori exceptus non noceat[s], reticulatos funes a fronte protendunt. Porro eminentie[t] turrium, supra murorum fastigia et urbis propugnacula sublimes, balistarios et sagittarios continent; at medias staciones occupant, qui sudibus et contis decertant. Singulis autem castris sue applicantur petrarie, et lateratim[u] assistunt, quibus et machine producte defendantur et menia deiciantur adversa. . . . . . .

[44. Quomodo[v] dux Suavie, filius Fretherici imperatoris Alemannie, instinctu marchisii Achon veniens, seminarium fuit dissensionis.]

Eo tempore cum filius imperatoris dux Suavie, patre paulo ante defuncto, sicut prefati sumus, apud Antiochiam degeret, principes ei[w] mandaverunt[x], ut ibidem moram faceret[y] et[z] terram gentilium vicinam impugnaret[a]. Sanum[b] quidem et salubre[c] consilium; nam, si hostem bellorum instancia locis pluribus occupasset, conatus eius ad multa deductus, minor ad singula et infirmior extitisset. Huius legationis verbum marchisus minus fideliter executus, ducis animum maligna interpretatione permovit[d], tamquam principes ex invidia eius procurarent absentiam, ut sibi urbis capiende gloriam[e] reservarent. Fuit autem qui assereret, marchisum a soldano[f] sexaginta milia bizantiorum eo suscepisse optentu, ut duci ab Antiochenis partibus discedere persuaderet. Dux itaque Achon veniens[2], dissensionis extitit[g] seminarium; nam veteri et pertinaci discidio ab Alemannis Franci dissident, cum regnum et imperium de primatu contendant.

[45. Quomodo[h] marchisus auxilio[i] ducis Suavie[k] aspirat ad regnum.]

Porro marchisus peculiarem causam occulcius agens, ducis quem[l] sanguine contingebat presentiam studiosius[m] expetivit, ut ipso mediante, si posset, regni solium optineret[3]. Casus quidem ad nutum eblanditus[n] spem votis maiorem indulserat, nam reginam et sobolem[o], quam de rege Guidone susceperat, mors rapuit immatura. . . . . . .

[61.] . . . Ipse[4] vero cum duce Suavie et comite Blesensi Theobaldo[p] castrorum tutelam suscipit et vices patriarche, qui tunc clinicus decubuerat, plenius executus, egressas acies benedicit, absolvit. . . . . . .

EX LIBRO SECUNDO.

[6.] . . . Cum multo itaque[q] necessariorum apparatu non multo post rex Francie Philippus exiens a Parisius civitate*, que est principium regni Francie, apud Sanctum Dionysium profectus est, cuius se commendavit orationibus et meritis. Sicque suam inchoavit peregrinationem cum plurima multitudine. Tunc quoque cum eo peregre profectus est dux Burgundie[5] et comes Flandrie[6]. . . . . . .

*) *Carmen Freog. fol.* 3:

E lores mut le rei de Paris
E prist congié de Seint Denis.

a) Hungria *A* 1; Hungeria *B* 1. b) Gozel. *B* 1. c) Adelbr. *B* 1. d) Ingelrandus *A* 1. e) Herv. de Gi. *des. B* 1. f) Theobaudus *A* 1; Tedbaldus *B* 1. g) *deest B* 1. h) Guido Daperiera *A* 1; Wido de Danpira *B* 1. i) Eo — illa *des. A* 2. k) agitantem *A* 1. l) *rubra deest A* 1, *manu rec. suppl. C.* m) Divine — adversariis *des. A* 2, *ubi tantum habetur:* His factis principes. n) Certandi *A* 2. o) consurgit *A* 2. p) mobilis *A* 1. q) inc. per. *A* 2. r) aridis *B* 1. s) noceatur *C.* t) eminente *B* 1. u) litteratim *A* 2. v) *rubra manu rec. suppl. C.* w) de exercitu *add. B* 1. x) mandandum decernunt *A* 2. y) faciens *A* 2. z) *deest A* 2. a) impugnet *A* 2. b) Sane *A* 1. c) cons. sal. *A* 1. d) promovit *A* 2. e) res. gl. *A* 1. *B* 1. f) Salahadino *B* 1. g) sem. ext. *A* 2. h) *rubra deest A* 1, *manu rec. suppl. C.* i) du. aux. *A* 1. k) *deest A* 1. l) quidem *C.* m) *deest A* 1. *B* 1. n) blanditus *A* 1. o) sabolem *C.* p) Theodb. *B* 1. q) igitur *A* 1.

1) Die 26. Dec. 2) A. 1190, Oct. 8. 3) V. Ilgen, 'Markgraf Conrad von Montferrat' p. 100. 4) Baldwinus archiepiscopus Cantuariensis. 5) Hugo III. 6) Philippus.

1190.

[9.] . . . Seriatim itaque progrediens exercitus[1] distinctis[a] dietis alacriter a Verzelais[b, 2] pervenit ad Sanctum Leonardum de Curbenai[c], deinde ad Mulins, post ad Montem Escot, deinde ad Tuluns, apud Sanctam Mariam de Bosco, inde ad Belivi, post ad Villamfrancam, deinde ad Liuns super Rodanum[3]. Ibi, facta difficultate transeundi propter fluminis rapacitatem et cecam profunditatem, aliquot diebus substiterunt, ut qui iam[d] venerat exercitus[e] transiret, et subsequentium expectarent adventum. Transmisso denique fluvio, reges, fixis[f] trans fluvium papilionibus, residebant in aprico. Pars exercitus hospitabatur in villa, quot poterat capere, pars in suburbanis, in[g] locis virentibus.

Ibi videres et locis distinctos et armorum scematibus diversarum regionum oriundos innumeros, quorum tamen numerus centum milia[h, *] estimabatur excedere, nec adhuc cessabant confluere. Postmodum regem Francie cum suis omnibus abeuntem ad Genuenses prosecutus est rex Anglie gratia familiaritatis et honoris. Genuenses quippe maris gnaros sibi pridem[i] obligaverat rex Francie ad transfretandum. Statuerant[k] autem, sicut predictum est, ut qui[g] prior eorum attigisset Messanam Sicilie civitatem expectaret alterius adventum.

[10. Post[l] discessum regis Francie ad Genuenses[m] pons Rodani, turba premente, cadit; rex Ricardus per Marsiliam mare transiens ad Messanam venit[4].]

Turba autem multa peregrinorum undique semper confluentium, dum se properanter super pontem Rodani satis angustum imprudenter ingereret[n], decidit ex pondere eorum pars pontis cum hiis qui super ipsam erant. Nimis quidem arduus pons erat, ex quo plus quam centum homines deciderunt in aquam, que est tam vehemens, cursus tam rapidi, unde vix ab altitudine tanta quicquam vivum illapsum potuisset evadere. Illi autem qui ceciderant magnis vocibus exclamantes et suppliciter suffragium postulantes, licet fatigati, mirum dictu! ex aqua eruperunt incolumes; quorum duo tantum submersi sunt in interitum carnis, sed spiritus vivit in Christo, in cuius deprehensi [sunt[o]] obsequio. Posteriores autem nimia 1. Cor. 5, 5. turbati perplexitate[p], dum singuli quererent sollicite, qua parte vel quomodo Rodanum transirent, omnino desperati sunt, quia pons iam confractus transitum non admisit. Quo comperto, rex Ricardus, cuius numquam in gerendis nutabat[q] constancia, transire cupientium compatiens sollicitudini, citato opere ex cimbis fortiter[g] colligatis pontem, qualem suggerebat imminens necessitas, fecit preparari, per quem, licet morose, utcumque cum difficultate transierunt. Unde rex et exercitus per triduum moram fecit[r]. Pars eorum profecta est ad portum propiorem Marsilie, pars ad Veneticos, pars ad Genuenses vel ad Barlatam sive[s] Brundusium, necnon ad portum Messane duobus regibus destinatum quam plures profecti sunt. Post triduum recessit rex inde, et eodem die pons[t] dissolutus est. De Liuns transivimus per Viana[u] apud Albam-ripam, deinde ad Montem Galoure, post ad Sanctum Bernardum de Rumanz[v], deinde aput Valences, postea aput Auriolam, postea aput Paleys[w], dehinc ad Sanctum Paulum de Provincia. Postea transivimus per Montem Dragun, deinde aput Orenge; postea transeuntes per Montem de Sorgre, iacuimus aput Donpas iuxta Avignon[x], postea aput Senaiz[y], deinde aput Salun, postea aput Marignane iuxta mare, de Marignana[z] aput Marsiliam[5], ubi moram fecimus per tres ebdomadas. Postea mare intravimus, scilicet die proxima post assumptionem beate Marie anno primo coronationis regis Aug. 15. Ricardi, et transivimus inter duas insulas, quarum altera, videlicet Sardinia, fuit a dextris, Corsica vero a sinistris. Ibi quidem est magna maris districtio. Deinde navigavimus inter duos montes semper ardentes, quorum unus vocatur Vulcanus et alter Strango[6]. Inde trans-

*) E furent bien esmé[7] cent mile *Carmen*.

a) dietis dist. *A* 1. b) Vergelai *A* 1; *carmen Francogallicum:* Verzelai. c) Curbeny *A* 1; Curteny *C*. d) interim *A* 1. e) tr. ex. *A* 1. *B* 1. f) trans fl. fixis *A* 1. g) *deest A* 1. h) 100000 milia *C*. i) quidem *A* 1. k) Statuerunt *A* 1. l) *rubra rec. manu suppl. C semper.* m) Genevenses *B* 1. n) gereret *A* 1. o) *deest C*. p) prolixitate *A* 1. q) mutabat *edd.; deest B* 1. r) fecerunt *B* 1. s) ad *add. A* 1. t) ille *add. A* 1. u) viaria *codd.* v) Rumain *B* 1. w) Paleis *A* 1. x) Avignun *A* 1. y) Senaz *A* 1; Senai *B* 1. z) Marigna *A* 1.

1) Scil. regum Franciae et Angliae. 2) Vezelay (dép. Yonne). 3) Itinerarium hodiernum: Corbigny, Moulins-en-Gilbert, Mont Beuvray, Toulon-sur-Arroux, le Bois Sainte Marie, Belleville, Villefranche, Lyon. Mansiones istae desunt in carmine. 4) Cum contextus carminis nondum in promptu sit, suspicari tantum licet, hoc capitulum non poetae Francogallici, sed auctoris Anglici esse; reliqua vero, quamvis nonnumquam, ut videtur, a Ricardo aucta, maximam partem carmini tribuamus oportet ideoque, iisdem minoribus litteris exprimi fecimus. 5) Itinerarium hodiernum: Vienne, Auberive, la Motte de Galaure, Romans, Valence, Loriol, Paleys, St. Paul-en-Provence, Mondragon, Orange, Pont-de-Sorgues, Bonpas, Sénas, Salon, Marignane, Marseille. 6) Stromboli. 7) Id est: aestimati.

1190 ivimus per fluvium Farum nimis periculosum. Postea pervenimus ad Messanam civitatem, ubi classis erat regis Ricardi, quam illuc, ut prediximus, antea premiserat.

[11. De civitate Messana, et de regina sorore regis Ricardi et dote eius et[a] Tancredo.]

De civitate Messana sciendum, quod multiplicibus sit bonorum copiis referta, situ amena et plurimum commoda[b] in confinio Sicilie et Rise[1], que illi famoso Agolando[2] dicitur olim fuisse pro servitio suo collata. Consistit itaque civitas Messana in initio Sicilie, affluens necessariis et omnibus bonis, sed homines habens pessimos et crudeles. Rex eorum Tancredus opum variarum ditissimus, quas scilicet congesserant, antecessores sui, qui in Sicilia regnaverant a tempore Roberti Guiscardi. Eodem tempore regina Apulie, viro[c] suo rege Willelmo viduata, Palerme morabatur; rex enim Willelmus sine herede defunctus est; cuius relicta regina iam in custodia erat cum dote sua eidem assignata predicti regis Tancredi, qui regi Willelmo successerat in regnum. Hec regina vidua soror erat regis Anglie Ricardi, qui curam eius habens, regem Tancredum compulit ad eiusdem regine super eidem debita dote condignam satisfactionem.

[12. De iniuriis quas Griffones apud Messanam ante adventum regum nostris inferebant.]

Classis illa famosa regis Anglie apud Messanam regis, ut predictum est, prestolabatur adventum; classis quidem numero[d] miranda et apparatus instructione plenarie premunita, cui similis numquam ibi[e] visa[f] fuisse ferebatur, tanta, tanto opere instaurata. Plura preterea genera hominum eiusdem classis tutele[e] assignata[g] iuxta maris littora commorantium in papilionibus et tentoriis[h] diversorum scematum — civitatis enim cavebant habitacionem propter civium[i] impiorum insolenciam — usque ad regum adventum. Cives namque nequam, vulgo dicti Griffones et patribus progeniti plures eorum Saracenis, nostris admodum extiterant contrarii et infesti. Cotidiana eis irrogabant[k] convicia, digitos suos in oculos eorum protendentes et canes[3] fetidos appellantes et pluribus aliis illudentes modis et etiam clanculo quam plurimos nostrorum perimentes et in latrinas deicientes, super quo scelere postea[l] nonnulli eorum convicti sunt. Super hiis igitur[e] et aliis modis quam plurimis nostros[m] exprobrantes et exosos habentes, nequiciam suam, in quantum audebant, exercebant, [eos[n]] ad iracundiam provocantes, quatinus, si forte repugnare temptassent et talionem iniuriis referre, ipsos funditus a civitate [sua[n]] delerent, numero quidem impares et peregrinos et viribus inferiores — minus quidem in eo providi, quod regum ipsorum eo non pensarent adventum.

[13. Cum quali apparatu primo rex Francie[o], postea rex Anglie Messanam applicuerunt.]

Publici moris esse dinoscitur, ut quisque[p], rex presertim et princeps terre, talis tantusque procedat et tanta fulgeat auctoritate, quanta fuerit preditus potestate, quatinus non sit minor habitus quam potentia, immo pari conveniant aptitudine, ut rex regio splendescat obsequio, et eius[q] virtutem exterior predicet apparencia; vulgo namque dicitur: 'Qualem te video, talem [te[r]] spero'. Porro modus habitudinis formam trahit ex animo presidentis[s]: talis nimirum erit forma predicati, qualem[t] permiserit natura subiecti. Ille tanti nominis rex Francie, cuius emisso tot principes, tot[u] terrarum naciones parent edicto, cum Messane civitatis nunciaretur applicaturus ad portum, omnis etas, omnis sexus, cuiuscumque condicionis indigene ad tam famosum regem prosiluerunt[v] videndum. Ille vero una[w] tantum nave contentus, tamquam visus hominum refugiens, in ipsius urbis castelli portum latenter[x] se ingessit. Cuius adventum prestolantes in littore pusillanimitatem eiusdem arguentes et exprobrantes, non facile talem regem posse fore magnarum virtutum patratorem, cui sic esset suspectus visus hominum, sicque[y] spe[z] videndi eum frustrati, redierunt indignantes ad propria. Porro rex Anglie ille magnanimus, ex quo fama predicante divulgabatur adventus[a] instare, catervatim ruunt populi, illum cernere cupientes, et in littus se ingerentes, certatim occupant sedes illum ascendentem visuri. Et ecce eminus prospiciunt mare galeis opertum innumeris, et vox a longe intonabat in aures eorum tubarum roboantium[b] et lituorum[c] clarius et acutius resonantium. Interea propius accedentibus fuit videre galeas seriatim remigantes, variis undique ornatas et refertas armaturis, ventilantibus ad auram innumeris ordine decoro signis et penuncellis in hastilium summitatibus, rostris galearum varietatibus picturarum distinctis, appensorum in singulis proris scintillantibus[d] radiis scutorum. Videres[4] ex multitudine adventantium remigantium mare fervescere, tubarum intonacionibus, quas trumpas vulgo dicunt, audientium aures tinnire, et ex vario tumultuantium accessu delectationem excitari. Cum ecce rex magnificus iuxta navigantium galearum catervatim obsequio stipatus, ceteris eminentiori et ornaciori prostans in prora, tamquam ignota visurus, sive ab ignotis videndus, fertur in littus obsitum densarum turbarum[e] agminibus, et omnibus tamquam se ultro videndum

a) *deest* *A* 1. b) concorda *A* 1. c) suo viro *A* 1. d) mir. n. *A* 1. e) *deest* *A* 1. f) sibi *add.* *A* 1. g) sunt *suppl. videtur.* h) et *add.* *A* 1. i) ipsorum *add.* *B* 1. k) irruebant *C.* l) plurimi eor. postea *A* 1. m) nostris *C.* n) *deest* *C.* o) sive *add.* *B* 1. p) quisquis *A* 1. q) vi. e. *A* 1. r) *deest* *B* 1. *C.* s) *fortasse* predicantis *emendandum.* t) qualis *A* 1. u) *deest* *B* 1. v) prosilierunt *A* 1. *B* 1. w) t. u. *A* 1. x) se l. *A* 1. y) sic quoque *B* 1. z) sepe *A* 1. a) adventare *A* 1. *B* 1. b) *sic* *A* 1; roborantium *B* 1. *C.* c) lituum *A* 1. *B* 1. d) scillentibus *A* 1. *B* 1. e) tubarum *A* 1.

1) Reggio. 2) De pagano rege Africano nomine Aigolando v. Pseudo-Turpini Gesta Caroli Magni, Reuberi SS. p. 69sq. 3) De Anglis caudatis cf. supra p. 77, ann. 2. 4) Cf. similem descriptionem apud Ricardum Divisiensem et auctorem Gest. Ricardi. Fortasse omnes communi relatione usi sunt.

exponens, eleganter ornatus in littus ascendit; ubi nautas, quos eo premiserat, cum ceteris addictis 1190
obsequiis suis reperit eum[a] gratanter excipientes et dextrarios et equos suos nobiles sibi pridem commissos ad vecturam exhibentes. Confluunt hinc inde cum suis indigene, prosequentes ipsum usque ad hospicium suum. Super cuius tanta[b] gloria vulgus attonitum conferebat ad invicem: 'Hic quidem dignus imperio! *Hic* merito constituitur super gentes et super regna, cuius fama olim audita multo minor est ipsa veritate quam videmus'. Interea concrepantibus invicem trompis et alternos commiscentibus convenienter accentus, fit quedam tonorum discors concordia, dum congrua sonorum productiore identitate Lucan. Phars. 1, 98.
singule singularum quodammodo repeterent exceptiones mutuas et vocum restaurarent depressiones.

[14. Quantas iniurias passi sunt peregrini[c] nostri apud Messanam a Longobardis.]

Griffonum[d], dum reges tanta cum virtute viderent appulsos, in parte repressa est arrogantia, quippe qui se perpenderent virtute inferiores et gloria. Longobardi[1] vero contumaciter murmurantes, contendere non cessabant conviciis et opprobriis lacessire[e] nostros, tentoria nostra se comminantes invasuros, ut eos occiderent et res suas diriperent. Zelo quidem ducebantur super uxoribus suis, cum quibus nonnulli peregrinorum colloquebantur, pocius ad ipsos irritandos maritos quam ad perpetrandum adulterium. Hac itaque occasione et invidia perturbati, Longobardi cum communa civitatis semper in quantum licuit nostris erant infesti, maxime pro eo quod ab antecessoribus suis se[2] didicerant olim a nostris fuisse subiugatos; unde quanta poterant nobis procurabant incommoda et turrium exaltabant propugnacula et altioris profunditatis fossas ambientes perfodere. Preterea ad incitandum animorum impulsum[f] frequentissimis provocabant conviciis et dehonestabant contumeliis.

[15. Occasione unius panis a muliere vendendi[g] fit pugna inter nos et Longobardos.]

Forte die quadam[3] contigit, unum ex nostris convenire quandam mulierem super pane recenti, quem ad vendendum exposuerat; cumque confabularentur ad invicem, et ipse de pretio dando taxando loqueretur, mulier, eo quod minus obtulisset pro pane quam voluerit, tantam subito prorupit in iram, quod virum nefandis afficeret contumeliis et opprobriis, vix abstinens manibus, quin [pugno[h]] percuteret aut crines extirparet. Et ecce subito ex litigantis tumultu mulieris convenit multitudo[i] civium, et peregrinum illum violenter correptum immisericorditer verberaverunt; et capillis dilaceratis et[a] multis modis vexatum et conculcatum pene reliquerunt exanimem. Facto clamore, rex Ricardus peciit pacem et amicitiam, asserens se venisse pacificum et ad exsequendam peregrinacionem simpliciter fuisse eo usque profectum; nec prius a perorando super pace obtinenda destitit, quam, pacis securitate promissa, singuli secederent pacati in sua.

[16. Longobardi impugnant homines regis Ricardi, unde rex civitatem obsidet, impugnat et expugnat et vexilla sua[c] turribus urbis imponit, invidente rege Francie et auxilium Longobardis prestante.]

Verum[k] illius antiqui humani generis inimici procuracione[l], cuius est pacem perturbare seditionesque excitare, reparatur in crastino[4] contentio, et rediviva inter cives et peregrinos fit exorta perniciosior altercacio. Fuerant interea duo reges colloquentes cum iusticiariis Sicilie et cum maioribus civibus civitatis, super pace tractaturi et securitate. Et ecce clamor factus est dicentium, quod indigene iam perimerent homines regis[m] Anglie. Quod cum rex adhuc dissimularet, maxime quod Longobardi non ita[n] verum esse assererent, venit secundo nuncius exclamans, iam indigenas invasisse peregrinos. Dissuadentibus Longobardis, adhuc se[o] rem ita habere, qui et ipsi tunc ex eodem conflictu[p] venerant, sed proposuerant mendaciis[q] regem circumvenire, cum iam tercio cum impetu apparuisset nuncius accurrens[r] et vociferans, pacis huiusmodi modum improbandum, cum cervicibus gladii iam imminerent. Tunc sine mora[s] rex accelerans, relicto colloquio, vectus equo eo venit, ea scilicet intentione et intuitu, ut litem dirimeret[t] et litigantes pacificaret. Erant autem duo Longobardi nimis astuti et mendaces, quorum instinctu commota est turba civitatis in peregrinos. Qui tamen, ut dolositatem suam mendaciis palliarent, asserebant, se inde venisse, et nichil mali factum fuisse; quorum nomina hec sunt: Iordanus del Pin[u] et Margaritus[5]. Cum rex Ricardus eo loci venisset, quo iam congressi hinc inde mutuos ingeminant ictus et iam non tantum verbis contendunt, sed pugnis et contis, ipsumque[v] regem, sollicitum pugnantes separare, Longobardi iam ira succensi et contumaces contumeliis et nefandis insectantur opprobriis. Ipse vero irrisionis talium impaciens, se statim armis munivit assumptis et ipsos inclusos in civitate obsidione subita cingebat. Franci interim de domino suo rege Francie quid actum esset ambigentes, huc et illuc discurrebant ipsum querentes, cum ecce a loco colloquii properanter se in palacium quo fuerat hospitatus recepit. Commota est igitur omnis civitas; indifferenter rapiunt singuli quod manus errabunda invenerit et se iactanter defensuros procul dubio invicem compromittunt. Adeunt tamen Longobardi regem Francie, eius suppliciter implorantes auxilium et defensionem et se et sua eius subdentes dicioni[w] et voluntati, dummodo conatus regis Anglie iam civitatem pertinaciter impugnantis elideret, etiam civi-

a) *deest B* 1. b) *in marg. A* 1. c) *deest A* 1. d) Grifonum *A* 1. e) *ita codd.* f) nostros *vel simile vocabulum supplendum videtur.* g) venditi *A* 1. h) *deest C.* i) o. m. *A* 1. *B* 1. k) Unde *B* 1. l) protaxatione *A* 1. m) Ricardi *add. A* 1. n) esse ita v. *A* 1. o) ita se rem *A* 1. p) confluctu *A* 1. q) r. m. *A* 1. r) occ. *B* 1. s) T. novissime *B* 1. t) dirueret *C.* u) Luppin *A* 1. *C.* v) *sic codd.* w) ditione *C.*

1) Longobardi hic vocari videntur, qui lingua utebantur Italica, non Graeca. 2) Siculos Normannis subiectos dicere videtur. 3) Oct. 3. 4) Oct. 4. 5) Cf. de eis supra p. 121

1190. tatem sibi subditam haberet. Et statim rex Francie assumpsit arma sua et, ut veritatis conscius nobis referebat[1], Longobardis pocius auxiliaturus quam hominibus regis Anglie, cui prius iuramento [et[a]] fide prestita tenebatur obnoxius super auxilio ferendo et fidelitate ubique servanda. Obseratis iam portis civitatis, et dispositis in[b] propugnaculis murorum custodiis, fit clamor et tumultus et commotio magna hinc a[c] foris oppugnantium, inde[d] de intus repugnantium. Curritur ad arma, singulorum manus arman- Verg. Aen. 1, 150. tur[e], tela, que furor ministrat et impetus rapientium, arripiunt[f]. Franci Longobardis coniuncti communi[f] agebantur consilio, et conglobati velut unum efficiebant populum. Hoc autem ignorabant exteriores, quod sibi confederati fierent adversarii. Ab inicio vero exierant quidam Longobardorum, antequam porte civitatis clauderentur, ad impugnandum[g] hospicium Hugonis Bruni[h, 2], et ibi pertinaciter insistebant dimicantes, cum ecce rex Anglie, hoc comperto, eo celeriter divertit. Quem cum advenire vidissent, sine mora versi sunt in fugam et velut oves a lupis dispersi sunt in momento; et tunc cessabant eorum comminaciones verborum et impugnaciones telorum. Refugientes itaque insecutus est rex usque in[i] quandam muri posternam, quo se agebant, non audentes in eum saltem inspicere[k], nedum repugnare, cum rex nec etiam viginti homines de suis, in primis cum[l] in eos irrueret, habuisse diceretur. In introitu autem illius posterne nonnullos ipsorum prostravit, ulterius cum peregrinis numquam congressuros. Longobardi igitur perpendentes seria agi et se re vera oppugnari, quanta sufficiebant virtute resistebant et murorum propugnacula occupabant et saxa proiciebant et iacula arcubus et balistis imbrium more tela[m] mittentes et quot poterant modis oppugnantes impetebant, ut vel ab insultibus cessarent vel saltem parcius ceptis insisterent. Unde nonnullis[n] nostrorum in ipso defensionis[o] fervente inicio plures irrogabant iniurias, quosdam ad mortem, alios ad livorem, nonnullos ad membrorum conquassationem vulnerabant. Volantibus enim telis cum spiculis densissimis, cum saxis demissis et silicibus[p], preter alios tres amisimus ibi milites, scilicet Petrum Tirepreie et Matheum de Saliceto et Radulfum de Roverei[3]. Longobardis quidem si recta Christi fides inesset et respectus iusticie, maximam nostris stragem dedissent et multitudine vicissent, sed eorum arrogantia merito debuit eisdem et impietas nocere, qui nostris nichil meritis tantam irrogaverant[q] iniuriam et gravamen. Estimabatur[r] civium cum aliis civitatem defendentium multitudo excedere quinquaginta milia. Ibi videres[s] ferocissimos virorum assultus plurimis modis machinari introitus, audacter hos tela dirigere, illos portas succidere, nunc hos nunc illos occumbere, galeas nostras ex parte maris versus palatium portum occupantes urbem obsidere. Verum rex Francie eisdem portum prohibebat, et nonnullos eorum qui[t] inerant cedere[m] nolentes sagittis perimi tunc contigit. Ex parte vero terre, ubi[m] rex Anglie fuerat, qui in rebus bellicis singularis erat, vehementior urgebat oppressio; pars instabat portarum flagella succidere, ubi cum pro voto non proficerent[u], collem excelsum civitati proximum ascenderunt et per posternam quandam, quam rex Anglie secunda die adventus sui ad cautelam futurorum circuiens cum duobus sociis quasi neglectam a civibus perpenderat, muros civitatis cum magno impetu audacter introierunt et portas[v] civitatis diruerunt et reliquum exercitum intromiserunt. Tunc quoscumque civium obvios sive repugnantes vel ceperunt vel prostraverunt et civitatem conglobati[w] hostiliter invaserunt; unde sicut[x] Longobardorum, sic et nostrorum quam plures in eo conflictu occubuerunt. Cives enim intrantibus undique et civitatem iam occupantibus resistere non audentes, a summitatibus domorum et turrium propugnaculis eis tela tota virtute miserunt, et a solariis quibus inerant, quot modis poterant, oppugnantes, contendebant reprimere. Nichilominus autem iam captam civitatem peragrabant victores, ipso rege preeunte et omnia primitus invadente; ipse denique primus civitatem introivit, ipse dux et previus et[m] suis prebuit audaciam et hostibus incussit horrorem. Ipsum igitur circiter decem milia hominum sequentes[y], civitatis totam diripuerunt substantiam. Ibi audires horrificos clamores, confusas vocum diversitates, hinc nostrorum sese ad persequendum cohortantium, illinc Longobardorum fugientium et pre timore mugientium, ictus etiam ingeminare[z] et quoscumque obvios gladiis homines sicut segetes falcibus metere. Ubi nostri[a] domos occuparunt, desiliebant a summitatibus et a solariis Longobardi, magis metuentes incidere in hostilem manum quam casum infortunatum, sue quidem impietatis conscii, de consequenda quam non meruerant misericordia sunt desperati. Nec mora, iam subacta viriliter civitate, non apparebat qui ulterius mutire presumeret. Quid plura? Rex Ricardus uno impetu cicius iure belli occupaverat Messanam, quam quilibet presbiter cantasset matutinas. Multo quidem plures occumberent civium, nisi rex motus[b] pietate parcere iussisset. Amisse vero pecunie civium quis poterit estimare summam[c]? Quicquid auri vel argenti sive cuiuslibet generis preciosi inventum est, occupantis cessit in usum. Preterea galee ipsorum igne supposito succense sunt in pulverem, ne, si forte fugerent, vires resistendi resumerent. Mulieres quoque nobiliores sibi diripuerunt victores. Et ecce, tanto patrato negocio, viderunt Franci subito vexilla et signa regis Ricardi super muros et turres civitatis; unde rex Francie acriter commotus, vite sue coevam[d] concepit invidiam et cf. Ps. 7, 15. postmodum pro tempore peperit iniquitatem, quam contestatus est natam[e], dum[4] percussit Normanniam.

a) *deest C.* b) *deest A 1. B 1.* c) afforis *B 1.* d) inde — rep. *des. B 1.* e) armant *A 1. B 1.* f) *deest B 1.* g) pugnandum *C.* h) Baura *C.* i) ad *A 1.* k) respicere nec *C.* l) hab. dic., cum in eos irruerent *A 1.* m) *deest A 1.* n) nonnullos *edd.* o) ferventis defensione *A 1.* p) scilicet *A 1.* q) irrogassent *A 1. B 1.* r) Estimatur *A 1*; Estimantur *B 1.* s) videns *B 1.* t) *spatium vacat A 1.* u) perfic. *C.* v) partes *C.* w) globati *A 1.* x) et *add. A 1.* y) sequebantur et *A 1. B 1.* z) geminare *A 1.* a) nostros *C.* b) p. m. *A 1.* c) s. quis p. est. *A 1. B 1.* d) nocuam *B 1.* e) *deest A 1.*

1) Haec Ricardus addidisse videtur. 2) Cf. p. 118, n. 1. 3) Fortasse e gente de Rouvrai (dép. Seine-inférieure). 4) A. 1192 sq.

[17. Invidente rege Francie, sola signa regis Anglie turribus apponi, rex Anglie se humilians concessit utriusque signa simul apponi.] 1190.

Rex Francie regis Anglie invidens successibus et egre ferens magnanimitatem, admodum doluit, hoc sue non ascribi glorie, quod ipse sudore triumphaverat prestantie. Qui pro condicione mutue pactionis, etiam in discrimine maximo suorum, et cede non modica oculis perspecta, non tantum regi Anglie contra hostes pertinacissimos non prebuit manum auxiliarem, ut tenebatur confederatione societatis, immo totis viribus restitit, et ab introitu civitatis occupande qua potuit instantia longius arcebat, qua parte ipse cum suis commanebat hospicio, presumptione prevaricationis. Capta, sicut predictum est, civitate, et baneriis[a] regis Anglie muris collocatis, mandavit rex Francie de consilio suorum, ut rex Ricardus de excelso murorum vexilla sua faceret deponi et sua apponi, in eo scilicet ipsi tamquam superiori deferens honorem. Rex Ricardus super huiusmodi indignans mandato, precedentia pensans et iura societatis examinans, nec etiam respondere curavit, ne videlicet cederet adquisitis et victoria ascriberetur non tantum ocioso, immo adversario periuro. Mediantibus vero intercessoribus, regis Ricardi tandem indignacio deferbuit, et quieverunt verba contumeliosa. Vix igitur faciens vim animo per blandimenta suorum, qui videbatur invincibilis oppugnacioni inimicorum, adquievit regis Francie peticioni, ut videlicet eius traderet tutele turres quas ceperat cum communibus custodiis, quousque regis Tancredi super hiis que gesta sunt experirentur sentenciam; et qui minacibus et iactantie verbis perseverabat vehementior et rigidus, blandiciis flectebatur et precibus. Eriguntur igitur utriusque vexilla super muros civitatis, quatinus regis Francie temptaret constantiam et probaret familiaritatem.

[18. Nuncii mittuntur ad Tancredum, ut satisfaceret pro transgressis et dotem regine redderet, rege Francie clam in contrarium mittente.]

Communi itaque decretum est consilio, ut nuncios destinarent[b] ad regem Sicilie Tancredum perquisituros super[c] hominum suorum tam enormi commisso satisfactionem, et quid super hiis que gesta fuerant censeret agendum. Preterea mandavit rex Ricardus regi Tancredo, ut sorori sue regine Sicilie super dote competente provideret et super portione thesauri mariti sui regis, que eam iure contingeret, super mensa quoque aurea, equa sorte dividenda illius uxori, cuius extiterat. Horum gerendorum nuncii fuerant dux Burgundie[1] et Robertus de Sabloel[2] et alii quidam, quorum nomina exciderunt. Interea rex Francie regis Ricardi perpendens magnanimitatem et[d] successum, tabescens invidia, cepit super iis que in expugnata civitate direpta sunt movere questionem, exigens suam iuxta pactionem initam portionem. Igitur super hiis verba iaculans ampullosa et contumeliosa, cum[e] rex Ricardus gratis sue exactioni non adquiesceret, verborum versuciis et iactabundis opprobriis irritare non destitit eius animum ad iracundiam, et federa inter eos inite pactionis transgredi presumere conatus est et [in[f]] amiciciam prevaricari. Unde rex Ricardus magis indignans quam fractus[g], eius astuciam[h] declinare proposuit et naves suas cum omnibus sarcinis illatis repetere disposuit[i], ut abiret[k]. Maluit enim, Deo duce et rectore, solus cum suis progredi ad execucionem sue peregrinationis quam communicare cum invido, iuxta illud vulgare proverbium: 'Satius est esse solum quam habere malum socium'. Quod ut regi Francie innotuit, procuravit, ut per mediatores reformarentur vitiata, et in debitum statum amicicie iterum confederarentur[l], salva quoque omnium[m] perquirendorum equa divisione in posterum.

[19. Rex Tancredus in dubiis respondet; unde rex Anglie ira succenditur, et Longobardi victualia suis negant.]

Interim nuncii negocium executi secundum quod sibi fuerat iniunctum, regis Tancredi super mandatis perscrutantur sententiam. Rex vero in dubiis locutus est, asserens regibus satisfaciendum de consilio magnatum terre sue pro tempore et loco et modo competenti super omnibus que fuerant sibi mandata. Dicebatur, quod rex Francie litteris[3] mandaverat[n] regi Tancredo, ut non adquiesceret exigentiis regis Anglie, sed se rigidum exhiberet in iure suo per omnia tuendo, certus omnino, quod numquam pro rege Ricardo in ipsum delinqueret, sibi vero fidelis existeret. In huius, si tamen verum fuit, argumentum mandati[o] accessit verisimilis probacio, quod rex Tancredus nunciis regis Francie preciosa largitus est munera, nunciis vero regis Anglie nec impertitus est ovum. Reversi itaque nuncii cum rem gestam regibus retulissent: 'Non est', inquit rex Ricardus, 'opus multiloquio, nec in longum sermo protrahendus, ex quo spontaneam non exequitur satisfactionem rex Tancredus, qualem potuero super erratis corrigendis impendenda est opera et diligentia'. Super hiis igitur regibus[p] turbatis, animosiores effecti indigene ex confederacione regis Francie, regem Ricardum cum suis, in quantum callebant, opprimere vacabant; victualia atque tanto exercitui necessaria venundanda inhibebant, et ne quid exponeretur emendum, statuerunt, ut vel sic coerciti dicioni cogerentur submitti indigenarum.

[20. De constructione Mategriffun et discordia duorum regum.]

Rex Ricardus operam magnam adhibuerat et diligentiam cuiusdam castri constructioni, cui nomen imposuit Mategriffun[q]. Unde nimium exacerbabantur Griffones, quod in eorum exicium opprimendorum

a) banariis *A* 1. b) destinaret *A* 1. c) *deest B* 1. d) et succ. *des. A* 1. e) quia *A* 1. *B* 1. f) *deest C.* g) factus *B* 1. h) amicitiam *A* 1. i) *deest A* 1. *B* 1. k) abirent *A* 1. l) confederantur *C.* m) omnis *B* 1. n) mandaverit *A* 1. *B* 1. o) mendacii *C.* p) rebus *A* 1. *B* 1. q) Matheg. *C.*

1) Hugo. 2) Hic inter alios pacem cum Tancredo factam pro rege iuramento confirmavit; v. supra p. 119. 3) Cf. supra p. 126.

1190. huiusmodi vacaret edificio. Erat autem illud opus iam preparatum in colle proximo civitati, satis accommodo receptui. De cuiuscumque generis cibariis, ne exhiberentur vendenda prohibitis, quantum in eis erat, iam laboraret exercitus, nisi ex hiis que classe adduxerant fuisset eis in futurum provisum. Exercebant igitur quantas poterant inimicicias [et[a]] detrimenta exercitui. Civitatem de nocte custodiebant vigiles, et vice versa peregrini ab eorum irruptione, excubias agentes, se munire curabant. Reges preterea ab invicem repellebat[b] discordia, et rex Francie adversariis regis Ricardi iam se[c] publicum prebebat fautorem. De pace vero inter eos reformanda pars magna potentum satagebat, nunc ad palacium, nunc vero ad Mategriffun[d] pergentes, utriusque regis magnopere temptant emollire motus irarum. Frustra vero operam impendunt et diligentiam, utroque causante et plurimam occasionem offensionis adversus alterum habere se asserente. Neuter enim eorum alterius adquiescendum estimavit voluntati, ne videlicet rex Francie inferioris se committeret arbitrio, et eo sue derogaretur dignitati, sed nec rex Ricardus, ne subiectionis illius notaretur infamia, quem anteibat[e] operum magnificentia.

[21. Tancredus pacificatur cum rege Ricardo, dans[f] ei quadraginta milia uncias auri pro dote regine et coniugio Arturi; pacificantur etiam duo reges et cives.]

Sic rebus in dubio fluctuantibus, cum rex Tancredus perpendisset ex[c] diuturniori discordia provenire[g] posse periculum, et regem Ricardum didicisset a ceptis non temperaturum, donec pro voto consequeretur effectum, missis legatis nobilibus optulit pacem et peciit concordiam, asserens apposite ad persuadendum, se nolle tanti viri cum suorum discrimine, quantum in eo erat, sustinere exacerbacionem, sed se paratum, si vellet, interveniente pecunia, cum eo amicicie fedus inire, et[a] pro dote regine Sicilie, sororis regis Ricardi, daturum viginti milia uncias auri et preterea alia viginti milia in maritagium cum quadam sua[h] filia, bone indolis puella et elegantis forme, Arturo Britannie, nepoti suo, si vellet, maritanda. In quam condicionem, cum assensum preberet rex Ricardus, satagentibus utriusque nunciis consummatum est negocium, et pecunie summa recepta, scilicet quadraginta milia uncie auri, et regina fratri suo regi Ricardo reddita absoluta. Sicque pace[i] firma prolocuta et scriptis confirmata[1], omnium omnino conquievit controversia. Cum vidisset igitur rex Ricardus prout petebat[k] sibi fuisse satisfactum, omnem decrevit gratis equa sorte dividendam summam[l] pecunie tunc a rege Tancredo suscepte. Dividere vero pecuniam susceptam pro dote sororis[m] licet de iure confederationis non teneretur, tamen ex mera liberalitate id etiam fieri voluit; quod et ipsi cessit ad gloriam et commendationem et inimicantium in parte delevit invidiam. Denique de consilio venerabilis Rothomagensis archiepiscopi Walteri denunciatum[n] est sub anathematis interminatione, ut quicquid auri vel argenti sive cuiuslibet[o] generis pecunie victorum manus diripuisset a civibus, restitueretur [in[p]] integrum. Restitutis itaque cunctis et quantum ad exteriorem apparentiam firmiter pacificatis[q], cives gaudent securitate, peregrini pacis tranquillitate, fit civitatis status incolumis, statuuntur leges penales in pacis prevaricatores. Ingrediuntur cives et egrediuntur cum peregrinis sine offensa et altercatione; renovantur omnia in gratiosam concordiam, letantur universaliter singuli, et iam libere exponuntur venalia esui necessaria precio satis tolerabili et hominibus et equis. Regum etiam reflorescit amicicia, et omnium redintegratur gratia, mediante iusticia. Verum[r] palliata superficie tenus simulatoria dilectione, semel concepta in animo regis Francie perseveravit immortalis emulatio, et regis Ricardi gesta preclara zelans,

Persii Sat. 5, 117. *Astutam vapido servabat pectore vulpem.*

1191. [22. Rex Tancredus et rex Ricardus se invicem visuri apud Catinensium urbem conveniunt.]

Interea rex Tancredus tunc temporis commorans Palerme, super audita regis Ricardi magnificentia et gloria gestorum non parum attonitus, missis legatis nobilioribus rogat eum, ut apud Catinensium civitatem sibi invicem occurrerent sese visuri. Plurimum quidem illius faciem desiderabat videre, cuius eximie virtutis olim, fama divulgante, satis ammiratus est magnanimitatem. Eadem autem[g] civitas Catinensium medio spacio sita est[s] inter Messanam et Palermam. Annuens hiis rex Ricardus, nobiliorum procerum[t] suorum glorioso comitatus agmine processit eidem obviam loco statuto. Cumque convenissent[2] ex condicto in unum, uterque super alterius eximie letatus est adventu, et omnem[u] gratiam sibi invicem satagebant exhibere et mutue dilectionis sollempne fedus inierunt; omnimodaque pacis confirmatione in perpetuum inter eos[v] observande confederati, munificentia[w] regali datis invicem muneribus et acceptis, et peracta competenti regibus sollempnitate, digressi sunt alacriter ab invicem. Rex Tancredus reversus est Palermam, et rex Ricardus ad Messanam.

[23. Rex Ricardus militibus et aliis pro mora quam ibi fecerant indigentibus largissima partitur munera.]

. . . .

a) *deest C.* b) repetebat *A* 1. c) *deest A* 1. d) Matheg. *C.* e) animabat *A* 1. f) dansque *B* 1. g) *deest B* 1. h) f. s. *A* 1. i) f. p. *A* 1. *B* 1. k) patebat *C.* l) p. s. *A* 1. m) sue *add. A* 1. n) de Nunant, *nomen gentile tunc celeberrimum, hoc tamen loco falso positum B* 1. o) cuiuscumque *B* 1. p) *deest C.* q) compaciscatis *B* 1. r) Unde *B* 1. s) *deest A* 1. *B* 1. t) s. pr. *A* 1. u) gr. o. *A* 1. v) *deest C.* w) magnificentia *A* 1.

1) V. documentum supra p. 119. 2) A. 1191, mense Martio ineunte; ordo temporum corrigendus est ex Gestis Ricardi, supra p. 126.

[24. De magna festivitate regis Ricardi die natalis Domini, ad quam vocaverat regem Francie et totum populum ad convivium apud Mategriffun, et de donariis eius largissimis.]

Instabat illa preclara nativitatis dominice festivitas, tanto celebriori veneranda sollempnitate, quanto 1190. magis necessaria humani generis redemptioni. Huius gratia celebrande festivitatis rex Ricardus venera- Dec. 25. biliter regem Francie invitavit ad prandium et voce preconaria omnem animam vocavit ad diem tantam deducendam secum cum letitia et gaudio. Ad cuius instantiam venit rogatus rex Francie cum innumero magnatum agmine. Venit et turba copiosa. Quid plura? Non multum laborat qui cogit volentem[a]. Et quem estimamus tunc temporis de industria gratis abesse a Ricardi regis convivio? Igitur in castro suo, quod invitis indigenis edificaverat, Mategriffun honorifice sunt suscepti et, iuxta quod cuiuslibet dignitas exigebat, collocati discubuerunt. . . . . . .

[25. Pisani et Genuenses[b] invadunt custodes classis regis Ricardi.]

Accidit eo tempore[c, 1], ut mero estuantes Pisani et Genuenses, qua nescitur occasione turbati, classis regis Ricardi invaderent hostiliter custodes, et dum violenta irruptione sese acriter impeterent, facta est magna utrorumque peremptorum ruina. Crastino quoque hesterne cedis reminiscentes, tamquam Dec. 26. nondum completam se dolentes exercuisse maliciam, in eosdem premeditati revertuntur insultus. Quibus atrociter sese invicem cedentibus, festinato rex Ricardus accurrit ipsosque pertinaciter grassantes vix compescuit et ab invicem recedere coegit.

[26. De adventu regine Alienor et Berengarie, uxoris future regis Ricardi, et de recessu in Terram Sanctam primo regis Francie et secundo regis Anglie.]

Anno igitur Domini 1191, F[d] littera dominicali existente, post languidioris temporis hiberni ninguidos menses, cum iam dies instarent solidiores, tempus aptum navigio gratulatur populus advenisse, pertesus in otiis more longioris. A festo enim sancti Michaelis in civitate Messana, sicut predictum est, 1190. Sept. 29. commorati sunt reges cum universo exercitu, usque ad iam transmissam quadragesimam. Colloquuntur igitur de transfretacione, moram ulteriorem allegantes multifarie incommodam, tum propter serenioris[e] 1191. Mart. temporis instantiam, tum ne inutiliter ocio torpentibus deficerent expense, tum quod in obsidione laborantibus compatiebantur, quibus nimis tardum se dolebant prestare subsidium. Igitur dum se[f] singuli ad iter aggrediendum[g, 2] expediunt, precurrentibus nunciis regi Ricardo innotuit, matrem suam reginam Alienoram, post eum properantem, emenso itinere multo, iam in proximo constitisse et nobilem puellam regis Navarie[3] filiam nomine Berengariam secum adduxisse, regis futuram uxorem. A multo nimirum tempore, quo primum comes erat[h] Pictavensis, ipsius puelle morum illectus elegantia necnon et generis dignitate, plurimum desideraverat eam. Unde et ipsius pater puelle rex Navarie eandem [commiserat[i]] matri regis Ricardi ducendam[k] ad eum, ut eam, antequam transfretaret, sicut disposuerat, duceret in uxorem. Super quorum adventu letati sunt universi. Interea rex Francie cum omni apparatu suo, ad iter arripiendum expeditus, aspirantibus prosperis ventis, cum omni classe sua profectus est, videlicet die sabbati post annunciationem beate Marie; quem rex Ricardus prodeuntem diucius prosecutus est cum Mart. 30. dignioribus proceribus in galeis suis. Sed ad transfretandum nondum ipse[l] expeditus, tum quod universas naves suas ad vehendum[m] equos suos et sarcinas nondum aggregaverat, tum quod, ut[l] estimaverat necessarium, sufficienter non erat instructus, tum quod, ut predictum est, matrem suam cum memorata puella iam acceperat eo venturam. Igitur postquam regem Francie transfretaturum dimiserat in pace, ultra Farum transvectus est usque ad civitatem Risam, ubi didicerat reginam matrem suam esse cum Berengaria; quas cum summo gaudio gratanter suscipiens, secum deduxit ad Messanam. Ubi facta aliquanta mora, matrem[n] reginam dimisit abire[4] et regni sui rogavit habere custodiam simul[o] cum predicto archiepiscopo Rothomagensi Waltero, viro[p] magnarum virtutum. . . . Puellam vero prenominatam, quam ducturus erat uxorem, secum retinuit rex Ricardus. Alienor regina inde regrediens, per bargas[q] venit Salernam et sic usque Normanniam. Rex, preparatis omnibus itineri necessariis, regem Francie subsequi quam potuit expeditius ex condicto properavit. Classi itaque deducende et custodiende preposito Roberto de Torneham, sponsam suam prefatam cum sorore sua vidua, olim Sicilie regina, premisit prima fronte in navibus quas vulgo dicunt dromones versus orientem recto navigantes respectu. Deputaverat etiam eisdem mulieribus aliquot milites ad solacium et tutelam et obsequentium turbam copiosam. Sunt autem huiusmodi generis naves ex sui gravitate ceteris pigriores, fabrica firmiori[r]. Galearum vero multitudo perseverabat immobilis, donec rex pransus propter contingentes importunitates cum omni exercitu, valedicens indigenis, processurus ascenderet. Qui cum se ventis prosperis committeret et fluctibus marinis, omnis illa navium[s] multitudo ad prodeundum expedita crebris remigantium impulsibus[t] promovetur in pelagus. Civitas quidem Messana non immerito poterit singulari gloriari iactantia, numquam

a) voluntatem *C*. b) Genevenses *B* 1. c) die *add. B* 1. d) E *falso A* 1. e) t. s. *A* 1. *B* 1. f) s. se *A* 1. g) eadem *add. A* 1. h) fuit, *sed punctis suppositis del. A* 1; *deest B* 1. i) *deest C*. k) deducendam *A* 1. *B* 1. l) *deest A* 1. m) vehendos *A* 1. *B* 1. n) r. m. suam *A* 1. o) scilicet *A* 1. *B* 1. p) m. virt. viro *A* 1. *B* 1. q) burgas *A* 1. r) firmiores *B* 1. s) m. n. *A* 1. t) impulsu *A* 1. *B* 1.

1) Haec quamvis plane alii auctori debita atque relatio in Gest. Ricardi supra p. 124. tradita, bene tamen cum ea concordat. 2) Mense Februario; cf. supra p. 125. 3) Sancii. 4) Apr. 2; cf. G. Ricardi ed. Stubbs II, p. 161.

a retroactis temporibus classem talem et tantam a finibus illis egressam, nec forte[a] ullo tempore ibidem 1191. Apr. 10. ulterius videndam consimilem. Septimo[1] decimo die post discessum regis Francie, id est die Mercurii post dominicam palmarum, cum classe navium copiosa rex Ricardus subsecutus[b] est; per medium Farum, aspirantibus auris et seriatim velificantes et remigantes in altum progressi sunt, dromones qui precesserant recto itinere contendentes a tergo prospicere. Disposuerat etenim[c] rex, ne umquam separarentur naves, in quantum daretur facultas, nisi forte estibus marinis abacte dispergerentur ab invicem. Moderato itaque de[d] industria progressu galearum gregatim tardiores naves onerarias comitari contendebat ad tutelam multitudinis et[d] solatium[e] infirmioribus.

[27. De ventis nunc quiescentibus, nunc mare turbantibus, et periculis que sustinuit classis regis Ricardi usque ad Cretam et a Creta usque ad Rodas.]

Ecce, subito ventum[f] sensimus deficere[g], ita quod de necessitate nos oportuit fixis anchoris immo- Apr. 11. biliter permanere inter Calabriam et Montem Gibellum. In crastino vero, hoc est die cene dominice, Ierem 10,13. ipse qui ventos subducit et educit de thesauris suis, item ventum nobis destinavit tota die perseverantem. . . . . . .

[29. De pluribus incommodis, que acciderunt Terre Sancte, cui maxime nocebat imperator Cipri.]

Quo plectendam estimamus piaculo vel feriendam graviori flagello terram illam Ierosolimorum? aut quo ream commisso, quod eius subventioni tot obsistunt adversa, tanta mora prorogatur auxilium? Immo in nequitiam eam defendentium potius creditur redundare tante meritum dilationis, quod in tam longum tempus suspenditur redemptio. Multis patenter constat argumentis, divinum fuisse suspensum subsidium illius terre a malitia inhabitantium in ea. Unde et[h] viros eximios, qui sperabantur futuri fortes auxiliarii, contigit intempestive auferri de medio. Quid enim pensandum de morte illius illustris imperatoris Alemannie, cuius preclari gloriam principii sors denigravit fine plurimum dissimili? aut de morte olim gloriosi et ditissimi Henrici regis Anglie quis enarret[i] dolorem? Ipsius enim peccunia incolumis civitas Tiri conservata est, cuius etiam sapientia et prudentia sperabatur Terra Sancta recuperanda. Quid denique super occasu magnifici regis Sicilie[k] Willelmi dicendum? qui postquam peregrinationis necessarios disposuisset[l] apparatus et tociens optatum sepius destinasset subsidium, inopina morte subtractus est et diem clausit extremum. Omnia hec et plura alia Terre Sancte acquirende accesserunt detrimenta, quorum singula satis et ultra potuissent nocuisse. Verum omnia predicta unum erat exsuperans, de insula dico Cipri. . . . . . .

EX LIBRO TERTIO.

1191. Apr. [4.] . . . Cum rege Francie, qui illuc[2] venerat in octabis pasche, venit comes Flandrie, comes Sancti Pauli, Willelmus de Garlanda, Willelmus de Barris, Drogo de Amiens, Willelmus de Merlo, comes Perchensis. Cum ipsis etiam eo rediit ille, de quo supra dictum est, marchisus, qui Tirum tenebat et aspiraverat ad[m] regnum Ierosolimorum. . . . . . .

[6. Ex regum infirmitate desolatur exercitus et plurium nectarum adventu consolatur.]

Igitur ex regum languoribus contabescebat exercitus ex nimia mestitudine et desolatione, quia non cf. 1. Reg. 18, 17. erat iam princeps aut dux, qui preliaretur bella Domini. Comes Flandrensis[n] in cumulum meroris iam immatura morte decesserat. Hinc nimium conturbato exercitu, [hoc[d]] tantummodo accessit ad consolationem plurium adventus nectarum. Venerant enim[o] placida navigatione in auxilium christianorum episcopi et magnates quam plurimi, singuli suorum comitati sequela. . . . . . .

[7.] . . . Comes Flandrie petrariam habuerat electam, quam post eius mortem habuit rex Ricardus, et preterea minorem electam. . . . . . .

EX LIBRO QUARTO.

[20. In predicta pugna[3] occiditur Iacobus de Avennis, miles mirabilis[p].]

Sed et[q] Iacobo de Avennis plurimum quidem est[r] dolendum, quem Turcorum illa predicta multitudo oppresserat; cuius equus casu acerbissimo, dum in ipso funesto congressu fortissime dimicaret, corruit in terram et ipsum sessorem solo tenus prostravit; quem Turci globatim circumdantes[s], post multos sudores oppresserunt. Ipse vero, referentibus hiis qui corpus eius quesitum missi reportaverunt[t], antequam prorsus deficeret, ferme quindecim Turcos detruncaverat[u], qui circa ipsum reperti sunt[q] iacentes occisi. Tres[v] cum eo consanguinei eius reperti sunt occisi, quibus quidam ex nostris ibi presentes debitum non prestiterant auxilium, qui ipsos[w], proh nefas! in agone deseruerant reluctantes[x] contra Turcos irruentes[y]. Unde super hoc non immerito detestande notam infamie comes Druensis cum hiis qui cum eo ibi[z] fue-

a) *deest A 1.* b) obsec. *C.* c) enim *A 1.* d) *deest C.* e) solamen *B 1.* f) s. v. *B 1.* g) *deest B 1.* h) per *B 1.* i) enarraret *A 1. B 1.* k) Wil. Sic. *A 1.* l) disposuit *A 1.* m) in *B 1.* n) Flandriensis *A 1.* o) autem *A 1.* p) admirandus *A 1.* q) *deest A 1.* r) *deest A 1. B 1.* s) contundentes *B 1.* t) quod *add. B 1.* u) detruncaverit *B 1.* v) Tres — occisi, quibus *des. B 1, ubi tantum habetur:* Cui. w) ipsum *B 1.* x) reluctantem et *B 1.* y) irruentem *B 1.* z) *deest B 1.*

1) *Duodecimo* emendandum est. 2) Scil. Accon. 3) Apud Arsuf Sept. 7.

rant postmodum incurrit. O quam varii belli casus! quanti gemitus et suspiria ea nocte fuerunt[a] in exercitu pro absentia illius Iacobi de Avennis, Iacobi militis prestantissimi, bellatoris incliti, quem quia non respiciunt cum ceteris presentem, presagiunt occisum. Ipse enim cum familiaribus suis non comparuit; unde totus conturbatur exercitus et super incompensabili[b] obstupescit infortunio. Sabbato pro- 1191. Sept. 7.
ximo ante nativitatem beate Marie fuerat illa predicta pugna commissa, et dominica sequenti, hoc est Sept. 8
ipsa die nativitatis beate virginis, decretum est corpus predicti nobilissimi queritandum, ut sepeliretur. Armantur igitur Hospitalarii et militia Templi, quam plures secum ducentes Turcopolos validissimos, cum quibus nichilominus alii plurimi perrexerunt. Qui, cum in locum certaminis pervenissent, sollicite quesitum corpus ultimo repererunt, concreto sanguine oblita[c] facie, quod vix nisi prius aqua lotum cognoverunt, quia sanguine cruentatum et ex vulneribus tumidum erat et viventi dissimile plurimum. Corpus igitur decenter involutum detulerunt secum ad Arsur redeuntes. Ibi videre fuit maximam militum multitudinem contra corpus prosequendum procedentium. Super morte tanti viri lamentabantur universi, rememorantes eius probitatem et largitatem et eundem ornatum plurimarum dote virtutum. Rex Ricardus et rex Guido eius astiterunt sepulture, pro cuius anima missa sollempniter celebrata cum oblatione non modica in ecclesia[d] ipsius regine celi, domine nostre, cuius dies nativitatis tunc erat. Post missam, exequiis rite celebratis, corpus viri nobiles suscipientes in ulnis, deposuerunt in fossa, humo diligenter intumulandum; ubi cuncti ululantes et flentes lamentabantur propter ipsum. Expleta sepultura, clerus instantis diei sollempnitatem beate Marie diligenter debitis exequebatur obsequiis . . . . . .

EX LIBRO QUINTO.

[21.] **Discordiam, qualis inter christianos nostros nunc in Terra Sancta venit, probant exempla numquam inter veteres contigisse.**

Rex magnificus Karolomannus, nomine famosus et opere, qui tot adquisivit terras et regna suo subiugavit imperio, cum in Hispaniam proficisceretur subiugandam, numquam fertur in exercitu suo intervenisse contentio, vel etiam[e] quando idem rex predictus comprehendendam in expeditione adivit Saxoniam, ubi plura gessit insignia, ubi ad internecionem[f] pessumdedit illum famosum Witeclinum[g]. Quando etiam illi potentissimo Agulando Roma transiens profectus est obviam excipiendo in bellum, qui cum manu validissima et, nisi Deo opitulante, hominibus pene invincibili Saracenorum applicaverat[h] apud Rysam[i, 1], civitatem Calabrie, nulla inter[k] socios erat discordia. Quando quoque terra illa Ierosolimorum tot sepius bellis concussa, quibus tot strages facte sunt hostium incredulorum, tot feliciter pugne confecte, sive ubicumque terrarum, sub quibuscumque principibus famosa antiquorum bella narrantur[l] patrata, numquam quidem sub uno militantem exercitum imperatore dissipavit discordia, vel diversarum oriundos regionum distraxit contentiosa simultas, nec sub unius principis ditione agentes discrevit invidia, nec sunt inter ipsos audita convicia vel opprobria. Immo mutuum singuli singulis exhibebant honorem et gratiam, et una gens appellata propter unanimitatem, in quibus nulla potuit durare dissensio[m]. Hinc olim Franci universis prevalebant externis[n]; similiter et nostri moderni commodius antiquorum haberent exempla imitari. . . . . . .

EX LIBRO SEXTO.

[22.] **De admiranda et omnibus seculis obstupenda regis pugna.** 1192.

. . . Nostris igitur se sollicitius armantibus, iam propinqui facti sunt Turci. Rex[2], equum proces- Aug. 5.
surus[o] ascendens, decem tantum socios habebat equites, quorum hec sunt nomina: comes Henricus[3], comes Leicestre[p], Bartholomeus de Mortuo-mari, Radulfus de Malo-leone, Andreas de Chavyngny[q], Girardus de Furnival[r], Rogerus de Sacy, Willelmus de Stagno[s], Hugo de Nova-villa, serviens probissimus, Henricus Teutonicus, regis signifer. Hii tantum equos habebant, et quidam equos quidem[t] ignobiles et debiles, armis inassuetos. . . . . . .

[37.] **De repatriatione et navigatione et infortuniis regis Ricardi.**

Peractis omnibus, rex iam[u] consistens in procinctu scandendi navem, provide[v] statuit procurandum, ne quid scrupuli superesset, quod omni[w] bene gestorum derogaret perfectioni.

A. B.

Iussit igitur, clamante precone, suos universos adesse creditores et omnia debita restitui ad plenum et ultra, ne qua videlicet[x] in posterum merito vel super raptis vel ablatis regia auctoritate posset oriri detractio vel querela. . . . . . .

C.

Die[4] festo sancti Michaelis due regine, scilicet **Berengaria regina Anglie, uxor regis Ricardi**, et **Iohanna quondam regina Sicilie, soror regis Ricardi**, Rad Dicet. Sept. 29.
navem ascenderunt aput Achon. Die sancti Dionisii ascendit Oct. 9.
rex Ricardus navem, reversurus in Angliam. . . . . .

a) **fiunt** *B 1*. b) **incomparabili** *A 1*. c) oblata *C*. d) in *add. C*. e) *deest A 1*. f) internit. *C*. g) Witedinum *A 1. B 1*; Wercelinum *ed. Gale*. h) applicuerat *A 1. B 1*. i) Risam *A 1*; Rasam *B 1*. k) erat int. soc. *B 1*. l) narrentur *B 1*. m) dissentio *C*. n) exterius *B 1*. o) asc. proc. *A 1*. p) de Leicestria *A 1. B 1*. q) Cavegni *A 1*; Cavigny *B 1*. r) Finival *A 1*; Funival *B 1*. s) Stangno *B 1*. t) quidam *C*. u) cons. iam *B*. v) proinde *C*. w) omnium *A 1*. x) in post. vid. *B 2*.

1) Reggio, de qua civitate tamen Pseudo-Turpini fabulae tacent. 2) Ricardus. 3) Trecensis vel Campaniae. 4) Haec cum Radulfo de Diceto desumpta sint, sine dubio postea sive ab auctore opus denuo edente sive ab interpolatore inserta sunt.

1192. Hiis dictis, nautas urgebat plena vela ventis expedire[a], quatinus estus marinos cursu superarent velociori. Ignarus quidem, quante[b] ipsum manebant tribulationes et angustie, quot esset experturus adversitates per proditionem olim demandatam in Francia[c]; unde machinatum est, ut ab iniquis nequiter insidiantibus comprehenderetur, nichil tale suspicans, in obsequio Dei et laboriosa peregrinacione.

C.

Nov. 11. Rad. Dicet. Circa festum beati Martini rex Ricardus ex diutina tumultuantis pelagi iactatione iam pertesus navigationis, quam citius potuit applicuit terre primo vise, scilicet in terram imperii Constantinopolitani, in loco qui dicitur Curufu. Verum quoniam ex premissis non immerito suspicatum habuit imperatoris et Grecorum suorum versutiam, nolens ibi videri, cum piratis forte inventis prudenter paciscens, eis statim dato quantum postulaverant naulo, exegit ab eis, ut ipsum expeditius in terram commodiorem transveherent. Relicta ita classe regia, se regem dissimulans, pyratis crudelibus se commisit intrepidus, habitu mutato, sed non animo. Quid enim non auderet magnanimitas regis Ricardi?

Nescit virtus generoso innata latere.

cf Rad. Dicet. Quatuor tantum assumptis sociis, transvectus est in Sclavoniam. Inde pertransiens Aquileiam, cum intrasset terram Limpoldi ducis Austrie, captus est in Wena civitate 13. Kalendas Ianuarias.

O quam meritis inequali recompensatione retribuebatur ei, quod pro[d] generalitatis negocio laboraverat anima eius! Et iam occupabatur hereditas illius[e], cum expugnarentur nepharie castra eius in Normannia, crudeliter grassantibus emulis eius sine causa;

A. B.

1193. Dec. 20. nec nisi redemptus a captione iniqua[f] relaxatus est ab imperatore Alemannie. Cuius occasione redemptionis ut census multiplicaretur ad summam, in omni gente sua fiebat collecta plurima et rerum distractio variarum. Accipiebantur enim in ecclesiis calices et vasa in usus ecclesiasticos sacrata, quibus poterant utcumque carere monasteria, aurea vel[g] argentea. Nec hoc quidem secundum decreta patrum erat illicitum, immo maxime necessarium, cum numquam sanctorum[h] quisquam vel[i] sanctarum, quorum numerus est innumerabilis hominibus, tanta fuerit vita superstite pro Deo angariatus iniuria ut rex Ricardus in captivitate Ostericia necnon et Alemannica. Qui tot Turcorum celebris fuerat triumfis, nefarie circumvenitur a sue fidei fratribus et ab hiis qui simul cum ipso christiana professione solo nomine censentur comprehenditur. O quam vere timende sunt occulte magis insidie quam manifeste discordie iuxta illud: *Facilius est vitare discordem quam declinare fallacem!* Proch nephas! Cui non poterant *Rad. Dicet. resistere omnes adversarii eius[k], quem tocius imperii soldani contracte copie non prevaluerant debellare, nunc ab ignobili hoste[l] concluditur et in Alemannia retinetur. O quam gravissimum est agi nutibus alienis in libertate educatis! Sed et ex illa captione solita Dei clementia, sua industria et suorum cura fidelium, mediante ere multo, quia sciebatur[m] multum posse, tandem libertati dimissus est. Solo denique restitutus natali et regno patrum, in brevi dissidentia[n] regni pacificavit ad votum. Postea transfretans in Normanniam, emuli sui, scilicet regis Francie, iusto liberiores excursus se paravit retundere; cuius etiam impetus crebris reiciens repulsionibus, alienatum ius suum cum augmento quoque potenter in hasta recuperavit et gladio.

Si teneatur opus, non deroget auctor utrique,
Si quid opus meritis, gratia non minuat!

EXPLICIT[o] LIBER DE EXPEDITIONE REGIS RICARDI IN TERRAM IEROSOLIMORUM.

C.

nec nisi redemptus laxatus est ab iniqua captione, communicantibus in summa peccunie duce Austrie et Henrico imperatore Alemannie. Redemptionis quidem occasione, ut ad taxatam summam census excresceret, in omni gente sua fiebat collecta plurima et variarum rerum distractio. Accipiebantur calices ab ecclesiis et vasa aurea vel argentea in usus ecclesiasticos sacrata. Nec tamen hoc secundum priorum decreta fuerat illicitum, cum urgentissimus instet articulus necessitatis. Rex Ricardus, tot Turcorum magnificis celebris triumfis, circumventus nepharie a sue fidei fratribus et ab hiis qui simul cum ipso christiana professione, utinam vera! censentur comprehenditur. O quam vere timende sunt occulte magis insidie quam manifeste discordie iuxta illud: *Facilius est vitare discordem quam declinare fallacem!* Proch nephas! Cui non poterant resistere omnes adversarii eius, ab ignobili hoste concluditur, quem tocius imperii Salahadini contracte copie non prevaluerant debellare, in Alemannia detinetur. O fallax rerum mutacio! Ille* rex inclitus tractatur indignis etsi non vinculis, sed ineptis custodiis. Regio nimirum sanguine nichil molestius quam indigniorum subici ditioni et agi nutibus inimicantium. Ingenuus siquidem adversatur anxie morum incompositorum dissidentia. Ceterum gravius nocet quicquid inexpertum accidit. Verum esto, si quis calumpniantium insimulaverit, tamquam non immerito mulctandum regem Ricardum acsi reum mortis marchisi: certe maioris erit auctoritatis eius innocencie et ab alieno excusatio quam quorumcumque susurronum invidiosa detractio. Denique Limpoldus dux Austrasiensis, qui ex sola forte suspicione sive quorumcumque perversorum rogatu regem comprehensum tenebat, sibi destinatam super morte marchisi suscepit epistolam in hec verba:

Limpoldo duci Austrie Vetus de Monte salutem. Cum plurimi reges et principes ultra mare Ricardum — — Et sciatis, quod litteras fecimus[p] *istas in domo nostra ad castellum nostrum Messiac in dimidio Septembri*[q] *coram fratribus nostris et sigillo nostro eas sigillavimus anno ab Alexandro* 1505[r].

a) explicare *B* 2. b) quantante *B* 1. c) Franciam *B*. d) *deest B* 2. e) eius *A* 1; et *add. B* 1; etiam [et iam] *add. B* 2. f) unquam *A* 1. g) et *B* 2. h) q. s. *B* 2. i) vel sanct *des. B* 2. k) et *add. B* 2. l) gente *B* 2. m) m. p. sc. *B*. n) r. d. *B* 1. — regna *A* 1. o) Expl. Itinerarium R. r. Anglie et regis Francie et imperatoris Alemannie *B* 1. p) ist. fec. *Dicet.* q) Septembris *Dic.* r) 1504. *Dic.*

C.

Hinc procul dubio regem esse constat innoxium, quia falso concepte pre- 1194.
sumptioni rite preiudicat spontanea rei confessio; sed ubi motibus suis indifferenter agitur precipitata voluntas, ratio locum non videtur habere,

nec esset vitium, si non ratione careret[1].

Rex autem ex illa captione solita Dei clementia, sua industria et suorum cura fidelium, licet mediante ere multo, quia sciebatur multum posse, tandem libertati dimissus est. Qui prospero cursu tendens in Angliam, apud Sandwicum Rad Dicet
13. Kalendas [Aprilis[a]] et sequenti feria quarta perveniens Londonias, coronata civi- Mart. 20.
tate cum exultatione magna tam cleri quam populi, cum processione sollempni receptus est in ecclesia beati Pauli. Et post triduo moratus est in palatio suo Westmonasterii. Inde peregre profectus est ad Sanctum Edmundum; optulit ibi illud preciosum vexillum, quod fuit imperatoris Cypri. Deinde tendens versus
Notyngham, infra triduum recepit obsessos in deditionem. Pascha celebravit aput Nor- Apr. 10.
hampton. In octabis pasche coronatus est Wyntonie, agente divina Huberto Can- Apr. 17.
tuarie archiepiscopo, presente Willelmo rege Scotie, et in brevi dissidentia regni pacificavit ad votum. Postea transfretans in Normanniam, emuli sui, scilicet regis Francie, plus iusto liberos excursus se expedivit retundere; cuius etiam impetus crebris reiciens repulsionibus, alienatum ius suum cum augmento quoque potenter in hasta recuperavit et gladio. . . . . .

EX LIBELLO DE EXPUGNATIONE TERRAE SANCTAE.

Infra breve tempus Saladinus toto regno Ierosolimitano fere potitus, legem Mahumeti magnificentius Ric Lond
extulit et eam christiane religioni precellere[b] rerum gestarum eventu pro posse probabat. Talia dum agerentur, archi- I, 16. 17.
episcopus Tiri[2], navi conscensa, tante cladis nuntium orbi christiano detulit, ad lacrimas innumeros[c] concitans et
plures ad vindictam accendens. Primus omnium magnanimus Pictavie comes Ricardus ob ulciscendam crucis iniuriam 1187.
cruce insignitur, et omnes precedit facto, quos invitat exemplo. Similiter pater eius rex Henricus iam vergens in
senium cum rege Philippo et fere universi proceres utriusque regni apud Gisortium[3] crucizantur. Ad tam 1188.
insigne certamen omnium fervebat studium, et etiam de claustris, abiectis cucullis, migrabant ad castra. Fredericus
vero imperator cum suis crucem suscipiens, in comitatu suo habuit septem antistites cum uno archipresule, I, 18. 22.
duos duces, comites decem et novem, tres marchiones, tria milia militum, reliquorum circiter octoginta milia, per Hungariam et Constantinopolim transiens. Eius[d] exercitus graves impugnationes pertulit a soldano Yconii, antequam I, 23.
Yconium armata manu caperet. Deinde in Armeniam veniens, imperator in flumine Selefii[e] submergitur, eiusque I, 24.
filius dux Suavie super exercitum erigitur. Rumor vero de submersione imperatoris Turchos[f] in Ahcon[g] a chri- 1190.
stianis obsessos valde letificavit atque christicolas cum magna penuria obsidentes fere usque ad desperationem contristavit.

Rex autem[h] Guido cum apud Damascum per annum fere tentus fuisset in vinculis, Salahadinus illum absolvit, I, 25.
facta quadam pactione, ut[i], abiurato regno, mare quam citius exul transiret. Cumque rex veniret[k] Tirum, a mar- 1188.
chisio[4] non recipitur, unde Achon petiit cum Pisanis et exercitu non modico, urbemque terra marique obsident.
Ad hanc obsidionem primo venit classis borealium virorum numero 12 milium. Postea applicuit Iacobus de I, 26
Avennes, figens tentoria ex adverso turris Maledicte, et paulo ulterius Templarii tendunt. Sane de regno Franco- I, 27.
rum et Anglorum iam plurimi veniebant, regibus suis non expectatis. Inter alios venit episcopus Belvacensis cum Roberto, fratre suo, comite. Venit comes Brenensis et comes de Baro et Flandrenses plurimi. De Germania venit quidam landegrave cum Alemannis, qui marchionem a rege Guidone dissentientem Achon venire persuasit. Christiani castra gentilium vicina insiliunt, sed ab oppidanis infestantur, et utrimque multi ceduntur, inter quos et Gerardus de Bedefordia[l] magister Templi occubuit. Dum quidam Alemannus cum sociis suis equum fugientem insequeretur, subito exorsus est clamor, quod oppidani obsessi exierant ad diripiendas sarcinas. Exinde[m] bellorum ordo confunditur, disperguntur cunei, nullus signorum respectus, ipsi duces ad fugam precipites fiunt.
Ex hac turbatione Turci audaciam resumentes, de nostris quam plurimos prosternunt[n]. Sed christiani I, 30. 31
de die in diem crescentes, dum fossatis circa[5] urbem faciendis intendunt, graviter sepius a Turcis leduntur. Turci
infra[o] Achon dum famem paterentur et deditionem urbis obsidentibus offerrent, subvenit Salahadinus I, 33.
50 galeis missis, viris, victualibus et armis onustis, quibus galee nostre capte sunt et fugate, et quandam navem
nostram victualibus onustam secum violenter in urbem abduxerunt suspenderuntque omnes in navi repertos in circuitu 1189.
murorum in die festo omnium sanctorum. Cum iam pasca instaret, marchisus, qui classis reparande causa Tirum seces- Nov. 1. I, 34
serat, a Tiro cum ingenti apparatu et copia virorum[p] et armorum et victualium revertitur. Sed obsessi, ereptam sibi 1190.
libertatem equoris gravius sustinentes, cum galeis suis obviam venientibus procedunt, navali prelio pugnaturi.
Sed, Deo[q] volente, victoria cessit christianis. . . .

Huic agmini fere dissipato[6] multum subvenit magister Radulfus de Alta-ripa archidiaconus Colecestrie[r], qui I, 40.
postmodum, cum plurima gessisset insignia, in eadem obsidione fine felici diem clausit extremum. Nostris diuturna tri- I, 42
bulatione decoctis adduxit Dominus[s] ab extremis finibus terre fortes auxiliarios, viros insignes, potentes in prelio, scili-

a) *spatium vac., suppleri potest ex Dic.* b) et *add. Prutz.* c) universos *Pr.* d) Cuius *Pr.* e) Selephii *Pr.* f) Turcos *Pr.* g) Achon *Pr.* h) vero *Pr.* i) et *codd.* k) venisset *Pr.* l) Bidefordia *Ric. Lond.* m) extremus *Pr.* n) sternunt *Pr.* o) intra *Pr.* p) navium *Pr.* q) voluntate Dei *Pr.* r) Colc. *Pr.* s) Deus *Pr.*

1) Idem versus habetur supra I, 21. 2) An Willelmus historicus fuerit, quaeritur. 3) A. 1188, Ian. 21. 4) Conrado de Montferrat. 5) Haec in Itinerarii codice A 1 solo exhibentur; huius igitur ordinis libro quodam nostrum usum esse apparet. 6) Iul. 25.

Ric. Lond. I, 42. cet archiepiscopos, episcopos, duces, comites, marchiones, barones, milites et aliam multitudinem de diversis finibus terrarum, quorum summa non cadit in numerum. Comes Henricus de Campania exercitui[a] nostro pre-
1190. ficitur ante adventum regis Philippi et regis Ricardi, quorum nepos erat, qui etiam postmodum in
I, 43-46. regem sublimatus est. Dux Suavie, filius Frederici, cum Alemannis instinctu marchisii Achon veniens, seminarium fuit dissensionis; cuius auxilio marchisus de Monte-ferrato aspiravit ad regnum, eo quod coniugem Emfridi rapuerat, cui iure successionis devolvebatur hereditas terre illius . . . . . .

II, 1. Post pasca anno ab incarnatione Domini 1191. rex Francie Philippus applicuit apud Achon, et non
1191. multo post, scilicet circa pentecosten, venit rex Anglorum Ricardus. Quorum seriem itineris et que in itinere gesserint seu qualiter Achon ceperint et quanta prelia in terra illa contra Salahadinum commiserint, seu ex qua occasione rex Philippus repatriavit[b], si quis plenius nosse[c] desiderat, legat librum[1] quem dominus prior Sancte Trinitatis Londoniis[d] ex Gallica lingua in Latinum tam eleganti quam veraci stilo transferri fecit. . . . . . .

a) exercitu *Pr.* b) repatriaverit *Pr.* c) scire *C.* d) Londonii *Pr.*

1) Videlicet libros II—VI. Itinerarii Ricardi regis.

EX WILLELMI NEUBURGENSIS HISTORIA ANGLICANA.

Willelmus canonicus de Novoburgo[1] *anno primo Stephani regis Angliae (26. Dec.* 1135—25. *Dec.* 1136[2]*)* in provincia Deirorum *comitatus Eboracensis, l. I, c.* 28, *ut vulgariter traditur, Bridlingtoniae, in oppido mari adiacente, natus est. Cognomen 'Parvi'* (Petyt *vel* Short) *e Willelmi ipsius in Canticum Canticorum commentario, qui in codice bibliothecae publicae Cantabrigiensis Gg. IV.* 16. *asservatur, Lelandus et qui eum secuti sunt editores deprompserunt*[3]. *Parentes ex Anglorum gente fuisse videntur, cum et sermonem Anglicum l. I, c.* 27. nostrum *dicat et omnino acrem nationis defensorem contra Walenses et Normannos se exhibeat. Puer educandus canonicis Noviburgi*[4], *quo nuper Rogerus de Mowbray coloniam e conventu Bridlingtoniensi duxerat, traditus est. Quae ecclesia* uno tantum miliario distat a Bellalanda[5], *quam idem Rogerus de Mowbray fundaverat. Cuius monachis sicut et aliis eiusdem regionis Cisterciensibus, praesertim abbatibus Rogero de Bellalanda (a.* 1142 —1196; *ob. a.* 1199[6]*) et Ernaldo de Rievallis*[7] *(a.* 1189—1199*) magno usu familiaritatis coniunctus erat. Nihilominus a metropoli haud alienus fuisse videtur, cum Eboraci et conventus Novoburgensis parochiam quandam possideret, et prior Bernardus Novoburgensis a.* 1186. *in archiepiscopum, quamvis frustra, electus sit*[8], *et ipse ibi cum Symphoriano canonico e familia S. Willelmi archiepiscopi a.* 1154. *veneno interfecti*[9] *necessitudinem constituisset*[10]. *Sane igitur aquilonari provinciae et cognatione et cognitione intime coniunctus, de rebus tamen vicinis pauca tantum tradidit. Num umquam sive in regno sive in sacerdotio ullum officium gesserit, an viris, qui tunc causas populi tenuerunt, familiaris fuerit, aeque ignotum est ac annus*[11] *quo mortuus sit.*

Iam senex[12] *ad historiam Anglicanam scribendam aggressus, opus uno ductu et stilo usque ad sui saeculi fere finem perduxit, nam saepe eventus tum supra narratos eisdem fere verbis iteravit, tum enarrandos longe antea indicavit. Ab Ernaldo, qui, antequam a.* 1189. *abbatiam Rievallensem nactus est, Cistercienses de Melrose, tunc quidem annales suos condentes, rexerat et Willelmo regi Scotiae in curia Romana et Anglica servierat, ut res gestas tra-*

1) De altero Novoburgensi scriptore historico, Iohanne priore, qui causam Margarethae comitissae Flandrensis tractavit, cf. Matth. Paris. a. 1254. 2) Cf. Historiae prooemium. 3) Cf. Liebermann, 'N. Archiv' IV, p. 18. 4) I, 15: *Neuburgensis ecclesia me in Christo a puero aluit.* Cf. Monasticon Anglic. VI, p. 319. Hodie Newborough, in comitatus Eboracensis parte septentrionali, wapentakio de Birdforth, a Helmsley versus occ. et mer. 5) Byland inter Newborough et Helmsley. 6) Cf. de eo nostrum I, c. 15. 24. 35; Monast. Anglic. V, p. 343. 7) Rivaulx prope Helmsley. 8) Gesta Henrici II. a. 1186, ed. Stubbs I, p. 352. 9) Hunc Symphorianum Iohannes quoque Sarisberiensis, Adriano IV. epistola 122 (I, p. 170. ed. Giles) de hoc veneficio referens, testem laudat. 10) L. I, c. 26. 11) A. 1208. a Cave, SS. eccl. hist. lit. p. 691. datur, sed nescio unde. 12) *Indultum infirmitati meae otium* Epist. dedic.

deret invitatus, operam rerum memorabilium, quae nostris temporibus copiosius provenerunt, ad notitiam cautelamque posterorum conscribendarum *suscepit. V. 'epistolam praefacionalem', cui fere congruunt, quae l. III, c.* 15. *de expeditione in Terram Sanctam iudicantur:* quomodo hoc contigerit, plenius exponendum est, non quidem propter presentes, quia res recentissime memorie est et satis nota omnibus, sed ut ad posteros insignium malorum nostri temporis non superflua noticia stili nostri ministerio transmittatur. *Quali iudicio auctores selegerit, ex prooemio, ubi Baedam eiusque continuatores verecunde laudibus effert atque acerrime in Galfridi Monmouthensis fabulas Britannicas invehitur*[1], *satis apparet.*

Exorsus a Willelmo I. usque ad tempora Stephani e Malmesburiensis et Henrici Huntingdonensis libris perpauca excerpsit; huius quidem veritatem l. I, c. 11. *praedicavit, nomen tamen non edixit. Vix tamen sui temporis scriptorum ullum adhibuit, nisi fortasse iam 'Itinerarium regis Ricardi' et primae quidem editionis exemplum inspexerit*[2]. *Econtra iterum atque iterum tradidit quaecumque hausit ex ore amicorum vel vicinorum, ut Rogeri*[3], *Symphoriani supra dictorum, Wimundi, qui quondam episcopus Manniae insulae fuerat, ac cuiusdam militis eiusdem l. I, c.* 24, *monachi cuiusdam Rievallensis, qui antea canonicus Eboracensis fuerat l. I, c.* 26, *monachi alius, qui in Terra Sancta militaverat l. I, c.* 21, *multorum aliorum fratrum ordinis Cisterciensis, quorum* numerosa collegia, *ut ait I, c.* 14, ex se tamquam quedam racionalium apum examina emiserunt et non solum per Anglicanas provincias, verum eciam in barbaras naciones sparserunt. *Regis Ricardi peregrinantis* acta, prout ab eis qui interfuere accepit *l. IV, c.* 18, *enarravit. Res mirabiles e ratione causarum enucleare conatus est l. I, c.* 25. 27. 28, *ubi de reliquiis Magorum 'imputribilibus' agit. Tabulis et diplomatibus haud paucis usus est, interdum eisdem, quae apud auctorem Gestorum Henrici II. et Ricardi I. et apud Rogerum de Hoveden inveniuntur. Sufficit indicare decreta conciliorum Turonensis a.* 1163. *l. II, c.* 15, *et Lateranensis a.* 1179. *l. III, c.* 3, *statuta regum in susceptione crucis a.* 1188. *l. III, c.* 23, *epistolas paparum Lucii III. ad Henricum II. l. III, c.* 12 *(Jaffé, Reg. nr.* 9653*) et Gregorii VIII. de Ierusalem expugnata l. III, c.* 21 *(ibid.* 9985*), Henrici VI. imperatoris ad Philippum regem Franciae a.* 1192, *Dec.* 28. *de capto rege Angliae l. IV, c.* 32, *Ianuensium et Terrici magistri Templariorum de expugnatione Urbis Sanctae l. III, c.* 17. 18, *Veteris de Monte ad ducem Austriae de nece marchionis de Monte-ferrato l. V, c.* 16. *Quae tamen fila undecumque extraxit suo modo in unum aequalemque contextum fere semper connectere solet.*

Ad sermonem exornandum Sacrae Scripturae potius quam auctorum veterum sententias adhibere maluit. Iosephi liber de bello Iudaico citatur l. IV, c. 10, *sententia ex Isidori Hispalensis Originibus affertur l. I, c.* 20, *raro versus Horatii vel Vergilii inseruntur. Orationes rectae haud desunt, sed minus longae neque elaboratae. Argumenta et iudicia sapiunt theologum, immo clericum regularem, qui*

1) Similem sententiam fert Willelmi 'Sermo de S. Albano'. 2) Ita Stubbs, Itin. p. LXIX, qui hos confert locos:

Itinerarium supra p. 195.	Will. Neubr. l. III, c. 15.
Anno Verbi incarnati a. 1187, *apostolice sedis apicem obtinente Urbano III, imperante in Alemannia Frederico, apud Constantinopolim Ysakio, Philippo regnante in Francia, Henrico in Anglia, in Sicilia Willelmo, aggravata est manus Domini super populum suum* etc.	*Anno a plenitudine temporis, quo Verbum caro factum est a.* 1187, *regnante in Alemannia Frederico, in Francia Philippo, in Anglia Henrico II, Urbano autem, qui Lucio successerat, sedi apostolice presidente, aggravata est manus Domini super terram Ierosolimitanam* etc.

3) II, 35.

animo fervido invehitur contra paganos atque Iudaeos. Attamen vir idem avaritiam Romanorum l. I, c. 26. et ambitionem episcoporum l. II, c. 16, l. V, c. 10. aequo animo vituperat, strenuum Henrici II. in rebus publicis gerendis aestimat vigorem et ipsum Thomam, quamvis iam dudum sanctorum ordini adscriptum, in sacerdotio defendendo nimium reprehendere audet.

Annum inchoat a partu Virginis, i. e. Dec. 25, raro tantum diem et mensem indicans, sed ordinem temporis admodum servans, minime vero annalium more res gestas enotavit, immo singulas materias capitibus singulis ordine rerum inter se cohaerentes comprehendit. Litium quoque quamvis suo tempore inter ecclesias vicinas factarum mentionem prorsus aspernatus, utpote quas scire posteritatis nihil intersit, fere ubique universalis historiae rationem sibi proponit.

Philosophico quodam modo in altis scrutandis mysticisque rimandis[1] *ingenium iam ante opus historicum acuisse videtur. Et re vera adhuc exstant libelli theologici qui Willelmo iure ac merito attribuuntur, scilicet homilia:* Cum loqueretur Ihesus ad turbas, *qua sententiae s. Anselmi producuntur, sermo de Trinitate, sermo de S. Albano, ubi acerbum Willelmi animum contra Walenses deprehendas*[2]. *Haec tria opera olim in codice praestantissimo Historiae addita fuerunt, sicut et ad calcem editionis Hearneanae*[3] *inveniuntur. Praeterea Willelmi Expositio in Canticum Canticorum Rogero abbati Bellalandae dedicata in cod. universitatis Cantabrigiensis Gg. IV.* 16 *exstat.*

Codices Historiae sunt:

1) *auctori coaevus, quondam ex libris Rogeri Twysden equitis per manus Thomae Sebright in bibliothecam Stowianam transiit, quae post a viro nobilissimo comite de Ashburnham emta in castro prope abbatiam Battle in comitatu Sussex asservatur*[4]. *Hic F. Liebermann noster, tandem aliquando venia data codicis inspiciendi, quaecumque de eodem et in catalogo Stowiano et in editione Hearneana referuntur prorsus confirmavit. Iam saeculo XIII. ineunte manu continua ex autographo conscriptus est, interdum manu minuta, fortasse auctoris ipsius, correctus. Fuit enim tunc conventus Novoburgensis, cum fol.* 1ª. *manu saeculi XIV:* Liber S. Marie de Novo Burgo *et fol.* 1ᵇ. *manu etiam saeculi XIII. inscripta videas:* Liber Sancte Marie de Novoburgo. In hoc volumine continentur Historia Anglorum. Omel.[5] Sermo. Sermo. *Nonnulla iam perantiquo tempore perdita, sed manu saeculi XVI. aliqua ex parte restituta esse videntur.*

Libri recentiores et inferiores sunt:


2) *Cod. bibliothecae* Lambeth. *nr.* 73, *saec. XIII.*

3) *Cod. Musei Britannici inter* Cottonianos *Vespasianus B, VI, medii saec. XIII.*

4) *Cod.* Regius *nr.* 13, *B, IX, eiusdem Musei, circa a.* 1370. *exaratus, in quo multa omissa et corrupta sunt.*

5) *Cod. Picardi, qui* 4 *affinis fuisse videtur.*

Qui codices hoc modo inter se cohaerent:



1) V. infra p. 224. 2) V. ib. ann. 4. 3) Ubi ad lacunas supplendas alter codex Lambethanus adhibitus est. 4) Nuperrime cum hac bibliothecae parte Museo Britannico venumdatus. G. W. 5) i. e. *Homilia.*

Praeterea Historia Willelmi saeculo XIV. pluribus libris, tribus Bodleianis et uno Cantabrigiensi, quos Hardy[1] *laudat, est exarata.*

Saeculis XIII. et XIV. Willelmus a Thoma Wikes, Waltero de Gisseburn, Nicolao Trivet, auctore chronicae Iohannis Bromton, aliis[1] *adhibitus est.*

Editionem principem curavit Sylvius Antwerp. a. 1567. *e codice, qui nunc latet. Hanc Commelinus renovavit Heidelbergae a.* 1587. *Cui successit editio Picardi ex alio codice parata Parisiis a.* 1610. *et a.* 1632, *et adnotationibus exaucta. Tunc Thomas Hearne codicem* 1 *secutus historiam cum multo apparatu edidit Oxoniae a.* 1719. *Denique nuper H. C. Hamilton librum sumptibus Societatis Historicae Anglicanae a.* 1856. *e codice* 2 *recensuit ac varias lectiones e* 1. 3. 4 *addidit.*

Nos codicem 1 *et editionem Hearneanam secuti sumus, quibuscum recensionem Hamiltonianam et codicem* 3 *contulimus.* *R. P.*

EPISTOLA WILLELMI VIRI RELIGIOSI CANONICI DE NOVOBURGO PREFACIONALIS OPERIS SEQUENTIS ET APOLOGETICA AD ABBATEM RIEVALLIS.

Reverendo patri et domino Ernaldo[a] abbati Rievallis suus Willelmus, servorum Christi minimus, cum apparuerit Princeps pastorum, inmarcessibilem percipere glorie coronam. Litteras sanctitatis vestre suscepi, quibus mihi studium et operam rerum memorabilium, que nostris temporibus copiosius provenerunt, ad notitiam cautelamque posterorum conscribendarum dignatur ingerere, cum ex illo venerabili filiorum vestrorum collegio plures vobis suppetant, qui hoc opus commodius valeant atque elegantius adimplere. Sed, ut video, pia prudentia vestra propriis filiis circa observantiam milicie regularis sudantibus in hac parte ducens parcendum, indultum misericorditer infirmitati mee otium non patitur esse ociosum. Et quidem vestre circa me dignacioni tanta sum devocione astrictus, ut eciam, si fortiora iubeatis, non audeam contraire. Nunc autem, cum cauta discrecio vestra non altis scrutandis misticisque rimandis insistere, sed in narracionibus historicis precipiat spaciari ad tempus, tamquam pro quadam ex facilitate operis recreacione ingenii, multo[b] magis excusandi mihi occasio tollitur. Itaque in adiutorio Dei et domini nostri, in cuius manu sunt et nos et sermones nostri, fretus oracionibus vestris et sanctorum filiorum vestrorum, qui precepto sanctitatis vestre suas non contempnendas preces dignati sunt sociare, opus iniunctum aggrediar, pauca sane que ad rem pertinent ante historie ingressum prelibans.

EXPLICIT EPISTOLA[c].

PROEMIUM SEQUENTIS HISTORIE.

Hystoriam gentis[d] nostre, id est Anglorum, venerabilis presbiter et monachus Beda conscripsit. Qui nimirum, presumpto altius exordio, ut ad id quod specialiter intendebat competentius accederet, eciam Britonum, qui nostre insule primi incole fuisse noscuntur, celebriora subtili brevitate gesta perstrinxit. Habuit autem gens Britonum ante nostrum Bedam proprium hystoriographum Gildam, quod et Beda testatur, quedam eius verba suis litteris inserens[3], sicut ipse probavi, cum ante annos aliquot in eiusdem Gilde librum legendum incidissem[4]. Cum enim sermone sit admodum impolitus atque insipidus, paucis eum vel transcribere vel habere curantibus, raro invenitur. Integritatis[e] tamen eius non leve documentum est, quia in veritate promenda proprie genti non parcit et, cum admodum parce bona de suis loquatur, multa in eis mala deplorat nec veretur, ut verum non taceat, Brito de Britonibus scribere, quod nec in bello fortes fuerint nec in pace fideles. At contra quidam nostris temporibus pro expiandis his Britonum maculis scriptor emersit, ridicula de eisdem figmenta contexens eosque longe supra virtutem Macedonum et Romanorum

a) Edelredo 3, *perperam*. b) tanto 4. c) prologus 3. d) g. n. i. e. *des*. 5. e) igitur *add*. 2.

1) 'Descr. Catal.' II, p. 513. 2) Ib. III, p. 258. 3) Hist. eccl. Angl. I, p. 22. 4) Fortasse cum noster in Sermone de sancto Albano locum quendam, quem Beda e Gildae historia desumpserat, adhiberet.

impudenti vanitate attollens. Gaufridus hic dictus est, agnomen habens Arturi pro eo, quod fabulas de Arturo, ex priscis Britonum figmentis sumptas et ex proprio auctas, per superductum Latini sermonis colorem honesto hystorie nomine palliavit. Qui etiam maiori ausu cuiusdam Merlini divinationes fallacissimas[1], quibus utique de proprio plurimum adiecit, dum eas in Latinum transfunderet, tanquam authenticas et inmobili veritate subnixas prophetias vulgavit. Et hunc quidem Merlinum patre incubo demone ex femina natum fabulatur[2], cui propterea tamquam patrissanti[a] filio excellentissimam atque latissimam tribuit prescientiam futurorum, cum profecto et veris racionibus et sacris litteris doceamur, demones a luce Dei seclusos futura nequaquam contemplando prescire, sed quosdam futuros eventus ex signis sibi quam nobis nocioribus coniciendo magis quam cognoscendo colligere. Denique in suis quamvis subtilioribus coniecturis sepe falluntur et fallunt, cum tamen per divinacionum prestigias apud imperitos, quam utique[b] non habent, prescientiam sibi arrogent futurorum. Sane divinacionum Merlini perspicua fallacia est in his, que in regno Anglorum contigisse noscuntur post mortem prenominati Gaufridi, qui divinacionum illarum nenias ex Britannico transtulit, quibus, ut non frustra creditur, ex proprio figmento multum adiecit. Porro ad ea que vel ante ipsum vel in diebus eius evenerunt taliter sua, quod utique facile poterat, temperavit figmenta, ut congruam possent interpretationem recipere. Preterea in libro suo, quem Britonum historiam vocat, quam petulanter et quam impudenter fere per omnia menciatur, nemo nisi veterum hystoriarum ignarus, cum in librum[c] illum inciderit, ambigere sinitur. Nam qui rerum gestarum[d] veritatem non didicit, fabularum vanitatem indiscrete admittit. Omitto, quanta de gestis Britonum ante Iulii Cesaris imperium[e] homo ille confinxerit vel ab aliis conficta tamquam authentica scripserit. Omitto, quecumque in laudibus Britonum contra fidem hystorice veritatis deliravit a tempore Iulii Cesaris, sub quo Britones ditionis Romane esse ceperunt, usque ad tempus Honorii imperatoris, sub quo Romani a Britannia propter urgentiora rei publice negocia sponte recesserunt.

Certe Britones Romanis recedentibus sui iuris effecti, immo ad suam perniciem sibi relicti, Pictisque et Scottis ad predam expositi, regem Vortegirnum habuisse leguntur, a quo ad tuicionem regni invitati Saxones vel Angli duce Hengisto Britanniam venerunt, irruptiones barbaricas pro tempore depulerunt; postea vero, explorata insule fertilitate et indigenarum inertia, rupto federe, in ipsos, a quibus fuerant invitati, arma verterunt, quibus paulatim profligatis[f], miseras eorum reliquias, que nunc Wallenses vocantur, inviis[g] montibus et saltibus coartarunt. Habueruntque per seriem successionis reges fortissimos et late dominantes, e quibus fuere Ethelbertus, Hengisti pronepos, qui, protenso a Gallico mari usque ad Humbrum imperio, leve Christi iugum Augustino predicante suscepit; Ailfridus, qui, Northanhumbranis[h] presidens, Britones simul et Scottos vasta cede perdomuit; Edwinus, qui Ailfrido succedens, Anglis simul et Britonibus prefuit; Oswaldus, eius successor, qui cunctis Britannie populis imperavit. Hec cum iuxta hystoricam veritatem[i] a venerabili Beda expositam constet esse rata, cuncta, que homo ille de Arturo et eius successoribus vel post Vortigirnum predecessoribus scribere curavit, partim ab ipso, partim et ab aliis constat esse conficta, sive effrenata mentiendi libidine, sive etiam gratia placendi Britonibus, quorum plurimi tam bruti esse feruntur, ut adhuc Arturum tamquam venturum expectare dicantur eumque[k] mortuum nec audire patiantur[3]. Denique Vortigirno facit succedere Aurelium Ambrosium[4], devictis expulsisque Saxonibus, quos Vortigirnus accersierat, in tota Britannia egregie imperantem, illique dat successorem Utherpendragon, fratrem eius[l], non impari potentia gloriaque regnantem, plura de Merlino suo profusa mentiendi libertate interserens. Defuncto quoque Utherpendragon facit succedere Arturum filium suum in regno Britannie, a Vortigirno quartum, sicut noster Beda ponit Ethelbertum, Augustini susceptorem, in regno Anglorum ab Hengisto quartum. Itaque regnum Arturi et ingressus in Britanniam Augustini concurrere debuerunt. Sed quantum mera historie veritas hoc loco

cf. Bedae Hist. eccl. I, 14 sq.

a) patris sancti 4. 5. b) *deest* 3. c) *deest* 2. d) *deest* 4. 5. e) et adventum *add.* 4, *ed. Antwerp.* f) profugatis 3. g) in inviis 2. 4. 5. h) Northumbranis 3. i) iuxta historiam 3. k) eumque — patiantur *des.* 4. l) suum 3.

1) Galfr. Monmouth. liber VII. 2) Ib. VI, 18. 3) Cf. San-Marte ad edit. Galfridi Monm. p. 428. 4) Galfr. VI, 5 sqq.; VIII, 2.

composite preiudicet falsitati, vel lippienti mentis acie clare videri potest. Ipsum autem Arturum facit preclarum et spectabilem super omnes homines, tantumque illum in gestis vult esse, quantum sibi libuit fingere. Denique in primis facit[1] eum de Anglis, Pictis et Scottis ad libitum triumphare, deinde[a] Hiberniam, Orchades, Gothiam, Noricam, Daciam partim bello, partim etiam solo terrore nominis ditioni sue subiugare. His quoque addit Islandiam, que ultima Tile secundum quosdam dicitur, ut ad Britonem illum in veritate spectare videatur, quod Augusto Romano a poeta nobili adulatorie[b] dicitur: *Tibi serviet ultima Tile*[2]. Deinde facit eum bello pulsare Gallias et de ipsis in brevi subactis felicissime triumphare, quas Iulius Cesar cum summis periculis atque laboribus annis decem vix
cf 2 Par. 10, 10. potuit subiugare, scilicet ut minimus digitus huius Britonis grossior videatur lumbis magni Cesaris. Post hec cum triumpho multiplici reducit eum in Britanniam et facit eum cum subactis regibus et principibus festum celebrare famosissimum, presentibus tribus Britonum archiepiscopis, scilicet Lundoniarum, Urbis Legionum[3], Eborace, cum ne unum quidem archiepiscopum umquam habuerint Britones[4]. Primus enim Augustinus, accepto a Romano pontifice pallio, archiepiscopus in Britannia factus est. Barbare vero naciones Europe, etiam olim ad fidem Christi converse, contente episcopis, de pallii prerogativa non curabant. Denique Hybernienses, Norici, Daci, Gothi[5], cum olim christiani fuisse et episcopos habuisse noscantur, nostris temporibus archiepiscopos habere ceperunt. Inde fabulator ille, ut suum Arturum ad summum evehat, facit eum Romanis bellum indicere, ante hoc bellum singulari certamine mire magnitudinis gigantem prosternere[6], cum post Davidica tempora de nullo gigante legatur. Consequenter profusiori mentiendi licentia facit adversus eum convenire cum Romanis reges magnos orbis terrarum, scilicet Grecie, Africe, Hispanie, Parthorum, Medorum, Itureorum, Libie, Egipti, Babilonie, Bithinie, Phrigie, Sirie, Beotie, Crete[7], omnesque refert uno prelio ab illo devictos, cum Alexander ille Magnus et omnibus seculis clarus per annos duodecim in quibusdam tantorum regnorum principibus superandis sudaverit. Profecto minimum digitum sui Arturi grossiorem facit dorso Alexandri Magni, presertim cum ante hanc victoriam[c] de tot magnis regibus faciat eum commemorare suis in concione subactionem triginta regnorum, a se et illis iam factam. At non inveniet fabulator noster tot regna in orbe nostro preter regna memorata, que utique nondum ille subegerat. An alium orbem somniat infinita regna habentem, in quo ea contigerunt, que supra memoravit? Quippe in orbe nostro numquam talia contigerunt. Quomodo enim hystoriographi veteres[d], quibus ingenti cure fuit nichil memorabile scribendo omittere, qui etiam mediocria memorie mandasse noscuntur, virum incomparabilem eiusque acta supra modum insignia silentio preterire potuerunt? Quomodo, inquam, vel nobiliorem Alexandro Magno Britonum monarcham Arturum eiusque acta vel parem nostro Esaie Britonum prophetam Merlinum eiusque dicta silentio suppresserunt? Quid enim minus in prescientia dumtaxat futurorum tribuit suo Merlino, quam nos nostro Esaie, nisi quod eius vaticiniis non audet inserere: *Hec dicit Dominus*, et erubuit inserere: *Hec dicit diabolus*. Quippe hoc debuit congruere vati, incubi demonis filio. Cum ergo nec tenuem de his veteres hystorici fecerunt mentionem, liquet a mendacibus esse conficta quecumque de Arturo atque Merlino ad pascendam minus prudentium curiositatem homo ille scribendo vulgavit. Et notandum, quod eundem Arturum postea refert in bello letaliter vulneratum, regno disposito, ad curanda vulnera sua abiisse in illam, quam Britannice fingunt fabule, insulam Avallonis[8], propter metum Britonum non audens eum dicere mortuum, quem adhuc vere bruti Britones expectant venturum. De successoribus vero Arturi pari impudentia mentitur[9], tribuens eis usque ad septimam fere generationem Britannie monarchiam faciensque eorum subregulos et ministros, quos venerabilis Beda fortissimos dicit fuisse reges Anglorum, universe Britannie nobiliter imperantes. Ut ergo eidem Bede, de cuius sapientia et sinceritate dubitare fas non est, fides in omnibus habeatur, fabulator ille cum suis fabulis incunctanter ab omnibus respuatur. Sane post Bedam non defuere, qui ab ipso seriem temporum atque eventuum

a) denique 4. 5. b) adulatore 3. c) historiam 3. d) *deest* 4, *ed. Antw.*

1) Galfr. IX, 10 sq. 2) Verg. Georg. 1, 30: *Tibi serviat ultima Thule.* 3) *Cestrie* manu correctoris notatum in 1, sed potius Caerleon in Wallia meridionali. 4) Recte Willelmum iudicasse, demonstrat Haddan, 'Councils and eccles. documents' I. 5) Re vera primates eorum non ante s. XII. pallia a sede Romana acceperunt. 6) Galfr. X, 3. 7) Ib. X, 1. 8) Ib. XI, 2. 9) Ib. XI, 3—11.

nostre insule ad nostram usque memoriam ducerent[a], illi quidem minime comparandi, pro religiosa tamen opera et fideli, quamquam minus diserta narratione, laudandi[1]. Nostris autem temporibus tanta et tam memorabilia contigerunt, ut modernorum negligencia culpanda merito censeatur, si litterarum monimentis ad memoriam sempiternam mandata non fuerint. Et forte hoc opus ab aliquo sive aliquibus iam vel inchoatum est vel patratum, sed tamen viri venerabiles, quibus mos gerendus est, hoc ipsum et[b] mee parvitati dignantur iniungere, ut et ego, quia cum divitibus non possum, saltem cum paupercula vidua ali- [Marc. 12, 42.] quid de tenuitate mea mittam in gazophilacium Domini. Quoniam vero Anglicane ordinem hystorie a quibusdam usque ad decessum regis Henrici primi[2] novimus esse deductum, sumpto ab adventu Normannorum in Angliam exordio, media tempora succincte percurram, ut a successore eiusdem Henrici Stephano, cuius anno primo ego Willelmus, servorum [1135. Dec. 26] Christi minimus, et in Adam primo ad mortem sum natus et in secundo ad vitam renatus, [1136. Dec. 25. cf. Rom 5, 17] narrationem, Deo volente, incipiam producere pleniorem.

EXPLICIT PROEMIUM.

EX LIBRO PRIMO.

3. . . . Idem autem rex[3] ex Matilda[c] religiosa regina geminam in sexu dispari suscepit[d] sobolem. Et filiam materni nominis iam nubilem Henrico imperatori Romano petenti [1109.] despondit, filium vero aviti nominis[4], qui successor sperabatur, iam puberem sinister casus [1120.] abstulit, cum turba nobilium iuvenum marinis beluis escam datum. Et quoniam Matildis [1118.] regina iam obierat, procreandorum causa heredum rex filiam ducis Lotharingie[5] duxit uxo- [1121.] rem[6], de qua tamen liberos non suscepit. Unde filiam, postquam imperator, non relictis ex [1126.] ea heredibus, in fata concesserat, ex Alemannia revocatam illustri comiti Andegavensi Gau- [1127.] frido despondit . . . . . .

7. Quomodo Stephanus regiam auctoritatem amiserit cum Normannia.

Paucis siquidem diebus elapsis, Matildis olim imperatrix, filia regis Henrici, in Angliam venit, et contemplatione iuramenti olim sibi de regno prestiti multorum procerum corda commovit . . . . . .

18. De causa expeditionis Ierosolimitane secunde.

. . . Eodem anno turba magna, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus populis et [1147.] tribubus et linguis christianis[e] sub charactere crucifixi Domini Ierosolimitanum iter arripuit. Cuius celeberrime expeditionis talis fuisse causa perhibetur . . . Tanti mali fama exciti christiani nominis fortissimi principes, scilicet Conradus Italie atque Germanie imperator et Lodovicus rex Francorum[f], dominicum characterem mente promptissima susceperunt et cum eis multi nobiles populique[g] innumerabiles[7] ex cunctis fere provinciis christianis.

19. Circa idem tempus Eugenius papa Romanus, ad sedis apostolice regimen ex vite regularis districtione assumptus, ecclesiastice studio discipline in Gallias veniens, generale [1148.] concilium instituit Remis[8] . . . . . .

20. Quomodo Conradus imperator et rex Lodovicus exercitum duxerunt in orientem.

[1147.] Anno a partu virginis 1147. tante expeditionis explicito apparatu uterque princeps iter arripuit[h] exercitu bipartito. Imperator enim precedebat itinere dierum aliquot cum Italorum et Germanorum, aliarum quoque gentium amplissimis copiis. Rex vero sequebatur, Francorum, Flandrensium, Normannorum, Britonum, Anglorum, Burgundionum, Provincialium, Aquitanorum equestri simul et pedestri agmine comitatus. Ingressi Pannonias, illarum gentium rege placato, ut exercitui venalia non deessent, Danubium transierunt et per Thracias[i], suppetente venalium copia, prospere usque ad urbem Constantinopolitanam venerunt. Ibi fixis extra urbem tentoriis per dies aliquot exercitum recreantes, pactis tandem cum

a) duxerint 3. b) *deest* 3. 4. c) Matilde 2. d) susceperat 3. 4. e) christianisque 3. f) Francie 4. g) pluresque 3. h) et *add.* 4. i) Tracias 3.

1) Forsitan Wigornenses aut Malmesburiensem monachos hic dixerit noster; usus autem est Henrici Huntingdoniensis historia. 2) Huntingdoniensis editio secunda usque ad a. 1135. perducta est; cf. SS. XIII, p. 100. Sed posteriorem quoque librum VIII. de rege Stephano noster adhibuit. 3) Henricus I. 4) Willelmum. 5) Godefridi. 6) Adelam. 7) Haec ad Henr. Huntingdon., SS. XIII, p. 153, recedere videntur. 8) Jaffé, Reg. p. 631, 21. Mart. 1148.

1147. eiusdem urbis imperatore celebratis, angustum illud fretum quod Brachium Sancti Georgii dicitur transmearunt. Ingressique Asiam Minorem, cuius pars quedam Constantinopolitane dicionis est, partem vero reliquam soldanus Iconii[a] possidet, Greci imperatoris perfidiam experti sunt, cuius tamen nostri quibusdam excessibus motum incurrerant, cum et omnipotentis Dei superbe et indisciplinate agendo contra se iracundiam accendissent. . . . Porro in nostro illo exercitu tanta tam contra christianam quam contra castrensem etiam disciplinam mala increverant, ut mirum non sit, quod eis tamquam pollutis et inmundis favor (Isid. Orig. IX, 3.) nequaquam divinus arriserit. Castra enim a castratione luxurie dicuntur. At castra illa nostra casta non erant, in quibus utique infelici quadam licentia multorum spumabant libi- (cf. Ier. 17, 5.) dines. Presumentes quoque de multitudine et instructu copiarum atque ita carnem brachium suum superbe ponentes, in Domini, pro quo emulari videbantur, misericordia atque poten- (Iac 4, 6.) tia minus confidebant; declaratumque in eis est, quia[b] *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*[1]. Preterea in terra christiani imperatoris, cum quo fedus percusserant, et quo iubente venalia illis abundabant, minus a rapinis temperabant. Inmisit ergo eis infensus imperator hinc famem, inde hostem[c], tanti sanguinis christiani periculum christianus minime perhorrescens. Denique venalibus prohibitis, cum pro victualibus congerendis propter hostium insidias nostri non valerent excurrere, primo exercitus fame contabuit, deinde hostium exceptus insidiis, vel Turcorum gladios inebriavit, vel christiane statum libertatis ignominiosissime atque infelicissime servitutis sorte mutavit. Nec superbis et[d] inmundis castigandis ire defuere celestes, et plerumque, ut dicitur, effusa desuper intempestivorum imbrium inundatio de exercitu nostro plus minuit, quam hostilis gladius devoravit. Itaque duorum exercituum maximorum[e] parte longe maiori diversis casibus et cladibus profligata, cum parte residua duo illi magni principes egre exicium evadentes, Ierosolimam venerunt, et nulla re memorabili facta, inglorii recesserunt. . . . . . .

26. De institucione Hugonis Dunelmensis episcopi et restitucione Willelmi Eboracensis et de morte eius.

. . . Tres quippe viri memorabiles et in vita sua amicissimi tempore illo decedentes, in morte quoque brevibus sunt intervallis separati, scilicet Eugenius papa Romanus, Bernardus Clarevallis abbas, Henricus Eboracensis archiepiscopus. E quibus Eugenio et Bernardo prius assumptis, Henricus e vestigio secutus est[2]. . . . . . .

EX LIBRO SECUNDO.

6. Quomodo Nicholaus Anglicus factus est papa Romanus.

Sane anno primo regis Henrici secundi obiit Anastasius papa[3], successor Eugenii, cum fuisset pontifex anni unius. Cui successit Nicholaus Albanensis episcopus, mutans nomen cum omine[f], dictusque est Adrianus. De quo dicendum est, quomodo tamquam de pulvere elevatus sit, ut sederet in medio principum et apostolice teneret solium glorie[4]. Is enim, nacione Anglicus, patrem habuit clericum quendam non multe facultatis, qui, relicto cum seculo inpubere filio, apud Sanctum Albanum factus est monachus. Ille vero adholescentiam ingressus, cum propter inopiam scolis vacare non posset, idem monasterium cotidiane stipis gratia frequentabat. Unde pater erubuit, verbisque mordacibus socordiam eius increpitans, omni solacio destitutum cum gravi indignatione abegit. Ille vero sibi relictus et forti necessitate aliquid audere coactus, Gallicanas adiit regiones, ingenue erubescens in Anglia vel fodere vel mendicare. Cumque in Francia minus prosperaretur, ad remotiora progrediens, trans Rodanum peregrinatus est in regione que Provincia dicitur. Est autem in illa regione monasterium nobile regularium clericorum quod dicitur Sancti Rufi[5], ad quem locum ille veniens et subsistendi occasionem ibidem inveniens, quibus potuit obsequiis eisdem se fratribus commendare curavit. Et quoniam erat corpore elegans, vultu iocundus, prudens in verbis, ad iniuncta impiger, placuit omnibus. Rogatusque canonici ordinis susci-

a) Yconii 3. b) quod 3. c) hostes 3. d) atque 4. e) magnorum 3. f) nomen cognomine, dictus Adrianus 3.

1) Haec verba Huntingdoniensis quoque laudavit, quem noster haud dubie legit. 2) Eugenius III. d. 8. Iulii, Bernardus abbas d. 20. Aug., Henricus archiepiscopus d. 14. Oct. 1153. mortui sunt. 3) Mortuus est d. 3. Dec. 1154; Jaffé, Reg. p. 658. 4) Quae sequuntur a Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p. 54. recipiuntur. 5) Prope Arelate; cf. Watterich, Pont. Rom. Vitae II, p. 337.

pere habitum, annis plurimis ibidem resedit, regularis inter primos discipline emulator[a]. Cumque esset acris ingenii et lingue expedite, frequenti et studiosa lectione ad scientiam atque eloquentiam multum profecit. Unde factum est, ut abbate defuncto fratres eum concorditer atque sollempniter in patrem eligerent[b,1]. Quibus cum aliquandiu prefuisset, penitentia ducti atque indignati, quod hominem peregrinum levassent[c] super capita sua, facti sunt ei de[d] cetero infidi atque infesti. Odiis itaque paulatim crudescentibus, ut iam graviter aspicerent, in quo sibi paulo ante tam bene complacuerat, tandem confectis et propositis contra eum capitulis, ad sedem eum apostolicam provocarunt. Pie autem memorie Eugenius, qui tunc arcem pontificii tenebat, cum rebellium filiorum contra patrem querelas audisset et eius pro se allegantis prudentiam modestiamque adverteret, paci inter eos reformande efficacem operam dedit[e], multumque improperans[f] et sepius inculcans utrique parti, ut partes esse desinerent et unitatem spiritus in vinculo pacis servarent, reconciliatos ad propria remisit. At non diu quievit nescia quietis malicia, grandiusque intonuit rediviva tempestas. Interpellatus est iterum idem venerabilis pontifex, cuius iam aures fratrum illorum querelis et susurris tinniebant. Utrique ergo parti pie et prudenter prospiciens: 'Scio', inquit, 'fratres, ubi sedes sit Sathane, scio, quid in vobis suscitet procellam istam. Ite, eligite vobis patrem, cum quo pacem habere possitis vel pocius velitis; iste enim non[g] erit vobis ulterius oneri'. Itaque dimissis fratribus, abbatem in beati Petri obsequio retinens, Albanensem ordinavit episcopum[2] ac non multo post, sumptis industrie eius experimentis, in gentes ferocissimas Dacorum et Norrensium cum plenitudine potestatis direxit legatum. Quo ille officio in barbaris nationibus per annos aliquot sapienter et strenue administrato, Romam cum salute et gaudio remeavit; susceptusque a summo pontifice et cardinalibus cum honore et gloria, evolutis diebus non multis, Anastasio, qui Eugenio successerat, decedente, omnium in eum votis concurrentibus, Romane urbis pontificatum suscepit, ex Nicholao Adrianus. Qui nimirum 1154. suorum non inmemor rudimentorum, ob paternam maxime memoriam beati martiris Albani ecclesiam et donariis honoravit et perpetuis insignivit privilegiis[3] . . . . . .

8. De subversione[h] Mediolani et magorum reliquiis.

Iisdem fere temporibus Fredericus Teutonicus atque Italicus imperator Mediolanum[i], 1162. urbem opum viriumque suarum fiducia diu rebellem, expugnavit, cepit, evertit. Et quidem Longobardi, gens inquieta et bellicosa, inmoderate libertatis emula et tam numero urbium quam magnitudine virium superba, ante annos plurimos ab imperatore Romano magna ex parte desciverat; sed dum inter se amplissime civitates de prioratu disceptarent atque alie aliis imperare cuperent, imperatoris[k] contra se vires auxerunt. Denique Mediolanenses, opibus viribusque precellentes, tocius Longobardie affectabant imperium; iamque aliquot urbes subegerant, quasdam etiam rebelles everterant, cum Papienses, viribus quidem impares, sed tamen eorum imperium aspernantes, ad partes imperatorias se transtulerunt. Quorum exemplum secute urbes cetere, in fedus imperatoris venerunt. Aggressurus ergo Mediolanenses, defectu omnium sociorum remissius iam agentes, imperator vires imperii contrahebat. Illi quoque dominandi libidinem in tuende libertatis constanciam convertentes, totis se opibus adversus imperatorios impetus muniebant. Cumque suburbana demolirentur atque diruerent, ne tantum obsessis nociva quantum obsidentibus usui forent, eadem ratione monasterium quoque antiquum et nobile et sanctorum insigne reliquiis extra menia destruentes, quicquid in eo sacrum reverendumque repertum est, in urbem transtulerunt: trium precipue magorum corpora, qui Salvatoris infanciam misticis honorando muneribus facti sunt ex gentibus primicie Deo et agno. Et quidem thesaurus iste, olim in eiusdem ecclesie secreto repositus, ipsos quoque monachos clericosque ibidem ministrantes latebat. Sed cum usque ad fundamentum destrueretur ipsa ecclesia, repertus et revelatus est cum manifestis indiciis, quibus declarabatur, quod viri illi, quorum memoria in benedictione est, honorato et adorato Salvatore puero, in regionem suam reversi, eciam post passionis eius trium-

a) existens *add.* 3. b) elegerunt 3. 4. c) elegissent 3. d) de cet. *des.* 3. e) caritative operam dedit efficacem 3. f) *ita* 3 *recte;* imperans 1. 2. 4. 5. g) ulterius non erit vobis 2. 3. 4. h) eversione 3. i) Mediolanam 3. 4. k) imperatorias 2. 3.

1) Nomen abbatis S. Rufi ad a. 1147. initiali littera N. designari, docet Delisle annot. ad Robert. Torin. I, p. 288. 2) Inde ab a. 1150. Nicolai episcopi Albanensis nomen bullis Eugenii subscriptum invenitur; cf. Delisle l. c. 3) Quae Matthaeus Parisiensis in Vitis abbatum (ed. Wats p. 71. 74) recenset.

phum superstites fuerint[a], et percepta predicantibus apostolis baptismi gratia, ad ipsum, quem in cunabulis olim honoraverant, ab eodem in dextera Patris sedente honorandi, migraverint[b], necnon[c] et a quibus personis sacre illorum reliquie illuc delate ibique reposite fuerint. Eedem vero reliquie ossibus et nervis compacte cutem quoque aridam atque imputribilem superductam habebant, vi, ut putatur[d], balsami, quo post mortem gentili more corpora eorum delibuta creduntur. Sed et aureus circulus eadem, ut dicitur, corpora, cum reperta sunt, ambiebat[e], ut sibi mutuo cohererent. Igitur obsessa est urbs Mediolanensis ab imperatore Frederico, cuius quantus exercitus fuerit, eo ipso cognoscitur, quo Mediolanum potuit obsidere, urbem scilicet potentissimam et de suorum numerositate atque ferocia filiorum inmensius[f] gloriantem. Que nimirum post casus varios multiplicesque conflictus
1162. Mart. 26. deditioni addicta incidit in manus hostiles. Victor imperator civitatem evertit, cives, quoniam se dediderant, non disperdidit, sed dispersit, preclaras illas magorum reliquias ibidem reconditas, Longobardis egre ferentibus, in regnum Teutonicum transtulit et thesauri huius custodia civitatem Coloniam insignivit[1]. . . . . . .

9. De scismate Romane ecclesie et Papiensi concilio et conventu Gallicano.

1159. . . . Sequenti vero anno Adrianus papa nature debitum solvit; quo sublato, cardinales in summi pontificis electione discordes ecclesiam sciderunt et, dum in se mutuo partes sevirent, in orbe quoque terrarum vinculum ecclesiastice pacis ruperunt. Et quidem pars maior saniorque in Rollandum, eiusdem ecclesie cancellarium, virum religiosum et litteratum, concordans, eundem ritu canonico consecravit. Pars vero nonnulla et fere nulla in Octovianum[g], nobilem virum, conveniens, eundem, divinum non verita iudicium, execrationis elogio maculavit. Uterque in alterum excommunicationis et dampnationis sententiam promulgavit, uterque partem suam ecclesiarum et nobilium personarum favoribus munire curavit. Ille Alexander dictus est, iuxta cause meritum victor futurus. Iste nudo nomine et fallaci omine Victor dictus est, victi dedecus habiturus. Poterat sane scissura illa cito resarciri, poterat multitudini paucitas cedere atque uniri, nisi Fredericus imperator, veteri odio Rollandi Alexandrum non ferens, partem Octoviani tuendam fovendamque modis omnibus suscepisset. Denique sue ditionis episcopos, scilicet Italicos et Teutonicos, precepit Papiam convenire tamquam ad discussionem et examen, cuiusnam[h] partis merita preponderarent, re autem vera, ut, Alexandri parte depressa, partem alteram approbantes, dicti Victoris prematuram victoriam celebrarent. Partibus quoque mandavit, ut adessent, concilii suscepture decretum. Et dictus quidem Victor tamquam subiturus iudicium affuit. Alexander vero preiudicium, quod ei sub nomine iudicii parabatur, non solum caute, sed etiam libere recusavit. Itaque ex Teutonico simul et Italico regno episcopi imperiali iussione cum ingenti
1160. multitudine prelatorum inferioris ordinis Papie congregati in gratiam imperatoris, qui cum suis ducibus terribilis aderat, quecumque causam Alexandri iuvare poterant, cum pro eo nemo allegaret, vel silentio supprimentes vel callide invertentes et corrumpentes, quod pro parte altera minus de veritate suppetebat arte suppleverunt et dictum Victorem tamquam verum beati Petri successorem sollempniter recipientes, in Alexandrum tamquam in scismaticum et Deo rebellem sententiam generali decreto tulerunt. Amplexus est imperator cum omni frequentia ducum et procerum acta concilii, penam non recipientibus comminatus. Illustres quoque Francorum et Anglorum reges modis omnibus sollicitare curavit, ut ad perpetuandam amicitiam mutuam sibi in hac parte concordes existerent. Illi vero inflexi, sentencia caute suspensa, donec rei tam scrupulose[i] plenius veritatem agnoscerent, celebrem et ipsi ex utroque regno episcoporum et nobilium loco et tempore congruo conventum fecerunt[2]. Aderant a parte Octoviani duo principales eius complices, qui eius fuerant electores scismatisque[k] auctores, Guido scilicet Cremensis et Iohannes de Sancto Martino cardinales. Nam Imarus Tusculanus episcopus, manus illi execrationis ausus imponere,

a) fuerunt 3. b) migraverunt 2. c) Nec notum est a quibus *edd. priores;* necnon a quibus, *secunda manu:* necnon a quibusdam 3. d) putabatur 3. 4. e) aureus eadem ut dicitur corpora cum reperta sunt circulus ambiebat 3. f) in immensum 3. 4; immensium 2. g) Octavianum 3 *semper.* h) cuiusdam 2. i) scrupulosam 2. k) scism. auct. *des.* 2

1) V. Ott. Frising. Cont. Sanblas., SS. XX, p. 310; cf. Ficker, 'Reinhold von Dassel' p. 61 sq. 2) Synodus Tolosana; cf. Reuter, 'Alexander der Dritte' (ed. 2) I, p. 499.

iam exuerat hominem. Aderant et a parte domini Alexandri tres cardinales, scilicet Henricus Pisanus, Iohannes Neapolitanus, Willelmus Papiensis. 1160. Surgens igitur ille Cremensis in conspectu regum et presulum coram universa que convenerat multitudine cleri et populi, pro parte sua et contra adversam totis ingenii atque facundie viribus allegavit. Qui cum perorasset, surgens Willelmus Papiensis, vir eloquentissimus, perspicuis rationibus obiecta elisit et fere quicquid ille pro se dixerat in ipsum ita retorsit, ut propriis irretitus captusque sermonibus videretur. Denique in illo altercationis mutue quasi duello tocius ita negotii veritas claruit, ut neuter ulterius princeps cunctaretur, repudiata parte Octoviani, dominum Alexandrum recipere et cum regnis sibi subditis ei de cetero in his que Dei sunt tamquam patri parere. Prenominatis ergo scismaticis cum confusione et dedecore discedentibus, principes et pontifices nostri, lata sollempniter in scismaticos excommunicationis sentencia, solverunt conventum. Interim dominus papa Alexander in terra regis Sicilie[1], cuius fideli favore[a] fruebatur, tutus consistens, opportunitatem transeundi in Gallias prestolabatur. Parebatque ei in his que ad curam spectant[b] pastoralem totus orbis Latinus, exceptis provinciis Alemannice ditionis. Imperator enim ex privata simultate semel in reprobum[c] sensum datus et vel a ratione vinci indecorum imperatorie reputans maiestati, multo tempore distulit palmam dare perspicue veritati.

13. De hereticis Angliam ingressis, et quomodo exterminati sunt.

Iisdem diebus[2] erronei quidam venerunt in Angliam ex eorum, ut creditur, genere, quos vulgo Publicanos vocant. Hi nimirum olim ex Gasconia incerto auctore habentes originem, regionibus plurimis virus sue perfidie infuderunt. Quippe in latissimis Gallie, Hispanie, Italie Germanieque provinciis tam multi hac peste infecti esse dicuntur, ut secundum prophetam multiplicati esse super numerum videantur. . . . Erant autem tam viri Ps. 39, 6 quam femine paulo amplius quam triginta, qui, dissimulato errore, quasi pacifice huc ingressi sunt propagande pestis gratia, duce quodam Gerardo, in quem omnes tamquam preceptorem ac principem respiciebant. Nam solus erat aliquantulum litteratus, ceteri vero sine litteris et idiote, homines plane impoliti et rustici, nationis et lingue Teutonice. Aliquamdiu in Anglia commorantes, unam tantum mulierculam venenatis circumventam susurris et quibusdam, ut dicitur, fascinatam prestigiis, suo coetui aggregarunt. Non enim diu latere potuerunt, sed, quibusdam curiose indagantibus, quod peregrine essent secte, deprehensi, comprehensi tentique sunt in custodia publica. Rex vero, nolens eos indiscussos vel 1166. dimittere vel punire, episcopale precepit[3] Oxonie concilium congregari. Ubi dum sollempniter de religione convenirentur, eo qui litteratus videbatur suscipiente causam omnium et loquente pro omnibus, christianos se esse et doctrinam apostolicam venerari, responderunt. Interrogati per ordinem de sacre fidei articulis, de substancia quidem superni medici recta, de eius vero remediis, quibus humane infirmitati mederi dignatur, id est divinis sacramentis, perversa dixerunt, sacrum baptisma, eucharistiam, coniugium detestantes atque unitati catholice, quam hec divina imbuunt subsidia, ausu nefario derogantes. Cumque sumptis de Scriptura sacra divinis urgerentur testimoniis, se quidem ut instituti erant credere, de fide vero sua disputare nolle, responderunt. Moniti, ut penitenciam agerent et corpori ecclesie unirentur, omnem consilii salubritatem spreverunt. Minas quoque pie pretentas, ut vel metu resipiscerent, deriserunt, verbo illo dominico abutentes: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Matth. 5, 10. Tunc episcopi, ne virus hereticum latius serperet, precaventes, eosdem publice pronunciatos hereticos corporali discipline subdendos catholico principi tradiderunt. Qui precepit heretice infamie characterem frontibus eorum inuri et spectante populo virgis coercitos urbe expelli, districte prohibens, ne quis eos vel hospicio recipere vel aliquo solacio confovere presumeret. Dicta sentencia, ad penam iustissimam ducebantur gaudentes, non lentis passibus preeunte magistro eorum et canente: *Beati eritis, cum vos oderint homines.* In tantum deceptis a se men- Luc. 6, 22.

a) fervore 5. b) spectabant 2. c) improbum 2.

1) Errat noster. Tunc enim Alexander III. Apuliae regnum non intravit, sed ineunte anno 1162. in Galliam profectus est. 2) Willelmus haec post mortem Theobaldi Cantuariensis archiepiscopi a. 1161. et successionem s. Thomae a. 1162. narrat; unde igitur Hamilton editor a. 1160. apposuerit, nescio; fortasse enim posterior potius annus, circa a. 1165, verisimilior videtur. 3) Circa m. Ian. vel Febr. a. 1166; cf. Rad. Dicet. ed. Stubbs II, p. 318.

tibus seductorius abutebatur spiritus. Illa quidem muliercula, quam in Anglia seduxerant, metu supplicii discedens ab eis, errorem confessa, reconciliacionem meruit. Porro detestandum illud collegium, cauteriatis frontibus, iuste severitati subiacuit, eo qui primatum gerebat in eis ob insigne magisterii inustionis gemine, id est in fronte et circa mentum, dedecus sustinente. Scissisque cingulo tenus vestibus, publice cesi et flagris resonantibus urbe eiecti, algoris intolerantia — hiemps quippe erat —, nemine vel exiguum misericordie impendente, misere interierunt. Huius severitatis pius rigor non solum a peste illa, que iam irrepserat, Anglie regnum purgavit, verum etiam, ne ulterius irreperet, incusso hereticis terrore, precavit.

14. De concilio Turonis celebrato ab Alexandro papa.

1162. Eodem tempore Romanus pontifex Alexander de Apulia liquido itinere venit in Gallias. Cum enim illi, ut superius dictum est, preter terras Alemannice subditas potestati totus in his que Dei sunt orbis pareret Latinus, vias tamen obsidentibus Octoviani satellitibus et vel eum adeuntes vel ab eo redeuntes, si qui forte inciderent, rebus omnibus spoliatos carcerali quoque custodie mancipantibus, rarissimus ad illum poterat esse accessus; unde nec ipse poterat ut volebat et decebat fungi summo sacerdotio et longius apostolice brachium extendere potestatis. Huius rei gratia mari se credens et cum ingenti periculo provincias adiens occidentis, occurrentibus ei presulibus et nobilibus regionum Gallicane ecclesie, multorum desideriis expectatus advenit. Magni quoque Francorum et Anglorum reges adventum eius sollempni honorantes occursu, qualia regiam decebant magnificentiam, insigni exuli hilariter obsequia prestiterunt. Principum itaque favore adiutus, convocatis ecclesiarum pastoribus[a], in octavis pentecostes generale concilium cum multa gloria Turo-
1163. nis celebravit anno ab incarnatione Domini 1163. Huius autem concilii decreta nostre duximus historie inserenda. . . . . . .

17. De morte Octoviani, et de reditu Alexandri pape in Italiam.

1164. Alexandro papa post Turonense concilium in Galliis commorante, Octovianus, qui et[b] Victor est dictus, extrema sorte devictus, initi certaminis victoria caruit et nominis, quod tamquam pro omine a suis acceperat, fallax presagium non implevit. Tunc Iohannes de Sancto Martino, imperiali favore adiutus, Guidonem Cremensem[1], collegam suum, loco devicti
1162–1165. Victoris instituit, ne victi viderentur. Alexander vero annis aliquot in Galliis demoratus, repatriandi iter arripuit, apud Montem-pessulanum transitum in Apuliam opperiens[c] opportunum. Imperator vero non quiescens, secretis, ut dicitur, litteris et promissis amplissimis apud Willelmum eiusdem urbis dominum agere studuit, ut proderet hospitem. At vir memorabilis integre fidei est inventus et insignem hospitem decentissime honoravit. Cumque cardinales cum multitudine virorum fortium, qui Ierosolimam properabant, dromonem Hospitalis Ierosolimitani ingressi, dominum papam mox secuturum, iactis in alto mari anchoris, expectarent, contigit, dromonem a pretereunte classe piratica infestari[2]. Advehebatur pontifex ex triremi ingressurus dromonem, sed, conspectis circa dromonem piratis, mox remis retortis in Magalonensem se portum recepit. At viri virtutis, qui erant in dromone, tam viriliter restitere piratis, ut confusos nec illesos abigerent. Itaque dominum papam non ulterius cum periculo expectandum censentes, cursu prospero fines regni Siculi attigerunt. Idem vero pontifex post dies aliquot in alia navi mari se credidit et secundis in Apuliam[3] flatibus, nullo prorsus obsistente, transivit. Susceptusque reverenter a rege Siculo, et quotquot eius erant dicioni subiecti, cives quoque[d] Romanos cum optimatibus post modicum devotos et subditos habuit. Verum arta erat via, que ex transalpinis regionibus ad eum ducebat, eo quod satellites vel imperatoris vel pseudopape itinera sollicite observarent. Porro imperator, ecclesiastice pacis diruptor, pace et integritate diu non est gavisus imperii. Cum enim in Longobardos insolencius ageret, illi iugum Alemannicum
1167. non ferentes, in libertatem se pristinam receperunt et, restaurato a propriis civibus ex

a) prelatis 3. b) *deest* 2. 3. 4. c) reperiens *Ms. Picard.* d) vero 3.

1) Paschalis dictus III. electus est a. 1164, April. 22.
2) De Alexandri III. itinere et periculis noster partim corrigendus est; v. Reuter, 'Alexander d. Dritte' (ed 2.) II, p. 187.
3) Messinae erat papa m. Nov., Romam reversus est Nov. 23. a. 1165; Jaffé, Reg. p. 705.

dispersione confluentibus cum sociarum auxilio civitatum Mediolano, urbem quoque Alexandriam, ex nomine domini pape, cui se devotos esse gaudebant, sic vocatam, apto loco ad excipiendos primos Alemannorum Italiam ingredientium impetus condiderunt. Quam dum imperator in ipsis eius primordiis obsidione cinxisset, expugnare non potuit, sed, exercitu frustra fatigato, discedens, hostium contra se fiduciam auxit. 1168.

18. . . . Tres quoque ex eadem[1] habens filias, unam[2] regi Hispanie, alteram vero Saxonie duci despondit, tertiam nondum nubilem regi Sicilie suo tempore comparem daturus. . . . . . .

27. . . . Henricus iunior . . . comitem quoque Flandrensem[3], patris sui consobrinum, virum magnarum virium et innumere bellicoseque, cui preerat, gentis fiducia in immensum gloriantem, grandibus promissis illectum, annitente[a] rege Francorum, sibi adiunxit. . . . Rex senior[1] . . . turbatis ergo rebus anxius, dum hostes interni externique urgerent, hiis[b] quoque, qui sibi adherere videbantur, in gratiam filii remissius agentibus minus se credens, stipendiarias Bribantionum[c] copias, quas rutas vocant, accersivit, eo quod de thesauris regiis, quibus in tali articulo parcendum non esset, pecunia copiosa suppeteret. 1173.

28. Qualia contigerunt apud Albemarliam[4] et Castellum-novum[5] et Vernullium[6].

Igitur mense Iunio, quando solent reges ad bella procedere, finitimi principes contractis undecumque viribus regem hostiliter aggrediuntur Anglorum, sub obtentu quidem quasi pro filio emularentur contra patrem, qua nimirum emulatione nil stultius, re autem vera proprii vel odii, ut rex Francorum, vel emolumenti, ut comes Flandrensis, negotium porrecta occasione agentes. Porro rex Anglorum ad excipiendos tantorum hostium impetus minus se poterat preparare propter suorum tumultus internos, quibus vehementissime angebatur. Cum ergo propter manum imparem irrumpentibus non posset occurrere, munitiones tamen, que erant in terminis, dispertitis presidiis cautius studuit munire. Itaque rex Francorum oppidum Vernullium, nullius rei necessarie ad tolerandam obsidionem diutinam indigum, circumfuso conclusit exercitu, nonnisi capto eo vel dedito progressurus. Comes vero Flandrensis cum suis copiis a parte Flandrie irruens, obsedit Albemarliam, valido quidem inaniter fultam presidio, cum eiusdem oppidi dominus[7], comes scilicet Albemarlensis, circa seniorem regem ceu multi alii fluctuaret. Qui nimirum pro eo, quod oppidum minus oppugnatum cito expugnatum est, cum Flandrensi creditus est comite[d] collusisse. A quo captus cum omnibus quos illic rex causa presidii miserat, alia quoque castella sua resignavit. Progrediensque Flandrensis exercitus ad maiora, faustis animatus principiis, munitionem regiam que Castellum-novum dicitur per dies aliquot adhibitis machinis fortiter oppugnavit. Qua tandem dedita, comes tamen Flandrensis gavisus non est. Frater namque eius Matheus comes Bononiensis, quo ille tamquam futuro successore gaudebat, qui de coniuge propria[8] sobolem nequaquam susceperat aut sperabat, in eiusdem oppidi oppugnatione ictu sagitte circa genu saucius, casu vulneris in peius vergente, decubuit et post dies paucissimos inter curandum in fata concessit, fratri tantum ex suo interitu luctum relinquens, ut, soluta mox expeditione, lugubris ad propria remearet, sinistrum sibi eventum obiectans atque imputans, qui regem consobrinum, a quo numquam lesus, crebro autem beneficiis preventus extiterat, causa nequissimi filii hostiliter impetendum duxisset. . . . . . . cf. 1. Par 20, 1. Iun.

29. Externis igitur[e] hostibus, quorum maxima erat potentia, rege scilicet Francorum et Flandrensi comite Dei[f] voluntate propulsatis, interni minime quievere. . . . . . .

30. . . . Comes enim Leicestrensis[9] cum classe hostili ex Flandria apud Orientales Anglos applicuit. . . . Apud Sanctum Edmundum[10] . . . victoria concessit ad regios; captusque est comes cum coniuge, virilis animi femina, et memorato Hugone de Castello et toto fere equitatu, peditum vero multitudo fere omnis interiit. . . . . . .

a) annuente 5. b) iis 2. 5. c) Brab. *man. rec. in marg.* 1. d) *deest* 4. e) ergo 5. f) divina 5.

1) Scil. Henricus II. rex Angliae ex Eleonora. 2) Eleonora nupsit Alfonso IX. regi Castiliae, Mathilda Henrico Leoni, Iohanna Willelmo II. 3) Philippum. 4) Aumale prope fines Ambianenses. 5) Driencourt inter Aumale et Eu prope Blangy: *novum castrum quod dicitur Dringcurt* Rob. Tor., SS. VI, p. 522. 6) Verneuil in com. Ebroicensi ad confinium Francicum. 7) Willelmus. 8) Isabella Vermandensi. 9) Robertus. 10) Bury St. Edmund's, Oct. 16.

1174. 32. Igitur secundo inite contentionis anno rursum a magnis hostibus, scilicet rege Francorum, comite Flandrensi, rege Scottorum, bellum adversus seniorem Anglorum regem totis viribus instauratur. Et comes quidem Flandrensis, fraterni iam oblitus exitii, pre[a] ambitu Anglicane provincie que Cantia dicitur, de qua scilicet regi iuniori iam hominium fecerat, cum eodem in Angliam transiturus transferendis[b] copiis classem parabat[1]. . . . Rex Anglorum senior . . . cum aliquanto equitatu et una Bribantionum[c] turma in Angliam mature advehitur[2]. Interea rex Scottorum cum proprie gentis infinita barbarie atque accersitorum ex Flandria stipendiariorum equitum peditumque manu non modica fines Anglorum ingressus, duas in Westmeria[d] munitiones regias, scilicet Burgum et Appelbi[3], preoccupatas et sine presidiis inventas obtinuit. . . . . .

35. Iam venerat[2] in Angliam a Normannia rex Henricus secundus, filio cum Flandrensibus copiis adventuro sue murum presentie obiecturus. . . . . . .

36. Interea rex Francorum cum tremendo exercitu Normanniam ab oriente ingressus, qua scilicet captis a comite Flandrensi castellis patere videbatur, Rothomagum eiusdem provincie metropolim adiit[4] et obsedit. . . . Porro rex iunior et Flandrensis comes cum in portu Morinorum[5], unde brevissimus est in Angliam transitus, classe parata, vastissimis vallati copiis, transfretandi opportunitatem captarent, cognito quod rex senior iam in Anglia consisteret, eorum procul dubio ferociter impetum excepturus, transire in Angliam nequaquam sibi tutum duxerunt. Itaque mutato consilio, et toto illo parate iam classis apparatu irrito, quanti esset negotii Rothomagensis obsidio et quanti emolumenti eiusdem civitatis irruptio, perpendentes, vastas illas atque terribiles copias Rothomagum transtulerunt et
Aug. 10. obsidentem exercitum in immensum auxerunt. . . . Beati Laurentii dies natalitius supervenit. Rex autem Francorum pro eiusdem precipui martyris reverentia, quem specialiter et devotius consueverat venerari, requiem ipso die civitati indultam iussit sollempniter preconari. . . . Tum comes Flandrensis, ut dicitur, regem adiens: 'Ecce', ait, 'civitas, pro qua iam[e] multum sudavimus, his intus choros ducentibus et illis foris secure ludentibus, sponte nobis offertur. Sumat ergo arma in silentio exercitus, scalisque repente muro admotis, ante civitatem obtinebimus, quam in civitatem regredi valeant, qui extra civitatem pro irritatione nostra lusibus[f] vacant'. . . . Preparabatur ad irrumpendam civitatem. . . . Nox prelium diremit, prevaricator exercitus, longe maiori clade accepta quam illata, confusus in castra rediit. Rex in Flandrensem comitem culpam refudit, sed persone regie tam fede prevaricationis macula plus adhesit. . . . . .

38. De concordia regum et pace regnorum.

. . . Itaque celebri inter partes colloquio habito[6], exitialis ille[g] rancor principum et in-
1175. quietudo provinciarum pariter quieverunt. Comes Flandrensis regi Anglorum restituit quod de iure eius bellicus ei casus contulerat, fidelis de cetero amicitie sive hominii supererogans cautionem. . . . . . .

EX LIBRO TERTIO.

2. De reconciliatione domini pape et imperatoris.

1177. Anno a partu virginis 1177, pontificatus autem domini pape Alexandri anno 18. Frederici imperatoris in eundem venerabilem pontificem inveterata rabies conquievit. Male-
Gen. 49, 7. dictus furor eius, quia pertinax, et indignatio eius, quia dura. Benedictus autem Dominus,
Ps. 104, 32. qui tangit montes, et fumigant! Ipsum enim et pertinacem domuit et durum mollivit. Siquidem principalibus scismaticis iudicio Dei absorptis, Octoviano scilicet, qui papatum prior invaserat, et Guidone Cremensi, qui eiusdem vesanie successor extiterat, cum quidam Iohannes Strumensis[7] tertius continuaret errorem, compunctus tandem imperator, per viros sapientes et nobiles tractare cepit de pace. Itaque duo magni principes, sacerdotii scilicet atque imperii, sollempniter convenientes, Deo propitio in patrem et filium[8], transierunt
Iul. 24. nono Kalendas Augusti, sicque ecclesia unita est, cunctis iam scismatis[h] auctoribus atque fautoribus extinctis sive compunctis. Nam et ille, qui Octoviano et Guidoni de medio factis scismatici furoris continuator extiterat, confusus et deiectus elanguit, cum favor

a) pro 5. b) *deest* 4. 5. c) Brab. *in marg.* 1. d) Westmaria 5. e) *deest* 3. 4. 5. f) ludis 5. g) illa simultas principum *ed. Antw.* h) scismaticis 2. 3. 4. 5.

1) Mense Iunio. 2) Iul. 8. 3) Brough et Appleby in Westmorland. 4) Iul. 22. 5) Gravelines. 6) A. 1174, Sept. 30. 7) Calixtus dictus tertius. 8) Scil. papam et imperatorem.

circa eum imperatorius exspiravit. Quibus feliciter gestis, dominus papa, tamquam post 1177. tanti temporis scandala resarcite unitatis gaudia sollempniter celebraturus, generale concilium anno pontificatus sui 20, a partu autem virginis anno 1179, quinto Idus Martii Late- 1179. Mart. 11. ranis celebrandum instituit, ad quod nimirum totius Latini orbis episcopos cum maioris loci abbatibus evocavit. Quod autem convocandi concilii intentio satis sincera non fuerit, Romane avaritie artificiosa provisio patefecit. Multi enim evocati, quibus iter eundi ad concilium difficile vel intolerabile videbatur, interventu pecunie impudentius turpiusque exacte quam prestite relaxari meruerunt. Sane huius concilii decreta nostre duximus historie inserenda.

3. Decreta Lateranensis concilii[1].

. . . .

11. Circa hos dies Philippus illustris Flandrie comes pie devotionis instinctu cum 1177. numerosa militia terram Ierosolymitanam ingressus, contra Saladinum aliquid agere et fines voluit christianos dilatare. Verum offensus a Templariis, ad terram Antiochenam, invitante principe[2], militiam christianam[a] traduxit. . . . . .

15. Anno a plenitudine temporis quo Verbum caro factum est 1187, regnante in Ale- 1187. mannia Frederico, in Francia Philippo, in Anglia Henrico secundo, Urbano autem, qui Lucio successerat, sedi apostolice presidente, aggravata est manus Domini super terram Ierosolymitanam[3]. . . . . . .

21. . . . Urbanus papa Romanus extreme sorti subiacuit, et successit ei venerabilis Albertus, eiusdem[b] cancellarius, dictusque est Gregorius, vir plane et sapiencia et vite sinceritate conspicuus, emulationem Dei habens in omnibus secundum scienciam et supersticiosarum consuetudinum, quarum in ecclesia per quorundam rusticam simplicitatem citra Scripturarum auctoritatem multitudo inolevit, reprehensor acerrimus, unde a quibusdam minus discretis putatus est turbato[a] per nimiam abstinenciam cerebro delirare. Sane cum in Oriente illud christiane plebis exterminium atque irruptio Sancte Civitatis sub pontificatu Urbani contigerint, eidem tamen datum est tante infelicitatis fama minime sauciari. Rerum quippe infra octavas apostolorum Petri et Pauli infeliciter gestarum nuncii circa Iul. 6. festivitatem beati Luce euangeliste ad apostolicam sedem venerunt, Urbano paulo ante ex Oct. 18. hac luce subtracto, et mature substituto Gregorio. Qui venerabilis pontifex, tristi nuncio perculsus, ingemuit et vi doloris anxius tam enormem christiani nominis iacturam inconsolabiliter deploravit. Aliquod tamen remedium adhibere et tanto malo, ne latius serperet, pia provisione occurrere satagens, hanc ilico in orbem christianum direxit episto- Oct. 29. lam[4]. . . . . . .

22. De transitu Gregorii pape.

Hac igitur epistola in orbem directa, idem reverendus pontifex pie sollicitudinis instinctu Pisas contendit, Pisanos et Ianuenses iugi et inveterata discordia dissidentes Deo auctore reconciliaturus vel ferales illas inimicitias protensioribus saltem induciis suspensurus, ut, sublatis vel ad tempus sepositis studiis partium, uterque populus, quorum et opes amplissime et vires erant terra marique ingentes, in christiane expeditionis communiter accingeretur negocium. Pisas ergo[c] ingressus, primos Ianuensium evocavit et secundum datam sibi sapienciam, cooperante pontificali reverentia, feroces hinc inde animos sedare curavit. Cumque per religiosam eius[d] operam opus pacis procederet, iamque arripiendi melioris propositi meditatione inveterate ille ferocium populorum languescerent simultates, febre correptus, post dies paucissimos apud Pisas valedixit huic mundo, bonis pastoribus, ut de tali viro credi fas est, sociandus in celo. Cui successit Clemens, ibidem electus et inthronizatus, qui iacta pacis[e] semina pio studio fovit et ad fructum perduxit.

24. . . . Quomodo imperator cum suis crucem accepit.

. . . Fredericus quoque imperator Romanus non diu passus est memoratis regibus[5] in hac parte vel indevotior vel segnior inveniri. Convocatis itaque primis imperii, ingentis 1188.

a) *deest* 5. b) sedis *add.* 5. c) quoque 4. *ed. Antw.* d) illius 5. e) *deest* 4.

1) Exstant Acta etiam in Gestis Henrici II, supra p. 99; ap. Gervasium Cantuar. a. 1179; Mansi XXII, p. 213. 457. De diebus, quibus patres Laterani consederunt, v. Jaffé, Reg. p. 783. 2) Boemundo III. 3) Haec verba noster fortasse ex Itinerario Ricardi, supra p. 195, deprompsit. 4) Sequitur Jaffé nr. 9985. 5) Henrico II. Angliae et Philippo II. Franciae regibus crucem suscipientibus.

1188. animi propositum declaravit[1], ornansque sollempniter signo dominice humilitatis imperialis apicem maiestatis, subditis ducibus et gentibus formam efficacissimam prebuit. Tantus enim repente ad suscipiendam pro Christo peregrinationem periculosissimam[a] in magnis ducibus et ferocissimis Germanie populis fidei et devotionis fervor incanduit, ut dicere fas
Exod. 8, 19. esset: *Digitus Dei est hoc.* Itaque fere cuncte nominis christiani provincie ad maturandum iter propositum immensis apparatibus studiisque fervebant. . . . . . .

27. . . . Fredericus imperator Romanus, tante vecordie[2] iure succensens, eosdem non expectandos censuit, sed filio seniori, quem regem Longobardorum constituerat, imperii cura
1189. commissa, cum filio[3] Suevorum duce per Pannonias Thraciasque iter facturus, tempore congruo peregrinationem arripuit[4], ducens secum maximas atque fortissimas Germanicarum gentium copias. De regno quoque Francorum Iacobus de Aveniis, vir fortis et nobilis, cum aliis plurimis, necnon et ex aliis regnis christianis armata manus non modica[b], imperatore Latino propter Greci imperatoris perfidiam per subditas illi regiones morose transeunte, liquidi itineris[c] compendio Tirum venerunt atque, annitente marchione[5], qui eidem urbi pro tempore presidebat, cum Templariis et Hospitalariis Tholomaidam, que nunc Acra dicitur, valido fultam[d] presidio, obsederunt. . . . . . .

28. De morte Willelmi regis Sicilie[e] et de malis, que per illam contigerunt.

Eodem tempore aggravata est manus Domini super nostros in summis angustiis constitutos, precipuum illis subtrahendo patronum, illustrem scilicet Sicilie regem et Apulie ducem Guillelmum, cuius utique religiosa et potenti opera paupercule ille christianitatis in Siria reliquie potissimum conservate noscuntur, quas profecto ab initio desolationis competentibus subsidiis sublevare curavit, cum nec a regnis remotioribus quicquam possent percipere, et Saladini ob recentem victoriam vehementius excandesceret feritas[f]. Et quidem illius sublacio tolerabilis utcumque fuisset, nisi post eum exitialis de regni successione altercatio emersisset, qua nimirum regiones clarissime ita turbate sunt et desolate, ut christianis in Siria laborantibus nichil posset exinde solacii iuxta morem pristinum ministrari. Huius autem turbacionis causa noscitur extitisse, quod idem rex, uxore ducta regis Anglorum filia[6] et ex ea sobole non suscepta, decessit. Porro eius consobrina, cui, eo mortuo, regni competere videbatur hereditas, regi Longobardie, Teutonici imperatoris filio, nupserat[7]. Verum[g] Siculi Apulique, Alemannicam execrantes dicionem, virum nobilem de stirpe
1190. regum priorum Tancredum cum favore sedis apostolice regem sibi creaverunt. Unde motus[h] rex Longobardie, bellum eis[i] indixit, et, paulo post patre ex hac vita rapto, ut suo loco dice-
1191. tur, ad apicem sublimatus imperii, Italicum atque Teutonicum furore implacabili inmisit eis exercitum. Qualem autem hec imperatoria expeditio exitum habuerit, alius exponendi locus erit. Rerum igitur Sicularum Apularumque tanta turbacio christianis in Oriente reliquiis uberrimum consueti fructum precidit auxilii. Et nostre quidem historie librum hic tertium terminamus, ut in ea quartus cum regno illustris regis Ricardi liber incipiat.

EX LIBRO QUARTO.

12. Quomodo reges venerunt in Siciliam, et quomodo rex Anglorum expugnavit Messanam.

1190. Sequenti estate, anno a partu virginis 1190. illustres Francorum et Anglorum reges iter Ierosolymitane profectionis ingressi, cum apparatu congruo et exercitu copioso convenerunt Massiliam[k]; factaque ibidem mora necessaria, rex quidem Francorum autumnali tempore prior cum suis copiis secundis flatibus navigavit[l] Siciliam, rex vero Anglorum post discessum regis Francorum diebus aliquot Massilie demoratus, tandem classe soluta, cum parente sibi exercitu mari se credidit flabrisque arridentibus in insulam eandem devenit. Verum qui prior advenerat Messanam urbem clarissimam[m], cum gaudio exceptus a civibus,

a) periculosam 4. 5. b) immodica 5. c) iteneris 1. d) sultani 5; valido obsederunt exercitu *ed. Antw.* e) *deest* 5. f) severitas 5. g) quia *add.* 5. h) mox 2. i) ei 2; in eis 3. k) Marsiliam 3. l) in Sic. nav. 5. m) preclaram 3.

1) In curia Moguntina. 2) Scil. discordiae inter reges Angliae et Franciae exortae. 3) Friderico. 4) Fridericus I. Ratisponae navem ingressus est. 5) Conrado de Monte-ferrato. 6) Willelmus II. duxerat Iohannam a. 1176. 7) Constantia Henrico VI. nupsit Mediolani a. 1186, Ian. 27.

ad hiemandum elegit; sequens vero, expositis copiis, propter eiusdem urbis amplitudinem 1190. et multimodam opportunitatem ipse quoque ibidem socialiter hiemare voluit. Cumque huius rei gratia quosdam ex suis premisisset, cives, unius ad se regis ingressu contenti et duorum regum magnorum gravari hospitio renuentes, premissos a superveniente, paucis eorum in tumultu extinctis, cum contumelia urbe extruserunt. Motus super hoc rex Anglorum, a Messanensibus, utrum de illata iniuria satisfacere dignarentur, duxit querendum. Illis vero tam propriarum conscientia virium quam insignium fiducia hospitum superbe detrectantibus satisfactionem, accensus est princeps ferocissimus ad ultionem. Itaque armari copias urbemque oppugnari precepit. Cumque in hoc opere suos non tantum urgeret imperio, verum etiam animaret exemplo, urbem, aliquamdiu a civibus simul et[a] Francis fortiter defensam, tandem potenter irrupit. Quam[b], paucis suorum amissis, victor ingressus, decentem tamen in ultione modum tenuit et motum animi triumphalis glorie voluptate mollivit. Civium ergo vel sera satisfactione et coacta devotione placatus, frenavit impetum et minas remisit. Moxque pro reverentia regis Francorum urbe egressus, eiusdem illi et suis libenter cessit hospitium; ipse vero, munitione extra urbem constructa castrisque dispositis, ibidem cum suis copiis in omni[c] rerum copia hiemavit. Porro rex Francorum urbis hospite irruptionem ad suam trahens iniuriam et pro nichilo ducens indulti hospitii gratiam, implacabilem contra regem Anglorum concepit totisque imbibit medullis rancorem, qui nimirum occultatus pro tempore, erupit suo tempore claruitque orbi terrarum[1], ut suo loco narrabitur. Sane regibus in Sicilia hiemantibus, ex plurimis quoque regionibus ingentia vernum tempus cum desiderio prestolantium agmina in Dalmatia, Histria, Venetia sub charactere dominico hiemabant.

13. De expeditione Teutonica et morte imperatoris.

Interea Fredericus imperator Teutonicus, qui anno preterito, hoc est a partu virginis 1189. 1189, cum filio Suevorum duce et Germanicis copiis iter fuerat, ut superius dictum est[2], Ierosolimitanum ingressus, lento propter obstacula plurima gradu per superiores ducebat regiones exercitum. Pretergressus enim Pannonias et progressus ad imperatoris Constantinopolitani[3] provincias, cum eiusdem christiani principis in negocio christianissimo favorem optaret, eum paulo secus quam Saladinum invenit. Denique Grecus ille — nam Greci, cum sint christiani, non secus, immo plerumque etiam ferocius quam Sarracenos abominari Latinos noscuntur — Grecus, inquam, ille, ut dicitur, post captam Ierosolimam fedus cum atrocissimo christiani nominis hoste Saladino pepigerat, pollicens, quod in terra vel mari ditionis sue Latinorum in Siriam transitum inhiberet. Cumque imperator Latinus a Greco, christianus scilicet a christiano, per nuncios peteret, quod olim Israel sub Moyse petierat a Seon rege Amorreo: *Obsecro te,* inquiens, *ut transire mihi liceat per terram tuam; non decli-* Num. 21, 22. *nabimus in agros et vineas, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos,* Grecus ille, impio regi in[d] hac parte simillimus et Saladino quam Christo fidelior, concedere noluit, ut christianus exercitus simpliciter transiret per fines suos. Quam ob rem Latinus imperator ad suos: 'Hostem', inquit, 'Christi Saladinum querimus, et ecce par Saladino vel potius plus quam Saladinus hic, qui zelando pro Saladino zelantibus pro Christo palam obsistit[e]. In ipsum ergo arma contra Saladinum sumpta vertamus, ferro nobis viam aperientes, cum aliter nequeamus'. Placuit hoc omnibus, ingressique hostiliter terram ditionis Constantinopolitane, Tessalonicam urbem nobilissimam fortiter expugnatam ceperunt[4], et redacta in potestatem adiacente provincia, ibidem hiemandum duxerunt. Sane christianorum, qui arma sumpserant contra paganos, hunc motum et impetum contra christianos, licet minus fraterne agentes, approbandum nequaquam censuerim, sicut nec illud, quod christiani christianis innoxium concedere transitum noluerunt. Denique hoc antiquis et de lege sacra sumptis probatur exemplis. Israeliticus sub Moyse populus in transitus innoxii peticione a rege Amorreo, ut dictum est, repulsam passus, in eundem, iubente Domino, irruit et terram eius possedit. Hoc forte imperator ille noster cum suis exemplum attendens, pro negato transitu Greci imperatoris terram invasit, cum aliud potius, ut credo, attendere debuisset. Scrip-

a) a *add.* 5. b) Quamvis 3. c) omnium 5. d) in hac parte *des.* 4. *ed. Antw.* e) resistit 4. 5

1) Cf. Ricard. Lond. II, 16, supra p. 212. 2) L. III, c. 24. 27. 28. 3) Isaac Angeli. 4) Quod solum hoc loco traditur; cf. Riezler, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' X, p. 45.

Num. 20, 14 sqq. tum quippe est: *Misit nuncios Moyses ad regem Edom, qui dicerent: 'Hec mandat frater tuus Israel: Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros nec per vineas, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos'. Cui respondit Edom: 'Non transibitis per me'. Dixeruntque filii Israel: 'Per tritam gradiemur viam; et si biberimus aquas tuas, dabimus quod iustum est, nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus'. At ille respondit: 'Non transibitis'. Quam*
ib. 20, 21. *ob rem divertit ab eo Israel.* Ecce filii Israel, sub magno propheta Moyse agentes, a fratribus suis filiis Esau in simplicis transitus modestissima peticione repulsam bis passi, nec tamen tanto excessu fraterno ad ultionem vel transitum ferro parandum impulsi, sapienter et tamquam immemores iniurie ab ingratis fratribus diverterunt. Postea vero ab Amorreo, qui non erat de genere Abrahe, in re non dissimili unam passi tantum repulsam, in ultionem iustissimam, iubente et favente Domino, exarserunt. Consultius igitur imperator christianus fecisset, si ab inofficioso, sed tamen christiano imperatore divertens, alium in Siriam transitum, licet cum multa laboris et sumptuum iactura, quesisset, quod utique sequens declaravit eventus. Videns autem Grecus imperator, non parum[a] contra se actum a Latinis, et ex hoc tamquam modico ferocie eorum gustu duriora, nisi precaveret, coniectans, fedus cum imperatore nostro pepigit et, concesso transitu, qui petebatur, de sumptibus quoque more, quam propter inhibitum fecerat transitum, ei, dictante iusticia, satisfecit. Itaque Lati-
1190. nus imperator cum exercitu per Constantinopolim transiens, fretum quod Brachium Sancti Georgii[b] dicitur prospere transmeavit. Veniensque in Asiam Minorem, cuius pars quedam Constantinopolitane ditionis est, parti vero relique soldanus Iconii presidet, magnis actibus ipsi soldano[1] Thurcisque iam erat terribilis. Unde idem soldanus, licet esset magnus et potens, arte tamen magis quam experientia virium imminentis impetum frangere studuit, de suscipienda, ut dicitur, christianitate simulatione callida cum eo agens et pia simplicitate credulum per frequentes nuncios ambagibus longis suspendens. Cum ergo gentilis astucia suis prestigiis ita nostros deluderet, capta paulo ante amplissima civitate Iconio et locupletissima preda direpta, christianus exercitus, imperatoria provisione bipertitus, in castris excubabat amne medio interlabente discretis. Et parte quidem exercitus filio Suevorum duci commissa, parti vero relique ipse imperator sollicitudinem debitam impendebat, cum repente virum tante claritatis occulto Dei iudicio tristissimus, et quem nemo vereri poterat, mundo casus[c] ademit. Cum[d] equo sedens filium visendi et alloquendi studio cum paucis amnem vellet medium transmeare, dissuasus a comitibus, ne se vir tantus petulanter in amnem daret incognitum, extrema eum sorte urgente, non adquievit, sed imperialis oblitus gravitatis, in gurgitem, fallaci brevitate contemptibilem, equo stimulato prosiliens, intuentibus comitibus nec subvenire valentibus, in momento suffocatus interiit[2]. Quidam autem dicunt, quod in estu refrigerii vel lavacri gratia incautius in flumen descenderit et subito ab aquis imperialis reverentie nesciis absorptus sit. Sed sive hoc verum sit
cf. Ps 124, 5. sive illud, constat, quod in illo flumine modico intraverunt aque usque ad animam eius. O abyssus multa iudiciorum Dei! vir tantus et qui divino quodam fervore, relictis deliciis opibusque imperii, mille se exposuerat propter Christum periculis, tam subito miseroque casu absumitur. Peccatum tamen eius tantum et tale elucet, quod forte in imperialibus non potuerit deliciis expiari, atque ideo oportuerit, ne eternaliter plecteretur, pia Divinitatis provisione in hac vita severius castigari. Siquidem nefarii scismatis sub venerabili papa Alexandro principalis fautor[e] extiterat et pacis ecclesiastice per imperialem potentiam multo tempore perturbator. Tandem vero perspicue dans palmam veritati[3], minus tamen in deliciis palatii piaculare malum defleverat. Porro, ne propter hoc gravia post mortem supplicia lueret, sed potius tam grande malum momentanee mortis casus acerbior perfecte dilueret, illa insigni devotione, qua propter Christum, relicto imperio, tantis se inmersit periculis, actum credo. Sane exercitus christianus ita stupuit doluitque de raptu principis, ut, collapsis animis, matura immanissimorum preda hostium fore videretur. Verum resumpto paulisper spiritu, loco extincti patris presenti Suevorum duci adhesit et paruit. Qui, paterni corporis, quod post casus infelicissimi dies aliquot egre inventum ereptumque aquis dicitur,

a) non parum *des.* 4. b) Gregorii 2. 4. c) occasus 5. d) enim *add.* 5. e) factor 5.

1) Azeddin Kilidsch Arslan. 2) Iun. 10. De morte imperatoris v. Riezler l. l. p. 126 sqq. 3) Verbis fere iisdem noster utitur l. II, c. 9. exeunte.

ossibus assumptis, in multo laborum et periculorum experimento cum exercitu progressus 1190. est. Denique tantus exercitus per viam longissimam paulatim[a] bellis[b] morbisque confectus atque imminutus, ita tandem laboris intolerancia sumptuumque penuria elanguit atque defluxit, ut, nulla re memorabili facta, contemptibiles ex eo reliquie[c] Palestinam cum duce memorato venisse dicantur. Qui, paternis ossibus apud Tirum cum decenti honore sepultis, militie christiane, que Acram obsidebat, cum omni comitatu adiunctus, ibidem post modi- 1191. cum morbo defecit. Hunc finem occulto Dei iudicio habuisse noscitur famosa illa Teutonici imperatoris expeditio. . . . . . .

19. De progressu[d] regum a Sicilia, et impedimentis christiani exercitus apud Acram.

Igitur illustribus Francorum Anglorumque regibus in insula Sicilia sub expectatione verne expeditionis hiemantibus, regina Alienoris, anilis oblita etatis, nec reputans longitudinem seu difficultatem itineris aut rigorem temporis hiemalis, dum materno duceretur vel potius traheretur affectu, a finibus terre[e] Siciliam venit ad filium, secum adducens nupturam illi regis Navarrorum filiam, famose pulchritudinis et prudentie virginem. . . . Adductam ergo virginem duxit[1] uxorem, eandem per maris martisque discrimina[e] secum ducturus una cum nobili vidua, propria scilicet germana, Guillelmi illustrissimi olim regis Siculorum[f] relicta; que nimirum preclari coniugii amplissimam in Sicilia sive Calabria dotis nomine habens mercedem, eadem dote regi Tancredo absolute vendita, ut fratrem regem sequeretur, eius in immensum auxit thesauros. Adest tandem longis expectatus desideriis mensis Mar- Mart. tius; tranquillatur mare, arridet celum; christianorum ingens numerus, qui, relictis ante hiemem propriis, in diversis provinciis transiturus in Syriam hiemem egerat, cum sollempni letitia et alacritate naves[g] ascendit. Memorati quoque reges cum suis copiis classem solvunt; rex Francorum spatio dierum aliquot regem Anglorum mox secuturum precedens et secundis flatibus circa octavas pasche in Syriam veniens, christiano exercitui, civitatem Apr. 21. Tholomaidam, ut superius dictum est, iam fere per biennium obsidenti, totis viribus iungitur. . . . . . .

20. Igitur rex Anglorum diebus aliquot post regis Francorum profectionem in Sicilia demoratus, tandem et ipse cum suis copiis et longe maiori apparatu non satis fidis se flatibus credidit, habens in comitatu suo naves actuarias atque onerarias plurimas. Quippe in illo hiemali otio otiosus non fuerat; sed congerendis necessariis exercitui subsidiis et conficiendis machinis bellicis tempus imbelle impenderat. . . . . . .

22. . . . Quippe illustris Flandrie comes Philippus, qui cum ceteris fidelibus Christo militaturus in Syriam venerat, paulo ante expugnationem civitatis ibidem pie militie munus expleverat. Et quoniam idem rex[2] vacanti Flandrie obtinende inhiare videbatur, ut honestam discessionis causam pretexeret, peregrini aeris mendaciter causari molestiam credebatur. . . . . . .

23. Que acta sint a nostris in Syria post discessum regis Francorum.

. . . Eorum quippe, qui ad obsidionem Tholomaide priores confluxerant, multa milia, absumptis opibus, dum sumptus ad persistendum minus suppeterent, necessitate magis quam voluntate repatriandum duxerunt; multi etiam sumptibus abundantes vel laborum tedio vel periculorum metu vel solo regis Francorum enervati exemplo abierunt. Tunc rex Anglorum, proprios thesauros aperiens, plurimos nobiles principesque exercitus cum suis militiis, qui advectas secum opes mora productiori laudabiliter absumpserant et declarata inopia sua redire ad propria excusabiliter proponebant[h], largis, ut in exercitu Domini persisterent, invitavit stipendiis. E quibus fuit ex imperio Teutonico dux Austrie[3], qui postea, tanti beneficii inmemor et[i] cuiusdam non magne iniurie plus iusto memor, sceleratas repatrianti regi, cuius stipendiarius fuerat, manus iniecit, ut suo loco[4] monstrabitur. . . . De nostris vero ibidem occubuit Iacobus de Aveniis, vir plane optimus et meritis precellentibus universo exercitui christiano carissimus; qui eiusdem exercitus preclara per annos aliquot columna extiterat, atque in proposito pie suscepto sincere et strenue perseverans, nec levem umquam maculam dederat in gloriam suam. Cuius profecto laudabili devotioni divino munere

a) *deest* 4. 5. b) morbis bellisque 5. c) in *add.* 5. d) processu 5. e) discrimen 2. f) Siculi 2. g) navem 4. h) proposuerant 5. i) et cuiusdam — memor *des.* 4. *ed. Antw.*

1) Scil. Ricardus I. 2) Philippus II. 3) Leopoldus V. 4) Cap. 31.

retributum est, ut in[a] omnipotentis Dei obsequio gloriose occumberet et mediante discrimine brevi temporalem felicitatem, ut pium est credere, eterna mutaret. . . . . . .

31. Quomodo rex Anglorum naufragium passus et[b] captus est a duce Austrie.

1192. Igitur rex Anglorum a Siria digrediens, duabus reginis, sorore scilicet vidua[1] et coniuge[2], cum omni fere familia premissis, ipse cum paucis expeditioribus agiliori navigio sequebatur. Impatiencior quippe tedii, dum lentum et morosum latissimi aspernaretur pelagi transitum, tutiorem gravioris navigii et suo pondere minus timentis spiritus procellarum evectionem recusavit, quod utique factum est illi in scandalum. Et quidem regine cum omni comitatu suo lento, sed prospero cursu Siciliam venientes, ibidem sub rege Tancredo in tuto pro tempore substitere. Porro[3] rex, navi qua vehebatur inclementioribus auris arrepta, tractus est ad partes Histrie[c] atque inter Aquileiam et Venetiam[d] naufragium passus, egre cum paucis equoreum discrimen evasit. Ubi propriam pro tempore propter casus incertos inter ceteros naufragos celans personam, didicit, regem Anglorum hominibus regionis illius ob necem Conradi marchionis, que ipsi imputabatur, esse invisum nec posse ibidem tutum habere hospicium. Quam ob rem imminens[e] inani studuit illudere cautela periculum. Nam cito percrebuit, insignem naufragum latere vel oberrare in terra illa. Mox nobilibus simul et populo ad vestigandum[f] eum intentis, quidam comes[4] Mainardus nomine, ipso latenter per fugam elapso, octo de comitibus eius comprehendit. Deinde in archiepiscopatu Salburgensi loco qui vocatur Frisarium[g, 5] sex de comitibus eius a quodam Frederico[6] detentis, cum tribus tantum comitibus noctu ad partes Austrie properavit. Humboldus[7] vero dux Austrie, qui, ut supra[8] dictum est, stipendiarius eius in exercitu Domini fuerat, profusam eius circa se largitatem, cum egeret, expertus, oblitus beneficii atque[h] in ultionem cuiusdam lesionis exigue[9] seviens, magis autem opum Anglicanarum homo avarus et perfidus sitiens, cautissimos per omnes viarum transitus et diverticula, ut insigni profugo evadendi locus non esset, custodes disposuit; quem tandem in suburbano quodam, indicio, ut dicitur, cuiusdam ex comitibus eius, dum escas lautiores emeret, caute notati et ad prodendum, cuinam peregrino talia procuraret, intentata morte coacti, inventum per inmissos[i] satellites captivavit. Denique ingressi ad eum sollicite se occultantem directi a duce armati: 'Ave', inquiunt, 'rex Anglorum! Frustra personam tuam pallias, facies tua manifestum te facit'. Cumque vir ingentis animi gladium arriperet: 'Noli', inquiunt, 'rex, vel timere vel temere agere; non enim morieris, sed pocius a morte servaberis in medio hostium tuorum, propinquorum scilicet Conradi marchionis[10] querentium animam tuam, in quorum utique manus si forte, etiam centum vitas habens, incideres, ne una quidem earum salva tibi esse posset'. Captus igitur rex nobilis a duce nequissimo anno a partu virginis[k]
Dec. 1192, mense Decembri, citra decus regium in vinculis servabatur.

32. Quomodo Francorum[l] rex, delusus a filio ducis Saxonie, speratis nuptiis caruit.

Res mature defertur ad imperatorem Teutonicum in Germanie tunc partibus constitutum. Qui nimirum vel imperialis vel etiam christiane negligens honestatis et occasione captivi insignis diripiendis[m] plurimarum regionum opibus inhians, gavisus est valde. Moxque regem Francorum sue letitie fieri volens participem, gratissimum illi super aurum et
Dec. 28. topazion quinto Kalendas Ianuarii a Renhenza[n] nuncium destinavit[11]. Ille vero letatus super infelicitate aliena, sicut qui invenit spolia multa, sinistrum principis eventum ad frangendos subditorum animos mox late vulgavit animumque hostilem declarans, ut perpetua captivi esset deiectio, modis omnibus agendum putavit. . . . Rex quoque Francorum imperatorem Teutonicum, ad cuius fortuna regis captivi pendebat arbitrium, affinitate sibi cupiens media[o] devincire, consobrine eius, unice scilicet filie[12] palatini comitis, missis ad eum nun-

a) *deest* 3. 4. 5. b) est et captus 3. c) Austrie 5. d) Navariam 4. e) inani imminens 3. f) investigandum 3. g) Sfrisarium 5; Friscarium *ed. Antw.* h) in regem *add.* 3. i) premissos 5. k) anno gratie 4. 5. l) rex Fr. 2. 5. m) dirimendis 2. n) Arenbenza 3; Ronhenza 5. o) *deest* 5.

1) Iohanna. 2) Berengaria. 3) Ad sequentia de captione regis componenda adhibuit auctor ep. Henrici VI. ad Philippum II. d. Dec. 28. a. 1192. apud Rogerum de Hoveden, supra p. 159. 4) De Goricia. 5) Frisach. 6) de Pettau. 7) Nomen corruptum. 8) Cap. 23. 9) Cf. Ricardum Divisiensem c. 67, supra p. 79sq. 10) De quo noster multa refert III, 19. IV, 19. 23. 24. 11) Epistolam videlicet n. 3. laudatam. 12) Agnetis, filiae Conradi comitis palatini et Irmengardis de Henneberg.

ciis, conubium expetivit. Petitionem imperator gratanter amplexus, eius complende gratia 1194. comitem palatinum, virum, ut dicitur, in imperio summe post imperatorem amplitudinis, accersivit. Nec latuit ea res matrem puelle[1]. Que unicam sobolem secreto conveniens: 'Vis', ait, 'honorabiles nuptias et thorum regium? Rex enim Francorum te comparem postulat'. Tum illa: 'Audivi', inquit, 'a multis de rege hoc, quomodo fedaverit atque abiecerit puellam nobilissimam, germanam scilicet regis Dacorum[2], et vereor exemplum'. Ad quam mater: 'Et quis', ait, '*in* votis tuis est potior?' Tum illa: 'Si mea', inquit, 'vota prosperentur, ab eo certe, cui me didici in annis infantie desponsatam, numquam disiungar, Henrico scilicet ducis Saxonici filio'. Et mater: 'Confide', ait, 'filia, quia per maternam operam formidato exempta[a] exemplo, optato potieris conubio'. Mox eundem Henricum, elegantissimum et strenuissimum iuvenem, regis Anglorum ex sorore nepotem, virago mirabilis secretis litteris accersivit. Qui festinus occurrit, et votis promptissime concurrentibus, dilectam virginem, tradente matre, accepit. Qua nimirum propter eventus ancipites accelerante negotium, ilico ritu sollempni celebrate sunt nuptie, ut quos Deus iam coniunxisset homo de cetero separare non posset. Interea nove nupte pater ab imperatore inductus, ut regiis filiam nuptiis honestaret, acte rei repente famam accepit. Imperator quoque rem audiens credensque hoc preter eius conscientiam fieri minime potuisse, acri contra eum motu excanduit et ad se vocatum mordaciter increpavit, tum quia iuvenem oderat, tum quia factum erat aliter quam volebat. Ille vero stomachanti atque obiurganti satisfaciens: 'Per salutem', inquit, 'tuam, imperator, mea hoc neque voluntate neque conscientia actum est; sed coniugem meam, consobrinam tuam, contemplatione iuramenti olim a me et illa felicis memorie patris tui imperio duci Saxonie prestiti in absentia[b] mea credo patrasse, unde mihi tua celsitudo succenset'. Tum imperator: 'Vade', ait, 'et nebulone illo expulso, rescinde quod actum est'. Et ille: 'Noli', inquit, 'sic loqui, imperator; nam eo usque, ut dicitur, res processit, ut absque sempiterno unice[c] filie mee dedecore rescindi non possit'. Reversus autem idem ad propria, genero blande locutus est, adoptansque eum in filium, filiam egregie dotavit. Sic ille, qui propriam paulo ante cum dedecore[d] repudiaverat coniugem, optatis speratisque Dei iudicio caruit nuptiis.

33. Quomodo rex Anglorum per ducem Austrie devenit in custodiam imperatoris. 1193.

Igitur illustris rex Anglorum a duce Austrie, qui paulo ante illi in Syria contra Turcos militaverat, tenebatur in vinculis. Imperator autem allegans, regem non decere[e] teneri a duce, nec esse indecens, si ab imperatoria celsitudine decus regium teneretur, insignem ad se trahere curavit captivum. Et cum negari non posset, a duce resignatum, in propriam avarus imperator traduxit custodiam, pactus tamen duci competentem[f] provenientis[g] commodi portionem. Sic ergo christianus imperator, avaricia depravatus, memorato regi versus in Saladinum, novo atque inexpiabili nevo Romanum fedavit imperium. A seculo enim non est auditum, quod aliquis christianorum vel regum vel imperatorum quemlibet alium christianum a sancta milicia redeuntem et per suos fines simpliciter transeuntem captivaverit[h] principem. Verum

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? Verg. Aen. III, 56.

Imperator Romanus, proh pudor! pre commodi esurie ad omne honestum, omne ius fasque oculos clausit, imperiale decus nescivit, alter esse Saladinus non erubuit. Princeps autem christianus, qui tam procul a propriis contra Saladinum et Turcos Christo militaverat, ad propria pro tempore cum pio proposito remeans et in argumentum oportune[i] in Orientem regressionis characterem adhuc dominicum portans[k], in Alemannia Turcos incurrit[l] peiores et tanto amariorem quanto et avariorem Saladinum. Qui nimirum[m], avaritiam pallians et quod fedissime faciebat adumbrate iustitie colore obducens, illustrem captivum concinnatis maculabat mendaciis et gloriabatur, voluntate Dei incidisse in manus suas plectendum severius hostem imperii et Terre Sancte, in cuius medio Dominus salutem operatus est, prodi-

a) liberata *ed. Antw.* b) absente me 4. *ed. Antw.* c) *deest* 4. *ed. Antw.* d) decore 1. e) debere 4. *ed. Antw.* f) competentis 5, *ubi* prov. *deest.* g) ex proveniente commodo *ed. Antw.* h) captivaverat 5; captivum detinuerit *ed. Antw.* i) concepte ad Or. reversionis *ed. Antw.* k) gestans *ed. Antw.* l) invenit 4. m) Imperator quidem 4. 5. *ed. Antw.*

1) Irmingardem. 2) Ingeburgem, sororem Canuti VI. regis Daniae.

1193. Mart. 21. torem. Denique circa dominicam palmarum sollempniter sibi presentatum coram omni frequentia nobilium et populi gravium obiectu excessuum terrere temptavit. Ille vero hilari fretus consciencia, constanti et libera responsione ita obiecta diluit, ut imperator quoque non solum ad misericordiam, verum etiam ad reverentiam eius flecti videretur. Multis enim pre gaudio in lacrimas resolutis, inclinatum regem dignanter erexit, uberiorem de cetero gratiam et profusiora solatia pollicens, re autem vera ingenti summe, mediante duce Austrie, ab ipso rege pro sua liberatione promisse sitibunde inhians. Unde nec relaxandum duxit quem sic honorare voluit, nullum commodius iudicans pignus promissionis quam corpus promissoris. Sane iam visitabatur a plurimis vinctus insignis et toto detentionis sue tempore officiosissimam suorum experiebatur circa se caritatem. Venit autem ad eum Eliensis episcopus[1]. . . . Venerabilis quoque Hubertus Salesbiriensis episcopus, qui eiusdem regis in Syria comes individuus fuerat, cum applicuisset in Sicilia, cognito quod ei acciderat — nam[a] tanti principis casus indignissimus cito insonuit orbi terrarum —, properavit ad eum. . . . . . .

34. Quomodo rex Francorum invasit Normanniam . . . . . .

Rebus igitur ita se circa regem Anglorum habentibus, Philippus rex Francorum, missis ad eum in Alemanniam a latere suo viris honoratis, hominium[b], quo sibi astrictus videbatur, sollempniter refutavit bellumque vincto indicens, hostile propositum declaravit. Indecorum plane fedumque visum est omnibus homini vincto et sui penitus impoti bellum indicere, sed malitia nocendi avida respectum honesti non habet. Displicere visa est imperatorie maiestati regie persone tanta indignitas, eique, ut a vincti rebus quiesceret, supplicandum putavit. Porro ille promissis ingentibus et vel coequantibus vel etiam excedentibus summam a vincto[c] promissam imperatorem temptavit corrumpere, ut eundem sibi caucius custodiendum traderet, allegans, mundum componi non posse, si tantus turbator[d] emergeret. Et imperatoris quidem animum minus solidum forte ad hoc pellicere potuit; sed potentes imperii, vinctum ingenue miserantes, nefarie molicioni obstitere. . . . . . .

37. De nece Leodicensis episcopi, cuius occasione pene periclitatus est rex Anglorum.

Illustris igitur[e] rex Anglorum Richardus[f] servabatur in Alemannia; sed, placata imperatoris avaricia, matura eius liberatio sperabatur. Contigit autem incidenti casu vacillare spem istam et insignem periclitari captivum hoc modo. Ducis Luvannensis[g,2] germano[3] ad
1191. episcopatum Leodicensem electo, imperatori[h] electio non placuit, verenti scilicet, ne forte dux fortis facili occasione contra imperium iunctis sibi fraternis intumesceret viribus. Leodicensis enim episcopus numerosam habere militiam et magnarum esse virium noscitur. Cumque idem electus, imperatore obstante[i], a proprio consecrari metropolitano non posset, nichilominus, impetrato pontificis Romani mandato ad episcopos Francie, ut ei manus imponerent, ordinatus est. Et metu quidem irate potestatis propriam sedem non adiit, sed motum eius tempore lenitum iri sperans, in Francia pro tempore demoratus[k] est. Indignatus autem imperator, in indignissimum scelus exarsit. Quippe ab eo, ut creditur, subornati quidam audaces, assumpta exulum specie, eundem episcopum adiere, suamque apud eum de natali Alemannie solo expulsionem callide deplorantes, ita surripuere incauto, ut miseratione vanissima hostes teterrimos in propriam asclsceret clientelam. Illi vero, patrandi facinoris oportunitatem astu pervigili observantes, quodam forte die spaciandi gratia cum
1192. paucissimis urbe egressum repente aggressi, cum uno clerico peremerunt et, dum comites eius in urbem refugerent, fuga elapsi evadere potuerunt. Ad ducis quoque memorati astu consimili necem patrandam alii sicarii missi dicuntur, qui forte deprehensi, totius nequicie misterium revelarunt. Denique propter hoc tam grande piaculum Coloniensis[4] et Magontiensis[l,5] archiepiscopi, duces quoque Saxonicus[6], Luvannensis[m], Lemburgensis[n,7] aliique nobiles plurimi animis efferati[o], contra imperatorem conspirarunt. Huius autem necessi-
1193. tatis articulo imperator constrictus, ut sibi Francorum vires adiungeret, cogitavit, rupta fide, tradere in manus regis Francorum numquam[p] relaxande mancipandum custodie regem Anglorum, et propter hoc illius ad diem certum[8] apud Vallem-colorum[9] sollempne colloquium

a) nam — terrarum *des.* 4. *ed. Antw.* b) homagium 4. c) victo 4. d) virgator 5. e) ergo 3. f) Ricardus 3 g) Luvaniensis 5. h) imp. el. *des.* 4. *ed. Antw.* i) obsistente 4. *ed. Antw.* k) moratus 4. *ed. Antw.* l) Magonnensis 2; Mogonciensis 3. m) Luviannensis 3; Luvaniensis 5. n) *deest* 5; Lenburgensis 3. o effrenati 4. *ed. Antw.* p) numquam — custodie *des.* 4. *ed. Antw.*

1) Willelmus. 2) Henrici I. 3) Alberto. 4) Bruno III. 5) Conradus I. 6) Henricus Leo. 7) Henricus III. 8) Iun. 25. a. 1193. 9) Vaucouleurs in confiniis Lotharingiae et Campaniae.

concupivit. Verum hoc malignissime molicionis colloquium alio saluberrimo preventum et 1193. dissipatum est. Viris enim sapientibus et turbacioni imperii et periculo regis Anglorum laudabili provisione occurrentibus, inter imperatorem et optimates proprios concordia, Deo propicio, celebrata, universa, que inter partes emerserat malignandi occasio, expiravit. Post paucos autem dies imperator ad locum[1] ubi rex Anglorum servabatur veniens[a], presentibus et mediantibus episcopis, ducibus atque aliis dignitatibus plurimis, per dies aliquot cum eo colloquium habuit, et tandem in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, omni[b] que Iun. 28. inter eos vertebatur questione decisa et summa redemptionis regie declarata, imperator regem de cetero honestius, id est sine catena, servari decrevit. Denique, iubente imperatore, episcopi et duces cum universa nobilitate, que aderat, iuraverunt in animam imperatoris certam regis liberationem post satisfactionem eiusdem summe, id est centum milium librarum argenti, cuius pars tercia duci Austrie, qui eundem regem captivaverat, competere dicebatur. . . . . . .

39. Ea tempestate per occasionem captionis regie Anglia sub multiplici et quantam prius nec vereri poterat attritione gemebat; cuius mali atrocitas recentibus, ut creditur, e celo prodigiis claruit. Denique illius anni quo idem rex in manus hostium incidit mense 1192. Ianuario signum in celo terribile vidimus. . . . Anni vero sequentis mense Februario, cum 1193. iam rex Anglorum in Alemannia teneretur, detentionis eius nondum in Anglia rumore vulgato, simillimum plaga celi non mutata per universam Angliam signum emicuit . . . Cumque iterati signi non parva esset questio, subito captionis regie fama percrebruit. Eodem sane anno, cum iam morosa esset in Alemannia regis detentio, et speraretur matura eius liberatio, quarto Nonas Novembris, ante crepusculum matutinum idem ipsum signum in Nov. 4. eadem celi plaga tertio apparens, minus quidem iam illi assuetos intuentium animos terruit, sed questionem suspicionemque auxit portenti.

40. Cum igitur illustris rex Anglorum Richardus, redemptionis sue maiori parte, ut dictum est, avaro imperatori appensa, pro reliqua ex nobilibus, qui ad eum visitandum[c] accesserant, exactum obsidum numerum tradidisset, tandem post diutinam detentionem certus dies relaxationis eius sollempniter designatus et prefixus est . . . . . .

41. Quomodo rex Anglorum de captivitate relaxatus applicuit in Angliam.

Igitur rex Anglorum post Alemannice detentionis tedium, quod iam annum excesserat, 1194. Ian. mense tandem Ianuario sollempniter relaxatus est, relictisque apud imperatorem loco obsidum Rothomagensi archiepiscopo[2], Batoniensi episcopo[3] et nobilibus plurimis, sive pro expletione summe nondum persolute sive eciam pro quorundam fide pactorum, portum qui Swina dicitur adiit, inde in regnum proprium Deo propicio transiturus. Verum cum ibidem diuscule demorari cogeretur, sive necessarii apparatus gratia sive etiam propter flatus adversos, indulte ei gratie, ut dicitur, imperatorem penituit et relaxatum ad perpetuam revocare custodiam cogitavit. Nam* sicut olim Pharao et Egyptii, quos Deus induraverat, penitencia ducti, quod populum Dei, quem servitute oppresserant, tandem vel coacti dimisissent, dixerunt: *Quid volumus facere, ut dimitteremus Israel, ne serviret nobis?* ita etiam perfidus Exod. 14, 5. ille imperator et Alemanni, cum regem christianum, quem sola turpis lucri gratia diutina custodia coartarant, sera tandem clementia relaxassent: 'Quid', inquiunt, 'fecimus, emittentes ad orbis periculum tremendi roboris et sevicie singularis tyrannum? Et quidem olim, elementis tradentibus, datus in manus nostras, eisdem etiam nunc adversantibus reditumque ad propria negantibus, eiusdem procul dubio sortis discrimen expectat. Ergo velociter revocetur ad vincula, non relaxandus in secula'. Non latuit nequissime molicionis susurrium quendam eiusdem forte regis benivolum, qui tante[c] malignitatis mysterium nichil tale suspicanti festino significans nuncio, cautum eum reddidit, et ut se confestim navigio in portum daret seque[d] potius elementis quam infidis hominibus crederet, amica sollicitudine monuit. Quod et factum est tam celeri quam et salubri cautela. Mox imperatorii, ut dicitur,

*) Nam sicut — relaxandus in secula *des.* 4. *ed. Antw., ubi legitur:* Missisque satellitibus suis, ut comprehenderent principem: 'Revocetur', inquit, 'ad vincula non relaxandus [relaxanda 3] in secula'.

a) adveniens 3. b) communi 5. c) *deest* 4. d) seque — crederet *des.* 4. *ed. Antw.*

1) Wormatiam. 2) Waltero Constantiensi. 3) Savarico, imperatoris consanguineo, de quo cf. supra Ricard. Divis. p. 79; Rog. de Hoveden p. 164. 176, n. 4.

1194. apparitores affuere, atque impotentes nobilem predam, in arido non inventam, per liquidum persequi, cum sue frustracionis excusatione congrua ad preceptorem perfidum rediere. Qui, sera sibi penitudine imputans irregressibilis captivi elapsum, precipitem motum in innoxios obsides transtulit ac prius apud se indulgentius liberiusque habitos artiori[a] custodia castigavit. Porro regem Anglorum a facie hostilium satellitum refugientem in pelagus secundi flatus excipientes et quasi satisfacientes pro eo quod illum anno preterito Alemannice immanitati prodiderant, salvum atque incolumem cum omni comitatu regno proprio reddiderunt.
Mart. Applicans ergo apud portum[b] Sandicum[c] mense Martio, tempore quadragesimalis ieiunii, tunc primum captivitate liberatum se credidit, cum navi egrediens Anglicum solum calcavit.

42. Quomodo rex, pacificato regno, Wintonie coronatus est.

. . . Venit Lundonias . . . Ad ingressum principis ita ornata est facies amplissime civitatis, ut Alemanni nobiles, qui cum ipso venerant et redemptione regia exinanitam bonis Angliam credebant, conspecta opum magnitudine obstupescerent. Quorum unus in ipsa pompa sollempni, ut dicitur[d], conversus ad principem: 'Mira[e]', inquit, 'prudentia, o rex, callet gens tua, que, te sibi nunc reddito, opum suarum claritatem secure ostentat, paulo ante paupertatis deploratrix, dum nostri te imperatoris custodia detineret. Re vera enim[f], si has opes Anglicas ille prescire potuisset, Angliam non facile posse exhauriri opibus credidisset nec te nisi sub intoleranda redemptionis summa dimittendum duxisset'. . . . . . .

EX LIBRO QUINTO.

1. Que acta sint a rege in Anglia post coronacionem suam, antequam transfretaret.

. . . Rex sive pro liberandis obsidibus apud imperatorem relictis, sive etiam in sumptus belli cum rege Francorum gerendi tributum minus usitatum universo regno indixit, a singulis scilicet carucatis terre indifferenter geminatum solidum exigens, vacantibus clericorum, religiosorum et quorumlibet aliorum privilegiis. Presentibus quoque ad congratulandum illi quibusdam maioribus Cisterciensis ordinis abbatibus: 'Devotionem', inquit, 'vestram et liberalitatem circa nos, qua potissimum substantie vestre, id est vellera ovium vestrarum, redemptioni nostre impendistis, ut dignum est, approbamus et uberiorem suo tempore, si vita comes fuerit, rependere gratiam pro gratia ista cogitamus. Ut autem vobis perpetue simus gratie debitores, oportet, ut adhuc semel vestrum ad nos declarantes affectum, lanam vestram anni presentis nobis non gravemini commodare. Nam cum ab[g] imperatore dimissi in multa paupertate ad propria tenderemus, confisi de vobis, urgentissima necessitate a transmarinis mercatoribus in usus necessarios eiusdem lane vestre pretium sumpsimus, quod procul dubio ad scaccarium nostrum mensis Octobris probate caritati vestre cum gratiarum actione reddemus'. . . . . . .

3. Anno a partu virginis 1194. . . . Venerabilis Iohannes Lugdunensis archiepiscopus . . . ipso forte tempore in Angliam venerat. . . . . . .

7. Quomodo ceciderit regnum Normannorum in Sicilia.

Hiisdem diebus florentissimum Sicilie regnum, quod a Wischardo[h] incipiens, plus annis centum statum immobilem habuisse dinoscitur, casus magis malitia quam vi externa expugnatum, cum annexis provinciis, scilicet Campania, Apulia, Calabria, in imperatoris Teutonici ditionem transivit. Quod ut competencius exponatur, narracionis exordium altius sumendum est. Tempore igitur Willelmi senioris, qui debellavit gentem Anglorum, Wischardus, mediocri loco ex Normannia oriundus, cum eidem regi militans minus proficeret et proprie virtutis confidentia nesciret humili contentus esse fortuna, relicta patria, cum paucis comitibus Apuliam profectus est. Cumque ibi preclare militaret, exemplo eius incitati paulatim ad eum confluxere ex gente eius viri inopes et commodis amplioribus inhiantes, factusque est eorum princeps. Illos quoque, quibus paulo ante militaverat, cum malignari et fraudare[i] inciperent, in brevi subiugavit. Ususque procurrente[k] fortuna, ita

a) acriori 4. b) porticum 1. c) Sandwicum *ed. Hamilton*; Sanduicum *ed. Antw.* d) ut d. *des.* 4. *ed. Antw.*
e) Mira — custodia detineret *des.* 4. *ed. Antw., ubi legitur:* dixit. f) *deest* 4. 5. g) *deest* 2. h) Wiscardo 2. 3. 4. 5 *semper.*
i) eum *inserit* 2. k) procurante 2.

invaluit, ut, opulentissimis provinciis Apulia et Calabria in potestatem redactis, mira suc- 1072.
cessuum felicitate regno quoque Sicilie potiretur. Nec contentus hac gloria, Greciam ho-
stiliter ingressus, imperatoris Constantinopolitani provincias occupavit, eundem bello con-
gressum, fusis eius copiis, inglorium fugere compulit. Quo reparante bellum et latissimi
contrahente vires imperii, ille a Romano pontifice, qui ab imperatore Teutonico infestabatur,
accepto mandato, ut beati Petri ecclesie sub omni celeritate subveniret, reliquit in Grecia cum
exercitu filium Boamundum, ipse vero, assumpta parte militie, concitus in Italiam rediit.
Factumque est, supra modum arridentibus prosperis, ut una die de utroque imperatore feli-
citate non dispari triumpharet, de imperatore quidem Teutonico per semet ipsum in Italia,
de imperatore vero Constantinopolitano per filium in Grecia. Verum non multo post solli-
citate ab eodem imperatore uxoris absumptus veneno[1], quam vanum sit omne quod secu-
lare est, tante felicitatis infelici exitu declaravit. Reliquit autem filiis amplissime acquisi- 1085.
tionis ius universum, qui et egregie post ipsum in multa felicitate et gloria imperasse no-
scuntur, Grecis Affrisque terribiles, imperatoribus quoque Teutonicis inaccessi. Denique
cucurrit clarissime successionis series usque ad Willelmum, Willelmi filium. Qui cum illu-
strissimi regis Anglorum Henrici filiam duxisset uxorem, non susceptis ex ea liberis, inma- 1177.
tura morte prereptus est. Cui successit arbitrio et electione optimatum Thancredus[a] nothus, 1189.
cunctis Teutonicam aspernantibus ditionem. Quippe Constantia, defuncti regis amita[b], cui[c],
eo defuncto, ius successionis competere videbatur, Henrico, Frederici imperatoris Teutonici
filio, nupserat. Qui nimirum, patre, ut supra expositum est[2], in expeditione orientali de-
functo, imperatoriam successione legitima nactus potentiam, ius uxorium in imperium Teu-
tonicum redigere studuit. Contractis igitur imperii viribus, Campaniam Apuliamque invasit, 1191.
civitates nonnullas cum castellis plurimis per deditionem obtinuit. Cumque inclitam in
urbibus Neapolim obsideret, exorta in castris pestilentia numerosissimi exercitus non modi-
cam partem absumpsit, ipse vero cum reliquis egre evasit. Interim vero uxor eius Salernie
constituta incidit in manus hostiles. Civibus quippe, ut dicitur, annitentibus, superveniens
classis Thancredi, profligata manu militari, que ibidem regine assistebat, ipsam comprehen-
sam in Siciliam traduxit. Verum a rege Thancredo honorifice tractata, marito quoque post
modicum resignata est. Cumque idem imperator in Germaniam reversus secundam expe- 1192.
dicionem in Apuliam pro abolenda priori macula meditaretur, et ex erario proprio sumptus
bellici minus suppeterent, occasione forte reperta, ut future expedicionis promoveret nego-
cium, nevo inexpiabili fedavit imperium. Imperatorie quippe[d] honestatis oblitus et ex im-
peratore christiano alter Saladinus effectus, illustrem Anglorum regem, a partibus Orientis,
ubi multum pro Christo sudaverat, ad propria simpliciter revertentem, uti supra plenius
relatum est[3], instigante avaricia, captivavit. Sicque Anglia usque ad sacros calices pecu-
niis exinanita, satis infames bello Apulico expensas paravit. Rege autem tandem relaxato, 1194.
sed retentis eius obsidibus, eo quod avaricie ignis exestuans[e] in pectore inverecundo
nondum diceret[f]: 'Sufficit', infinitas ex omni imperio contraxit copias, hostium fines ingres-
surus. Verum ante irruptionem bellicam contigit, regem Thancredum cum filiis in fata
concedere; nec iam aliquis supererat masculus ex semine regio, qui vacanti presumeret
regno irrepere, presertim cum imperiali potentie hereditaria coniugis eius iustitia iun-
geretur. Adveniens ergo cum exercitu imperator, nomine comparis sue haut difficulter
opulentissimas Apulie, Calabrie Sicilieque regiones obtinuit. Et ceteris quidem, ut dicitur,
qui sub Thancredo obstiterant, veniam dedit; cives vero Salernitanos percutiens castigatione
crudeli, ipsam clarissimam civitatem evertit. Quod et victor olim Wischardus eiusdem
urbis fecisse civibus dicitur, hoc ipso eis palmam perfidie tribuens et punitionis exemplo
disciplinam in posterum sanciens. Sic igitur regnum nobilissimum, quod virili successione
diu immobile steterat, per feminam heredem deficiens concidit atque in provinciam Teuto-
nici imperatoris transivit anno a partu virginis 1194.

8. De horrenda morte ducis Austrie.

Anno a partu virginis 1195. ingresso illustri Anglorum regi post gravium experimenta malorum favor cepit arridere divinus. Cum enim plus quam viginti marcarum milia prepa-

a) Tanchredus 2, *et sic semper;* Tamcredus 3. b) amica 2. 5. c) cum *codd.* d) quoque 2. e) estuans 3. 5. f) duceret 2.

1) Robertum veneno interfectum esse, traditur a Will. Malmesb., SS. X, p. 474; Order. Vitali, SS. XX, p. 63, et aliis auctoribus Anglicis (supra p. 128. 156). 2) L. IV, c. 13. 3) L. IV, c. 31.

rasset duci Austrie cum multo periculo mature[a] transmittenda, illi, quos eidem duci pro
cf. Cant. 4, 11. satisfactione summe exacte obsides dederat, repente affuere, habentes mel et lac sub lingua
sua, hostem scilicet immanissimum divini pondere iudicii obrutum nunciantes et pro fide
1194. nuncii se ipsos cum gaudio ostentantes. Referebant autem, eiusdem potentis terram ante eius
interitum flagello multiplici ita divinitus fuisse attritam, ut ex hiis posset agnoscere[b], sibi
quoque non lento iam pede appropinquare iudicium, nisi maturius faceret fructus dignos
penitentie, homo tantorum reus malorum, que procul dubio in regnis christianis provenisse
noscuntur ex infelicissima illa captivitate regis Anglorum. Denique, ut dicitur, civitates
terre illius incertam prorsus causam habentibus incendiis conflagrarunt. Danubius fluvius
maximus, tamquam ad ultionem egressus, adiacentia quedam loca cum ingenti hominum
exicio occupavit. Estate media tota illa regio innaturali atque insolita ariditate deficiens,
intempestive viroris sui gracia caruit. Semina frugum terre mandata, cum deberent erum-
pere, degenerarunt[c] in vermes. Nobiliores quoque terre illius tamquam effusa pestis morbus
absumpsit. Non terruerunt ista cor nequam et avarum, quominus opibus Anglicanis inhia-
ret adhuc, cum plurima iam marcarum milia a rege captivo sumpsisset. Et quidem a Ro-
mano pontifice pro hiis que in eundem regem conmiserat anathemate innodatus, avaricia
tamen[d] fortius perurgente, superbe derisit sentenciam. Iam posita erat divine animadver-
Prov. 16, 18. sionis securis ad radicem male arboris. Sed quia scriptum est: *Contricionem precedit super-
bia, et ante ruinam exaltatur spiritus, de insignis captivi[e] quasi manubiis inclitus, convo-
Dec. 25. catis nobilibus terre, dominici natalis sollempnitatem in multa ostentatione et gloria cele-
Dec. 26. brare voluit. Et die quidem primo gloriosus effulsit, in crastino vero gloriam Deo dedit.
Cum enim in natali beati Stephani iam pransus exisset, ut in campo cum suis militibus luderet,
forte equus eius decidens sessorem quoque deiecit pedemque eius ita comminuit, ut ossa
hinc inde confracta, rupta cute, exterius prominerent. Acciti mox medici tante lesionis
Dec. 27. curande sollicitudinem habuere atque adhibuere, que expedire credebant. In crastino vero
pes ita denigratus apparuit, ut a medicis incidendus[f] decerneretur. Quod cum ipse pre vite
amore fieri postularet, non est inventus vel medicus vel familiaris vel filius, qui hoc patra-
ret. Tandem accitus cubicularius eius atque ad hoc coactus, dum[g] ipse dux dolabrum manu
propria tibie apponeret, malleo vibrato, vix trina percussione pedem eius[e] abscidit. Medici
Dec. 28. vero, appositis medicaminibus, cum eum in crastino visitarent, signis haut ambiguis mor-
cf. Es. 38, 1. tem esse in ianuis cognoscentes, vultu et voce dixerunt: 'Dispone domui tue, quia morieris
tu et non vives'. Desperatus igitur, accitis episcopis, qui ad sollempnitatem invitati venerant,
in conspectu optimatum a vinculo anathematis, quo eum Romanus innodaverat pontifex,
petiit relaxari. Responsum est ab universo clero, quod nullatenus posset absolvi nisi sub
iuratoria cautione, quod super iniuriis regi Anglorum illatis iudicio ecclesie staret, optima-
tibus quoque pariter iurantibus, quod, si forte iudicium ecclesiasticum per[h] eum minus pro-
cederet, ipsi modis omnibus procurarent, ne quid ex hiis que statuerentur in irritum cede-
ret. Hac cautione sollempniter prestita, absolutionis munus promeruit moxque obsides regis
Dec. 31. Anglorum liberari precepit. Verum, cum post modicum ingravescente molestia[i] expirasset,
succedens filius paterne quoque avaritie heres esse voluit et, ne ultima defuncti patris
voluntas impleretur, adiunctis sibi quibusdam nobilibus, obstitit. Unde factum est per lau-
1195. dabilem atque[k] invictum cleri zelum, ut tanti ducis corpus diebus aliquot inhumatum inobe-
dienti filio maculam irrogaret. Qui tandem consternatus, memoratos obsides absolute rela-
xavit eisque quatuor marcarum milia regi Anglorum reportanda contradere voluit. At illi
propter viarum pericula expediti repatriare maluerunt et tanto velocius quanto et alacrius
revertentes, sue liberationis nuncii primi extiterunt. Gavisus rex nuncio gracias egit Deo
et ex eo correctior vixisse perhibetur.

9. . . . 'Demon', inquit[1], 'sum generi humano infestus, . . . regem Anglorum a Syria digressum per ministrum nequitie mee, ducem scilicet Austrie, captivavi'. . . . . . .

16. Quomodo rex Anglorum de nece marchionis purgatus sit per litteras Senis Montani.

Hiis diebus ad Europe principes epistole[2] Senis Montani venerunt . . . Has nimirum se vidisse atque legisse vir fide dignus mihi protestatus est, cum regi Francorum Parisius

a) *deest* 4. *ed. Antw.* b) agnosci 5. c) degenerarent 2. d) tum 5. e) *deest* 5. f) abscidendus 4. g) dum — percussione *des.* 4. *ed. Antw.* h) per eum *des.* 4. *ed. Antw.* i) infirmitate 4. k) atque invictum *des.* 4. *ed. Antw.*

1) Diabolus quendam Ierusalem aditurum alloquitur. 2) Cf. epistolam similis argumenti duci Austriae directam apud Rad. de Diceto a. 1195; utramque falsam esse, iam omnes consentiunt.

constituto sollempniter fuissent oblate, quarum continentia hec erat: *Vetus de Monte principibus et omni populo christiane religionis salutem. Quoniam audivimus, illustri Anglorum regi Richardo necem marchionis de Monte-ferrato a pluribus imputari, tamquam eius machinatione*[a] *ob quandam inter eos exortam simultatem interfectus sit, cum uterque esset in Orientis partibus constitutus, nostre honestatis interest, ad purgandam eiusdem regis famam falsi criminis suspicione denigratam huius rei veritatem, que hactenus penes nos*[b] *latuit, declarare. Nolumus alicuius innocentiam nostri operis occasione laborare, cum nulli immerito et insonti mali quippiam irrogemus; eos vero qui in nos deliquerint, Deo auctore, non patimur diu de illatis simplicitati nostre iniuriis gratulari. Significamus igitur universitati vestre, ipsum testantes per quem salvari speramus, quod nulla memorati regis machinatione marchio ille interfectus sit. Qui profecto, pro eo quod in nos deliquerat et admonitus emendare neglexerat, nostra voluntate et iussione per satellites nostros iuste interiit. Consuetudinis quippe nostre est, eos qui nobis vel amicis nostris in aliquo iniuriosi extiterint primo, ut nobis satisfaciant, commonere, quod si contempserint, per ministros nostros, qui tanta nobis devocione obtemperant, ut se a Deo gloriose remunerandos esse non dubitent, si mandatum nostrum exequendo occumbant, severitatem ultionis expetere. Audivimus etiam de prenominato rege vulgatum, quod nos tamquam minus integros et constantes induxerit, ut de nostris aliquos regi Francorum insidiaturos emitteremus. Quod procul dubio falsum et vanissime suspicionis commentum est, cum nec ipse Deo teste tale aliquid circa nos attemptaverit, nec nos homini immerito malum moliri respectu honestatis nostre sineremus. Bene valete!* Has denique litteras cum coram se sollempniter recitatas rex Francorum audisset, dixisse fertur, regem Anglorum de tam infami nota preclare purgatum; seque cum illo haut difficulter de cetero posse federari, cum in eum nulla alia causa fortius quam concepta suspicione de nece amicissimi marchionis exarserit. Hec dicens causam subticuit, qua nimirum propensius eo tempore ad ineundum cum rege Anglorum fedus movebatur. Quippe, ut dicitur, ad germane eius[1], que[c] Siculi regis compar extiterat, nuptias aspirabat; quibus tamen potitus non est. Plures enim femine nobiles recens Dace puelle, cui post unam noctem initi federis turpiter abiecte cum multo scandalo libellum repudii dederat, exemplum verentes, eius aspernabantur coniugium. Denique preter filiam comitis palatini, de qua superius memoratum est[2], etiam alterius nobilissime virginis de imperio Teutonico exoptatis expectatisque fraudatus est nuptiis hoc modo. Cum eam alius vir potens expetisset, parentibus regiam magis petitionem admittentibus, ad Franciam pompatice ducebatur transiensque per fines proci prioris, eius se manibus sponte iniecit. A quo volens retenta et sollempniter ducta, regia vota delusit. Preterea rex Dacorum, repudiate sororis dedecus egre ferens, divortium non rite celebratum, sed concinnatum[d] mendaciter in gratiam regis Francorum per responsales idoneos in audientia sedis apostolice allegavit, et digesta precedentium temporum serie[e], astruens, reges Francorum et Dacorum nulla se consanguinitate vel affinitate contingere, de concinnato in fraudem divine sanctionis divortio iudicium fieri pertinaci instantia postulavit. Verum id frustra, cum regis Francorum vel metus vel gratia plus valeret. Denique postmodum idem rex absque omni vel divini timoris vel ecclesiastici vigoris[f] obstaculo cuiusdam ducis Teutonici filiam[3] duxit uxorem, si tamen uxorem, cum pelex pocius fuisse videatur et superducta magis quam ducta. . . . . . . 1196.

27. Quomodo Alemanni secundo signum dominicum susceperunt.

1195. Sane rex Anglorum paulo ante obsides suos apud Teutonicum imperatorem relictos absolute receperat, persoluta illi pacte redemptionis summa. Quibus receptis, dixisse fertur a captivitate Alemannica tunc primo sibi se redditum. Liberatus itaque ab exactore[g] tam gravi, intentione integra bellicis negotiis insistebat, de reversione in Siriam, cui se inde rediens devoverat, nichil vel tepide cogitans. Non[h] illi imputetur! Necessitate siquidem, quam primo per imperatorem Teutonicum ac deinde per regem Francorum patiebatur, apud sobrios iudices facile excusatur. Porro idem imperator, ut quasi expiaret quod in christianum principem ab Oriente revertentem tam fede avaritie instinctu commiserat, et pecunias, quibus Angliam nudaverat, piis usibus applicaret, Orientalis ecclesie miserandis reliquiis sub-

a) machina 5. b) vos *ed. Antw., ubi* penes *deest.* c) qui 2. 3. 4. d) continuatum 5. e) se *add.* 1. f) rigoris *forte emendandum.* g) exactione 4. *ed. Antw.* h) Sed n. i. hoc imp. *ed. Antw.*

1) Iohannae. 2) L. IV, c. 32. 3) Agnetem filiam Bertholdi ducis Meraniae.

1195. venire decrevit. Considerabat etiam per se actum, quod duo illi magni reges, relictis que
Christi sunt, sua tantum quererent et feralibus in alterutrum odiis debachando vires more
tyrannico frangerent christianas. Cupiens ergo hanc iacturam religiosa opera compensare,
Dec. 6. anno a partu sacre virginis 1195. circa sollempnitatem beati Andree apostoli convocatis apud
Gormaciam primis imperii ecclesiasticis pariter laicisque personis, et devotione propria
cunctis declarata, ad emulandum pro Christo sublimi exemplo provocavit plurimos. Denique sedente eo sollempniter in cathedrali ecclesia continuis octo diebus, et consedente[a], qui
ad hoc ipsum venerat, apostolice sedis legato cum omni frequentia inclitorum, hiis quoque
qui sapientia, dignitate et facundia precellebant per dies[b] singulos in auribus christiane
multitudinis potenti eloquio declamantibus, tantus fidei et devotionis in animis audientium
Exod. 8, 19. fervor incanduit, ut fas esset dicere: *Digitus Dei est hoc.* Magnis presulibus et preclaris
ducibus cum multitudine virorum fortium dominicum characterem per dies singulos certatim sumentibus, ipse quoque imperator paratus fuit eodem signo cum ceteris insigniri.
Verum hoc ab omnibus altiori consilio dissuasum est, allegantibus christiane expeditioni
conducere, ut in imperio manens de victualibus progresso exercitui pro tempore transmittendis propensiori cura satageret et, cum res posceret, laborantibus supplementa militie
mitteret. Itaque secunda[c] in Siriam Germanicarum atque Italicarum gentium expeditio
totis viribus parabatur, cum reges nostri, nil sanum aut sobrium meditantes, proprio tantum ad[d] multorum discrimen indulgerent furori. . . . . . .

1197. 31. Annus a partu virginis 1197. vertebatur . . . Belvacensis episcopus[1] . . . captus et
vinctus . . . regi Anglorum, cui tam in orientali expeditione et Alemannicis vinculis[2],
quam regresso ad propria supra modum infestus extiterat, gratissimum munus oblatus est.
Cumque Rothomagi vinctus servaretur, duo, ut dicitur, ex familiaribus clericis eius supplices ad regem venerunt, postulantes gratiam, ut sibi liceret domino suo in vinculis ministrare. Quibus ille: 'Vos', inquit, 'iudicate inter me et dominum vestrum. Ut enim que
mihi vel intulit vel molitus est mala oblivioni tradantur usque ad unum: Certe ab Oriente
1193. rediens et detentus ab imperatore Romano respectu persone regie mollius tractabar et
cum decenti honore servabar. Superveniens autem idem dominus vester vespere, cuius
rei gratia venerit et apud imperatorem nocte quid egerit, expertus sum mane. Aggravata
est enim super me manus imperatoris, tantoque mox oneratus[e] sum ferro, quantum equus
vel asinus ferre vix posset. Iuste ergo decernite, qualem dominus vester habere custodiam
debeat apud me, qui talem mihi fecit apud detentorem meum'. Clerici vero ad hec non
habentes quid dicerent, frustrati abierunt[f]. . . . . . .

1197. 32. Eodem tempore defecerunt a rege Francorum quidam regni eius potentes, illatis
ab illo iniuriis irritati et dominum durum causantes, iunctique regi Anglorum, vires eius
auxerunt et ab eo vicissim robur acceperunt. E quibus comes Flandrensis[3] dolens se a
rege Francorum iuris sui hereditarii dimidia fere parte fraudatum, regis Anglorum pecuniis
roboratus, nobile oppidum quod dicitur Duai obsessum deditione recepit, quasdam etiam
munitiones alias occupavit. Quibus successibus confortatus, crescente fiducia, civitatem
Atrebatensem obsedit. . . . Cumque amicis mediantibus inter partes de pace tractaretur,
oblatam comes pacem nec respuit nec absolute amplexus est, obtendens se regi Anglorum
sufficientem per obsides idoneos prestitisse atque ab eo vicissim accepisse cautionem, quod
neuter eorum sine altero bellum pace mutaret[4]. Pactis tamen inter partes formatis, consensu regis Anglorum pro tempore sanciendis, rex Francorum ad propria rediit; comes
vero cum festinatione adiit invitandum ad honeste pacis consensum regem Anglorum. Itaque reges tantum iam pacis avidi, quantum bellici laboris pertesi, anno[g] a partu virginis
Sept. 1197. mense Septembri cum optimatibus suis atque omni frequentia subditorum ad sollempne
in terminis colloquium convenerunt. . . . . . .

a) obsid. 5. b) s. d. *ed. Hamilton.* c) *deest* 4. d) *deest* 4; in *ed. Antw.* e) honoratus 5. f) decesserunt 3.
g) anno — Septembri *des.* 4.

1) Philippus. 2) Cf. Ric. Divis. § 96. 3) Baldwinus IX. 4) Cf. Rymer, Foedera I, p. 30.

EX RADULFI DE DICETO
LUNDONIENSIS DECANI
OPERIBUS HISTORICIS.

Radulfus et ipse cognomine de Diceto vel Dicetensis utebatur et postea ab aliis semper ita appellabatur. De quo loco quidem nomen valde singulare traxerit, utrum in Anglia, an in Normannia, an forsan in Andegavia quaerendus sit, Willelmus Stubbs, vir doctissimus, qui nuper Radulfi opera historica recensuit, origine et vita eius subtiliter illustrata, in medio reliquit. Nec Francogallus nec Anglus vir significandus est, cuius aetas in ea tempora incidit, quibus populus uterque Angliam inhabitans paulatim in unum confusus est.

Radulfus anno fere 1120. *vel paullo post natus iam puer cum clericis ecclesiae sancti Pauli Londoniensis intime coniunctus fuisse videtur. Quae sedes episcopalis, quod tunc temporis in nonnullis ecclesiis Anglicis usitatum erat, possessio quasi hereditaria unius familiae fuit, ita ut ordinarius consanguineis, videlicet fratribus, nepotibus, filiis, praebendas opulentas impertiretur. Dominabatur vero Lundoniae aliquamdiu, ut videtur, aliis, qui legibus severis canonicis obtemperabant, resistens* gens eorum, qui a Bellomanso *(anglice Belmeis, francogallice Beaumais, Beaumes sur Dive in Normannia)* traxere cognomen *(v. Iohannis Saresberiensis Hist. Pontif., SS. XX, p.* 532*). Iam enim Ricardus I. de Bellomanso, qui sedit a.* 1108—1128, *cognatis et natis munifice canonicatus Lundonienses dederat et a.* 1127. *Ricardo nepoti puero archidiaconatum Middlesexiae contulerat. Iste, postquam a.* 1152. *Ricardus II. episcopus Lundoniensis electus est, illico magistrum Radulfum de Diceto successorem in eodem archidiaconatu adscivit. Itaque suspicari licet, nostrum dominis de Bellomanso genere proximum fuisse, eo magis, quo ipse saepius nutu significavit, filios presbyterorum ipsorumque episcoporum in iisdem ecclesiis ac patres administrasse; v. Abbrev. Chron. I, p.* 33*; Ymagines Histor. I, p.* 305. *Quae cum ita sint, Radulfus noster, ut Stubbs I, p.* XXIX. *sagaciter opinatur, Radulfi cuiusdam de Langford, decani Lundoniensis et Ricardi I. episcopi nepotis, aut nepos aut filius fuisse videtur.*

Eugenius III. quidem pontifex Romanus primo archidiaconatum illum Iohanni clerico Cantuariensi, qui postea episcopus Pictaviensis, denique a. 1181. *Lugdunensis factus est, donari desideraverat, Radulfi tamen nominationem confirmavit, cum episcopus Lincolniensis iurare paratus esset:* dominum Londoniensem, antequam voluntatem vestram aut scripto aut aliquo referente cognoverit, praedictum archidiaconatum magistro Radulfo Diotecensi, cui et ad doctrinam scientia et ad honestatem mores exuberant, concessisse; *v. Gilberti Foliot epist. in Opp.*

sancti Thomae Cantuariensis V, p. 121. *ed. Giles. Cepit noster magistri honores in scholis Parisiorum, fortasse Hugonis de S. Victore praelectionibus, paullo antequam hic a.* 1140. *obiit, frequentatis, ubi amicitia arctissima cum Arnulfo a.* 1141—1182. *episcopo Lexoviensi coniunctus fuit. Radulfo archidiacono aliquot post annos iterum scholas easdem adeunti scripsit Arnulfus Ep.* 16. *ed. Giles:* Audivi, te causa studiorum Parisios advenisse, audivi et laetatus sum . . . Movet autem, quod, cum secundo iam veneris, noluisti ad amicum nec ad momentum etiam declinare *etc. Interea duobus parochiis in comitatibus Northamptoniae et Essexiae dotatus, archidiaconi quoque munere, quod iurisdictione et exactionibus erat laicis odiosum, perfunctus est, quamquam nescimus, num ante Ricardi II. episcopi mortem, cuius ipse*[1] 4. *Nonas Maii* 1162. *mentionem fecit, in Angliam redierit. Ut translationem fautoris Gilberti Foliot a sede Herefordensi in Lundoniensem procuraret, mox ad Alexandrum III. pontificem missus est, qui Parisiis versatus epistola mense Martio* 1163. *capitulo Lundoniensi data, voluntati regis Henrici II. et Thomae archiepiscopi Cantuariensis, sicut* ex relatione dilecti filii nostri Radulfi ecclesiae vestrae archidiaconi *acceperat, satisfecit (v. Ymagines Hist. I, p.* 309*; cf. Epp. G. Foliot* 126. *ed. Giles). Iam igitur Lundoniensis episcopus factus Gilbertus, ut amico praebendae portio, qua privandus erat, integra restitueretur, regi haec scripsit:* apud excellentiam vestram clericum nostrum Beati Pauli archidiaconum Radulfum de Diceto eo securius commendamus, quod ei[2] et scientiam ad doctrinam et ad honestatem mores exuberare iam diu experientia rerum certa cognovimus. Accedit ad hoc amor integer et affectionis erga vos plena devotio *etc.; v. Opp. sancti Thomae Cant. VI, p.* 1. *Satis apparet, et Gilbertum episcopum et Radulfum archidiaconum iam dudum Henrico II. regi a comitibus Andegavorum oriundo fideliter addictum fuisse. Nihilominus, cum Thomas Becket archiepiscopus contentionem contra regem acerrimam de iure ecclesiastico excitaret, quamvis vehementer episcopus Lundoniensis metropolitano adversaretur, archidiaconus noster, qui mense Octobri* 1164. *concilio Northamptoniensi interfuit, devotione et misericordia erga ecclesiae primatem sincere commotus,* plurimum ea die ibi lacrymatus est[3]. *Postea inter regnum et sacerdotium caute partem mediam tenere conabatur, haud dissimili sententia ductus atque alter clericus Lundoniensis, Willelmus filius Stephani, quocum, ut Stubbs I, p. XLIII. docet, quod multos post annos de sancto Thoma narravit, prudenter communicasse videtur. Ricardo quoque Pictaviensi archidiacono, qui una cum aliis regis consiliariis a.* 1166. *ab archiepiscopo exule excommunicatus erat, scripsit amicissime rogans:* multo esse consultius amplecti sententiam cum humilitate quam assumere tumorem superbie ad perniciem plurimorum; *v. Ymagines Hist. I, p.* 320*; Opuscula II, p.* 282. *Tamen paullo post suffraganeorum epistolam a Gilberto Lundoniensi conceptam, qua excommunicationem ipsis imminentem reprobarent, metropolitano in finibus regis Franciae versato detulit. Hic autem superbe rescripsit Lundoniensi:* de litteris tuis, quas per archidiaconum tuum destinatas accepi, talia collegi; neque enim de spinis uvas aut ficus de tribulis colligere potui; *v. S. Thomae Opp. III, p.* 283*; cf. Ymagines Hist. I, p.* 323. *Eodemque fere*

1) Ymag. Histor. I, p. 306.

2) Gilbertus nostrum eisdem verbis regi quibus papae commendat; v. p. 249.

3) V. s. Thomae auct. Will. filio Stephani ap. Robertson, 'Materials for the hist. of Th. Becket' III, p. 59. Cf. quoque quae ib. p. 144. narrantur: *Magister Radolphus Londoniensis ecclesiae canonicus et sacerdos, vir magnae honestatis, in divina pagina doctor praecipuus, vidit per somnium, quod ipse intuitum figens in sole viderit in corpore solis episcopum episcopalibus ornatum,* scil. sanctum Thomam ipso die trucidatum.

tempore Radulfus in Gallia curiam regis adiit, nam, ut Iohannes Saresberiensis Ep. 184. *ed. Giles meminit: episcopo Lundoniensi* scripsit dominus rex per Radulfum Dicetensem archidiaconum suum. *Sed de partibus quas ipse egit fere omnino prudenter tacuit noster; de episcopo autem excommunicato et iam Alexandro III. annuente a sententia absoluto quaecumque retulit, ex eius literis et consuetudine intima sine dubio cognovit. A.* 1180. *demum, magistro David quodam Gilberti episcopi domestico, qui decanatum Lundoniensem ambivit, superato, sancti Pauli ecclesiae, cuius canonicus iam per triginta annos fuerat, decanus electus est. Quo munere functus vir bonae disciplinae inter cives principales Lundonienses, primus presbyter saecularis Cantuariensis provinciae, praediorum et ecclesiarum divitiis facile praestantissimum regni capitulum cura eximia administravit, quae et piis operibus et documentis in Sancti Pauli aerario hucusque servatis in omne tempus comprobatur. Exstat enim inter alia fragmentum*[1] inquisitionis maneriorum Beati Pauli *a Radulfo decanatus anno primo inceptae; exstant tabulae nonnullae, quibus aut ecclesiae praedia opportune elocavit aut presbyteros et vicarios instituit. Statutis capituli definiendis studium singulare adhibuit. Ecclesiae cathedrali redditibus suis, reliquiis sanctorum, vestimentis, libris, quorum magnum collegit numerum, legatis, decani domicilio in perpetuum condito, sodalitio sacris piacularibus faciundis instituto beneficia insignia contulit. Praeterea multa, quae in rebus publicis et egit et vidit, postquam res gestas scribere coepit, assidue notavit. Coronationi Ricardi I. regis interfuit:* Quia vero tunc temporis Lundoniensis vacabat ecclesia, Radulfus de Diceto Lundoniensis ecclesie decanus tam in oleo sancto quam in crismate ministravit archiepiscopo[2]. *Eligendi episcopi causa iussu Henrici II. regis iam moribundi cum octo Sancti Pauli canonicis in Normanniam transfretavit. Sed demum Ricardo I. rege institutus est eorum collega Ricardus Nigelli filius, auctor celeberrimus 'Dialogi de scaccario' et 'libri Tricolumnis', quo res ab Henrico II. annis prioribus gestas enarraverat. Epistolas, decreta, diplomata multa, quae integra scriptis inseruit noster, aut ab hoc praesule aut a Willelmo de Longocampo, episcopo Eliensi, Ricardi regis cancellario, aut a Waltero archiepiscopo Rotomagensi accepit. Decanus Lundoniensis inter alios viros insignes aestate a.* 1184. *archiepiscopum Coloniensem Philippum de Heinsberg in Angliam venientem, die* 23. *Martii* 1194. *Ricardum regem ex imperatoris custodia reversum in ecclesia sancti Pauli solemniter recepit. Denique Radulfus, qui aetate iam provectior res gestas scribere coeperat et librum historiarum usque ad* 23. *Martium* 1202. *produxit, ut Stubbs I, p.* LXXXI—LXXXIII. *demonstrat, die* 22. *Novembris* 1202. *aut* 1203. *mortuus est.*

Codicum optimae notae uterque in scriptorio praeclaro Paulino auctore ipso custode exaratus Abbreviationem Chronicorum usque ad a. 1147. *perductam et Ymagines Historiarum a.* 1148. *incipientes complectitur:*

A. M u s e i B r i t a n n i c i C o t t o n i a n u s *Claudius E.* 3. *a.* 1190. *inceptus, a.* 1198. *desinit. Ymaginum capitulis annales breves adhuc inediti usque ad annum* 1272. *annexi sunt, qui tamen Wintonienses a v. d. Luard evulgatos propinqua quasi cognatione attingunt. Saepe loci, qui in altera recensione (B) inveniuntur, desunt, alia brevius strictiusque narrata sunt, multa indicant priorem libri recensionem hoc codice praeberi, ita ut praesumere liceat, eum ex sancti Pauli scriptorio iam egressum esse, priusquam auctor scribendi et revidendi finem fecit. Prae ceteris hoc codice vir nobilis Rogerius Twysden una cum*

1) 'Domesday of Saint Paul's' ed. Hale pro Societate Camdeniana a. 1858. 2) Ymag. Hist. II, p. 69.

viro doctissimo Iohanne Selden usus est, cum primi inter Decem Scriptores a. 1650. Radulfi libros typis excudendos curaverunt. Huc pertinere videtur

A 2. Musei Britannici Cottonianus Otho D. 7, igne paene consumptus, unde Twysden paginam extremam de a. 1201. ex. sumsisse videtur.

B. Liber bibliothecae Lundoniensis Lambeth. nr. 8, qui sine dubio ab ipso Radulfo ecclesiae sancti Pauli in perpetuum legatus est. Ibi Edwardus I. rex codicem eundem examinari iussit, qui, ut ex catalogo antiquo apparet, a. 1458. adhuc aderat, et demum in motibus saeculi XVI. inter libros, quos archiepiscopi Cantuarienses Lambethi collegerunt, ablatus esse videtur. Auctor ipse, qui inde ab a. 1188. huic codici componendo operam dabat, postea aliquot locis verba singula vel sententias erasit aliaque superscripsit iisque, ut ita dicamus, lima extrema polivit. Ymagines desinunt a. 1199. Exstant praeterea initio et fine codicis opuscula plurima, quae auctor iam senex partim ex libris suis partim ex aliis legendi quasi fructus novissimos compilavit, et quae in A frustra quaeras.

B 2. Codex Musei Britannici Reg. 13. E. 6, primis saec. XIII. annis in monasterio Sancti Albani ex B, iam antea plurimis rasuris emendato, exscriptus est. Desunt opuscula, excepta 'Serie causae', scilicet sancti Thomae Cantuariensis. Monachi Sancti Albani nonnullas notas in margine, alias[1] usque ad a. 1216. ad calcem operis, Ymaginibus a. 1199. finitis, addiderunt.

A et B v. d. F. Liebermann in usum nostrum iterum inspexit; cuius sollertia perpauca recensioni Stubbsianae excellentissimae inter Rerum Britannicarum medii aevi Scriptores (2 Vol. 1876) editae accreverunt.

C. Ex libris Collegii sanctae Trinitatis Dublinensis E. 4. 24, qui Abbreviationem Chronicorum valde contractam et confusam reddit, ex B manasse videtur, epistolis et locis, qui de rebus extraneis tractant, saepe omissis; sed Ymaginibus addita sunt quaecumque auctor inde a rege Iohanne coronato usque ad annum 1201. ineuntem composuit, quae in A et B desiderantur. Librum, cuius exemplo, ut videtur, iam Twysden usus est, nuper W. Stubbs cum aliis comparavit.

D. Codex olim Sanctae Mariae Eboracensis, iam domini Ingilby in castro Ripley comitatus Eboracensis nr. 4, Radulfi epistola Willelmo Eliensi episcopo inscripta atque aetate eximius, quem in scriptorio S. Pauli iam ante huius praesulis mortem a. 1197. exaratum esse constet, a W. Stubbs primo adhibitus, continet opuscula, quae auctor testimonia historiae universalis studiose conscripsit. Eadem collectanea, dispersa et fere inchoata tantum in B, praeterea omnia in

D 2. Cotton. Faustina A. 8. saec. XIII. et

D 3. Cotton. Tiberio A. 9. saec. XIII,

fragmenta eorum in aliis quoque codicibus servata sunt; de quibus v. quae Stubbs in fine prooemii vol. I. monuit. Nonnulla F. Liebermann in usum nostrum revisit.

Restat, ut quae ad auctoris nostri aestimationem pertinent breviter exponamus.

Annalium sui temporis scribendorum, multis iam pridem praeparatis, vix ante a. 1180, quo decanus Lundoniensis institutus est, initium fecit. Quorum terminum in prologo Abbreviationis a. 1188. cod. B, 1190. cod. A sibi proposuit, sed postea ultra progressus est. A. 1196. Willelmus Eliensis episcopus ei contribuit transcriptum literarum Veteris de Monte ad Austriae ducem directarum,

1) Quas edidit F. Liebermann, 'Anglonormann. Geschichtsquellen' p. 166.

ut de illo agatis in chronicis vestris. *In Abbreviatione Chronicorum perpauca habet noster quae sua dici possunt. Nonnulla, quae inde ab a.* 1136. *usque ad finem de episcopis Lundoniensibus aliisque clericis coaevis inseruit, ex ecclesiae suae scriniis hausit. Prae ceteris Robertum de Monte et in priore opere et post* 1147. *etiam in Ymaginibus Historiarum, quod a.* 1165. 1171. 1183. *indiciis apertis confirmatur, secutus, ante a.* 1162. *vix quaedam de suo addidit, nisi quae de comitibus Andegavensibus agunt ab eo ipso composita esse putes. Quae usque ad a.* 1173. *praecipue de certamine inter regnum et sacerdotium sequuntur, partim e Thomae Cantuariensis, Gilberti Lundoniensis, aliorum literis, partim e relatione eorum, qui rebus interfuerunt et primi de martyre scripserunt, hausta sunt. Seditiones ab Henrico iuniore ac postea a Ricardo et Gaufrido filiis contra patrem regem excitatas auctor coaevus diligenter observavit. Quod a.* 1182. *de Henrico Saxoniae duce* per tres annos continuos *soceri munificentia recepto asserit, neutiquam ante a.* 1185. *exeuntem adnotatum esse potest.*

Fontes, e quibus Abbreviationem Chronicorum compilavit, ipse in prologo enumeravit. Verum quae de auctoribus antiquis et recentioribus affert saepe aut manca aut falsa sunt. Quamquam enim dubitari nequit, quin ei multi libri, quorum meminit, et versiones Graecorum Latinae praesto fuerint, tamen alios in Historia Miscella, apud Hugonem Floriacensem, Sigebertum, Robertum nonnisi citatos invenit, quorum nonnullos, velut Reginonem Prumiensem, Widukindum Corbeiensem, quos nominat, nullo modo ipse vidit. Nihilominus numerus librorum in ecclesia sancti Pauli collectorum sane permagnus fuisse videtur, quibus noster saepe prooemia et sententias eminentiores sine iudicio accuratiore desumpsit. Eorum vero quae imperium et res Germanicas spectant non solum quae Mariano et Sigeberto debita laudat, sed quae a Gregorio Turonensi, Paulo diacono, Einhardo aliis accepta tamquam suis verbis retulit prorsus omisimus[1]. *Ea solummodo damus quae, Fredegario eiusque continuationibus vel aliis Francorum historiis adhibitis, de maioribus domus contexuit ac fabulas de Henrico III. imperatore effictas, utpote quae, iis quas Willelmus Malmesberiensis in Gestis regum Anglorum tradit quamvis similes, tamen e fonte communi profluxisse videantur.*

Annalibus vel Chronicis sui temporis Radulfus nomen, ut ipse affirmat, secundum Cassiodorum Ymagines historiarum dedit. Initia quidem, ut iam dictum est, chronicis a Roberto de Monte conditis mutuatus est, alios autem libros, quos eodem tempore auctor Gestorum Henrici II. et Ricardi I, Willelmus Neuburgensis, Gervasius Dorobernensis scripserunt, vel Ricardi filii Nigelli Tricolumnem iam perditum, ei visos esse, probari nequit. Res se ipso teste gestas optime cognitas habuit, fautoribus illustribus, episcopis Gilberto et Ricardo Lundoniensibus, Willelmo Eliensi, Waltero Rotomagensi, quorum uterque aliquo tempore iusticiarius Angliae fuit, iuvantibus. De Iohanna filia regis a. 1176. *Willelmo II. Siciliae regi nupta, qui usque ad Panormum itineris socii fuerunt, Iohannes Oxoniensis, Henrici regis familiaris, tunc temporis episcopus Norwicensis, et Paris archidiaconus Roffensis, Sancti Pauli canonicus, eum certiorem*

1) Pauca tantum adnotamus: Anno 958. de Liudolfo, Ottonis I. filio, addit cod. A: *natus ex Ediva, filia Edwardi senioris regis Anglorum.* Anno 967. legitur: *Otto rex Romam veniens*

Dum venit ante fores, iurat prius urbis honores,
Post homo fit pape, quo sumit dante coronam,

quos versus tradidit Ragewinus in Gestis Friderici III, 10, SS. XX, p. 422, inscriptos picturae Lateranensi, quae iussu Innocentii II. Lotharium imperatorem *complicatis manibus coram se inclinatum coronam imperii suscipientem* repraesentavit; v. Chron. reg. Colon. ed. Waitz p. 93. Quae Radulfus a. 978. notavit: *Windigindus hystoriam Saxonum usque ad hunc annum conscripsit,* ex Sigeberto a. 973. sumta sunt.

fecerunt. Multa alii in rebus publicis versati narrarunt, multa et ipse vidit et in fidem rei attestari potuit. Ceterum in temporum notis accurate adscribendis cum ministro vel clerico regum Henrici et Ricardi, qui Gesta eorum enarravit, haud comparandus est. Immo Radulfus, quamquam per longum vitae spatium in chronicorum studium diligenter incubuit atque iisdem saepe documentis atque ille auctor Gestorum anonymus usus est, temporum ordinem nimis neglexisse censendus est. V. quod de hac re W. Stubbs II, p. XXXII—XLV. disseruit. Anglicas quidem res inprimis ecclesiasticas noster bene exploravit, alter omnia quae domi forisque potestatem regum praepollentium spectant cognita habuit. Attamen documenta multa rerum externarum aut integra aut decurtata Radulfus solus nobis servavit, prae ceteris epistolam, quam a. 1186. *episcopi Germani Urbano III. miserunt. Itaque non pauca excerpsimus quae de imperio, de Friderico I. et Henrico VI. imperatoribus, de Henrico Saxoniae duce et filiis, de comitibus Flandrensibus, de rebus Langobardicis, Romanis, Siculis, nonnulla quoque quae de expeditionibus in Terram Sanctum susceptis adnotavit.*

Opus iam pridem praeparatum auctorem demum senem confecisse, multis locis ratio qua res narravit et iudicavit probat. Quamvis enim Henrici II. regis gentisque Andegavensis studiosissimus, consiliis publicis initiatus, accuratam multarum rerum cognitionem acquisierit, ne operam quidem dedit, ut historiam aequali proportione progredientem praeberet. Scripsit modo turgide et loquaciter, modo modeste ad rem ipsam attentus. Cum vero permulta tradat, quae apud auctores coaevos desiderantur, ac saepe res obscuras illustret, non iniuria rerum scriptor inaestimabilis laudatus, exemplis librorum quos composuit in S. Pauli, S. Albani, S. Edmundi, Wintoniae aliarumque ecclesiarum scriptoriis in usum auctorum saec. XIII. celeberrimorum factis, a rege Edwardo I. inter testes rerum praeteritarum veridicos citatus (v. Rymer, Foedera I, p. 769*), a recentioribus numquam neglectus, a.* 1650. *a vv. dd. Twysden et Selden, a.* 1876. *a W. Stubbs editus est.*

Scribebam Gottingae, d. 13. *Febr.* 1880. *R. P.*

I. EX ABBREVIATIONE CHRONICORUM.

PREFATIO.

In opusculo sequenti trium temporum, scilicet ante legem, sub lege, sub gratia, poteris aliquantulam habere notitiam. Et licet tempus novissimum gratie celestis censeatur rore perfundi, vicissitudini subiacet, eventibus temporaneis immutabile nihil attribuens, sensibus humanis notam imprimens oblivionis. . . . . . .

III. BRUCARDUS[a, 1].

Nomina regionum 11 continentium intra se provincias centum et tredecim: Italia. Gallia. Africa. Hispania. Illiricus. Thracia. Asia. Oriens. Pontus. Egyptus. Bractiania[b].

In Ytalia sunt provincie numero 17: Campania, in qua est Capua; Tuscia cum Ymbria; Emilia; Flaminia, in qua est Ravenna; Picenum; Liguria, in qua est Mediolanum; Venecia cum Histris, in qua est Aquileia; Alpes Gothie[c]; Samnium; Apulia cum Calabria, in qua est Tarentus; Brutia cum Lucania; Rethia prima; Rethia secunda; Cicilia; Sardinia; Corsica; Alpes Graie.

a) *hoc caput exstat B. D. D* 3; *deest A. B* 2. b) Britannia *Havercamp.* c) Cottiae *edd.*

1) Radulfo nostro exemplar, ut videtur, canonum a Burchardo I. episcopo Wormatiensi (1000—1025) editorum in manibus fuit, cui Notitia provinciarum quaedam antiqua adnectebatur. Notitiam persimilem, Theodosio Magno imperante compositam, invenies in calce Eutropii ed. Havercamp 1729. p. 559, alias apud Scheltrate, Antiq. eccl. II, p. 646—649, notitias Galliarum apud Bouquet, 'Recueil' I, p. 122; Guérard, 'Divisions territoriales de Gaule' p. 12 sqq., qui varias codicum lectiones attulit.

Galliarum provincie numero 17: Viennensis; Narbonensis prima; Narbonensis secunda; Aquitania prima; Aquitania secunda; Novem-populana; Alpes maritime; Belgica prima, in qua est Treveris; Belgica secunda, in qua est transitus ad Britanniam; Germania prima super Rhenum; Germania secunda super eundem; Lugdunensis prima super Rodanum; Lugdunensis secunda super oceanum; Lugdunensis tertia super Ligerim; Lugdunensis quarta super Sequanam; Maxima Sequanorum; Alpes Pennine.

In Affrica sunt provincie numero sex: Proconsularis, in qua est Carthago; Numidia; Bisantium[a]; Tripolis; Mauritania Sitivensis; Mauritania Cesariensis.

In Hyspania sunt provincie numero 7: Tarraconensis; Carthaginensis; Betica; Lusitania, in qua est Emerita; Gallicia; Insule Baleares; Tingitana, trans fretum quod ab oceano infusum terras intrat inter Chalpen et Gehennam.

In Illirico sunt provincie numero 18: Dalmatia supra mare; Pannonia prima[1], in qua est Syrmium; Pannonia secunda; Valeria provincialis[b]; Mesia superior; Epirus vetus; Epirus nova; Pampica; Noricus Ripensis supra Danubium; Noricus Mediterranea; Suevia[c]; Dardania; Hemeriontus[d]; Datia; Scythia; Creta insula; Achaia; Macedonia; Thessalia.

In Thracia sunt provincie numero 6: Thracia prima; Thracia secunda; Mesia inferior; Scythia inferior; Europa, in qua est Constantinopolis, que prius Lychus dicta sive Bisantium; Rhodopa.

In Asia sunt provincie numero 12: Asia ipsa, in qua Ilium, id est Troia; Licia; Galathia; Lidia; Caria; Helespontus; Pamphilia; Psidia[e]; Frigia prima; Frigia salutaris; Lychaonia; Ciclades.

In Oriente sunt provincie numero 10: Siria Coeles[f], in qua est Antiochia; Syria Palestina; Syria Phenice; Isauria; Cylicia iuxta montem Taurum; Cyprus; Mesopotamia inter Tygrin et Eufraten; Eufratesia; Hosdroene; Sophoene.

In Ponto sunt provincie numero 8: Pontus Polemoniacus; Pontus Misia[g]; Honorida[h]; Bythinia; Paflagonia; Armenia minor; Armenia maior; Cappadocia.

In Egypto sunt provincie numero 6: Egyptus ipsa, in qua est Alexandria; Augustamnis; Thebaida; Libia Sicca; Libia Pentapolis; Archadia.

In Bractiania[i] sunt provincie numero 5: Bractiania[i] prima; Bractiania[i] secunda; Flavia; Maxima; Valentina.

Provincia[1] Lugdunensium prima habet civitates numero 5: metropolis civitas Lugdunensium; civitas Heduorum, que et Augustudunum; civitas Lingonum; castrum Cabillonense; castrum Matisconense.

Provincia Lugdunensium secunda habet civitates numero 7: metropolis civitas Rothomagensium; civitas Baiocasium; civitas Abricantium; civitas Euaticorum, id est Ebroicorum; civitas Salarium, id est Saiorum; civitas Luxoviorum; civitas Constantia.

Provincia Lugdunensium tertia habet civitates numero 9: metropolis civitas Turonorum; civitas Cenomannorum; civitas Andegavorum; civitas Rhedonum; civitas Namnetum; civitas Coriosolitum; civitas Eiantium, id est Venetum; civitas Osismorum; civitas Diablintum, que alio nomine Adalia vocatur.

Provincia Lugdunensium quarta habet civitates numero 8: metropolis civitas Senonum; civitas Carnotum; civitas Autisiodorum; civitas Tricasium; civitas Aurelianorum; civitas Parisiorum; civitas Meldorum; civitas Nivernensium.

Provincia Belgica prima habet civitates numero 4: metropolis civitas Treverorum; civitas Mediomatricorum, id est Mettis; civitas Leucorum, id est Tullum; civitas Veredunensium.

Provincia Belgica secunda habet civitates numero 13: metropolis civitas Rhemorum; civitas Suessionum; civitas Cathalaunorum; civitas Viromandorum; civitas Atrebatum; civitas Cameracensium; civitas Turnacensium; Silvanectensium; civitas Bellovagorum; civitas Ambianensium; civitas Morinorum, id est Ponticum; civitas Bononiensium; civitas Laudunensium.

Provincia Germania prima habet civitates numero 4: metropolis civitas Maguntiacensium, id est Maguntia; civitas Argentoracensium, id est Strateburgo; civitas Nemetensium, id est Spira; civitas Wangionum, id est Wormatia.

Provincia Germania secunda habet civitates numero 2: metropolis civitas Agrippinensium, id est Colonia; civitas Tungrorum.

Provincia Maxima Sequanorum habet civitates numero 10: metropolis civitas Vesontionensium; civitas Equestrium, id est Nevidunus; civitas Helvitiorum, id est Aventicum; civitas Nividunum; civitas Basilientium; castrum Windonense; castrum Ebredonense; castrum Argentariense; castrum Rauracense; portus Bucini.

Provincie Alpium et Graiarum et Penninarum habent civitates numero 2: metropolis civitas Centronium, id est Tarentasia; civitas Valensium, id est Octodorus.

Provincia Viennensis habet civitates numero 14: metropolis civitas Viennensium; civitas Genevensium; civitas Gratianopolitana; civitas Albiensium, nunc Vivarium; civitas Diensium; civitas Valentinorum; civitas Tricastinorum; civitas Vasionensium; civitas Arausicorum; civitas Cabellicorum; civitas Arelatensium; civitas Carpentoracensium, nunc Vindausa; civitas Massiliensium.

Provincia Aquitanica prima habet civitates numero 7: metropolis civitas Byturigum; civitas Arvernorum; civitas Ruthenorum; civitas Albigensium; civitas Cadurcorum; civitas Lemovicum; civitas Gabalum; civitas Vellavorum.

Provincia Aquitanica secunda habet civitates numero 6: metropolis civitas Burdegalensium; civitas Agennensium; civitas Engolismensium; civitas Sanctonum; civitas Pictavorum; civitas Petragoricorum.

Provincia Novempopulana habet civitates numero 12: metropolis civitas Ausciorum; civitas Aquensium; civitas Lactoratium, id est Litora; civitas Convennarum, id est Comminica; civitas Consuranorum, id est Consurana; civitas Boaticum, quod est Bovis; civitas Beranensium, id est Benamus; civitas Aurenensium; civitas Vasatica; civitas Tussa, ubi est castrum Bigorra; civitas Ellenorensium, id est Elnia; civitas Elosaticum.

Provincia Narbonensis prima habet civitates numero 8: metropolis civitas Narbonensium; civitas Tolosaticum, id est Tolosa; civitas Biterrensium; civitas Agarensium; civitas Nemausentium; civitas Magalonensium; civitas Luctevensium, id est Lucteva; castrum Ucentiense, id est Astituecensi.

Provincia Narbonensium secunda habet civitates numero 7: metropolis civitas Aquensium; civitas Aptensium; civitas Regensium, id est Regius; civitas Foroiuliensis; civitas Vappincentium; civitas Segestorum; civitas Antipolitana.

Provincia Alpium Maritimarum habet civitates numero 8: metropolis civitas Ebredunensium; civitas Diniensium, id est Dina; civitas Rigomagensium; civitas Sollinensium; civitas Aniciensium; civitas Glannateva; civitas Celemensium; civitas Vinsiciensium. . . . . . .

a) Bysacium *edd.* b) Praevalitana *edd.* c) Savia *edd.* d) Haemimons, Haemimontes *edd.* e) Pisidia *edd.* f) Ciliciae *edd.* g) Amasia *edd.* h) Honorias *edd.* i) Britannia *edd.*

1) Cf. Riese, Geographi Latini minores p. 141—144.

PROLOGUS.

Annos ab initio mundi seriatim expassos per temporum annotationes provida ratione percurrens, annum a tempore gratie 1188.[a] tibi metam constitue, seculi primam et secundam etatem notulis numerorum exarans paucissimis. . . . . .

DE VIRIS ILLUSTRIBUS QUO TEMPORE SCRIPSERINT[1].

Trogus Pompeius a tempore Nini regis Assiriorum usque ad annum vicesimum nonum Hircani principis Iudeorum hystoriam[b] digessit.

Valerius Maximus urbis Rome ceterarumque gentium facta simul et dicta memoratu digna scripsit anno incarnati Verbi 18.

Filo scriptorum insignissimus quanta Iudeis acciderunt mala quinque voluminibus exponit anno incarnati Verbi 38.

Iosephus ab exordio mundi usque ad annum incarnati Verbi septuagesimum nonum[c] scripsit Antiquitatum libros viginti.

Iustinus philosophus, Trogi Pompeii adbreviator, scripsit eodem anno.

Iosephus Romam veniens, ob ingenii gloriam statuam Rome meruit, scribens libros 7 Iudaice captivitatis anno ab incarnatione[d] 74.

Iulius Africanus breves temporum annotationes per generationes et regna scribit anno incarnati[e] Verbi 162.

Agellius scribit anno centesimo nonodecimo[f].

Egisippus libros hystoriarum scripsit usque ad annum incarnati Verbi 182.

Tertullianus presbiter Cartagiensis, vir acris ingenii et vehementis, scripsit anno 195.

Eusebius[g] scripsit a quadragesimo 3. anno Nini regis cronica; hystoriam autem ecclesiasticam ab incarnatione Domini scribit usque ad annum incarnati Verbi 328.

Eutropius Romanam hystoriam scribit a[h] tempore Iani et Saturni usque ad annum incarnati Verbi 366.

Paulus diaconus addit 6 libros Romane hystorie[i].

Ieronimus[k], ecclesie Romane presbiter, os Damasi pape, dum omnium iudicio dignus esse summo sacerdotio decernitur, quidam ex clericorum monachorumque ordinibus discursantes ad effugandum urbe Ieronimum insidias paraverunt.

Ieronimus cronica sua ab anno incarnati Verbi 328. inchoata anno 380. terminat[l].

Ethicus cosmographus[m] a Ieronimo translatus est.

Hylarius Pictavensis episcopus scripsit anno incarnationis 369[n].

Sigisbertus cronographiam incipit anno incarnationis 381.

Ieronimus librum illustrium virorum anno incarnati Verbi 394. scripsit.

Ruffinus Aquileiensis presbiter hystoriam ecclesiasticam terminat anno incarnationis 399.

Augustinus ab initio mundi librum inchoans de civitate Dei, scribit usque ad annum incarnati Verbi 414.

Iohannes Crisostomus scripsit anno incarnati Verbi 414.

Orosius scripsit septem libros cronographie Augustino anno incarnationis 415[o].

Hystoria tripartita a Socrate, Theodorito, Zozomeno edita terminatur anno incarnationis 446.

Prosper Aquitanicus, Leonis pape primi notarius, cronica sua digessit ab initio mundi usque ad annum incarnati Verbi 459.

Idacius Lenice civitatis[3] Hyspaniarum episcopus cronica sua perduxit a primo Theodosii Magni consolatu inchoata usque ad annum incarnati Verbi 490.

a) 1190. *A.* b) suam *add. A.* c) 69. *A.* d) incarnationis *A.* e) incarnati Verbi *des. A.* f) 169. *D.* g) Cesariensis *add. A. D;* a 43. anno Nini usque ad annum incarnationis 328. *A.* h) a tempore — Saturni *des. A.* i) ad annum incarnati Verbi 370. *add. D.* k) Ieronimus — paraverunt *in margine suppl. B. B 2; des. A. D.* l) Ieronimus librum illustrium virorum scripsit anno incarnati Verbi 367, cronica sua ab anno incarnati Verbi 328. inchoata a. 380. terminat *A.* m) philosophus cosmographium scripsit *A.* n) 381. *D. Ordinem quodammodo inversum habet A:* Augustinus. Iennadius Massiliensis episcopus librum virorum illustrium anno incarnati Verbi 394. scripsit. Ruffinus. Iohannes Crisostomus. Orosius. Hystoria tripartita. Prosper. Idacius. Iennadius. Idacius. o) 418. *A;* 407. *D.*

1) V. quae de his tabulis monuimus 'N. Archiv' III, p. 208; cf. Wattenbach, 'D. Geschichtsquellen' ed. 4. I, p. 74; II, p. 406, ubi tamen 1202. pro 1302. legendum est. 3) i. e. Lemicensis.

Iennadius Massiliensis episcopus cronica sua de viris illustribus ab anno incarnati Verbi 394. usque ad annum 490. perduxit.

Cassiodorus de institutione divinarum litterarum scripsit anno incarnati Verbi 533.

Iustinianus legislator libros de incarnatione Domini edidit, quos etiam per diversas provincias misit anno incarnati Verbi 540.

Iordanis archiepiscopus Ravennensis contexit hystoriam de origine Gothorum anno incarnati Verbi 551.

Victor Tumnutensis urbis episcopus in Affrica hystoriam ab initio mundi scribit usque ad annum incarnati Verbi 567[a].

Paulus Cassinensis hystoriam Longobardorum terminat anno incarnati Verbi 572.

Gilda Britonum gesta flebili sermone descripsit anno incarnationis 581.

Gregorius Turonensis archiepiscopus hystoriam Francorum digessit anno incarnati Verbi 593.

Ysidorus Hispalensis episcopus cronica sua digessit ab initio mundi usque ad annum incarnati Verbi 611.

Beda scripsit hystoriam Anglorum anno incarnati Verbi 714; cronicam vero suam ab initio mundi usque ad annum incarnati Verbi 734.

Hamonius Floriacensis cronica sua scribit a tempore Nini regis usque ad annum incarnati Verbi 843.

Luithbrandus diaconus Ticinensis[b] ecclesie hystoriam Longobardorum scribit anno incarnati Verbi 891.

Regino abbas Prumiensis[c] chronica sua a nativitate Domini inchoata perduxit usque ad annum incarnati Verbi 910.

Windichindus hystoriam Saxonum anno incarnati Verbi 978.[d] scripsit.

Odo primus abbas Cluniacensis chronica[e] digessit ab exordio mundi usque ad annum incarnati Verbi 987.

Marianus Scotus chronica sua digessit ab incarnatione Domini usque ad annum incarnati Verbi 1019.

Yvo Carnotensis episcopus regularum exceptiones ecclesiasticarum in unum corpus adunavit anno incarnati Verbi 1090.

Sigisbertus Gemblacensis chronica sua anno ab incarnatione Domini 381. inchoata perduxit usque ad annum 1100.

Magister Hugo de Sancto Victore chronica sua digessit ab initio mundi usque ad annum incarnati Verbi 1123.

Robertus abbas Sancti Michaelis de Monte in Normannia chronica sua digessit usque ad annum incarnati Verbi 1147.

Radulfus Lundoniensis ecclesie decanus ab incarnationis anno 1147. librum qui dicitur Ymagines Hystoriarum inchoavit et perduxit ad annum usque 1190[f]. . . . . . .

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.
INCIPIT ABBREVIATIO CHRONICORUM DE DIVERSIS ILLUSTRIUM VIRORUM CODICIBUS DILIGENTER EXCERPTA.

Cassiodorus de institutione divinarum litterarum capitulo 17[1]: *Chronica sunt ymagines hystoriarum brevissimeque commemorationes temporum.* Annorum itaque seriem, regnorum casus, persecutiones ecclesie, scismatum conflictationes, conciliorum statuta sub brevitate claudamus, que regnum Anglie maxime videntur contingere latius prosequentes. 1. Quibus ergo temporibus, ubi vel quorum ministerio reges Anglorum munus consecrationis et regni diadema susceperint; 2. quantis ecclesia Cantuariensis iuxta Romanorum pontificum instituta gaudeat munimentis; 3. qualiter Andegavia proficiens et succrescens fines suos dilataverit in immensum; 4. quid inter regnum et sacerdotium temporibus Anselmi, Thome, Cantuariensium archiepiscoporum, emerserit que-

a) Victor Tunmutensis urbis episcopus scripsit anno incarnationis 568. *A*; 581. *D*. b) Tiscinensis *A*. c) Parimensis *B*. *B 2*; Primiensis *D*. d) 968. *B 2*; 973. *A*. e) sua *add. A*. f) 1193. *B 2*.

1) Cassiodori opera ed. Garet II, p. 720.

stionis; 5. quo fine quieverit controversia diutius inter regem Henricum secundum et filios suos habita, diligens lector inveniet in sequentibus. Opus si quid presens plurimum a compendio mutuatur, quantum ratio sinit, adeo sub moderatione repressum, ut nec prodiga sit in eo copia nec obscura brevitas nec concinnitas tediosa. . . . . . .

Anno siquidem 662.[1] Ebroinus maior domus primo super Lotharium regem Francorum, postmodum super Theodoricum regem, fratrem Lotharii, principabatur. Theodoricus vero rex propter insolentiam Ebroini a Francis repudiabatur, et frater eius Hyldericus in regnum collocatur. Hylderici maior domus erat Wlfohaldus; postea, occiso Hylderico, Theodoricus regno restituitur, et Leudesius maior domus efficitur. Rursum Ebroinus Leudesium maiorem domus perimit, Clodoveum quendam, fingens esse filium Lotharii regis, regem sibi facit. Wlfohado maiore domus mortuo, Pipinus, pater Karoli Martel, principatur in Austria. Ebroinum maiorem domus Ermenfridus perimit. Warato pro Ebroino maior domus statuitur sub rege Theodorico. Waratone quoque mortuo, Bertarius fit maior domus sub rege Theodorico.

Zacharias papa.

Pipinus autem primo sub Theodorico rege, postmodum sub Clodoveo rege solus toti regno principatur. Grimoaldus, filius Pipini, in aula Hyldeberti regis maior domus statuitur. Grimoaldo mortuo, Theodwaldus, nepos Pipini, sub Hyldeberto rege maior domus efficitur. Mortuo Hyldeberto Francorum rege, Clodoveus, filius eius, regnat post eum. Franci Chilpericum regem statuunt et Raginfredum maiorem domus. Lothario rege mortuo, qui successit Clodoveo, Karolus Martellus maior domus Chilpericum regem sibi facit. Mortuo Chilperico, idem Karolus Theodericum sibi facit regem. Theodorico mortuo, regnat Hyldericus; pro quo Pipinus, filius Karoli Martelli, in Francia principatur, et post novem annos Hyldericus rex in monachum tonsoratur.

751. Pipinus rex Francorum.

752. Stephanus papa. Hic Pipinum unxit in regem*. . . . . . .

1013.[a] In cimiterio Magni martiris in Saxonia quibusdam choream ducentibus et cantilenas seculares obstrepentibus in nocte natalis Domini sacerdos, primam missam inchoans, imprecatus est dicens: 'Placeat Deo et sancto Magno, ut ita cantantes permaneatis usque ad annum'. Qui sic permanserunt; quos nec frigus nec calor, nec fames nec sitis, nec lassitudo per annum affecit. Anno evoluto Herebertus Coloniensis archiepiscopus manus eorum solvit et ante altare Magni martyris reconciliavit, tribus eorum statim morientibus, 15 per triduum dormientibus[2]. . . . . . .

Rob. Tor. 1027. . . . De[3] probitate et potentia Canuti regis Anglorum pauca sunt perstringenda. . . . Extra numerum vero bellorum, quibus maxime splenduit, tria gessit eleganter. Primum, quod filiam suam Gunnildam imperatori Romano cum ineffabilibus divitiis maritavit[3]. Quam[b. 4] Rodingarus Alemannicus impetivit de adulterio, sed Mimekinus eam defendit et Rodingarum interfecit. . . . . . .

1036. . . . Henricus[5] imperator Romanus. Imperatores[6] ab antiquis temporibus modo Rome, modo Constantinopolis rei publice commodis inhiantes, in quo maxime fecerunt sibi nomen, et notariis notum est et redactum in actis. Itaque Iulii Cesaris strenuitatem, felicitatem Augusti, Titi liberalitatem, innocentiam Traiani, Constantini fidem, Theodosii penitentiam, magisterium Iustiniani, Karoli magnanimitatem, facetiam Henrici poteris admirari, poteris approbare, poteris emulari, dum te mundus agnoverit imperiali collocatum in sede.

Imperatoris[7] Henrici fuit in curia diaconus quidam, qui litterarum peritiam et elegantiam vocis vitio corporis deformabat, vehemens mulierum amator. Cui quadam nocte sollempni volutato cum meretricula, cum hoc ad imperatoris conscientiam pervenisset, mandat imperator, ut ad euangelium publice legendum se preparet. Diaconus accessum altaris pro peccati conscientia subterfugiens, obtemperare detrectat. Imperator instat et urget, ut diaconi probet constantiam, et ait: 'Quia mihi parere non vis in obsequio tam facili, terram meam exeas'. Diaconus amplexus sententiam, cum sarcinis recessit ab urbe. Quem missis cum festinatione nunciis revocat imperator, dicens: 'Quia pluri penderis Dei timorem quam meas minas, episcopatum habeto, qui primus vacaverit, tantum renuncies amori meretricule'.

*) contra quem, scilicet Stephanum, Constantinus intruditur *add. A.*

a) *ita B. B 2. C*; 1036. *A.* b) Quam — interfecit *in marg. suppl. B.*

1) Quae sequuntur a Radulfo ipso, Fredegarii continuatoribus aliisque historiis Francorum adhibitis, composita esse videntur; cf. Fredeg. ap. Bouquet II, p. 450. et Fragmentum historicum ibid. p. 699. 2) Hoc miraculum noster verbis contractis vel e Willelmi Malmesb. G. R. II, 174. vel ex simili fonte sumpsit; cf. SS. X, p. 464. et praeterea SS. IV, p. 740, n. 8. 3) Haec ex Henr. Huntingd. Hist. Angl. VI, SS. XIII, p. 150, sumsit Robertus de Monte, SS. VI, p. 478. 4) V. Will. Malm. G. R. II, 188, SS. X, p. 466, cui tamen nomina desunt. Cf. quoque Rogerum de Wendover in Matthaei Paris. Chronico Maiore ed. Luard I, p. 515; Ioh. Brompton, ap. Twysden col. 933. 5) Scilicet III. 6) *Imperatores — sede*, ut Stubbs I, p. 177. praesumit, ex allocutione ad imperatorem quendam facta et in eodem libro, ut videtur, cum fabulis servata quae de Henrico III. tractant. 7) *Imperatoris — meretricule*, verbis alio ordine positis, noster fortasse communi fonti propius accedit quam Will. Malm. II, 191, SS. X, p. 467; quam ob rem ne in sequentibus quidem typis minoribus usi sumus.

Idem[1] imperator sororem habens sanctimonialem, eam suo deesse lateri non patiebatur. Cum autem quidam clericus curialis quadam nocte cum sanctimoniale cupitis frueretur amplexibus et diutius se voluptas protenderet, illuxit dies. Et ecce totam terram nix operuerat. Ne vero clericus deprehenderetur, iuxta votum suum monialis dorsum ascendit et extra curiam est evectus. Imperator autem per fenestram forte prospiciens, clericum equitantem aspexit. Vacantem episcopatum eidem dedit. Quem modeste redarguens et auribus insusurrans, dixit: 'Vide, ne ulterius mulierem inequites'. Sororem autem abbatissam constituit, dicens: 'Vide, ne clericum amplius equitem patiaris'.

Idem imperator venaturus silvam adiit. Missam auditurus, sacerdos ultra modum deformis erat. Imperator secum tacitus cogitabat, quare Deus tam deformem hominem sacramenta sua conficere sineret. Mox cum ad versum tractus ventum esset: *Scitote, quoniam ipse est Deus*, sacerdos, socordiam pueri ministrantis increpitans, respexit et concitatiore voce, quasi cogitanti imperatori responderit, dixit: *Ipse fecit nos, et non ipsi nos.* Quo dicto repercussus imperator, propheticum virum estimans, invitum et renitentem sullimavit in episcopum[2].

Idem[3] imperator pentecosten apud Maguntiam celebravit. Fuldensis autem abbas privilegium habet, ut in precipuis festivitatibus sedeat imperatoris ad dexteram. Igitur inter cubicularios abbatis et archiepiscopi de ponendis sedilibus oritur controversia. Pars altera sudes accipere, pars saxa iacere, pars properat enses evaginare. Sic furore per ecclesiam grassante, sanguine pavimentum inundat. Sed episcopis mediantibus pax reformatur, sollemnis dies agitur, cantibus festivis insistitur. Sequentia que sic incipit: *Sancti Spiritus*, cum ultimo versu, scilicet: *hunc diem gloriosum fecisti*, percantatur. Cum autem hinc inde chori conticuissent, vox ab aere lapsa late satis intonuit: 'Hunc diem bellicosum ego feci'. Imperator itaque dapes regias, que tam sibi quam curialibus parate fuerant, pauperibus erogavit et pauperibus diem gloriosum fecit.

Quidam de genere senatorio duxit uxorem, convivium sodalibus fecit, ludo vacaturus in Martium campum[4] exivit. Anulum sponsalitium aeree statue, que digitum habebat extentum, in digito posuit. Post ludum anulum repetens, invenit statue digitum ad volam usque curvatum. Intempesta nocte redit ad statuam et digitum iterum extentum et anulum surreptum miratus est. Cumque se iuxta coniugem collocasset, sensit quiddam nebulosum et densum inter illam et se volutari, quod sentiri posset nec videri posset. Hoc obstaculo prohibitus ab amplexu, vocem etiam audivit: 'Mecum concumbe, nam hodie me desponsasti. Venus ego sum, digito cuius anulum imposuisti, quem habeo, nec reddam alicui'. Tunc iuvenis, habito cum amicis consilio, cuidam Palumbo presbitero suburbano, nigromanticis artibus instructo, rem ex ordine pandit. Qui grandi victus mercimonio, compositam iuveni tradit epistolam, dicens: 'Vade illa noctis hora foras urbem ad compitum, stans tacite considera. Transibunt hominum figure utriusque sexus; quicquid ad letitiam pertinet vel tristitiam in illorum videbis et vultibus et gestibus. Nullum illorum compellabis, et, si loquatur tecum, non respondeas. Sequetur illam turbam quidam reliquis statura procerior et forma corpulentior. Huic tacitus epistolam trades legendam'. Iuvenis presbiteri iussa complevit. Inter ceteros transeuntes vidit mulierem ornatu meretricio mulam inequitantem. Ultimo, qui dominus videbatur, protenta manu tacitus porrexit epistolam. Demon notum sigillum non ausus contempnere, legit scriptum, moxque brachiis in celum elatis: 'Deus', inquit, 'omnipotens, quamdiu patieris nequitias Palumbi presbiteri!' Mox a latere suo missi satellites anulum a Venere plurimum tergiversata vix tandem extorquent. Ita iuvenis sine quovis obstaculo potitus est uxoris amore. Sed Palumbus, cum demonis clamorem ad Deum de se factum audisset, finem dierum sibi presigniri presensit. Quocirca, membris omnibus ultro truncatis, confessus est pape coram populo flagitia multa.

1) *Idem — patiaris* fortasse nonnisi e Will. Malm. II, 190, SS. X, p. 466, excerpta sunt. 2) Cum haec fabula apud Radulfum nostrum et Radulfum Nigrum solos inveniatur, Stubbs I, p. 178. suggerit, eos narratiunculas istas, de quibus diserte scripsit Steindorff, 'Jahrb. d. D. Reichs unter Heinrich III.' I, p. 515—520. et p. 536, non e Willelmi libris, sed ex communi fonte hausisse. Eiusmodi fabulas separatim s. XII. divulgatas esse, docet codex Cantabrigiensis, quem Pertz, SS. X, p. 461. et 471, ad Willelmi historiolas contulit. 3) *Idem — fecit.* Hic iterum Willelmum Malm. II, 192, SS. X, p. 167, decurtasse videtur. 4) *In campum prodeunt* Will. Malm., ib. p. 471; certe hoc loco Radulfus priscam fabulae lectionem melius asservasse videtur. Caetera autem multo fusius tradit Willelmus.

Circa[1] dies istos fuit Gregorius papa VI. Hic arma undecumque et equos conquisivit, milites adornavit, et primum basilicam beati Petri preoccupans, raptores oblationum vel extinxit vel effugavit et predia omnia et oppida multis temporibus amissa in antiquum ius reformavit. Ita pax, per multorum segnitiem exulans, per unum hominem in patriam rediit. Unde Quirites rapto assueti sanguinarium illum vocabant. Cardinales etiam, cum beatus ille valetudine decumberet, ausu temerario eum ammonebant, ne se in ecclesia beati Petri cum ceteris apostolicis tumulari preciperet, quam tot hominum cedibus fedasset. Quibus ille: 'Omnia committamus divino examini. Corpus meum antecessorum meorum more compositum ante ianuas ecclesie sistite. Ianue seris et repagulis dampnentur. Si Deus voluerit, ut ingrediar, applaudetis miraculo. Si minus, de cadavere meo facite, quod vestris insederit animis'. Cum ille spiritum efflasset extremum, ante portas seris occlusas exanimis presulis exuvias deportant. Sed mox divinitus turbo emissus omnia repagulorum obstacula dirumpens, valvas etiam ipsas vehementi patefactas impetu ad parietem impulit. Populus astans acclamat in gaudium, pontificis corpus cum patribus celebri veneratione locatur. . . . . . .

Sigeb. 1068. Rome — — Cadalus Parmensis episcopus reprobatur; unde dictum est:

Cadalus in Parma Parme fuit arcus et arma,
Cadalus occubuit, Parma ruina fuit. . . . . . .

1072. [Robertus[a] Fricensis Flandriam cepit[2]]. . . . Cuius[b] filia[3] nupsit Cnutoni regi Danorum; de qua Cnuto genuit Karolum postea Flandrensium comitem. . . . . . .

1138. Theobaldus[4]. . . . Romam proficiscens, pallium suscepit ab Innocentio papa in concilio[5] Rome habito. . . . . . .

1139. . . . Habitum est Pisis[6] concilium, [presidente[c] Innocentio papa secundo, tempore Conradi[7] qui dicebatur imperator, in quo Viennensis archiepiscopus[8] degradatus est causa incontinentie].

II. EX YMAGINIBUS HISTORIARUM.

CAPITULA YMAGINUM HISTORIARUM.

. . . .

Rob Tor. 1151. Fredericus fit rex Teutonicus. . . . . . .
1154. . . . Rogerus rex Sicilie successorem reliquit Willelmum filium suum. . . . . . .
1155. . . . Fredericus rex Alemannorum ab Adriano papa consecratus est in imperatorem. . . . . . .
1156. . . . Willelmus rex Sicilie civitatem Barum evertit. . . . . . .
1157. . . . Willelmus rex Sicilie cepit Sibillam. . . . . . .

1159. . . . Post Adrianum papam Alexander papa creatus est. Exortum est scisma. . . . . . .

1160. A rege Francorum et Anglorum in Alexandrum papam consensum est. Imperator Octovianum recepit. . . . . . .

Rob Tor. 1163. . . . Thuronis concilium celebratum est . . . . . .
1165. . . . Reginaldus Coloniensis archiepiscopus venit in Angliam. . . . . . .

1167. Matildis, filia regis, nupsit Henrico duci Saxonico. . . . . . .

1168. Alexandro pape magnates Theutonici regni scripserunt: *Cum clerum plurimum* etc. . . . . . .

1173. Adelfunsus rex Aragonum, Reimundus comes Sancti Egidii, Girardus de Vienna, comes de Moriana venerunt ad curiam regis apud Montem-Ferrandi. . . . Septies viginti Flandrenses irrumpentes in Normanniam submersi sunt prope Pasceium. . . . . . .

1174. . . . Flandrenses in auxilium regis filii venientes in Angliam, vastaverunt Norwicum. . . . Robertus Cameracensis electus interfectus est.

1175. . . . Philippus[d] comes Flandrensis crucem accepit. . . . Philippus comes Flandrensis Walterum de Fontibus, cum Ysabele[9] comprehensum, iussit interfici.

1176. . . . Fredericus imperator Mediolanum vastavit.

a) Rob. — cepit *C; desunt A. B.* b) Cuius — comitem *in marg. suppl. B, des. C.* c) presidente — incontinentie *A, desunt in reliquis codd.* d) Phil. — accepit *des. A.*

1) Cf. Willelm. Malm. II, 201—203, SS. X, p. 469. 2) Potius a. 1071. 3) Adela. 4) Archiepiscopus Cantuariensis. 5) Potius a. 1139. 6) A. 1135, Mai. 30. 7) Potius Lotharii III. 8) Cf. infra Ymag. a. 1154, p. 262. 9) Uxore Philippi.

1177 . . . Iohanna, filia regis Anglie, nupsit Willelmo regi Sicilie. . . . Fredericus imperator abrenuncians scismati, dextravit Alexandrum papam apud Venetias ad ecclesiam sancti Marci . . . . . .

1178. . . . Fredericus imperator ab Ytalia rediit in Teutonicam. . . . . . . Iohannes Strumensis[a] scismaticus reconciliatus est. Fredericus imperator apud Arelas, quartam imperii sui sedem, diadema suscepit die nativitatis beate virginis. . . . . . . Sept. 8.

1179. . . . Synodus trecentorum decem episcoporum est habita Rome. . . . . . .

1180. . . . Conradus marchio Christianum archiepiscopum Maguntinum coniecit in vinculis in Rupe Sancte Christine. . . . Philippus rex Francorum Margaritam[1], filiam Baldewini comitis Hainaucensis, duxit uxorem apud Truncum, quam unxit in reginam Guido Senonensis archiepiscopus apud Sanctum Dionisium. . . . . . .

1181. . . . Philippus comes Flandrensis et Stephanus de Sacro-Cesaris conspiraverunt adversus regem Francorum Philippum. . . . Humbaldus Hostiensis episcopus papa creatus est Lucius papa tertius.

1182. . . . Henricus dux Saxonum exheredatus est. . . . . . .

1183. . . . Circa dies istos dux Saxonum venit in Angliam cum familia sua. . . . . . . Filia regis Portugalensis nupsit Philippo Flandrensium comiti. . . . . . . Apud Veronam, domino papa presente, Ravennas patriarcha perditionem terre Ierosolimitane cunctis exposuit. . . . . . . Philippus Coloniensis archiepiscopus venit in Angliam et, coronata civitate, sollempni processione receptus est in ecclesia sancti Pauli. Fredericus imperator Henrico, filio suo primogenito, regni diadema fecit imponi prope Maguntiam. . . . . . .

1185. . . . Henricus dux Saxonum rediit in Saxoniam, patrimonio contentus. . . . . . . Humbertus Mediolanensis archiepiscopus creatus est papa, vocatus Urbanus tertius.

1186. Henricus rex Theutonicus duxit uxorem filiam Rogeri primi Siculi regis. Viennensis archiepiscopus coronavit Fredericum, Aquileiensis patriarcha filium eius. . . . . . . Hugo Gratianopolitanus genere consecratus est episcopus Lincolnie. . . . . . .

1187. . . . Albertus cancellarius Romanus creatus est papa, vocatus Gregorius octavus. . . . . . .

1188. . . . Ricardus Bare Lexoviensis archidiaconus directus est ab Anglorum rege nuntius imperatoribus Romano et Constantinopolitano et regi Hungarie. . . . . . . Fredericus imperator litteras direxit Saladino. . . . . . .

1189. . . . Fredericus imperator apud Reinesburg[b] iter peregrinationis arripuit. . . . . .

A[c] patre transeamus ad filium, quem adversa ne frangerent, prospera sepius evexerunt. Ricardus igitur rex Anglorum ad expiandas atroces iniurias, quas in patrem commiserat, dum tenderet Ierusalem, expertus est multociens in terra labores, in mari pericula. Sed in itinere, ne deficeret aurum, a Siculis, a Cypriis et Agarenis in conflictibus singulis reportavit triumphum. Ut autem rediret ad cor et medelam suis excessibus collatam sentiret, a peregrinatione revertens in carcerem est retrusus, ad redemptionem compulsus est; status interversionem incurrit. In Angliam rediens, preter spem suorum fidelium in favore magno tam cleri quam populi diu desideratus advenit. Regno suo per Dei gratiam in brevi pacificato, transiit in Normanniam et intra paucos dies multos ex suis, qui, dum in vinculis teneretur, ad suos hostes transfugerant, potenter edomuit, ut a Vernolio, quousque dirigatur iter, ad Crucem-Karoli nullus ei rebellis existat. . . . . . .

Treverensis archiepiscopus sepultus est apud Sanctum Andream Norhamtone. . . . . . . Tancredus factus est rex Sicilie.

1190. . . . Rex Francorum iter suum direxit versus Ianuensem urbem, rex Anglorum versus Marsiliam. . . . . . . Fredericus imperator submersus est in fluvio qui vocatur Safet. Ricardus rex Anglorum nuntios domini pape suscepit in portu Romano. Baldewinus archiepiscopus, Hubertus Saresbiriensis episcopus et Rannulfus quondam Anglie iusticiarius a sinistra reliquerunt Siciliam, applicuerunt apud Tyrum, invenientes Aconem obsessam. . . . Reges Francorum et Anglorum appulsi sunt apud Messanam. . . . Tancredus rex Siculus numeravit regi Ricardo primum unciarum auri vigesies mille, secundo

a) Trumensis *C.* b) Reineburg *A.* c) *locus qui sequitur usque verba* rebellis existat *rubro exaratus in codd.*

1) Elisabeth.

totidem uncias. Conradus marchio de Monte-ferario Sibillam, filiam Amaurici regis a viro disiunctam, accepit uxorem. . . . . . .

1191. . . . Iacinctus, inter diaconos primus, creatus est papa, vocatus Celestinus papa tertius. Celestinus consecravit Henricum imperatorem. Civitas Thusculanum a Romanis est diruta. . . . . . . Reges Francorum et Anglorum navem ascenderunt apud Messanam, visitaturi Ierusalem. . . . . . .

1192. . . . Savaricus electus est in episcopum Bathoniensem. Regem Anglorum dux Austrie comprehendit apud Wenam.

1193. . . . Dux Austrie vendidit regem Anglorum imperatori. Rex Anglorum retrusus est in loco qui dicitur Trivallis. . . . Redemptio regis excrevit ad centum milia librarum argenti. . . . . . .

1194. Walterus Rothomagensis transfretavit in Alemanniam. . . . Rex solutus est a carcere. Pactiones inite sunt plures inter imperatorem et regem. Confligentibus duce Lovanie et comite Hainocense, duci cessit victoria. De regibus Sicilie. Rex Anglorum sollemni processione receptus est Colonie. Rex veniens in Angliam receptus est Lundonie, coronata civitate. . . . Absolutus est dux Austrie, prestito iuramento, quod stabit mandato domini pape. . . . Iohannes Lugdunensis archiepiscopus venit in Angliam. . . . Rogerus[1] de genere Normannorum primus in Sicilia rex creatus est.

Dec. 26. 1195. Die festo sancti Stephani dux Austrie cecidit equo. *Henricus imperator et rex Sicilie Waltero Rothomagensi archiepiscopo.* . . . . . .

1197. . . . Circa dies istos episcopo Cameracensi Iohanne defuncto, tres sunt electi etc. . . . . . . *Notum sit universis hoc scriptum visuris, quod hoc est fedus et conventio inter Ricardum regem Anglie et Baldewinum comitem Flandrie.* . . . . . .

1198. . . . Celestino papa tertio defuncto, Lotharius diaconus cardinalis papa creatus est. . . . . . . Othoni, nepoti regis Anglorum Ricardi, redditum est Aquisgranum; 6. Idus Iulii consecratus est in regem. . . . . . . Comes[a] Flandrie venit ante villam Sancti Audomari etc. . . . . . . Villa Sancti Audomari reddita fuit comiti Flandrie. . . . . . .*

INCIPIUNT YMAGINES HISTORIARUM QUAS RADULFUS DE DICETO DECANUS LUNDONIE SUB EA QUA POTUIT BREVITATE REDEGIT IN ORDINEM.

Rob. Tor. . 1151. Fredericus, nepos Conradi dicti Romani imperatoris, fit rex Teutonicus.

1153. . . . A castris ad aratra, a tentoriis ad ergasteria Flandrensium plurimi revocabuntur[2], et quas nostratibus operas indixerunt, dominis suis ex necessitate persolvent. . . . . . .

1154. . . . Aimarum Viennensem archiepiscopum, quem Innocentius secundus in Pisano[3] concilio deposuerat, Adrianus papa restituit. . . . . . .

1156. . . . Regina Alienor peperit filiam regi Anglorum, quam vocavit Mathildem[4].

1159. . . . Scisma de electione duorum paparum. . . . . . .

1160. A rege Francie et a rege Anglie in Alexandrum papam consensum est. Imperator vero Alemannie cum clero suo recepit Octovianum, et missis ad reges Francorum et Anglorum nuntiis, ut eundem papam reciperent, petiit nec impetravit. . . . . . .

1161. . . . Nicholaus, natione Anglicus, ex patre presbitero summus pontifex fuit, vocatus Adrianus papa quartus[5].

cf. Rob. Tor. 1162. 1162. . . . Fredericus imperator Romanus, Ludovicus rex Francorum prope Crisopolim[6] convenerunt, ut ecclesie Romane scisma sedarent et[b], quis[c] esset[d] preferendus, decernerent**. . . . . . . Papam . . . ad Gallias descendentem Willelmus de Monte-pessulano tamquam ligium dominum suum receperat honorifice. . . . . . .

*) *Post Capitula in cod. B tempore Edwardi I. chartae a. 1291. Iun. 5. datae insertae sunt, quibus competitores Scotiae se arbitrio regis Angliae subiiciunt; cf. Rymeri Foedera I, p. 755.*

**) *A add.:* Rex Francorum super hoc prestitit sacramentum, sed penitens absolutus est ab Alexandro papa.

a) *haec des. C.* b) ut *A.* c) paparum *add. A.* d) pref. es. *A.*

1) His verbis incipit caput de Constantia imperatrice Ymag. Hist. a. 1194. 2) Pace inter Stephanum regem et Henricum successorem facta, stipendiarii externi Anglia expelluntur. 3) V. Abbr. Chron. a. 1139. 4) Quae postea Henrico Leoni nupsit. 5) Potius a. 1154—1159. 6) Besançon.

Postquam autem induit[1] vestes summis sacerdotibus Domino disponente collatas, habitum sic mutavit, ut mutaret et animum. Nam curie curis interesse non approbans, ut eximeretur a curia, vacans orationi, superintendens ecclesie sue negotiis, nuntium in Normanniam regi direxit, renuntians cancellarie, sigillum resignans. Quod altius in cor regis[2] ascendit, in se solum causam resignationis tam subite retorquentis. Audierat namque, quod Maguntinus archiepiscopus in Theutonica sub rege, quod Coloniensis archiepiscopus in Italia sub imperatore nomen sibi vendicent archicancellarii. Nec[a] promiscuis actibus estimant turbari rerum officia, si gestant in dextera baculum pastoralem et ad expediendas regni vel imperii necessitates et pacem ecclesie procurandam propensius accinguntur, dummodo cancellarius curie sinistro lateri sigillum allateret nunc regis, nunc imperatoris[*]. . . . . . .

1163. . . . Alexander papa concilium congregavit Turonis in ecclesia sancti Mauritii duodecimo Kalendas Iunii. . . . . . . Mai. 21.

1165. . . . Alexander papa rediens in Ytaliam, Rome recipitur et inde transiit Beneventum. (cf. Rob Tor) Rege morante apud Westmustier[3], Reginaldus Coloniensis archiepiscopus venit in Angliam, accepturus uxorem Henrico duci Saxonie[b] Matildem, primogenitam filiam regis. Cui cum magnates regni sollemniter occurrissent, Robertus comes Legecestrie, iusticiarius regis, illum archiscismaticum in osculum non recepit. Eversa sunt passim altaria, super que missam illi celebrarunt scismatici. . . . . . .

1167. . . . Matildis, filia regis, nupsit Henrico duci Saxonico. Comes de Arundel[4], comes de Struguil[5] illi prebuerunt ducatum et alii plures. . . . . . .

1168. Alexandro pape scriptum est in hec verba[6]: *Cum clerum plurimum et principes imperator ad concilium suum in sollempnitate pentecostes adunasset, sabbato et 2. feria tractatum est de pace et concordia inter vos et eum reformanda.* (1165 Mai 22. 24) *Ad hec superveniens Coloniensis electus[7] in medio omnium protestatus est: 'Domine imperator, consilia que adversus papam Alexandrum hucusque captastis ad destitutionem eius nichil tibi profuerunt, nichil ei nocuerunt. Sed si consilio meo adquieveritis, in promptu erit et Alexandri deiectio et pape nostri Pascalis exaltatio; si vos scilicet Alexandri obedientiam et eo decedente cuiusque de parte eius electi abiuraveritis'. Placuit imperatori forma consilii. Tunc ait Magdaburgensis[8]: 'Si dominus Coloniensis primus omnium abiuraverit Alexandrum et iuraverit, quod ordinationem suam et consecrationem a Pascali recipiet, de secreto animi sui certiores nos reddet'. Adquievit imperator. Cumque Coloniensis ita primo iurare iussus detrectaret, vehementer accensus imperator ait: 'En apparet, quod tamquam proditor et traditor operatus sis adversus me et animam meam. En apparet, quod sanum consilium michi dedit Maguntinus[9], defuncto Octoviano dicens, quod, cum me Dominus eo mortuo a periculo maximo liberasset, caverem michi, ne me iterum periculo consimili involverem; unde tibi missis mandatis scripsi, ne me inconsulto de substituendi pontificis electione quicquam tractares; tu vero clam me auctoritate tua istum elegisti'. Tandem Coloniensis primus et absolute iuravit in supradictam formam; postmodum imperator obedientiam vestram et cuiusque de parte vestra electi abiuravit.* . . . . . .

1170. . . . Lundoniensis episcopus[10], dum Romam tenderet, sibi per totam Burgundiam insidias preparari multorum certa didicit relatione. Qua de causa per viam multo longiorum et difficiliorem iter arripuit, transitum habens per Rupem-Amatoris[11], per Sanctum Willelmum, per Montem-pessulanum, per Sanctum Egidium[12], et post transcensis Alpibus veniens ad Sanctum Ambrosium[13], litteras domini pape[14] suscepit. . . . . . .

*) qui dicitur prothonotarius *add. manu recentiore B, et ita B 2. C.*

a) Qui nec *A.* b) Saxonico *A.*

1) Scilicet Thomas nuper archiepiscopus Cantuariensis creatus. 2) Henrici II. Angliae regis. 3) Minime, sed Rotomagi; v. Ep. Rotrodi archiep. Rotom. ad Henricum presb. card., SS. R. Gall. XVI, p. 238, et Epp. S. Thomae Cantuar. ed. Giles II, p. 148. — *Henricus rex in octabis pasche apud Gisorz . . . Inde rediens Rotomagum . . . venerunt similiter ad eum legati Frederici* . . . Rob. de Monte a. 1165. 4) Willelmus. 5) Ricardus. 6) Excerpsit noster et anno 1168. perperam inseruit epistolam amici cuiusdam ad Alexandrum papam apud Baronium, Ann. eccl. ed. Mansi XIX, p. 256, et inter Epp. s. Thomae Cantuar. ed. Giles II, p. 264 (cf. IV, p. 246); quam, ut putatur, Conradus archiepiscopus electus Moguntinus de rebus in curia Wirciburgensi Maio exeunte a. 1165. actis composuit; v. Ficker, 'Reinald von Dassel' p. 133, et Reuter, 'Alexander III.' II, p. 585. 7) Reginaldus a. 1159—1167. 8) Wichmannus a. 1154—1194. 9) Conradus I, a. 1161. electus, a. 1165. depositus. 10) Gilbertus. 11) Roquemadour in Quercy. 12) St. Giles ad Rodanum. 13) Mediolanum. 14) Jaffé nr. 7829.

1173. Henricus rex Anglie Iohanni, filio suo, cognomento Sine Terra, vix bene septenni, filiam primogenitam[1] Humberti comitis de Moriana, quam ex relicta Henrici Saxonici ducis[2] sustulerat, sponsam accepit. Et quia spes masculine prolis nulla supererat, quatuor castella comitis, que vel natura loci vel artificio manuum munitiora reputabantur, iuxta voluntatem regis deputata sunt custodie.

Adelfunsus[a] rex Aragonum, Reimundus comes Sancti Egidii, Girardus comes Viennensis, Humbertus comes de Moriana tamquam ex condicto convenerunt ad curiam regis Anglie Febr. 12. apud Montem-ferandum in Arvernia 2. Idus Februarii. Fuit et ibi Henricus rex, filius regis Henrici. Procerum, equitum, civium, quos varia trahebant negotia, multitudo numerosa non defuit; ubi gaze multiplices et ab antiquis congeste temporibus sumptibus regiis, affluentia expensarum, donariorum multiplicitate possent exinaniri, ni thesaurorum acervus, quos Anglia destinaverat, excresceret in immensum. . . . . . .

Dissensio talis[3] exitu felici claudi non potest. . . . Libros lege, scripturis invigila. . . . . .

A.

Windichindus Saxonicus.

Constantinus imperator Constantinopolitanus, ultimus huius nominis, matrem* suam Yrenem imperatricem imperio privat. Yrene imperatrix super erepto sibi imperio femineo dolore abusa, Constantinum filium suum oculis et imperio privat et sola annis tribus imperat. (*Sig 791. 798.)

B.

791. Constantinus imperator Constantinopolitanus, ex quo sponsalia[4] contraxit cum filia Karoli Magni regis Francorum et imperatoris Romani, statim elatus affinitatis nove pretextu, matrem suam Yrenem expulit ab imperio. Que post triennium resumptis viribus filium cepit et excecavit.

Sig 801. 801. Romani qui ab imperatore — — augustum appellant.

Sig. 792. 792. Pipinus, Karoli Magni imperatoris Romani filius naturalis gibboque deformis, vana spe regni a maioribus terre illectus, contra patrem suum coniurationem fecit, qui consilio detecto tonsoratur et monachus efficitur. Sociorum eius alii decollantur, alii suspenduntur.

Mar 831, ib 834. 833. Ludovicus Pius imperator Romanus, filius Karoli Magni, Karolo Calvo, filio suo, quem ex Iudith, filia Welfonis, sustulerat, Alemanniam et maximam partem regni coram filiis suis ex Ermingardi sublatis, Lothario scilicet et Ludovico et Pipino, concessit; unde tres indignati sunt et insurrexerunt in patrem et eum bello captum in carcere detruserunt. Quod facinus fraterno inter se discidio et bello apud Fontaniacum habito postmodum expiarunt.

Lotarius[b] imperator Romanus, nepos Karoli Magni, patrem suum Ludovicum imperatorem carcerali custodie mancipavit. Quod ne videatur aliquibus inpunitum mansisse, dum Lotarius liberos non sustulerit, post Karolum Calvum, fratrem suum iuniorem, de rege Francorum creatum imperatorem, barbaries incomposita Baioariorum tam regnum Germanie, tam regnum Longobardorum quam etiam ipsum imperium, non ordine successorio semper, sed electione communi frequentius et optinet et optinuit.

Sig 873. 873. Karolus iunior, Ludovici Germanorum regis filius, a demonio graviter in presentia patris et optimatum eius vexatur et in ipsa vexatione confitetur, hoc ideo sibi contigisse, quia contra patrem suum conspirationem facere moliebatur.

Sig. 952. 955. 952. Luidulfus, Ottonis[c] Romani imperatoris filius, instinctu Conradi ducis contra patrem suum rebellavit, Reinesburc[d] cepit et multas alias urbes et principes a patre avertit. Rex illum intra Maguntiam conclusum obsidet. Luidulfo ad gratiam patris reducto, Conradus dux, Dei et imperatoris transfuga, ad Hungaros se contulit et ibi mortuus est. Luidulfus sine spe regni mansit, nullum relinquens heredem.

Marianus Scottus

Sig. 1106. 1106. Henricus, filius Henrici Romani[e] imperatoris, consurgens in patrem, venit Aquisgranum, imperatore morante apud Leodium, et in quinta feria dominice cene premisit suos preoccupare pontem apud Winsatum, ne quis sibi venienti obstaret. Sed militibus patris concurrentibus ad exoccupandum pontem milites filii a ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam mersis, aliis occisis; sicque filius contra patrem veniens rediit inglorius. Qui licet patri succederet, in huius facti vindictam sine liberis decessit. . . . . . .

Gregorius Turonensis archiepiscopus.

Sig. 563. 563. Lotharius rex Francorum, filius Clodovei primi regis in Francia[f] christiani, Crannium filium suum contra se diu rebellantem et, cum patri resistere non posset, in Minorem Britanniam fugientem prosecutus est. Conobrum itaque ducem Britonum auxiliarium filii Lotarius rex peremit. Crannium vero captum cum uxore et filiabus igne consumi fecit.

a) Adelfulsus *C.* b) Lotarius — optinuit *des. A.* c) filius O. R. imp. *A.* d) Reisneburc *A.* e) i. R. *A.* f) Frantia *A.*

1) Alicem. 2) Clementia de Zähringen. 3) Inter Henricum II. regen Angliae et Henricum filium primogenitum, quem coronaverat. 4) V. Annales Mosellanos a. 781. et Einhardi Vitam Karoli c. 19; cf. Abel, 'Jahrb. d. Fränk. Reichs unter Karl d. Gr.' p. 317. 318.

Item Windichindus. 872. Karolum Calvum regem Francorum domestica calamitas in filiis suis afflixit. Siquidem Karlomannum, in clericatu usque ad diaconatus officium provectum, ipse pater cepit et excecavit, pro eo quod ad apostasiam conversus et[a] omni genere nocendi regnum perturbans, alter quidem[b] Iulianus effectus erat. . . . . . Sig. 872.

Item Gregorius. 800. Rex Burgundie Sigismundus, qui monasterium Agaunensium construxerat, filium suum Sigericum peremit, malo noverce illius consilio usus. Qui competenti penitencie se addicens et martyribus Agaunensibus se totum devovens, quod dignus fuerit venia, testatur crebra post mortem eius multis concessa sanitatum gratia et per eum febricitantibus indulta curatio. Sig. 515

Item Gregorius. 589. Levigildus rex Wisigotorum filium suum Erminigildum hostili persequens animo, eum dampnavit exilio. Et quoniam Arriane comunioni participare noluit, nocte sancta pasche in carcere securi occidit. . . . . . . Sig. 589.

1173. . . . Septies viginti Flandrenses, irruptione facta prope Pasceium[1], beneficio pontis intraverunt Normanniam; stridor[c] lituorum, populi clamor, armatorum discursus e vestigio locum repleverunt eundem. Et sic Normanni viriliter resistentes, eos quantocius cogitare de reditu coegerunt. Sed pons, quo transitum prius habuerant, a muliercula quadam effractus, in subsidium aquas opposuit profundissimas. Quibus involuti Flandrenses universi submersi sunt. Quod audiens Ludovicus rex Francorum, ait: 'Pro Normannis elementa decertant. Nam alio tempore cum intrassem Normanniam, pars exercitus mei quam plurima pro aque penuria periit; nunc nimiam possumus habundantiam aquarum causari'. . . . . . . 1173.

Rex filius[2] Philippum Flandrensem comitem, Matheum, fratrem suum, comitem Boloniensem, multis et magnis promissionibus emollitos, instigatione regis Francorum suam traxit in partem. Qui quantocius multitudinem armatorum sub edicto vocantes, primoribus Flandrie renitentibus, intraverunt cum eo Normanniam in superbia magna. Castellum itaque de Albamarle[3], quod sine quorundam ignominia dici non potest, est celeriter expugnatum. . . . Cum inde progrederentur versus castrum Arches[4], Boloniensis comes in festo sancti Iacobi a quodam marchione[5] vulneratur ad mortem. Quod divino iudicio factum esse, pro Iul. 25. certo cognoscimus. Nam quia, propositis et tactis sacrosanctis reliquiis, inter quas et manus sancti Iacobi presentialiter habebatur, quinquennio iam transacto in festo sancti Iacobi fidelitatem patris regis iuraverat[6] et, sicut modo apparuit, in omnium oculis deieraverat, in ultionem tanti sceleris in die festo sancti Iacobi letali vulnere percussus est. Philippus comes de reditu festino sollicitus cum victoria simul et cum gaudio remeasset ad propria, nisi quia proditionis nota suos denigraret successus, et nisi quia mors fratris, que imminebat, dubios belli eventus sibi repromitteret in futurum. Rediit itaque per comitatum Aucensem[7], quem rex filius potestati sue iam totum subiecerat. . . . . . .

Robertus comes Legecestrie, consumpta pecunia quam ab Anglia secum asportaverat, reversurus in Angliam et per Flandriam transitum habens, cum uxore, cum supellectile venit apud Witsant[8], ubi, tam Normannorum quam Flandrensium, tam equitum quam peditum plurima comitante caterva, navem ascendit et, velis in altum expassis[d], appulsus est in Suthfolc apud Walentonam[e, 9] 3. Kalendas Octobris. . . . Stipatus milite multo comes et Sept. 29. paratus ad pugnam, in tribus milibus Flandrensium armatorum, quos vie participes tunc habebat, confidebat non minimum. Verum si milites regis militibus comitis conferantur, regalium numerus militiam comitis excedet in quadruplum. Si vero capita capitibus sub equa dinumeratione respondeant, si armatorum hinc inde copiam tam equestrem quam pedestrem equa lance quis colligat, multo plures erant cum comite, quam qui steterant ex adverso. Inito ergo certamine, et ictibus ictuum multiplicitate repulsis, post varios belli eventus comes, comitissa, quotquot Normannorum et Francorum cum eis venerant, capiuntur 16. Kalendas Novembris[f]. Flandrensium pars maior occiditur, pars quedam submergitur, Oct. 17. minima pars ad vincula subeunda pertrahitur. Hugo de Castello[10] capitur et Walterus de Wahelle. . . . . . .

Congregatus est infinitus exercitus apud Colecestriam[11], apud Sanctum Eadmundum, apud Gipeswic[12] ad superbiam Hugonis comitis[13] reprimendam. Qui cum posset, sicut

a) in *add. A.* b) quidam *Sigeb.* c) *ita A;* clangor *superscr.* vel stridor *B.* d) *i. e.* expansis. e) Waletonam *A.* f) Decembris *A.*

1) Pacy-sur-Eure. 2) Henricus (III), qui contra patrem Henricum II. seditionem moverat. 3) Aumale (dép. Seine inférieure). 4) Arques prope Dieppe. 5) i. e. limitis vel marchiae incola; cf. Geneal. Flandriae, SS. IX, p. 327, et Gisleb. Hanon., SS. XXI, p. 523. 6) Cf. Rob. de Monte a. 1168, SS. VI, p. 517. 7) Eu. 8) Wissant inter Calesiam et Bononiam. 9) Walton inter fluviorum Orwell et Deben ostia. 10) De Novo Castello; v. Rob. de Monte, SS. VI, p. 522. 11) Colchester, com. Essex. 12) Ipswich, com. Suffolk. 13) De Norfolk.

plurimis videbatur, expugnari de facili, quia Flandrensium multitudo, que ad eum confluxerat, si fuisset in castello conclusa, pro penuria victualium deperisset, proh pudor! Anglie magnates interventu pecunie, sicut dicitur, datis et acceptis induciis usque ad octa- 1174 Mai. 19. vas pentecostes, securum 14 milibus Flandrensium armatorum per Essexiam, per Cantiam invenerunt conductum et naves ad transfretandum paratas apud Dovram. . . . . . .

1174. . . . Philippus comes Flandrensium, presente Ludovico rege, presentibus regni Francorum maioribus, iuraverat tactis sacrosanctis reliquiis, quod infra 15 dies post instans festum sancti Iohannis intraret Angliam in valida manu et eam regis filii regis subiceret Iul. 14. potestati. Hac fiducia tractus rex filius 2. Idus Iulii venit apud Guitsandum[a], Radulfum de la Haie cum militia multa transmissurus in Angliam. Flandrensis comes 318, non dicam expeditos vernaculos, sed milites probatissimos et a Flandrensium multitudine selectos ad Iun. 14. transfretandum premisit. Qui postquam appulsi sunt in Angliam apud Airewellam[1] 18. Kalendas Iunii[2], sociis eorum pro maxima parte periclitatis, ilico comitem Hugonem[3] secum assumentes, invaserunt Norwicum, ceperunt, predati sunt, infinitam inde pecuniam aspor- Iun. 18. tarunt, multos abduxerunt captivos et ad redemptionem gravissimam coegerunt 14. Kalendas Iulii. . . . Comes[3] vero quingentos secum milites habens et multitudinem armatorum, quia viribus erat longe inferior et aliquem sibi posse succurrere desperabat, habito tractatu cum illa paucitate suorum, que secum remanserat — omnes quidem fere sui iam ab eo recesserant —, necessitate compulsus, datis obsidibus, milibus marcarum appensis, pacem regis Iul. 25. emeruit; 8. Kalendas Augusti homagium regi fecit, fidelitatem iuravit et rursus in suam ligantiam rediit. Multitudo Flandrensium, quam Philippus comes venturus in Angliam, sicut disposuerat, sicut tactis sacrosanctis reliquiis regi Francorum constanter promiserat, ante faciem suam premisit, prestito sacramento, quod amplius Anglie fines cum hostili manu non ingrederetur, cum licentia regis repatriavit. Militia regis filii regis, cui preerat Radulfus de la Haie, libera cum armis et impedimentis recessit. . . . . . .

Ludovicus rex Francorum, Henricus rex filius, Philippus comes Flandrensis, viribus undequaque collectis, innumerabilem congregarunt exercitum. Et a sinistro Sequanam Iul. 22. relinquentes, a parte septemtrionali Rotomagum obsederunt 11. Kalendas Augusti. . . . Diebus multis in discrimine multo decursis, dum rex Francorum regem patrem in manu valida Rotomagum adventasse certis relationibus didicisset, versus est in stuporem, et metuens, ne, sicut fama iam increbruerat, rex pater limites Francorum irrumpens obsideret Parisius, quomodo solveretur obsidio salvis corporibus, tractavit cum suis. Itaque de communi consilio tam Franci quam Flandrenses ignem machinis apponentes, avulsis tentoriis, Aug. 14. mapalia[4] succendentes et pergulas[5], non sine detrimento fame, 19. Kalendas Septembris recesserunt ab urbe, minis, iactationibus, sacramentis de diruenda Rotomago, tam incaute totiens interpositis, suspensis ad tempus. Extremam partem castrorum marchiones impugnantes, instanter arma plurima necnon et impedimenta diripuerunt in predam.

Theodoricus* Ausesiensis[6], heredibus aliis deficientibus, heres ipse nactus comitatum Flandrensem, occiso Willelmo comite Flandrensium Longa-spata, consobrino suo, ex comitissa sua Sibilla[7], amita regis Henrici secundi[b] Anglorum, genuit filium vocabulo Petrum. Qui post dies patris[c] cum ad ecclesiam Cameracensem regendam electus annis pluribus prefuisset eidem et redditus percepisset, metuens, ne, si Philippus comes frater suus sine liberis degens a Normannis confossus occumberet, hereditas transferretur ad exteros, ab inermi militia transiit ad armatam, et cingulo militari donatus, donativum antecessoribus suis a Normannia debitum, scilicet aut mortem aut vulnus, tempestive recepit[8]. Nam sicut Baldewinus[9] comes Flandrensium quondam interfectus est a Normannis, et sicut Matheus comes Boloniensium, ipsius Petri frater, anno preterito letale vulnus excepit apud castellum Arches, sic et ipse Petrus in obsidione Rotomagi gravissime vulneratus, cum Philippo fratre suo recessit exterritus. . . . . . .

Cantuariensis archiepiscopus[10] . . . recedens a curia, . . . iuga quoque montium cum

*) primum Methensis ecclesie archidiaconus, post *add. A.*

a) Guitsande *A.* b) secundi *del. A. B.* c) patrissare non cessans *add. A.*

1) Orwellhaven, com. Suffolk. 2) Rectius *Iulii;* cf. Pauli, 'Gesch. v. England', III, p. 115, n. 3. 3) De Norfolk. 4) Casas rusticorum. 5) Tuguria. 6) Theodericus Alsaticus comes Flandrensis a. 1128—1168. 7) Fulconis regis Ierosolymitani filia. 8) V. Geneal. Flandr. l. l. p. 326. 327; Gisleb. Hanon. l. l. p. 524. 9) Balduinus VII; a. 1118. vulneratus, a. 1119. obiit. 10) Ricardus.

prosperitate transcendens, intra valles Moriane in ecclesia sancti Iohannis[1] et in vigilia sancti Iohannis baptiste Batoniensem electum[2] consecravit, archiepiscopo Tarentasie[3] presente, manum etiam apponente. . . . . . . 1174. Iun. 23.

Robertus[a], super cuius manum comes incumbebat Philippus, thesaurarius Turonensis, Flandrie cancellarius, prepositus in ecclesiis ascriptus diversis per Flandriam, tandem Atrebatensis, ad ultimum Cameracensis electus, ut obsequium Ludovico regi Francorum prestaret, adversus regem Anglorum Philippum comitem ad perniciem multam Flandrensium instigavit, filios regis Anglorum animavit in patrem. Qui ut mala que fecerat etiam in vita reciperet, mandato Iacobi de Avennis interfectus est apud Edenen[4] prope Valentinianas 3. Nonas Octobris. Qui vitam pro certo miserabili morte finiens, a vilissimis est detruncatus latrunculis. Oct. 5.

Franci, sumptibus tediosis affecti, Flandrenses a suorum interemptione deterriti, dampna suis illata conferebant ad invicem. Et tam isti quam illi se suaque penitus inutili labore consumi videntes, a Normannorum infestatione propositum revocarunt, a limitum incursione pedem cohibentes et manum. Et ut sue tranquillitati prospicerent, filios regis Anglorum ad gratiam patris reducere summopere studuerunt, filios sane, quos si paternam maledictionem, odium cleri, populorum inprecationem incurrisse contendas, etatis beneficio merentur absolvi, si, postquam ad viriles annos pervenerint, penitentia iugis, satisfactio digna, patri debitus honor exhibitus cum devotione preterita commissa diluerit. . . . . . .

Fredericus imperator Romanus, in manu forti penetraturus Italiam, valles Moriane simulata pace pertransiit. Alpibus vero transcensis, Seusam succendit, circumiacentem provintiam devastavit, urbem Alexandriam, ad iniuriam sui nominis a Lombardis constructam, Kalendis[b] Novembris obsidione vallavit. . . . . . . Nov. 1.

1175. . . . Ad expiandas atroces iniurias, quas Anglis et Normannis sine causa Flandrenses frequenter intulerant, Philippi comitis urgente mandato, comes ipse, Petrus[5], frater eius, et innumera multitudo cum eis signo crucis humeros insignire salubri consilio statuerunt 3. Idus Aprilis, loca dominice passionis congruo tempore visitaturi; attendentes, illam stragem Flandrensium, quam comes Leircestrensis iure belli captus[6] apud Sanctum Eadmundum memorialem reliquit, in suum redundare discrimen, et animas interfectorum lamentis continuis ante tribunal superni Iudicis iniustitiam comitis protestari. . . . . . . 1175. Apr. 11.

Philippus comes Flandrensis Walterum de Fontibus, cum Ysabela comitissa, sicut dicitur, in adulterio[7] deprehensum, ictibus clavarum iussit interfici 2. Idus Augusti et eius cadaver, caput habens inversum in sella secessui deputata, pedibus religatis ad furcas propere preparatas, properavit suspendi. Ut etiam nichil crudelitati deesset, et ut plene seviret in mortuum, sic ignominiose suspensum fractis parietibus sub edicto datum est exponi publicis aspectibus concurrentium. . . . . . . Aug. 12.

1176. . . . Ad summonitionem regis, rege filio moram in partibus transmarinis agente, tam prelati ecclesiarum quam regni proceres generaliter convenerunt Lundonie. Nunciis itaque, quos rex Sicilie Willelmus[c] apparatu magno transmiserat, filiam regis Iohannam sibi iungi lege maritali petens in coniugem, habito tractatu communi, responsum est 13. Kalendas Iunii. Mentio siquidem futurarum et repromissio nuptiarum, exactis hinc inde sacramentis in animam utriusque regis, in necessitatem coniugii futuri redacta est. Ad fedus etiam et artius ineundum et efficatius provehendum et sollempnius contrahendum cum rege Siculo rex nuntios in Siciliam expeditos direxit, qui, postquam de donatione propter nuptias assignanda certiores extiterint, festinent ad reditum. Hec acta sunt in presentia cardinalis[8], archiepiscopis assidentibus et episcopis, cleri procerumque roborata consensu. Mai 20.

Fredericus imperator Romanus, ut nomen sibi faceret ultra nomen magnorum qui sunt in terris, intravit Ytaliam[d] in manu forti. Mediolanensium itaque civitatem, fodrum antiquitus institutum paratam agnoscere, sed recusantem aliud subire, minus pacienter audivit. Quam, quia munerum extraordinariorum immunitate gaudebat, quia se pristine libertatis animabat in vocem, vallavit[e] obsidione, maxima capitis diminutione dampnavit, et sullatis Cf. 2. Reg. 7, 9.

a) Robertus — *lin.* 19. diluerit *des. C.* b) obsedit Kal. Nov. *A.* c) in *add. A.* d) It. *A.* e) *corr.* vallabat *A.*

1) St. Jean de Maurienne. 2) Reginaldum. 3) Sancto Petro. 4) Potius Condatum (Condé); cf. Cont. Aquic., SS. VI, p. 415. HOLDER-EGGER. 5) Quondam electus Cameracensis, iam maritus comitissae Nivernensis. 6) A. 1173, Oct. 16. 7) Cf. Geneal. Flandr. l. l.; G. Henrici, supra p. 90. 8) Hugonis Petrileonis.

1176. omnibus quecumque preciosa repererat, abiit, qualemqualem victoriam non absque nota proditionis, ut aiunt, consecutus. Labentibus aliquot annis in angustia temporis civitas reedificata est, tutissimis munita presidiis. Quod audiens imperator, Papiensibus secum assumptis et Hastensibus, adiacentes Mediolano depopulatus est agros, vastavit segetes, vineas exstirpavit. Ceterum Mediolanenses, Placentini, Brixienses, Veronenses, videntes mala que fiebant in terra, mori pro patria decreverunt vel patriam in libertate tueri. Parati ergo
Mai. 29. ad pugnam, occurrerunt imperatori 4. Kalendas Iunii prope Ticinum. Qui qualiter magnis excidit ausis, docebunt sequencia.

Mediolanenses Bononiensibus victoriam et de hostibus liberationem[1].

Notum sit vobis, nos ab hostibus nostris gloriosum reportasse[a] *triumphum. Interfectorum vero, submersorum, captivorum non est numerus. Scutum imperatoris, vexillum, crucem et lanceam habemus. Aurum et argentum multum in clitellis eius repperimus et spolia hostium accepimus, quorum estimationem non credimus a quoquam posse diffiniri. Que quidem nostra non reputamus, sed ea domini pape et Ytalicorum communia esse desideramus. Captus est in prelio dux Bertoldus*[2] *et nepos imperatricis*[3] *et frater Coloniensis archiepiscopi*[4]*; aliorum autem infinitas captivorum numerum excludit, qui omnes Mediolani detinentur.*

Si[5] *liceat evagari vel semel, in urbis Rome prima fundatione cuiusmodi signum apparuerit, vide. Nonne vultur? Et ecce rapacitati semper studuere Romani. Dum prima iacerentur fundamenta Constantinopolis, que melioribus condita est auspiciis, quid apparuerit, iterum vide. Nonne phenix*[b]*? Et hec quidem civitas in deliciis affluens, pollens in edificiis, in sericis vernans, ab initio cultui mancipata divino, iugo numquam fuit hostilitatis attrita. Dum primo Mediolani menia ponerentur, quid apparuerit, rursus vide. Nonne sus laniger? Unde dicitur Mediolanum, quasi ex media parte laneum. Igitur, si vicissitudinem rerum diligenter attenderis, si qualiter civitas hec iaculis impetita, confixa sagittis, arietibus perforata, conquassata balistis, hostili tandem conflagrarit incendio, setarum asperitatem intelliges eius excidium pretendisse. Rursus, si fideliter animadverteris in eiusdem urbis reedificatione, quod gaudium fuerit clericorum, quantus civium applausus, quanta matronarum leticia, quantum in choreis tripudium, advertes procul dubio candorem lane, velleris suavitatem in sue lanigero post incommoda destructionis beneficium restitutionis Mediolanensibus figurasse. . . . . .*

Apoll. Sidon. Epp. VII, 17 v. 15—20. Sidonius[c].
Romuleos refugis Bizantinosque fragores
Atque sagittifero menia fracta Tito.
Murus Alexandri te non capit[d] *Antiochique,*
Spernis Helysee[e] *Bursica tecta domus.*
Rura paludicole tempnis populosa Ravenne
Et que lanigero de sue nomen habent.

Henrico Dei gratia nobilissimo regi Anglorum, speciali amico suo, Willelmus eadem gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, salutem. Honorabiles magnificentie vestre nuntios recepimus honorifice, quorum insinuatione nobis innotuit, quod presentibus et iubentibus vobis tres nobiles et spectate fidei viri de regno vestro in anima vestra consummationem matrimonii inter nos et filiam vestram iuraverint. Qui et postulaverunt instantius, ut et idem manu propria iuraremus. Quod quia regno nostro semper et nostris fuit progenitoribus insuetum, personaliter iurare non duximus expedire. Quare predicti nuncii vestri quesierunt, ut, sicut ab honorabilibus personis feceratis illud in anima vestra iurari, sic et nos similiter in anima nostra fieri faceremus. Nos equidem et quod a nostris nuntiis in vestra presentia constitutis super concessione matrimonii ex parte nostra iuratum est ratihabitione firmamus et quod vobis presentibus in anima vestra iuratum est grato assensu recepimus, acsi manu propria iurassetis, cum unum et idem putemus sacramentum, quod vel manu propria fit vel in anima iubentis et presentis iuratur. Post hec nuntii vestri iuraverunt, quod, postquam nuntii nostri cum galeis ad partes Sancti Egidii pervenerint, quam primum id vobis innotuerit, nobilissima filia vestra eis bona fide quam citius poterit assignabitur, nostro feliciter matrimonio copulanda.

Quod[f] iurandum sit in animam et non in anima, perpenditur ex sequentibus:
Ps. 26, 12. *Ne tradideris me in animas tribulantium me.*
Ps. 40, 2. *Ne tradat eum in animam inimicorum eius.*
Ps. 93, 21. *Captabunt in animam iusti**.

2. Cor. 1, 23. *) Deum invoco testem in animam meam *add. A.*

a) portare *A, sed manus recentior correxit* portasse. b) fenix *A.* c) *versus des. C.* d) tenet *Apoll. Sid.* e) Supernis Elysee *A.* f) *nota marginalis deest C.*

1) Hanc epistolam a scriptoribus quibusdam Italis Radulfo nostro desumptam esse, Prutz, 'Kaiser Friedrich I.' II, p. 360, non animadvertit. 2) Bertoldus III. comes de Andechs vel Bertoldus IV. dux Meraniae. 3) Beatricis. 4) Goswinus iunior de Heinsberg, ut videtur, de quo v. Ficker, 'Forschungen z. Rechts- u. Reichsgeschichte Italiens' II, p. 186. 5) Haec aliunde auctor sumsisse videtur.

Vestra itaque intererit et vobis cedet ad gloriam celeriter exequi que initiati matrimonii perfectionem desiderant. Datum Pannormi, 23. die Augusti. . . . . . . 1176. Aug. 23.

Iohanna, iunior filia regis, Siculo regi nuptura, 6. Kalendas Septembris transfretavit; Aug. 27 sumptus et impensas et itineri necessaria, copiam quoque ministrorum providit [Ricardus[a]] Wintoniensis episcopus. Regis ex decreto viri spectabiles assignati sunt vie comites, quidam usque ad Sanctum Egidium, quidam montes Siculos et palacium ascensuri Pannormitanum, nec prius cogitaturi de reditu, quam illam nuptialem pompam et in consortium coniugalis thori regni diademate Siculum regem insignitum conspexerint. . . . . . .

Filia regis Anglorum nunciis Siculi regis, maris et fluctuum expertis seviciam, in conspectu virorum illustrium assignata est apud Sanctum Egidium 5. Idus Novembris per Nov. 9. manum Iohannis Norwicensis episcopi, sicut ipse Pannormi promiserat 10. Kalendas Sep- Aug. 23 tembris.

Adelfonsus, gener[b] regis, rex Castelle, Sanctius, avunculus[c] Adelfunsi, rex Navarorum, discordes ad invicem, tam hinc quam illinc post dampna frequenter illata tandem in regem Anglie compromiserunt[1], et directis in Angliam nuntiis, se staturos regis patris arbitrio iuraverunt. Sub iisdem diebus nuncium[d] Manuelis Constantinopolitani, nuncium[d] Frederici Romani imperatoris, nuncium Willelmi Remensis archiepiscopi, nuncium Henrici ducis Saxonici, nuncium Philippi Flandrensium comitis, quos varia trahebant negotia, tamquam ex condicto simul in curia regis Anglorum conspiceres 2. Idus Novembris apud West- Nov. 12. moster[e].

Iohannes Norwicensis episcopus, mandato regis in Siciliam suspectissimo tempore proficiscens, sepe variis est affectus incommodis. Nam dum Romam recto petere debuisset itinere, si non in scismate perstitissent Lumbardi, pars australis, qua transitus sibi relictus est in subsidium, panis plurimum laborabat inedia. Pabula iumentorum vix aliquo questu procurabantur. Iter habens per Averniam[f], iacentium in plateis et fame tumentium angebatur clamoribus. Valentiam urbem ingressus, adhuc in bona valitudine manens, in venalibus disquirendis fidem hospitum causabatur. Ad noctes pertrahendas insompnes lectisternia pulices vendicabant. Ebredunensium fines preteriens, Iani montis declinans confinia, limites attingens Ytalicos, dum, equis Ianue relictis, se mari commisisset Tirreno[g], promuntoria Ianuensium, marityma Pysanorum, Veneris Portum et Herculis, ostii Tyberini fluenta velis in altum expassis a sinistra relinquens, urbem applicuit Gagetanam. Exin pro varietate locorum vario desudans navigio, modo sagittaria, modo lintre, nec tam utens velo quam remo, ducatum Appulie[h], Capue principatum, evexa Calabrie cum aliqua remoratione pertransiit, Regium et Messanam, urbes Pharo conterminas, hinc et illinc de vicino respiciens. Ut autem maris pericula post eversionem Ylii Troianis quondam tendentibus in Ytaliam haut prorsus incognita non omittam, Palinuri discursus, Scylle scopulos, Carybdis[i] voraginem non intrepidus evitavit. Nec enim ad momentum suo versabatur in animo, quod mare multociens evertitur in momento. Proinde nusquam quies, nusquam securitas, fervor nimius navigationem dampnabat. Metuendus piratarum incursus constantissimo cuilibet incussisset timorem. Remigantium ille notabiles inmundicie provocabant ad nauseam. Intima precordiorum pestilens inficiebat aer. Quid enim inter tot discrimina gentem regionis externe dixeris incurrisse periculi, dum apud Siculos, Idibus Augusti tunc Aug. 13. temporis effluentibus, folium in arboribus, in vite pampinus, harundines in palustribus prorsus exaruerint? Dum divertebatur ad litus, lintres vix 8 tantum capaces animarum, advesperascente die, fluctibus extrahebantur. De reficiendis ergo corporibus cura propensior sub divo discumbere multis ebdomadibus satis egre sustinuit. Ad quiescendum vero de noctibus nunc lapis durior stramentorum repensabat mollitiem, nunc indulgentior tractus maris offerebat harenam, et sternere lectum in sabulo magistra necessitas edocebat.

Diebus plurimis in tali voluptate decursis, dum Pannormum intrasset episcopus, tribus sibi iunctis eiusdem consortibus legationis, intra paucos dies a Siculo rege congruum excepit

a) *inter lineas add. B, deest A.* b) g. r. *inter lineas B, des. A.* c) av. Ad. *inter lineas B, des. A.* d) nuntiis *A.* e) Westm' *A.* f) *post corr.* Arvern. *A.* g) mediterraneo *A, ubi* Tirreno *manus saec. XV. superscripsit.* h) Apulie *A.* i) Caribdis *A.*

1) V. conventionem d. a. 1176, Aug. 25, G. Henrici II, ed. Stubbs I, p. 140.

1176. Peloro[a]. Lilibeo. Etbna.

*Ricardus de Chamvile. Baldewinus Bulot. †Paris archidiaconus[1].

responsum. Utrum autem Sycilia vel a tribus montibus vel iuxta situm regionis a forma triangula Trinacria nuncupata sit, dum ex ocio querere debuisset, inequalem persensit autumpnum. Duo quidem e sociis, quos memoravimus, sorte communi sunt subtracti de medio*. Tercius febre† gravi correptus, lectum incidit egritudinis. Episcopus itaque solus, legatione feliciter adimpleta, dum regis filiam Siculis assignasset apud Sanctum Egidium, in Angliam rediens, venit ad regem in Dec. 24. vigilia natalis apud Notingheam[b].

1177. Illa nuptialis pompa Siculi regis et filie regis Anglorum urbem multipliciter illustravit Pannormitanam. Ad desponsationem namque simul et coronationem regine sollennius consummandam concurrentibus tam archiepiscopis quam episcopis, tam comitibus quam baronibus, tam clero quam populo, Walterus eiusdem sedis archiepiscopus celebravit Febr. 13. divina Idus Februarii. . . . . . .

Philippus comes Flandrensium et comes[2] Willelmus de Magnavilla profecti sunt Ierosolimam.

Alexander papa episcopis Anglie[3].

Iul. 24. *Nono Kalendas Augusti Fredericus imperator venit ad ecclesiam beati Nicholai, que per unum miliare a Veneciis distat, et ibi tam ipse quam archiepiscopi, episcopi et alii principes Teutonici regni abrenuntiantes scismati, per fratres nostros episcopos et cardinales de mandato nostro absolutionis beneficium meruerunt et deinde venerunt Venecias, et ibi ante ecclesiam beati Marci predictus imperator nobis sicut summo pontifici obedientiam et reverentiam humiliter et reverenter exhibuit et, recepto a nobis pacis osculo, nos devote dextravit et cum reve-* Iul. 25. *rentia qua decuit et devotione usque ad altare in ecclesiam introduxit. Sequenti vero die, in festo beati Iacobi, ab eodem imperatore rogati, ad predictam ecclesiam sancti Marci*[c] *sollennia celebraturi missarum accessimus, et nobis illuc venientibus prefatus imperator extra ecclesiam obviam venit et, dextro latere nostro devote suscepto, nos in ecclesiam introduxit et, peractis missarum solenniis, nos usque ad ipsius ecclesie portam dextravit, et cum ascenderemus palefridum nostrum ibi paratum, staffam tenuit et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam predecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere.*

Legatos regis Anglorum, a Sicilia redeuntes, dux Burgundie[4] spoliavit, illud parum Theb II, 486. attendens:

Sanctum populis per secula nomen
Legatum. . . . . . . Statius.

1178. . . . Fredericus imperator Romanus Italiam sibi rebellem intelligens et cum Lumbardis iterum in campo confligere nisi prius resumptis viribus non esse tutum considerans, transcensis[d] Alpibus, regnum repetit Teutonicum; sed ut sinistros eventus aliquo saltem elate mentis titulo coloraret et posteris suis memoriale relinqueret, quousque sui fines imperii Aug. 15. dilatarentur ad plagam meridianam, in assumptione beate virginis[5] coronatus est Arelate.*

Iohannes Strumensis, in scismate vocatus papa Calyxtus[e], papalia deposuit ornamenta Aug. 29. 4. Kalendas Septembris, Alexandri provolutus ad pedes.

Fredericus imperator Romanus varias regnorum imperio subditorum metas pro varietate linguarum distinguens, Longobardos, Baioarios, Austrasios, Burgundiones, diligenter recensuit, et iuxta numerum quattuor populorum edoctus est plenius quattuor sibi competere[f] diademata. Que simul imperio consolidata Romano Fredericum in conspectu regum magnificant. Cui Burgundie regnum[6], a multis retro temporibus usque nunc, suppresso regis nomine, per comites administratum, nomine dotis non est dubium accrevisse, suis heredibus hereditario iure legittime devolvendum, non per electionem, sicut imperiale culmen plerumque transfertur, in quempiam conferendum. Et licet Fredericus in adversis hucusque semper extiterit constantissimus, vir tamen uxorius reputatur a multis,

*) Christiani prope Ierosolimam cum Agarenis congressum habentes, victoriam reportarunt, sicut nuntius Ierosolimitani regis ob id ipsum fideliter referendum directus Anglorum regi patri signanter ostendit, que viderat et audierat asseverans constanter *add. A.*

a) *nota marginalis deest C.* b) Notingeham *A.* c) Martii *B, ubi tamen alterum* i *erasum est.* d) trancensis *A.* e) Calixtus *A.* f) *ita A. B.*

1) Roffensis. 2) De Essex. 3) Extracta ex epistola 26. Iulii 1177. Rogero Eboracensi et Hugoni Dunelmensi episcopis missa; v. G. Henrici II, supra p. 97 sq. 4) Hugo III. 5) Nec hic nec infra p. 271, l. 3 dies recte traditus videtur; tabulas imperatoris a. 1178. Iulii 30 sq. Arelate, Aug. 15. 18. Viennae datas habet Stumpf, 'Kaiserurkunden' p. 381 sq. 6) Superior tantum Burgundia.

querens in omnibus, quomodo placeat uxori. Rediens siquidem ab Italia, ne quid imperatrici deesset ad gloriam, in terra nativitatis sue capiti suo fecit imponi diadema Burgundie, die nativitatis beate virginis in urbe Vienna; Burgundie quidem, quam Italie vicinantem intelligas ad arcendos hostes ab ea parte cacumina montium, precipitia vallium in modum exceptionis opponere; Burgundie quidem, quam in planicie multa per intervalla spectabilem Araris atque Rodani fluenta letificant; Burgundie quidem, quam aqua salubrior, plerisque locis alto lacu conclusa, post capturam piscium copiosam reficiendis corporibus indulgere frequenter invitat; Burgundie quidem, quam Agaunensis fundator monasterii Sigismundus et rex et martyr multis rexit feliciter annis. . . . . . .

1178. Sept. 8.

1179. . . . Synodus trecentorum decem episcoporum est habita Rome 14. Kalendas Aprilis in patriarchio Lateranensi; plurima memorie plurimum commendanda statuta sunt ibi, de quibus saltem inseramus paucissima. . . . . . .

1179. Mart. 19.

Iunior filia Mathei Boloniensium comitis nupsit filio ducis Lovanie[1]. . . . . . .

Philippus itaque rex Francorum in coronatione sua tam in gladio preferendo quam in regiis dapibus apponendis Philippum Flandrie comitem privilegiatum habuit ministerialem, utentem duplici iure, paterno videlicet et uxorio. . . . In qua nimirum illud inventum est memorie commendabilius, quod diadema capiti novi regis impositum, ne rex infra minorem adhuc constitutus etatem gravaretur sub onere, manibus propriis sustentaverit rex Anglorum[2], reiecta clamide paratior ad obsequium, illud innuens, quod, si tempore procedente Francis necessitas incubuerit, securi debeant eius implorare subsidium, a quo tale receperint sub ipsa sui regis consecratione suffragium.

Anastasius imperator Constantinopolitanus Clodoveo regi Francorum regie dignitatis insignia, coronam scilicet auream et tunicam bracteam, transmisit, eidem concessa per litteras potestate regnandi[3]. Sic Clodoveus, angelo crisma ministrante de celo, per beatum Remigium Remis regalem recepit sollempniter unctionem; cuius successores in regno Francorum non iuxta lineam consanguinitatis ordine successorio successerunt assidue, sed pro nationum varietate primitus Merovingi*, postmodum Prefectorii**, demum agnominati sunt Cappaticii†, qui, postquam maiores domus in Francia principari cessarunt, persistentes in Christi fide fideles, fidem fidelissimam subditorum experti sunt, in tantum ut in regio diademate Galliarum favore debito sullimati, presentis vite cursum non gladio, non veneno, sed sorte communi pacifice consummaverint. . . . . . .

*A[a] tempore Merovei regis.
**A tempore Pipini, qui ex prefecto palacii factus est rex.
†A tempore Hugonis Cappet regis.

1180. . . . Circa dies istos[4] Conradus, filius marchionis de Monte-ferario[b], Christianum archipresulem Maguntinum et archicancellarium imperatoris in Italia[c] coniecit in vinculis in rupe Sancte Cristine[5]. . . . . . .

Philippus rex Francorum Margaritam[6], filiam Baldewini comitis Hainaucensium ex Margarita, sorore Philippi Flandrensium comitis, duxit uxorem apud Truncum. Nuptie celebrate sunt apud Batpaumes[7]. . . . . . .

1181. . . . Philippus comes Flandrensium audiens, qualiter rex Francorum Philippus, rex Anglorum Henricus confederati fuissent, quotquot Francorum, quotquot Flandrensium potuit, adversarios suscitavit domino suo ligio, rem eo devenisse prenuncians, ut eorum munitiones vel subverterentur vel pro regis arbitrio deputarentur custodie. Fredericum etiam imperatorem Romanum nunc per nuntios, nunc in propria persona[8] sollicitavit attencius, ut adversus regem Francorum insurgeret et imperii limites dilataret, usque scilicet ad mare Britannicum. Comes itaque Philippus, domini sui regis non respiciens ad etatem et immemor sacramenti, quod sub audientia tot et tantorum Ludovico regi prestiterat de filio suo rege

a) *notae marginales des C.* b) Monteferrario *A.* c) Ytalia *A.*

1) Mathildis nupsit Henrico I, Godefridi III. filio. 2) Henricus (III,) iunior rex. 3) V. Gregor. Turon. II, 38: *(Chlodovechus) ab Anastasio imperatore codecillos de consulato accepit et in basilica beati Martini tunica blattea indutus est et clamide, inponens vertice diademam;* cf. Waitz, D. VG. 2, 1, p. 47. 4) Minime, sed *circa festum s. Michaelis (*1179*) . . . prope civitatem de Camerin,* Gesta Henrici supra p. 99 sq. Cf. Varrentrapp, 'Erzb. Christian I. v. Mainz' p. 94—96. 5) Prope Camerinum, in quo eum super quadam rupe prope arcem quae dicitur Pioragum cepit, Boncampagnus, ap. Muratori SS. rer. Ital. VI, p. 945; cf. Ilgen, Markgraf Conrad von 'Montferrat' p. 61. 6) Isabellam. 7) Bapaume; chartam a Flandrensi regi datam v. SS. XXI, p. 529, n. 30. 8) De Philippo comite curias imperatoris et Henrici filii adeunte v. Scheffer-Boichorst, 'Kaiser Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie' p. 127, n. 2. et 'Forschungen' VIII, p. 473.

1181. custodiendo, protegendo, legaliter instruendo, quanto potuit exercitu congregato, Noviomenses attrivit, fines Silvanectensium[a] depopulatus est, succendit villas, vineas exstirpavit.

Comes Stephanus, castelli dominus quod Sacrum-Cesaris[1] appellatur, ius nature transgrediens, sic ad iniuriam regis Francorum, nepotis sui, tirannidem exercere decrevit, ut ad diminutionem regie dignitatis castellum Sancti Bricii, quod allodii iure fuerat ab antiquo possessum, comitis Flandrensis dominationi subiceret et, homagium faciens predicto comiti de prefato castello, quod prius liberum fuerat, inverecundius tamquam in servitutem redigeret.

Humbaldus Hostiensis episcopus electus in apostolicum vocatus est Lucius papa tertius.

Henricus rex, filius regis, dux Aquitanorum Ricardus, Gaufridus dux Britonum, fecunde matris gloria memorialis, . . . copiosum undique congregarunt exercitum et viribus iunctis ad auxilium predicti regis unanimiter accurrerunt. Comitem itaque Stephanum, castelli quod dicitur Sacrum-Cesaris dominum execrabilem, edomare prima facie decreverunt. Cuius bona, ville, castella, possessiones intra paucos dies cesserunt in direptionem; iuga boum circiter quinque milia data sunt Brebantinis in predam. Cum itaque predictus comes viribus esset inferior et regibus nequiret resistere, nepotis sui regis provolutus ad pedes, delicti veniam humiliter impetravit. Inde progredientes duo reges et sui, ducem Burgundie[2], Campanie comitissam[3], utriusque regis sororem, et eorum complices viribus impares dampnis affecerunt gravissimis. Inde regredientes, Flandrensium comitem retrocedere compulerunt. Qui veritus a facie regis Henrici, filii regis Anglorum, intra castellum de Crespi sese recepit, et, nisi consilia familiariorum regis Anglorum fraudulenta, sicut dicitur, prepedissent, in castello conclusus, pro penuria victualium intra dies paucissimos coactus fuisset ad deditionem. . . . . . .

1182. . . . Rex Francorum Philippus, reges Anglorum tam pater quam filius, Philippus comes Flandrensis et qui consiliis eius passim in regno Francie a fidelitate domini sui recesse-
1182. Apr. 4. rant post clausum pascha Silvanectis convenerunt[4]. Henricus Albanensis episcopus, domini pape legatus, interfuit, Willelmus quoque Remorum archiepiscopus et episcopi multi. Quid actum sit ibi, docebunt sequentia.

Rex Anglorum Ricardo Wintoniensi episcopo salutem. Philippus comes Flandrensis reddidit regi Francorum Perefont[5], et rex idem castrum episcopo Suessionensi[6], et episcopus Agathe, que fuit uxor Hugonis de Oisi[7], quod eam hereditarie contingit tenendum de ipso episcopo, et episcopus de rege. Civitas quoque Ambianis concessione regis Francorum remanet episcopo Ambianensi[8] de ipso rege tenenda, et si comes Flandrensis quicquam in ea calumpniabitur, episcopus Ambianensis inde ipsi comiti plenitudinem iustitie in curia sua vel curia regis exhibebit. Comes Claremontis[b,9] et Radulfus de Chuci[c,10] remanent ex toto in manu regis Francorum, liberi omnino a comite Flandrie. Philippus quoque comes Flandrensis clamavit quietum regem Henricum filium meum de omnibus conventionibus que inter eos erant. Concessit etiam, ut barones Flandrenses plenarie faciant michi servicium meum, quod michi debent de feodo quod de me tenent, et quod feoda illa sine recuperatione amittant, nisi servicia mea michi fecerint. Convenit etiam ibidem inter nos, quod nullus ex suis amittet terram in Flandria propter servicium meum, si michi servire in terram meam venerit. Omnibus igitur ad pacem reductis, quotquot a fidelitate regis Francorum recesserant, consilio regis Anglorum et opera redierunt in eius ligantiam. Damna tam hinc quam illinc illata mutua compensatione deleta sunt[d]. . . . . . .

Henricus dux Saxonum Matildem[e], filiam regis Anglorum primogenitam, habens in coniugem, insurrexit in Philippum Coloniensem archiepiscopum et eum enormibus dampnis affecit. Archiepiscopus, copiis undique congregatis, viriliter duci restitit, imperatoris auxilium adeptus et gratiam. Res tandem eo processit, ut principum tocius imperii calculo sentenciali prolato dux exilium cogeretur subire. Qui veniens in Normanniam ad socerum suum, habens secum ducissam, habens et duos filios Henricum et Ottonem, habens et filiam nubilem — tercius namque filius Lotharius nomine remanserat in Teutonica —, receptus est honorifice, plus quam per tres annos continuos abundanter exhibitus profusioribus epulis et regali munificentia.

a) Salvanectensium *B.* b) Clarimontis *A.* c) Cusci *A.* d) delentur *A.* e) Matildam *corr.* Matildem *B.*

1) Sancerre. 2) Hugonem III. 3) Mariam, ex patre Ludovico VII. Philippi II, ex matre Alienora Aquitana Henrici (III) sororem. 4) Cf. SS. R. Gall. XVIII, p. 133; Gisleb. Hanon., SS. XXI, p. 536. 5) Pierrefonds a Soissons ad orientem. 6) Neveloni. 7) Oisy a Cameraco inter sept. et orientem. 8) Theobaldo III. 9) Radulfus de Clermont-en-Beauvaisis. 10) Couci.

1183. . . . Galfridus[1] . . . Matildem itaque, regis Anglorum Henrici primi filiam unicam et heredem, accepit uxorem. Que cum prius Henrico nupsisset imperatori, terque cum ipso pariter in consortium imperatorie maiestatis Rome coronata fuisset, licet ex eo prolem aliquam non sustulerit, nichilominus tamen post mortem imperatoris de mariti prerogativa semper enituit, quoad vixit sibi nomen retinens imperatricis. . . . Filie vero tres regis[2], ut diximus, et Alienor alienationem a nativo solo forsitan eo sustinent equanimius, quod de semine regio procreate nupserint regie styrpis viris illustribus. Quorum nomina licet subticeam, populos quibus presunt preterire non convenit. Hinc etenim Saxones, hinc Hispanos[a], hinc Siculos debita cohercione refrenant. Inter hos itaque populos, victu, vestitu, moribus, habitatione tam remotos ab Anglia, filias regis Anglie commorantes barbaries saxea Saxonum, dubius Hispanorum sub[b] Agarenis conflictus, tyrannis effera Siculorum poterant in continuum horrorem inducere, nisi generositas avie sue Matildis imperatricis et in eius femineo corpore virile pectus neptibus suis tolerantie semitas et apertas pacientie vias imitabiles premonstrassent. Sed ut sexus infirmior in aliquo firmius relevaret filias Alienor, alienum aerem sub annis tenerrimis imbiberunt, ibidem enutrite salubrius, diversitatem quoque facilius alienarum sunt edocte linguarum. . . . . . .

1184. . . . Rex Anglorum cum omnes provincias sue iurisdictioni subpositas pro velle suo disposuisset, et omnes subditi sibi iocunda pace gauderent, cum licentia regis Francorum et gratia transitum habens per Flandriam, venit in Angliam 3. Idus Iunii. Circa tempus Iun. 11. hoc dux Saxonum cum familia, cum supellectile sua, regnum intravit Anglorum[3]; et infra paucos dies ducissa Wintonie filium peperit, quem vocavit Willelmum[4]. . . . . . .

Philippus comes Flandrensis Adelfonsum[5] regem Portugalensium per internuncios sepius sollicitavit, ut Beatricem[6] filiam suam, quam hylarior fama concupiscibilem forma filiabus regum australium preferebat, sibi matrimonio copulandam transmitteret. Rex, habito tractatu cum suis, cum aliqua remoratione comitis petitionibus satisfecit. Naves itaque directas a Flandria gazis Hyspanicis, scilicet auro, vestibus deauratis, preciosis lapidibus, sericis pannis et abundantiis omnium omnis generis victualium maturius oneravit. Sicque filia regis, felici navigatione transvecta, sine magna difficultate Rochelie portum intravit, nuncios regis Anglorum eo loco reperiens, qui statim in omnibus itineri necessariis sufficientiam omnem impendere procurarunt; que de situ terrarum et transitu, maturiore stimulo muliebri compulsa, cognovit, ab exitu navium intermedium vie, quousque Flandrensium fines attingeret, totum fere regis Anglie iurisdictioni suppositum. Regis igitur filie comes nimio succensus amore, venientibus Hyspanis in equitatu magno dignum duxit festinanter occurrere. Beatricem vero superius totiens memoratam comes in facie commilitonum suorum et in presentia multitudinis que convenerat sibi federe nuptiali coniunxit. . . . . . .

Quarto die intrantis Novembris consedentibus Verone in ecclesia maiore papa[7] et imperatore, cardinalibus et plerisque ecclesie rectoribus, Ravennas[8] in serie sermonis sui casum Nov. 4. et perditionem terre Ierosolimitane omnibus exposuit et ad succurrendum in peccatorum remissionibus cuiuslibet generis homines evocare curavit. . . . . . .

Philippus Coloniensis archiepiscopus, habens solacium in itinere Philippum comitem Flandrie, venit in Angliam[9], beato Thome vota soluturus orationum. Archiepiscopo rex occurrens et comiti, peciit ab eis, ut transitum facerent usque Londoniam. In eorum adventu, quod ante non vidimus, civitas coronata fuit, gaudium, honor et tripudium per omnes civitatis plateas. Archiepiscopus sollemni processione receptus est in ecclesia doctoris gen-

a) Hyspan. *A.* b) *linea perducta del. B;* cum *A, sed manus s. XVI. superscripsit* sub.

1) A. 1127. Haec e stemmate Andegavensi, quod exstat quoque in 'Chroniques d'Anjou' I, p. 340, desumpta sunt. 2) Scilicet Henrici II. 3) V. inter Statuta Willelmi regis Scotorum: *Assise regis facte apud Perth die Martis proxima ante festum omnium sanctorum coram episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et aliis probis hominibus terre sue anno scilicet quo dux Saxonum primo venit in Angliam* (Oct. 28. 1184) 'Acts of the Parliaments of Scotland' I, p. 376; cf. Cosmo Innes, 'Lectures on Scotch legal Antiquities' p. 31; 'Götting. Nachrichten' 1880, p. 148. 4) Patrem futurum Ottonis Pueri, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis. 5) I. a. 1128—1185. 6) Apud Portugalos Therasia, apud Flandros Mathildis nominabatur. 7) Lucio III; cf. Jaffé nr. 9635. 8) Gerardus II. archiepiscopus, qui conventui interfuit; v. Rubei Hist. Rav. p. 355; cf. Jaffé nr. 9716; Scheffer-Boichorst l. l. p. 50. 9) Philippum archiepiscopum Coloniensem mense Augusto post curiam Maguntinam in Angliam profectum esse constat; cf. Peter, Analecta ad historiam Philippi de Heinsberg archiepiscopi Coloniensis p. 42—51.

1184. tium Pauli. Susceptus est etiam apud Westmonasterium ipsa die sollemni processione, sumptibus regiis, expensis effusioribus, laucioribus cibis omnem ultra sufficientiam abundantibus, per quinque dies infra regis palacium hospitatus. Sed an recesserit donatus multis muneribus, est superfluum querere.

Circa dies istos Fredericus imperator Romanus, concilium habens prope Maguntinam urbem, regni Theutonici diadema capiti filii sui primogeniti fecit imponi. . . . . . .

Philippus Coloniensis archiepiscopus Angliam exiens, auxilium repromisit, ut comes Flandrie Baldewinum comitem Hainaucensium[1], sororium ipsius comitis, socerum Philippi regis Francorum, contereret et humiliaret. Itaque statim totus de pontifice translatus in militem, Henricum Lovanie ducem[2], alios plures spectabiles genere, viribus affluentes, in exercitu copiosos, qui per homagium ecclesie Coloniensi tenentur astricti, sub articulo temporis congregavit et militaribus armis accinctus predicti comitis terram irrupit, villas succendit, homines captivavit, ecclesiis non pepercit, immo dampnis affecit gravissimis[3]. Willelmus de Magnivilla comes Essexie veniens in auxilium comiti Flandrie, domino suo, multos Hainaucensium traxit in exterminium.

Ernaldus magister militie Templi Verone moritur.

1185. Eraclius patriarcha Sancte Resurrectionis et Rogerus magister sancte domus Hospitalis Ierusalem, tendentes in occidentem et per Ytaliam transitum facientes et Galliam, nec a domino papa nec ab imperatore Romano nec a rege Francorum aliqua plene consolatoria receperunt. . . . .

Herebertus Anglicus natione, natus in Middelsexia, transitum faciens in Siciliam, assensu regis Willelmi creatus est in Calabria Consensanus archiepiscopus[4]. Cum autem illic terre motus fieret magnus, predictus archiepiscopus cum clero, cum familia, cum magna parte civium obrutus est, castella pleraque subversa, milia populorum contrita. Quedam civitas Adriatico mari contigua de nocte populo quiescente corruit in profundum. . . . . . .

Circa dies istos dux Saxonicus Henricus, imperatoris impetrata licentia, rediit in Saxoniam[a], suo tantum contentus[b] patrimonio[5], misericordiam imperatoris expectans.

Rex Francorum, rex Anglorum, Remensis[c], Coloniensis archiepiscopi, comes Flan-
Nov. 7. drensis et infiniti cum eis venerunt apud Albemarlam 7. Idus Novembris, ubi reformata pax est inter regem Francorum et comitem Flandrensem. Sed minime complementum accepit, quousque suum imperator Romanus adhiberet assensum[6].

Nov. 25. Lucius papa 7. Kalendas Decembris Verone sepultus est.

Humbertus Mediolanensis archiepiscopus ipsa die cardinalium assensu communi papa
Dec. 1. creatus est, vocatus Urbanus; Kalendis Decembris coronatus est in ecclesia sancti Petri montis in supercilio collocata.

Henricus rex Theutonicus[d], ducens secum Philippum Flandrensium comitem, venit ad patrem suum cum multis in Ytaliam, natalicios dies ibidem celebraturus[7]. . . . . . .

1186. Inter Henricum regem Teutonicum et Constantiam, filiam Rogeri Siculi regis, amitam vero Willelmi regis Siculi, generi[e] regis Anglorum, matrimonium celebratum est.

Ian. 27. Sexto Kalendas Februarii Viennensis[f] archiepiscopus[8] Fredericum imperatorem Romanum Mediolani coronavit. Eodem in die Aquileiensis patriarcha[9] coronavit Henricum regem Teutonicum, et ab ea die vocatus est cesar. Quidam episcopus Teutonicus coronavit Constantiam, amitam Willelmi regis Siculi, generi regis Anglorum. Hec acta sunt in monasterio Sancti Ambrosii. . . . . . .

a) Saxonum *A, sed manus saec. XVI. corr.* Saxoniam. b) contemptus *A.* c) R. archiepiscopus, Col. archiepiscopus *A.* d) Teutonicus *A.* e) generis *A;* generi *corr.* generis *B.* f) Vienensis *A.*

1) Balduinus V. comes Hanoniensis et, Philippo a. 1191. mortuo, comes Flandrensis. 2) Henricus comes Lovaniae a. 1172, qui patri Godefrido a. 1190. dux Brabantiae successit. 3) V. Gisleberti Gesta com. Hanon., SS. XXI, p. 543 sqq. 4) Herbertus archiepiscopus Consianus (de Compsa in Principatu) a. 1169—1180. perperam confunditur cum Ruffo Cosentino, qui terrae motu a. 1184. periit. 5) *De Anglia rediit, proprio tantum contentus patrimonio* Chronica regia Coloniensis p. 134; *reversus est in terram patrum suorum . . . contentus patrimonio suo* Arnold. Lubec., SS. XXI, p. 156. 6) De treugis Albemarlae, hodie Aumale (dép. Seine Inférieure) initis v. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 536, qui Radulfo nostro adiuvante Gislebertum l. l. p. 550. castigavit; cf. Scheffer-Boichorst l. l. p. 480. 7) *Imperator Fredericus dies dominice nativitatis cum Henrico rege, filio suo, apud Papiam celebres egit* Cont. Aquic., SS. VI, p. 423. 8) Ainardus, qui imperatori iterum coronam Arelatensem imposuit. 9) Godefridus, qui, ut Toeche, 'Heinrich VI.' p. 515—518, docet, Henricum regem Italiae et antiquorum imperatorum

Dux Burgundie[1] Widonem castellanum de Vergeio[2] diebus multis obsidione vallavit. 1186. Wido confugiens ad regem Francorum, castrum et castellaniam totam eius potestati subiecit. Dux vero tale factum trahere volens ad iniuriam imperatoris Romani, nulla ratione potuit impetrare, quod imperator sui fines transgrederetur imperii. Sic rex Francorum castrum pacifice possidet memoratum.

Rex Francorum, rex Anglorum, comes Flandrensis, comitissa Campanie[3], Margarita regina[4], Henrici regis filii regis Anglorum relicta, convenerunt prope Gisorcium[5] 6. Idus Mart. 10. Martii. Redacta sunt ad pacem et concordiam que vertebantur inter regem Francorum et comitem Flandrie de toto tenemento Radulfi quondam comitis Viromandorum[6]. . . . . . .

Margarita, soror Philippi regis Francorum, relicta bone memorie regis Anglorum Henrici, filii Henrici regis Anglorum, in comitatu magno recessit Parisius 8. Kalendas Septem- Aug. 25. bris. Quam Bela[7] Hungarie, Dalmatie, Croatie Rammeque[8] rex suscepturus est in uxorem.

Ad vocationem regis et archiepiscopi Ricardus decanus Lincolnie suique capituli pars precipua convenerunt apud Egenesham[9] 8. Kalendas Iunii. Post tractatus autem super con- Mai 25. silio Lincolniensis ecclesie diutius habitos tandem Hugo, genere Burgundio, natione Gratianopolitanus, prior ordinis Cartusiensis in Anglia[10], pluribus episcoporum presentibus, Lincolniensium est electus antistes. Nuntiis itaque directis in Burgundiam cenobio Cartusiensi, prior et conventus eiusdem loci gratum electioni facte prebuerunt assensum. Sic Hugo predictus votis plurium concurrentibus die festo sancti Mathei Lincolniensis est con- Sept. 21. secratus episcopus apud Westmonasterium in capella sancte Katerine. . . . . . .

Urbano summo pontifici Theutonici regni tam archiepiscopi quam episcopi cum debita devotione et subiectione reverentiam[a].

Cum divine dispensationis gratia apostolice sedis antistitem et tocius sancte catholice ecclesie pastorem et patrem dignissimum de altitudinis sue consilio vos providerit, universi et singuli, quorum par affectus et eadem vota dinoscuntur, paterne sanctitati vestre cum filiali reverentia tanto devotius assurgimus, quanto amantissimam personam[b] *vestram sincera in Domino caritate diligimus et iura ecclesiarum de*[c] *prudentie vestre perfectione manuteneri et tranquilliori*[d] *pace foveri indubitanter*[e] *speramus. Inde utique*[c] *est, quod, habita hinc inde consideratione tam devotionis, qua sancte Romane ecclesie et vestre paternitati tenemur, quam fidelitatis et singularis dilectionis, qua domino nostro*[c] *imperatori et imperio per sacramentum astringimur*[e]*, super discordia, que inter ecclesiam*[f] *et imperium morbosis cepit radicibus pullulare, in*[c] *intimis anime visceribus conturbamur, non immerito dolentes, duorum acies*[g] *gladiorum in adversum collidi, quorum mutuis, ut deceret, auxiliis ecclesiarum paci, iusticiis imperii, tocius orbis commoditati accuracius fuerat providendum.*

Serenissimus[h] *imperator Fredericus, celebrata novissime sollempni curia, nobis ceterisque principibus*[i] *imperii, tam clericis*[k] *quam laicis, et*[l] *nobilibus ac magnatibus proposuit et graviter conquestus est, quod in ipsa dilectionis fiducia, quam erga personam eius et imperium vos habere confidebat, quamque*[m] *erga personam vestram et sanctam Romanam ecclesiam firmissime*[n] *conceperat, cum illustrem*[o] *filium suum Romanorum regem*[p]*, quem tamquam unicum diligit filium, quasi in signum consumate iam pacis, quibuslibet expositum periculis, pro defensione et*[q] *libertate Romane*[r] *ecclesie quanta potuit velocitate transmisit, inimicitias et gravamina adversus eum, quod de vestra tamen*[s] *paternitate minime credidisset, studiosius exercueritis, si*[t] *in facto Cremonensium*[u]*, quos*[v] *tamquam bannitos et publicos*[w] *hostes imperii*

a) *ap. Ludewig, Reliquiae Manuscr. II, p.* 445 *(Mansi, Coll. conc. XXII, p.* 507*; Watterich, Vitae pont. II, p.* 675*) ex cod. Vindob. ita inscribitur:* Reverendo et venerabili in Christo patri ac domino Urbano, sacrosancte et universalis ecclesie summo pontifici, Wichmannus, Dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, cum suis suffraganeis cum debita subiectione obedientiam; *cf. Scheffer-Boichorst l. l. p.* 115, *n.* 5. 123. b) paternitatem v. in Deo patre sinc. car. *Lud.* c) *deest Lud.* d) in dies *add. Lud.* e) obstr. *Lud.* f) imp. et eccl. *Lud.* g) gl. a. *Lud.* h) Ser. quippe dominus noster imperator, princeps christianissimus, celebrata *Lud.* i) imperii principibus *Lud.* k) tam laicis quam clericis *A.* l) magnatibus quoque et universis nobilibus *Lud.* m) ipse *add. Lud.* n) conceperat firmissime *Lud.* o) illustrissimum *Lud.* p) augustum *add. Lud.* q) ac *Lud.* r) ecclesie Romane *Lud.* s) michi *Lud.* t) sicut *Lud.* u) Cremonum *A, correxit manu saec. XVI.* Cremonensium. v) cum *add. Lud.* w) tunc *add. Lud.*

Romanorum more patris coadiutorem vel caesarem coronavit. 1) Hugo III. a. 1162—1192. 2) Vergy (dép. Côte d'Or). 3) Maria, Ludovici VII. regis Francorum et Alienorae reginae filia, Henrici I. Campaniae comitis vidua. 4) Quam Ludovicus VII. ex filia Castellae regis genuerat. 5) Gisors sur Epte (dép. Seine inférieure). 6) V. Toeche l. l. p. 53. 7) Bela III. a. 1174—1196. 8) Rama, i. e. regnum Bosniae, a Rama flumine nuncupatum, quod in Naronem effunditur. 9) Eynsham in comitatu Oxoniensi. 10) Videlicet domus Withamensis in pago Sumersetensi.

1186. *vestram decuit*[a] *reverentiam evitare, contra*[b] *honorem imperii familiariter collegeritis, dehortando civitates*[c] *universas Italie*[d] *ab auxilio*[e] *ferendo et expeditione promovenda; episcopis quoque tam litteris quam nunciis sub pena*[f] *officii sui et benefitii pariterque anathematis interminatione districtius*[g] *inhibendo, ne vel adiutorium ei*[h] *facerent aut*[i] *quovis modo secum comparere presumerent. Quas profecto litteras quidam ex nobis viderunt et perlegerunt, super facto tanto vehementius*[k] *admirati, quanto timendum non*[l] *fuerat sub dilectionis*[m] *specie huiusmodi inimicitias palliare. Maxime autem*[n] *de facto Treverensis*[1] *ecclesie subiunxit, de quo nec poterat*[o] *credi, nec opinione*[p] *concipi, ut*[q] *eo quem accepit fine umquam foret concludendum. Nam, si secundum ordinationem vestram idem factum inconvulsum permanere deberet, videtur*[r] *imperium demembrationem et maximam sui iuris imminutionem*[s] *incurrisse, presertim cum nulli*[t] *antecessorum suorum ab aliquo antecessorum vestrorum factum fuisse antiquitatis*[u] *reportet memoria, quod episcoporum quispiam in regno Theutonico consecrationem prius quam regalia per sceptrum imperiale receperit, quod quidem rationi non derogans in hec usque tempora usus approbatus celebri*[v] *firmitate conservavit. Sed [nec*[w]*] hanc imperii iusticiam infringendam per vos aut aliquatenus permutandam dominus imperator crediderit*[h]*, cum, [ut*[w]*] attestatione venerabilium virorum*[x.2]*, quos eiusdem verbi*[y] *sponsores ad eum remisistis, manifestum est, dominum*[z] *Fulmarum numquam vos consecraturum*[a] *in verbo Domini firmiter promiseritis. Ceterum in archiepiscopatu Mediolanensi iniurias multo*[b] *ex tempore per*[c] *vos imperio factas in publico proposuit. Ea namque sedes quanto*[d] *in Ytalia maior et excellentior perhibetur, tanto virum prudentem et utilem*[e] *in ea requirit et magis*[b] *necessarium habet. Sed, ut asserit, antistitem*[f] *ecclesie, usum regalium imperio, a pluribus annis denegastis. Adiecit insuper, quantis exactionum oneribus*[g] *universe de imperio per vestros ecclesie subiaceant, videlicet ut tam ecclesie quam cenobia, quibus vel panis cotidianus non sufficit, in erogatione pecunie, in pastu familiarum, in stabulatione equorum, ratione ecclesie super omnem possibilitatem suam deservire compellantur. Hec siquidem et plura hiis serenissimus dominus noster imperator in facie sollempnis curie sue*[h] *nobis ceterisque principibus suis proposuit, ostendens evidenter, quod tales iniurias ad gravamen persone sue et inminutionem honoris imperii nec possit nec debeat sustinere. Unde et nos, qui de conservando et manutenendo iure et honore imperii ipsi*[i] *et illustri filio suo Romanorum*[k] *regi augusto per sacramentum tenemur, nichilominus quoque reverende matri nostre sancte Romane ecclesie dilectionis et obedientie debito astringimur et paternam sanctitatem vestram in intimi cordis sinceritate complectimur*[l]*, excellentiam vestram obnixe rogantes, totius humilitatis et filialis devotionis studio deprecamur, quatinus ad laudem Dei et pacem ac unitatem ecclesie Dei et imperii, que nunc toti mundo desideranda venit et exoptanda, ea que ad gravamen imperii facta dinoscuntur, quoniam*[m] *ea*[n] *a vobis sustineri aut sub silentio preteriri fidei vestre sinceritati nullatenus conveniret, saniori, ut*[o] *expedit, consilio permutari faciatis. Veraciter siquidem*[p] *a domino imperatore intelleximus et pro ipso testamur, quod paratus est et semper fuit ad faciendam iusticiam et recipiendam et super hiis que adversus imperium ecclesia proposuit*[q]*, iustitie amicabili compositioni*[r] *aut arbitratui bonorum virorum assensum indubitanter prebere. Propter quod venerabiles*[s] *viros litteratura*[t] *preditos, prudentia*

a) decuerat *Lud.* b) contra h. i. *des. Lud.* c) un. civ. *Lud.* d) Ytalie *A. Lud.* e) ab afferendo ipsis auxilio *Lud.* f) peña *B; penitencia A, correxit manu rec.* pena, *quod et Lud.* g) inhibendo distinctius *Lud.* h) *deest Lud.* i) vel aliquid secum comparare *Lud.* k) vehemencius *A.* l) minus tim. *Lud.* m) sub specie dilectionis inimicitias palliari *Lud.* n) et specialiter *add. Lud.* o) nec credi potuit *Lud.* p) animo *Lud.* q) quod eo nequaquam accepto fine foret concludendum *Lud.* r) videretur *Lud.* s) diminutionem *Lud.* t) nulla *Lud.* u) curiosa *add. Lud.* v) sceleri *B;* celeri *A;* celebritate *pro* celebri firmitate *Lud.* w) *ita Lud.; deest codd.* x) Monasteriensis et Astensis episcoporum[2] et fidelis viri S. mandatarii *add. Lud.* y) *ita Lud.;* viri *codd.* z) dum *Lud., ubi* Fulm. *deest.* a) consecuturum *Lud.* b) *deest Lud.* c) a vobis *Lud.* d) quando ceteris *Lud.* e) imperium *add. Lud.* f) usum regalium imperio, antistitem ecclesie iam pl. *Lud.* g) muneribus *Lud.* h) *deest A. Lud.* i) imperatori *Lud.* k) Ro *codd.;* Rogero *Twysden perperam.* l) amplectimur *Lud.* m) quē *A, manu rec. corr.* quoniam. n) a nobis ea *Lud.* o) vero *Lud.* p) *deest A;* si quid *Lud.* q) proposuerit *Lud.* r) componi *Lud.* s) honorabiles *Lud.* t) literata preditos prud. *Lud.*

1) Urbanus papa Rodulfum Treverensem archiepiscopum electum, qui imperatori adhaerebat, 20. Maii deposuerat eiusque loco 1. Iunii Volcmarum archidiaconum Treverensem, qui sibi favebat, promissum haud servans, consecraverat. V. de utriusque electione schismatica Gesta Trever., SS. XXIV, p. 383, et Arnold. Lub. III, 11. 17, SS. XXI, p. 155. 158, et quae Scheffer-Boichorst l. l. p. 88 sqq. disserit. Volcmarus autem, cum sedem obtinere non valeret, Remis exulavit, unde fugatus, a rege Anglorum Turonibus susceptus est; Gesta Trev. l. l. p. 387. 2) Hermannum Monasteriensem et Willelmum Astensem imperatoris nuncios inter 5. Martii et 30. Aprilem Urbanum III. adiisse, docet Scheffer-Boichorst l. l. p. 175; Gesta Trever. l. l. p. 385.

et discretione conspicuos[a] *sanctitati vestre duximus transmittendos, paternam benignitatem* 1186. *vestram propensius exorantes, quatinus apostolice mansuetudinis caritate et ea [que*[b]*] ex parte nostra proposuerint clementer audire dignemini ac verbis eorum fidem indubitatam adhibere.* . . . . . .

1187. . . . Albertus, genere Beneventanus, ecclesie Romane cancellarius, Urbano tertio defuncto, papa creatus 8. Kalendas Novembris, vocatus etiam Gregorius octavus . . . Oct. 25. cum sedisset duobus mensibus, diem clausit extremum. Substitutus est ei Paulus Prenestinus episcopus, genere Romanus, vocatus Clemens tercius 13. Kalendas Ianuarii. . . . . . . Dec. 20.

1188. . . . Rex Francorum crucem suscepit de manibus archiepiscoporum Tyrensis et Remensis et postmodum Philippus comes Flandrie et infiniti cum eis. Convenit etiam inter eos, ut omnes de terra regis Francorum cruces rubeas susciperent, de terra regis Anglorum albas, de terra vero comitis Flandrie virides.

Rex Anglorum post susceptionem crucis familiarem clericum suum Ricardum Barre, Luxoviensem archidiaconum, direxit imperatoribus tam Romano quam Constantinopolitano. Direxit eciam eundem Ricardum Bele regi Hungarorum, scribens in hec verba:

Venerabili et excellentissimo principi Frederico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto Henricus eadem gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie, in eo regnare, per quem reges regnant.

Quoniam imperatoriam maiestatem super his congratulari confidimus, que ad honorem Dei et exaltationem ecclesie sue disponuntur, excellentie vestre notum facimus, nos et karissimum nobis in Christo amicum Philippum regem Francorum et multos proceres utriusque regni cum magna armatorum multitudine crucem ad servicium Dei assumpsisse, hoc precipue intendentes, ut Deo duce Terra Sancta nostre[c] *humilitatis amminiculo ab his oppressionibus relevetur, quibus hodie ad opprobrium christiani nominis dinoscitur miserabiliter pregravari. Et quoniam in proposito habemus per terras imperii vestri transire, rogamus vos tamquam christianissimum principem, quatinus securum transitum nobis et his qui nobiscum votum simile obtulerunt in terris vestre potestati subiectis prebeatis et mercatum victualium locis competentibus in occursum nostrum convenire faciatis ad honorem Dei et vestrum et tocius imperii securitatem. Quid autem super hoc vestre placuerit maiestati, per fidelem et familiarem clericum nostrum Ricardum Barre, Luxoviensem archidiaconum, quem ob hanc causam ad vestram destinavimus presentiam, vestra nobis significare*[d] *velit dignatio.*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus karissimo fratri Henrico illustri regi Anglie salutem et dilectionem.

Noveris, laudabile propositum tuum, quod te suscepisse suggeris ad servitium Dei faciendum, nobis plurimum complacere; unde ad illud servicium perficiendum tibi consilium et auxilium in Christi nomine promittimus forumque victualium tibi et illis qui tecum ad Dei honorem militabunt prompta voluntate et prono desiderio, Deo cooperante, secundum peticionem tuam providebimus, maxime autem in societate karissimi amici nostri Philippi regis Francorum, et ea durante gratia, qua vos[e] *invicem intelligimus associatos.* . . . . . .

Prope dies istos littere Saladino directe sunt in hec verba[1]:

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et hostium imperii magnificus triumphator Saladino presidi Sarracenorum[f] *quondam illustri exemplo Pharaonis fugere Ysraelem.*

Devotionis tue litteras multis retro temporibus ad nos destinatas super arduis negotiis, tibi quidem, si fides verbis subfuisset, profuturis, prout maiestatis nostre decuit magnificentiam, suscepimus et epistolarum alloquiis magnitudini tue consulere dignum duximus. Nunc vero, quia Terram Sanctam prophanasti, cui eterni Regis imperamus imperio, in preside Iudee, Samarie, Palestinorum, in tanti sceleris presumptuosam et plectibilem audaciam debita ani-

a) Woltwinum prepositum Magdeburgensem, Andream scholasticum Spirensem et magistrum Ludolfum Magdeburgensem *add. Lud.; cf. Scheffer-Boichorst l. l. p.* 125, *n.* 2. b) *deest codd., manu rec. add. A;* quatinus consueta apostolice mansuetudinis karitate eos recipere et que *Lud.* c) *ita emendant Twysden et Stubbs;* vestre *A. B.* d) si gratare *codd.* e) nos *codd.* f) Saracenorum *A.*

1) Invenis hanc quidem epistolam celeberrimam in Itinerarii Ricardi codicibus A 1 et C, supra p. 197; in Libello de expugnatione Terrae Sanctae ed. Stevenson p. 257; in Gestis Henrici II, supra p. 111, et apud Rogerum de Hoveden, supra p. 149; apud Giraldum Cambrensem, De instructione principis III, c. 17; quam tamen propter varias lectiones et praecipue nominum terrarum causa repetere placuit.

1188. *madversione decernere imperialis officii sollicitudo nos admonet. Quam ob rem, nisi occupatam terram et omnia restituas, adiuncta satisfactione sacris constitutionibus pro tam nefariis excessibus taxata: ne minime legittimum videamur querere bellum, a capite Kalendarum Novembris evoluto anni spacio terminum prestituimus ad experiendam belli fortunam in campo Thaneos in virtute mirifice crucis et in nomine veri Ioseph. Vix enim credere possumus, hoc te latere, quod ex scriptis veterum et in hystoriis antiquis nostri temporis factum redolet. Numquid scire dissimulas, ambas Ethiopias, Mauritaniam, Persiam, Syriam, Parthiam, ubi Parthi*[a] *Crassi nostri dictatoris fata sunt prematurata, Iudeam, Samariam, Maritimam, Arabiam, Caldeam, ipsam quoque Egyptum — ubi, proh dolor! civis Romanus Antonius, vir insignis, virtute preditus, citra nitorem temperantie et secus quam deceret militem a tanto culmine rerum emissum minus sobriis Cleopatre inserviebat amoribus —, numquid etiam scire dissimulas, Armeniam et innumerabiles alias terras nostre dicioni subiectas? Norunt hec reges, qui cruore gladii Romani sunt crebrius inebriati. Et ut quidem in ipsa rerum experientia Deo auctore intelliges, quid nostre victrices aquile, quid cohortes*[b] *diversarum nationum, quid furor Theutonicus etiam in pace arma capescens, quid caput indomitum Reni, quid iuventus, que fugam numquam novit, quid procerus Bavarus, quid Suevus astutus, quid Franconia circumspecta, quid in gladio ludens Saxonia, quid Turingia, quid Westfalia, quid agilis Brebantia, quid nescia pacis Letaringia, quid inquieta Burgundia, quid Alpini Salices, quid Spisania in amento prevolans, quid Boemia ultra mori gaudens, quid Bolenia suis feris ferior, quid Austria, quid Stricia, quid Bugrensa, quid partes Illirice, quid Leonardia, quid Tuscia, quid Ancarictana marcea, quid Venetus proretha, quid Spinanus nauclerus, denique qualiter dextera nostra, quam senio arguis effetam, gladio vibrare didicerit, dies illa plena leticie et iocunditatis et reverentie triumpho Christi prefixa te docebit. . . . . . .*

1189. Apr. 23. 1189. . . . Circa dies istos, die festo sancti Georgii Fredericus imperator Romanus, loca passionis dominice visitaturus, peregrinationis iter arripuit apud Reinesburgum[1], transitum per Hungariam et Bulgariam, sicut proposuerat, habiturus.

Rex Anglorum Henricus, cum regnasset annis 34, additis 20 septimanis et octo, diebus
Iul. 6. etiam quinque, gravi tactus incommodo, lecto decubuit, et in octavis apostolorum diem clausit extremum apud Chinonem. Sepultus autem est apud Fontem-Ebraldi[2]; Turonensis, Treverensis[3] archiepiscopi celebraverunt divina; Ricardus comes interfuit.

	A.	*B.*
Iul. 13.	Matildis ducissa Saxonie, filia predicti regis, tertio Idus Iulii diem clausit extremum.	Matildis ducissa Saxonie tertio Idus[c] obiit.

Circa dies istos a partibus aquilonis[4] naves plurime sulcantes mare Britannicum, fedus
Mai 18 inierunt cum Anglis, quos apud Dertesmu[5] reppererunt. Itaque communi consilio 15. Kalendas Iunii se pelago commiserunt, cum essent naves 37 onerifere multum et hominum mul-
Iun. 29. torum capaces. Postque varios rerum eventus 3. Kalendas Iulii venerunt Ulixibonam. Rex autem Portugalensis[6] intelligens, quod naves essent referte tam hominibus quam armis ad pugnandum ydoneis et omni genere victualium munitissime, supplicavit, ut ei venirent in auxilium ad subiugandam civitatem quandam nomine Silviam[7], quam Silvius Eneas construxerat et de nomine suo vocaverat Silviam, conferens eis in adiutorium 37 galeas et alias naves que sagittarie nuncupantur quam plurimas, et pactum iniit cum eis, tam ipse quam tres episcopi sui prestito sacramento, quod, quicquid vel auri vel argenti vel victualium civitate subacta possent adquirere, suos in usus redigerent et solam urbem regis pote-
Iul. 17. stati subigerent. Ab Ulixibona recedentes, 16. Kalendas Augusti Silvie portum intraverunt, impulsis ad terram navibus fixisque tentoriis, urbem obsidione vallarunt munitam turribus, sicut dicitur, circiter quadraginta. Numerus erat christianorum ad pugnam preparatorum
Iul. 19 tria milia quingenti. Tertia die sequenti muris appropinquantes, insultum fecerunt acerrimum, suburbium irruperunt, fontem, etiam duplici muro circumdatum, habentem barba-

a) Marci *G. Henrici.* b) choortes *A.* c) *mensis deest B.*

1) *Imperator in festo sancti Georgii curiam celebrem Ratisponae habuit* Chronica regia Coloniensis p. 144. 2) Ad Ligerim, hodie Fontévrault (dép. Maine et Loire), ubi et proavi Andegavenses et Ricardus filius sepulti sunt. 3) Volcmarus exul, quem Clemens III. die 26. Iunii eiusdem anni iam deposuerat; v. Jaffé nr. 10151. 4) Itinerarium Ricardi I, c. 27, supra p. 206, Danorum, Frisonum, Anglorum, Flandrensium mentionem facit; cf. Gesta Ricardi, supra p. 113; et Riezler l. l. p. 78. 5) Dartmouth in littore Devoniensi. 6) Sanctius I. a. 1185—1211; cf. Schäfer, 'Gesch. v. Portugal' I, p. 104. 7) Silves in regno Algarbii.

canam[1] novem turribus circumseptam, a quo fonte cives sustentabantur, ne siti perirent, 1189. obstruxerunt terra, fimo, lapidibus. Gentiles, aque penuria laborantes, animo consternati sunt. Princeps civitatis vocatus Alcad[1*] regem adiit Portugalensem, qui cum exercitu supervenerat, sed christianis nullum prestabat auxilium, regique tam sui quam civitatis fecit deditionem, ignorantibus christianis. Subacta fuit civitas 8. Idus Septembris plus Sept. 6. quam sexaginta milibus virorum ad pugnam aptorum referta. Qui gladio corruentes orcho transmissi sunt, tredecim milibus utriusque sexus inventis superstitibus, qui de suo secum nec[a] quid minimum asportantes, sed eiusdem generis pannis in signum servitutis induti, versus Sibiliam transmigrandi plenam receperunt securitatem. Sic virtute Dei patris omnipotentis sine dampno christianorum triumphatum est de paganis. Civitate tandem sordibus et ydolatriis emundata, die nativitatis beate[b] Marie Portugalensis episcopus macomeriam[2] Sept. 8. in honore beate virginis dedicavit, preficiens ibidem episcopum[2*], qui de partibus Flandrie causa peregrinationis advenerat. . . . . . .

Ad vocationem archiepiscopi Cantuariensis ecclesie suffraganei Lundonie convenerunt 3. Nonas Septembris ad coronationem novi regis. . . . Cantuariensis, Rotomagensis, Tre- Sept. 3. verensis[3], Dublinensis archiepiscopi de diversis partibus convenerunt. . . . . . Treverensis archiepiscopus[3] in Anglia moriens, apud Sanctum Andream sepultus est Norhamtonie. . . .

Circa dies istos Willelmus rex Siculus, gener regis Anglorum, absque legitimo sobole moriens, Tancredum sibi propinquum habuit successorem regni. . . . . .

1190. . . . Exercitus christianorum ante Aconem hoc modo situs est: Ante montem 1190. Musardi supra mare sunt Genevenses. Post illos sunt Hospitalarii. Post quos est marchio Montis-ferrarii[4]. Post illum comes Campanie Henricus. Deinde Guido Dumpere[5]. Post illum comes Brenensis[6]. Post quem comes de Baro. Deinde comes Chalunsis[c]. Postea comes Robertus de Drous[d] et episcopus Balvacensis[7]. Postea episcopus Besenceve[8]. Iuxta quem versus planum est comes Theobaldus[9] et comes de Claro-monte[10] et Hugo de Gurnai et Otho de Tresoni[e, 11] et Florentius de Hangi[12] et Walkelinus de Ferrariis[13]. Deinde Florentini. Post quos episcopus Saresbiriensis[14] et Anglici. Deinde dapifer Flandrie[15] cum Iohanne de Neele[16] et Odone de Hame et aliis Flandrensibus. Postea episcopus Cambraiensis[17] et dominus Ysoldone[18] et vicecomes Turonie[19]. Deinde rex de Ierusalem[20] cum Galfrido et Aimaro, fratribus eius, et Hugo de Tabari[21] et fratribus eius Radulfo et Otone et Willelmo. Deinde Templarii et Iaco de Avennes[22]. Post illum landegrave[23] et comes de Galres[24] cum Alemannis et Dacis et Theutonicis et Frisonicis. Inter quos ad magumeriam posuit tentoria dux Suavie[25]. Post super Turonem[26] patriarcha et episcopus Acharonis et episcopus Bethleem et vicecomes de Castello-Eraud[27] et Reginaldus de Sagitta[28] et Amfridus de Turona[29]. Sub Turona excambiatores. Postea super portum archiepiscopus Pisanus[30] cum Pisanis. Extremo Lumbardi[31].

Circa[f] dies istos cum primum obsessa fuisset Acon, Gwillelmus quidam Anglicus natione, capellanus Radulfi de Diceto decani Lundoniensis, dum tenderet Ierosolimam, astrinxit se voto, quod, si prospero cursu portum intraret Acon, sancto Thome martyri sumptibus suis iuxta facultatum possibilitatem capellam construeret et procuraret ibidem ad honorem martyris cimiterium consecrari. Quod et factum est. Multis igitur ad capelle servitium undique concurrentibus, iudicio christianitatis ipse Willelmus prioris nomen accepit. Qui dum se

a) ne *A.* b) *deest A.* c) Ealunsis *A.* d) Brous *A.* e) Tresan *A.* f) *haec* — tumulata sunt *(p.* 280, *l.* 7*) in marg. suppl. B. B* 2, *des. A. A* 2.

1) Arabice *barbakhun* aquaeductum, media Latinitate *barbacana* foramen muri, postea Anglice propugnaculum exterius vel promurale significat; de quo *Barbican,* via publica in vetere civitate Londoniensi, quam Radulfus, Sancti Pauli decanus, bene noverat, nomen accepit. 1*) Arabice *al kadi* iudex. 2) Vel mahomeria, i. e. templum Mahometicum, *Moschee.* 2*) Nicolaum. 3) Volcmarus exul; cf. Toeche l. l. p. 116. 4) Conradus. 5) Guido II. de Dampierre. 6) Erardus comes de Brienne. 7) Philippus (de Dreux) episcopus Bellovacensis. 8) Theodoricus II. archiepiscopus Vesontinus. 9) Blesensis. 10) Radulfus comes Claromontanus in pago Bellovacensi. 11) Tresigny in marchia Namurcensi. 12) Hangest. 13) Ferrers. 14) Hubertus Walteri a. 1193. archiepiscopus Cantuariensis. 15) Hellinus de Wavrin. 16) Castellano Brugensi. 17) Rogerus de Wavrin. 18) Issoudun. 19) Raimundus II. 20) Guido de Lusignan. 21) Tiberias (Tabarieh). 22) Iacobus de Avesnes, miles Hanoniensis celeberrimus. 23) Ludovicus III. provincialis comes Thuringiae. 24) Otto I. comes Gelrensis. 25) Fridericus, qui 20. Ian. 1191. mortuus est. 26) Mons in orientem civitatis Acconensis. 27) Châtelhérault. 28) Dominus Sidonensis (de Saiette). 29) Henfridus dominus de Toron. 30) Ubaldo Lanfranchi a. 1174—1202. 31) Cf. de simili dispositione Gesta Ric., supra p. 113.

1190. militem Christi toto servaret in corpore, precipue pauperum curam habebat et sepeliendis corporibus, tam fataliter decumbentibus quam interfectis gladio, diligentiam omnem et operam strenuissime satagebat impendere, magni Tobie se successorem proximum humanis aspectibus representans. Est et aliud ibi cimiterium quod vocatur Hospitalis Alemannorum[1]. Est et tertium poliandrum antiquius ceteris, quod sancti Nicholai dicitur, in quo, priusquam obsidio solveretur, hominum milia centum additis 24 milibus per unius circulum anni tumulata sunt. . . . . . .

Anserius de Monte-regali[2] ad mortem suam detexit traditionem, quam fecerunt idem Anseri et episcopus Balvacensis et comes Robertus, frater eius, et Guido Dumpere et landegrave et comes de Gelres, unde ipsi ceperunt a Salaadino triginta duo milia bizantiorum et centum marcas auri. Et preterea habuit landegrave 4 camelos et duos leopardos et 4 accipitres; et aliis donis distulerunt predicti principes insultum et permiserunt castella nostra cremari. . . . . . .

Fredericus imperator Romanus annum agens in imperio quadragesimum, dum Ierosolimam tenderet per Bulgariam et ab Yconio transitum faceret versus Antiochiam, in fluvio quodam qui vocatur Sapheth, exercitu suo toto salubriter transeunte, solus equo suo deci-
Iul. 25. dens submersus est 8. Kalendas Augusti. . . . . . .

Aug. 9. Ricardus rex Anglorum navem ascendit apud Massiliam vigilia sancti Laurentii. Qui dum equora sulcaret, in portu Romano nuntios domini pape, scilicet Hostiensem[3] episcopum et alios plures, occurrentes sibi recepit. Sed ad postulationem domini pape Romam renuit visitare, prope Capuam intrans Apuliam. . . . . . .

Sept. 16. Philippus rex Francorum applicuit apud Messanam 16. Kalendas Octobris et hospitatus
Sept. 23. est in palatio regis Tancredi. Ricardus rex Anglorum 9. Kalendas Octobris ibidem applicuit,
et habito cum rege Francorum colloquio, rex Francorum navem ascendit, et quoniam ventus
erat contrarius, ipsa die rediit. Interim nuntii Ricardi regis, quos ad Tancredum regem
Sept. 28. direxerat, redierunt 4. Kalendas Octobris, ducentes secum Iohannam quondam Sicilie regi-
Sept. 30. nam; et pridie Kalendas Octobris transiit fluvium qui dicitur Far et in Kalabria cepit locum
munitissimum qui dicitur la Baniare et posuit in eo sororem suam, et postea rediit Messa-
Oct. 1. nam et in crastino cepit castellum inter Kalabriam et Messanam quod dicitur Monasterium
Griffonum. Griffones insultum facientes in Hugonem Brunum[4] ab Anglorum rege repulsi
sunt, qui, clausis ianuis civitatis, ad propugnacula murorum stantes, homines et equos regis
Anglorum occiderunt et quosdam illorum vulneraverunt; rex Ricardus portas civitatis confregit et maximam illius civitatis partem cepit et homines suos infra civitatem hospitari
Oct. 4. 5. fecit 4. Nonas Octobris. Et tertio Nonas dederunt obsides ei maiores civitatis de pace
servanda. . . . . . .

Rex Tancredus dedit regi Ricardo pro quieta clamantia rerum omnium quas petebat unciarum auri 20 milia. Dedit etiam Tancredus unciarum auri totidem milia regi Ricardo pro bono pacis et quieta clamantia divise, quam Willelmus rex fecerat patri suo Henrico regi, et pro matrimonio quod erat contrahendum inter Arturum Britannie ducem et filiam Tancredi. Rex Ricardus predictum Arturum heredem suum instituit, si sine prole decesserit. Firmavit etiam quoddam castellum prope Messanam, quod vocavit Mategriffum. Margaritus et Iordanus del Pin, predicte civitatis custodes, abierunt furtive, ducentes secum familiam suam totam[5]. . . . . . .

1191. Alienor regina, cum per quatuor dies moram fecisset cum filio suo, recessit versus
Apr. 10. Angliam, relinquens Berengariam, filiam regis Navare[6], quam ducturus erat uxorem. Quarto
Idus Aprilis ascendit rex Ricardus navim cum exercitu suo, cum 150 navibus et 6 et buceis
24 et galeis 39 et duxit secum Iohannam sororem et predictam Berengariam. . . . . . .

1191. . . . Clemente papa tertio rebus humanis exempto, Iacinctus, inter diaconos
ecclesie Romane primus[7], ne scisma subitum in ecclesia Dei consurgeret, se fieri papam
Apr. 14. vix tandem consensit; quem Octovianus Ostiensis episcopus die pasche consecravit episcopum; qui vocatus est Celestinus papa tertius.

Apr. 15. Celestinus feria secunda paschali Henricum regem Teutonicum et Longobardorum consecravit imperatorem Romanum.

1) V. Ranke, 'Sämmtl. Werke' XXV, p. 26. 2) A. 1190. in obsidione Acconis occubuit; G. Ricardi, supra p. 124. 3) Octavianum. 4) Hugo IX. de Lusignan, maritus comitissae de Marchia Lemovicensi. 5) Res Siculae accuratius narrantur in G. Ricardi, supra p. 116 sqq. 6) Sancii. 7) Tit. S. Mariae in Cosmidin.

Paschali feria 4. Romani civitatem Tusculanam funditus dirruerunt[1]. . . . . . . 1191. Apr. 17

A[a].

Tertio Kalendas Aprilis rex Francorum navem ascendit apud Messanam

B.

Rex Francorum navem ascendit apud Messanam 4. Kalendas Aprilis[2] Mart. 30.

cum[b] tribus tantummodo navibus. Pacificati prius fuerant rex Anglorum et ipse. Rex Anglorum Ricardus in magna gloria naves ascendit 4. Idus Aprilis apud Messanam et circa vicesimum diem Rodos insulam subintravit. . . . . . . Apr. 10.

1192. . . . Die festo sancti Michaelis due regine, scilicet tam Anglie quam Sicilie[3], 1192. Sept. 29. navem ascenderunt aput Acon. Rex vero navem ascendit die festo sancti Dionisii. Circa Oct. 9. sancti Martini festum applicuit in Romania, scilicet in loco qui dicitur Cuvrefy[c. 4], qui iurisdictioni Nov. 11. subicitur imperatoris Constantinopolitani. Postmodum, relictis magnis navibus, duas galeas ascendit et applicuit in Sclavonia. Cum autem transisset Veneciam et Aquileiam, terram ducis Austrie[5] subintravit. A quo captus est in civitate que Wena[6] dicitur 13. Kalendas Ianuarii. Dec. 20.

Regem Anglorum dux Austrie comprehendit aput Wenam. Qui licet pedes regis in compedibus non humiliaverit, inportunitate tamen custodum plus ad malam mansionem perduxit, quam si duris artasset in vinculis. Homines siquidem regionis illius barbariem maxime redolentes horrent verbis, habitu squalent, inmundiciis feculescunt, ut intelligas eorum cohabitationem ferinam pocius quam humanam. . . . . . .

1193. . . . Feria 3. post ramos palmarum dux Austrie regem Anglie tradidit imperatori 1193. Mart. 23. Romano sub pactione pecunie persolvende.

Postmodum ut imperator ad immoderatam pecunie quantitatem nomine redemptionis solvendam regem Anglorum terroribus et exemplis[d] inpelleret, eum retrudi precepit in

A.

loco qui Trivallis dicitur[7], a quo carcere nullus ante dies istos exivit, qui vinctus ibidem intravit, de quo dicit Aristotiles* libro quinto: *Bonum est mactare patrem in Trivallis.*

De quo loco rursus metrice[8] scriptum est:

Sunt loca, sunt gentes, quibus est mactare parentes
Vel mos vel pietas, cum sera supervenit etas. . . . . . .

B[e].

castello quod dicitur Trevelles, quod situm est in confinio Alemannie et Lothoringie, ubi inter alios montes quidam mons naturali *Topica II, 11, 5. 6 arduitate preminet universis. In cuius cacumine predictum castellum situm est, ad hoc ibi specialiter in loco munitissimo constitutum, ut illuc deportarentur et perpetuo traderentur carceri quicumque fuissent contra imperium de perduellione notati. . . . . . .

Tocius Alemannie generalis conventus, magnates solummodo comprehendens, habitus est aput Warmaciam[f] tercio Idus Iulii[9]. Tractatum est ibi de redemptione regis Anglorum. Iul. 13. Tandem sub audientia plurimorum propalatum est precium appreciati, quem appreciavit[g] cf. Matth. 27, 9. Henricus imperator Romanus ab Austrie duce Limpoldo, scilicet quinquaginta milia marcarum argenti. Sed ut imperator, egregius fenerator, legittimarum usurarum summam, que per annum equiparantur sorti, per unum diem in duplum excederet, centum milia marcharum sibi suo tempore solvendarum extorsit a rege.

Summa redemptionis regis Anglorum est argenti centum milia librarum ad pondus Colonie monete publice probate. Que pecunia certis temporibus et distinctis quinquaginta datis obsidibus persolvetur.

Cum de redemptione regis agendum sit, quam devotionem ei sui fideles exhibuerint, proferamus in medium, incipientes a domo Dei. Maiores quidem ecclesie thesauros ab antiquis congestos temporibus, ecclesie parochiales argenteos calices premiserunt; archiepiscopos, episcopos, abbates, priores conventualium ecclesiarum, comites, barones quartam partem annuorum reddituum, monachos Cistercienses, canonicos ordinis Albi totam lanam unius anni, clericos viventes de decimis decimam partem de redditibus provenientem, statutum est assensu communi persolvere.

a) *ita quoque ed. Twysden.* b) cum — et ipse *in marg. suppl. B.* c) Civirefu *A, man. rec. emendavit* Cuurefu. d) exsemplis *B.* e) *haec lineis erasis inscripta B; et A et B2 priorem lectionem praebent.* f) Wormatiam *A.* g) appretiavit *h. l. A.*

1) V. Toeche l. l. p. 186. 191. 2) 3. *Kal. Apr.* sicut rec. A habent G. Henrici, supra p. 127. 3) Berengaria uxor et Iohanna soror Ricardi regis. 4) Corfu. 5) Leopoldi V. 6) Wien. 7) Trifels. 8) A Radulfo Nigro, *cum Topica Aristotelis versibus glossaret;* Gervas. Tilbur. ed. Leibniz, SS. Brunsvic. I, p. 911. 9) Legendum esse 3. *Kal. Iulii,* demonstrat Toeche l. l. p. 282.

1193. Cessit Alemannis in admirationem non minimam, quod tam crebri fiebant concursus episcoporum, abbatum, comitum et baronum, aliorum etiam medie manus hominum, quos de tam diversis, de tam remotis nationibus unius hominis iurisdictioni subiectis disiderium trahebat videndi regem, de reditu cuius in toto regno suo fere desperabatur a singulis. Et cum diversi diversa reportarent rescripta, scripsit in hec verba:

Ricardus rex Anglorum Waltero Rothomagensi archiepiscopo[1]*. Quocienscumque nuntios in Angliam ad vos destinamus et illis litteras de fide eis*[a] *adhibenda super hiis que vobis ex parte nostra proponent committimus, hac intentione hoc facimus, ut super hiis que ad commodum et honorem nostrum cedunt eis fides adhibeatur, super his autem que ad honorem aut utilitatem nostram non contingunt, eis fides nullatenus adhibeatur. . . . . . .*

Walterus Rothomagensis archiepiscopus, dum per annos duos et anni tercii quartam cf. Ps. 131,2. partem administrasset regni negocia, specialis[b] Anglie iusticiarius, non ambulavit in magnis, a munere manus excutiens, clamores equa lance diiudicans. Qui vocante rege transitum fecit in Alemanniam, transitum etiam fecit et mater regis Alienor regina, sub ipso transitu 1194. Ian. 6. suo Colonie celebrantes epiphaniam.

1194. *Walterus Rothomagensis archiepiscopus Radulfo Lundoniensi*[c] *decano. Noverit dilectio vestra, quod, postquam ad dominum nostrum karissimum illustrem regem Anglorum* Febr. 4. *accessimus, nemini scripsimus in Anglia nec aliqua usque ad crastinum sancti Blasii audivimus, que essent digna relatu et vobis scribere deberemus. Eo vero die misericors Dominus populum suum apud Maguntiam in liberatione domini regis visitavit. Nobis enim domino regi eadem die usque ad horam nonam assistentibus, Maguntinus*[2] *et Coloniensis*[3] *archiepiscopi inter dominum imperatorem et dominum regem et ducem Austrie pro liberatione regia verba proferentibus*[a]*, post multas anxietates et labores idem archiepiscopi, qui studio maximo ad liberationem regiam operam adhibuerant, coram domina regina et nobis et Bathoniensi*[4] *et Elyensi*[e.5] *et Sanctoniensi*[6] *episcopis et multis aliis magnatibus ad dominum regem accesserunt, ei breve verbum et iocundum proferentes. Erat siquidem quod dominus imperator ei significavit, quod eum in custodia sua diu tenuerat, sed eum liberum dimittebat et absolutum, ut sui ipsius de cetero haberet potestatem,*

Liber et explicitus ad sua vota suus.

Circa dies istos Henricus, Henrici ducis Saxonici primogenitus, nepos Ricardi regis Anglorum, filiam unicam et heredem Conradi palatini comitis[7] duxit uxorem.

Pactiones inite sunt plures inter imperatorem et regem ad persolvendam non spectantes pecuniam, sed ad statum regis intervertendum; inter quas quicquid insertum est ab initio vitiosum, quicquid contra leges, contra canones, contra bonos mores indubitanter conceptum, licet ex parte regis et suorum fidelium ad hoc observandum fuerit iusiurandum adauctum, emissa licet patencia scripta, licet in mundum universitatis recepta, licet a partibus absoluta, quia tamen contra ius elicita, robur firmitatis optinere non debent in posterum nec ullo tractu temporis convalescere.

Walterus Rothomagensis archiepiscopus et Willelmus cancellarius regis* et alii quidam dati sunt in obsidatum pro decem milibus marcharum, que rex tenebatur ad presens persolvere, quousque persolverentur. Et hoc se fideliter observaturos nec egressuros ab Alemannia citra conscientiam imperatoris, prestita iurisiurandi religione sollempniter confirmaverunt.

Tancredus rex Sicilie, Rogerus eciam, filius eius sublimatus in regem, intra paucos dies rebus humanis exempti sunt. Willelmus vero, filius Tancredi, puer adhuc, regni diadema suscepit[8].

Rex Anglorum ad instantem Adulfi Coloniensis archiepiscopi peticionem Coloniam veniens, in ipsius palatio cum honore summo receptus est, in sumptibus magnis, in epulis

*) Baldewinus Wach[9] *pro* Willelmus cancellarius regis *C.*

a) adh. eis *A.* b) specialis — Qui *des. A.* c) dec. Lund. *A.* d) *ita codd., periodo falso constructa.* e) Eliensi *A.*

1) Iusticiario Angliae, de quo v. Stubbs, 'Const. History' I, p. 501. 2) Conradus I. de Wittelsbach. 3) Adolfus I. comes de Altena. 4) Savarico, filio Geldewini, quem Rogerus de Hoveden, supra p. 176, Henrici imperatoris consanguineum vocat. 5) Willelmo regis cancellario. 6) Henrico; cf. Galliam christ. III, p. 984. 7) Agnetem; v. Will. Neuburg. IV, 32, supra p. 240 sq. et cf. Toeche l. l. p. 566. 8) V. Rycc. de S. Germano, SS. XIX, p. 328. 9) Cf. Rog. de Hoveden supra p. 168.

profusioribus ibidem moraturus per triduum. Die vero tercia procuravit archiepiscopus, ut 1194. rex in ecclesia beati Petri missam audiret. Archiepiscopus itaque, deposita maiestate sua, precentoris assumens officium et stans in choro cum cantoribus ceteris, illam sollempnem missam sollempniter inchoavit: *Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum et eripuit* Act. 12, 11 *me de manu Herodis*[1].

Rex prospero[a] cursu tendens in Angliam, applicuit apud Sandwicum die dominica, sci- Mart. 20. licet 13. Kalendas[2] Aprilis. Feria 4, coronata civitate, cum exultatione magna tam cleri quam Mart. 23. populi sollempni processione receptus est in ecclesia sancti Pauli Lundonie. . . . . . .

Walterus Rothomagensis archiepiscopus, marcharum decem milibus persolutis, ab Alemannia rediens, ascensionis dominice die sollempni, sollempni processione receptus est Mai. 19. in ecclesia sancti Pauli Lundonie. . . . . . .

Henricus Romanus imperator Ricardo regi Anglorum. Dilectionem tuam scire volumus, quod fideles tui Walterus Rothomagensis archiepiscopus et Bathoniensis episcopus[3] *et Robertus de Turneham multa supplicatione nobis institerunt, quatinus Ottonem, nepotem tuum, nobiscum equitare permitteremus. Sed quoniam pater eius dux Saxonum nobis suspectus est, cuius maliciam veremur, petitiones eorum admittere noluimus. Sed tui ducti favore, hec eis indulsimus, quod idem Otto de die tres servientes habiturus est, qui ei serviant et assistant*[4]. . . . . . .

Celestinus papa Veronensi episcopo[5]. *Volumus et per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus a duce Austrie iuramentum recipias cum alia cautione, quam expedire noveris, quod mandatis nostris, que sibi per te vel litteras aut nuntium vel nuntios nostros fecerimus, per omnia sine fraude parebit. Quo recepto, in eius virtute sibi precipias, ut obsides regis Anglorum universos absolvat, conditiones omnes, quas exegit ab ipso, relaxet et ablata sibi per eum et suos et que de ipsius regis iniqua redemptione percepit sibi per universa restituens, eosdem obsides faciat cum securitate ad propria remeare, et ut amodo talia non attemptet. Nichilominus etiam de iniuria et dampnis congrue satisfaciat irrogatis. His demum rite completis et peractis, ei et suis absolutionis munus impendas et interdictum, cui erat ipsius terra subiecta, relaxes. Illud etiam eidem duci et suis nichilominus prestita sibi absolutione sub debito predicti iuramenti precipias, quod quam citius poterunt ad partes Ierosolimitanas accedant et tanto tempore moram in servitio Christi faciant, quanto prefatus rex in captione dinoscitur extitisse. Quod si non observaverint, ipsum et suos in eandem excommunicationis sententiam, appellatione remota, reducas. Data Rome apud Sanctum Petrum, 8. Idus Iunii, pontificatus nostri anno* Iun. 6. *quarto*. . . . . . .

Iohannes . . . translatus ad Lugdunensem ecclesiam, ibi sedit archiepiscopus per 10 annos et 29 septimanis; cui successit in archiepiscopatu Reginaldus, filius Gigonis comitis Forensis. Iohannes autem archiepiscopus in Angliam veniens, sancto Thome martyri vota persolvit orationum apud Cantuariam in nativitate beate Marie. . . . . . . Sept. 8.

Rogerus de genere Normannorum primus in Sicilia regio diademate sublimatus suo sculptum in sigillo monostichum illud iactabat[6]:

Apulus et Calaber, Siculus michi servit et Affer.

Qui cum ageret in extremis, reliquit filium et filiam, Willelmum et Constantiam; annus millenus centesimus quinquagesimus quartus tunc temporis effluebat. Henricus rex Theu- 1154. tonicus eandem Constantiam duxit uxorem anno tam millesimo tam centesimo quam octo- 1186. gesimo sexto fluente. Henricus postmodum imperator creatus, secum ducens imperatricem Constantiam, deficientibus aliis heredibus, omnium ad regnum Sicilie pertinentium heredem legittimam, duplicem congregavit exercitum, hinc equestrem et pedestrem per viarum 1194. angustias laboriosissime gradientem, illinc remigantium multitudinem copiosissimam in armis bellicis plurimum confidentem. Sicque Ianuensium et Pisanorum tam auxilio quam consilio roboratus, Bonefacium marchionem de Monte-ferrato tocius navigii sui, quod excreverat in inmensum, signiferum ordinavit. Bonefacius itaque dum equora sulcaret intrepidus et Salernitanos[b] pro viribus paratos resistere cognovisset, irruit super eos, et non modica strage peracta, victoriam reportavit, urbem succendit, predavit, ecclesiis non pepercit, ecclesiam sancti Mathei violenter intravit, asportavit thesaurum, sine delectu cives in

a) proprio *C.* b) Salertitanos *B.*

1) V. Rog. de Hoveden, supra p. 169. 2) Rectius 17. Kal. Aprilis; v. Toeche l. l. p. 298. 3) Savaricus. 4) Otto iam Dec. 12. a. 1194. Chinone Ricardi avunculi cartam attestatus est; cf. Ficker, Reg. imp. V, 1, p. 52. 5) Adelardo presbytero cardinali t. s. Marcelli. 6) Cf. SS. XXVI, p. 202, n. 2.

1194. ore gladii trucidavit, quosdam truncavit capite, quosdam suspendit patibulo, mulieres omnes indifferenter prostituit. Civitate vastata, transiit in Siciliam; civitates omnes in deditionem accepit. Willelmus, Tancredi regis filius, in etate puerili sublimatus in regem, cum matre sua presidium adiit, sicut fertur, tutissimum, castrum scilicet Sancti Iohannis. Imperator Henricus iter dirigens ad urbem Pannormitanam, in sede metropolitana sollempni proces- Nov. 22. sione receptus, 10. Kalendas Decembris[a, 1] regium diadema suscepit.

1194. Dec. 26. 1195. Die festo sancti Stephani prothomartyris, dum apud Gratiam[2] dux Austrie Limpoldus dies natalicios celebraret et iuxta consuetudinem regionis sui corporis agilitatem inter suos ostenderet commilitones de plano militaribus armis accinctus, flexis in girum frenis, equo cecidit, et pedibus attritione subita sauciatus ad necem, urgentissima tandem necessitate compulsus, consilio medicorum pede truncatus est, ut qui regis Anglorum Ricardi Ierosolima redeuntis et crucis adhuc mortificationem in suo corpore gestantis et animum habentis ad Terram Sanctam redire pedes constrinxerat nec licentiam abeundi quo vellet habere permitteret, in ultionem tanti facinoris pede proprio multaretur iuxta sententiam Petri Ravennatis[3], qui de filio prodigo scribens inter cetera dixit: *Luxurie, ventri, gule famis tortor apponitur, ut ultrix ibi pena seviat, ubi penalis reatus exarserat.*

1195. *Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie dilecto amico suo Waltero Rothomagensi archiepiscopo salutem et dilectionem. Scientes honestatem tuam de nostre magnificentie felicibus successibus plurimum gratulari, significamus discretioni tue, quod nos per Dei gratiam totum regnum Sicilie et Apulie in pace possidemus. Cum autem quidam*[b] *magnates regni, qui nobis satis contrarii primo extiterunt, gratiam nostram recuperassent, ipsi postmodum nefandam proditionem contra personam nostram machinati sunt. Sed quia nichil opertum quod non reveletur, gratia Dei proditio illa fuit detecta et quorundam proditorum proditione manifestata, unde omnes eos pariter iussimus captivari et in vinculis detineri. Ad cuius nostre prosperitatis augmentum, divina operante clementia, dilecta consors* 1194. Dec. 26. *nostra Constantia, illustris Romanorum imperatrix augusta, in die beati Stephani prothomartyris peperit nobis filium. Tu itaque nostre iocunditati congaudendo de tuo et terre statu nos* 1195. Ian. 20. *certifices. Datum apud Sanctum Marcum*[4] *13. Kalendas Februarii. . . . . . .*

Willelmus Eliensis episcopus[5] *Radulfo decano Lundonie. Mittimus ad vos litteras, quas Vetus de Monte misit duci Austrie de morte marchisii in hec verba:*

Limpoldo duci Austrie Vetus de Monte salutem[6]. *Cum plurimi reges et principes ultra mare Ricardum regem Anglie et dominum de morte marchisii inculpant, iuro per Deum, qui in eternum regnat, et per legem quam tenemus, quod in eius mortem nullam culpam habuit. Est siquidem causa mortis marchisii talis: Unus ex fratribus nostris in unam navim de Salteleia*[7] *ad partes nostras veniebat et tempus illum forte apud Tyrum impulsit, et marchisius fecit illum capere et occidere et magnam eius pecuniam rapuit. Nos vero marchisio nostros nuntios mandavimus. Mandavimus, quod pecuniam fratris nostri nobis redderet et de morte fratris nostri nobiscum se concordaret, et noluit necnon et nuntios nostros sprevit et mortem fratris nostri super Reinaldum dominum Sydonis*[8] *posuit; et nos tantum fecimus per amicos nostros, ut in veritate scivimus, quod ipse fecit illum occidere et pecuniam rapere. Et iterum alium nuntium nostrum nomine Edrisum ad eum misimus, quem in mari mergere voluit; sed amici nostri illum a Tyro festinanter recedere fecerunt, qui ad nos cito pervenit et ista nobis nuntiavit. Nos quoque ex hora illa marchisium occidere desideravimus, tuncque duos fratres ad Tyrum misimus, qui eum aperte et fere coram omni populo Tyri occiderunt. Hec autem fuit causa mortis marchisii; et bene dicimus vobis in veritate, quod dominus Ricardus rex Anglie in hac morte marchisii nullam culpam habuit; et qui propter hoc domino regi Anglie malum fecerunt, iniuste et sine causa fecerunt. Sciatis pro certo, quod nos nullum hominem huius mundi pro mercede aliqua vel pro pecunia occidimus, nisi nobis malum prius fecerit. Et sciatis, quod litteras istas fecimus in domo nostra ad castellum nostrum Messiac in dimidio Septembri coram fratribus nostris et sigillo nostro eas sigillavimus anno ab Alexandro* 1504[c].

a) Novembris *ed. Twysden.* b) quosdam *codd.* c) Mmo et D. I. V. *codd.;* 1505. *Itin. Ric.*

1) Potius in nativitate Domini; cf. Toeche l. l. p. 342, n. 3. 2) Gratz. 3) Petri Chrysologi, archiepiscopi Ravennatis 444—449, Opp. ed. Mita, Venetiis 1742, p. 2, in sermone de duobus filiis. 4) Inter Panormum et Messinam; cf. Toeche l. l. p. 671. 5) Cf. supra p. 282, n. 5. 6) Epistolam eandem Itiner. Ric. VI, c. 37, supra p. 216, aliam praebet Will. Neuburg. V, c. 16, supra p. 247. A falsario quodam Anglo quamvis e rebus vere gestis ficta esse videtur; cf. Ilgen, 'Conrad von Montferrat' p. 134. 7) In litore Pampphylico, hodie Adalia. 8) Et Caesareae, nepotem Eustachii Grenier, comitem stabuli.

Nos vero harum transcriptum litterarum vobis, de cuius dilectione plenum habemus experimentum, duximus destinandum, ut de illo agatis in cronicis vestris.

1196. *Walterus*[a] *Rothomagensis archiepiscopus Radulfo decano Lundoniensi. Experti sepius sinceritatem. . . . . Duobus tantum, scilicet clerico et uno serviente, comitati Cameracum venimus, ubi moram facimus adhuc, expectantes dubios rerum eventus. . . .*

1197. . . . Circa dies istos episcopo Cameracensi Iohanne rebus humanis exempto, 1197. tres sunt electi, Walterus, Nicholaus, Stephanus, et infra quadraginta dies sunt defuncti. . . .

Marchadeus, nephariis Brebantinorum vallatus catervis[1], episcopum Belvacensem[2], Willelmum de Merlou multosque cum eis iure belli captos et durissimis constrictos in vinculis transmisit Rothomagum 14. Kalendas Iunii. Mai. 19.

Notum[3] *sit universis hoc scriptum visuris, quod hoc est fedus et conventio inter Ricardum regem Anglie et Baldewinum comitem Flandrie et Hainoie, consanguineum suum, quod idem rex Anglie pacem aut treugas cum rege Francorum non faciet nec facere poterit absque voluntate et assensu eiusdem comitis; nec idem comes faciet aut facere poterit pacem aut treugam cum rege Francorum absque voluntate et assensu predicti regis Anglorum. Et si forte de voluntate et assensu utriusque pax aut concordia fieret inter regem Francorum et eos, et rex Francorum postmodum alterutrum guerrearet, tenerentur predicti rex Anglorum et comes ad mutuum subsidium et auxilium sibi invicem conferendum, prout melius potuerunt et sicut fecerunt tempore quo fedus istud inter eos contractum est. Et sciendum est, quod hoc fedus et conventio non solummodo duratura est tempore guerre, sed imperpetuum inter eos et heredes eorum, qui terras ipsorum tenebunt post eos, sive pax fuerit sive guerra; ita quod, si rex Anglorum hoc fedus et hanc conventionem non observaverit, illi, qui iuraverunt hoc fedus et conventionem hanc tenendam pro rege Anglorum, mittent se in captione prefati comitis infra mensem, postquam id bona fide scierint, non expectata summonitione dicti comitis. Similiter, si dictus comes hoc fedus et hanc conventionem non observaverit, illi qui iuraverunt hoc fedus et hanc conventionem tenendam pro ipso comite, mittent se in captionem dicti regis Anglie infra mensem, postquam id bona fide scierint, non expectata summonitione dicti regis Anglie. Hoc iuravit pro ipso rege bona fide tenendum Iohannes comes Moritonii, frater ipsius regis, et in animam eiusdem regis; et pro se ipso iuravit idem comes in animam suam. Et comes Flandrie Baldewinus iuravit propria manu hoc fedus et hanc conventionem tenendam bona fide.* Hinc inde multi testes sunt quos enumerare longum est. *Acta*[b] *sunt apud insulam Andeleii*[4]. . . . . . .

Si[c] quis fuerit inter canonicos Rothomagenses fidus antiquitatum interpres et assertor precipuus, qui dixerit Karolum Magnum ecclesie Rothomagensi nomine dotis Andeleium contulisse, recolligat secum, quod annus octingentesimus quartus decimus ab incarnatione Domini tunc temporis effluebat, quando Karolus Aquisgrani sepultus est. . . . . . .

Archiepiscopus[5], cum rege moram faciens in Normanniam, multorum necessitatibus providit utilitatibus. . . . Sollempniter fedus ineundum inter regem Anglorum et Baldewinum Flandrensium comitem et successores eorum certis distinxit capitulis. . . . . . .

1198.[d] . . .[e] Celestino papa tertio rebus humanis exempto, Lotharius cardinalis diaco- 1198. Ian. 9. nus electus est in summum pontificem 5.[6] Idus Ianuarii, vocatus Innocentius papa tertius. Nono Kalendas Marcii presbiter ordinatus est. In cathedra sancti Petri consecratus est epi- Febr. 21. 22 scopus et in sancti Petri cathedra collocatus. . . . . . .

Othoni, nepoti regis Anglorum Ricardi, redditum est Aquisgranum, quod obsederat, 6. Idus Iulii[f]. In crastino desponsavit unicam filiam et heredem ducis Brebantie septen- Iul. 10. 11. nem[7]. Quarto vero Idus eiusdem mensis coronatus est ab Adulfo Coloniensi[g] archiepiscopo Iul. 12. et sedem ascendit augustorum. . . . . . .

Comes Flandrie venit ante villam Sancti Audomari cum exercitu suo 8. Idus Septem- Sept. 6. bris et villam obsedit per tres septimanas. . . . Dum comes predictus esset in obsidione, venit nuncius regis Francie litteras ex parte regis ferens dicentes, quod, si castellanus et burgenses villam suam tenere et defendere possent erga comitem usque pridie Kalendas Octobris, ad succurrendum eis cum exercitu magno die illa veniret; si non veniret, castel-

a) W. *codd.* b) Gesta *A.* c) *hic locus in marg. suppl. A. B; deest B 2. et Twysden.* d) *altera man. inc. B.* e) *paullo ante desinit A.* f) Iunii *corr.* Iulii *B.* g) Colonensi *codd.*

1) Qui Ricardi regis stipendia meruit, *princeps nefande gentis Bribancenorum*, Rog. de Hoveden ed. Stubbs IV, p. 16. 2) Philippum Drocensem. 3) Rymer, Foedera ed. 1816. I, p. 67. ex originali. 4) Les Andelys (dép. Eure). 5) Hubertus Cantuariensis. 6) Ita quoque Rog. de Hoveden, supra p. 178. Potius: *sexto.* 7) Mariam.

lanus et burgenses de villa sua ad melius quod possent facerent. Sicque reddita fuit villa comiti[a]. . . . . . .

[1200.[b]] . . . Comes Flandrensis et comes Bolonie[1] uterque cum uxore sua acceperunt cruces eundi Ierusalem. . . . . . .

III. EX OPUSCULIS.

I. DE PRELATIS ECCLESIARUM.

PROLOGUS.

Annum[c] ab ea die, qua Petrus apostolus Rome primo cathedram pontificalem ascendit, feliciter inchoatum opusculo presenti primordium prestare cognoscas. Debes etiam meminisse traditum a maioribus et cautum in cathalogo virorum illustrium, Clementem papam modo secundum, modo tertium, modo quartum nominatum a Petro. Sed nos, si Lino, Cleto conservemus honorem annorum serie, sicut eis concorditer exhibent nostri patres in canone misse, profecto possumus vitare ruinam; sed ultra posse nostrum est quantum ad annos dominicales solvere dissonantiam. Namque scriptum est,

Primus papatus Petrus est in sede locatus.
Qui consederunt Linus Cletusque fuerunt.
His Clemens iunctus simili fuit ordine functus.
Disputat hinc mundus, sit quartus sive secundus[2].

Rursus alibi scriptum est: *Tertius ecclesie Romane prefuit Clemens episcopus.* Sed quotiens[d] tibi plenius innotuerit in volumine nostro manifestum errorem deprehensum annorum vel numerorum in calculo, manum apponas. . . . . . .

1.[e] Romani pontifices quantum sederint.

Petrus sedit annis 25, m. 1, d. 7.
Linus sedit annis 12, m. 3, d. 12.
Cletus consedit annis 12, m. 1, d. 11; cessavit episcopatus d. 20.
Clemens sedit annis 9, m. 2, d. 10; cessavit episcopatus d. 22.
Anacletus sedit annis 12, m. 10, d. 7; cessavit episcopatus d. 13.
Euaristus sedit annis 13, m. 7, d. 2; cessavit episcopatus d. 14.
I. Alexander sedit annis 10, m. 7, d. 2; cessavit episcopatus d. 35.
I. Sixtus sedit annis 10, m. 3, d. 22; cessavit episcopatus d. 2.
Telesphorus[f] sedit annis 11, m. 3, d. 8.
Yginus sedit annis 3, m. 3, d. 8; cessavit episcopatus 14 d.
Anitius[g] sedit annis 9, m. 3; cessavit episcopatus d. 14.
Pius sedit annis 11, m. 3; cessavit episcopatus d. 14.
Sother sedit annis 9, m. 3; cessavit episcopatus d. 27[h].
Eleuter sedit annis 15; cessavit episcopatus d. 5.
Victor sedit annis 10, m. 2, d. 10; cessavit episcopatus d. 12.
Zepherinus sedit annis 17, m. 2, d. 10; cessavit episcopatus d. 7.
Calixtus sedit annis 5, m. 2, d. 10; cessavit episcopatus d. 7.
Urbanus sedit annis 11, m. 11, d. 12; cessavit episcopatus d. 30[i].
Pontianus sedit annis 5, m. 2; cessavit episcopatus d. 10.
Anteros[k] sedit m. 1, d. 15; cessavit episcopatus d. 13.
Fabianus sedit annis 14, m. 1, d. 10; cessavit episcopatus d. 7.
Cornelius sedit annis 3, d. 10; cessavit episcopatus d. 35.
I. Lucius sedit annis 3, m. 3, d. 3; cessavit episcopatus d. 35.
I. Stephanus sedit annis 4, m. 2, d. 15; cessavit episcopatus d. 22[l].
II. Sixtus sedit annis 2, m. 11, d. 15; cessavit episcopatus d. 25.
Dionisius sedit annis 2, m. 3, d. 12; cessavit episcopatus d. 5.
I. Felix sedit annis 2, m. [1, d.[m]] 10; cessavit episcopatus d. 5.
Euticianus sedit annis 8, m. 10, d. 12; cessavit episcopatus d. 8.
Gaius sedit annis 11, m. 4, d. 8[n]; cessavit episcopatus d. 11.
Marcellinus sedit annis 8, d. 25; cessavit episcopatus annis 7[o], m. 6, d. 25.
Marcellus sedit annis 5, m. 7, d. 16; cessavit episcopatus d. 20.
Omnes[p] supradicti[q] fuerunt martires.

a) *medio a.* 1199. *desinunt B. B* 2. b) *numerus deest C; suppl. a Stubbs.* c) *prologus integer habetur in codd. D. D* 2. *D* 3. d) *cf. Abbr. Chron. ex codd. A. B. C ed. Stubbs I, p.* 19*:* Forsan alterius litteratioris . . . locum indignus usurpo, qui voto satisfaciens meo, quotiens ei plenius innotuerit in opusculo sequenti manifestum errorem deprehensum annorum in calculo manum apponat. *Etc. — l.* 22. oratio. e) *haec habentur ad calcem cod. B, quem hinc sequimur.* f) Teclesphorus *D. D* 2. 3. g) Anicius *D* 3. h) 22 *D.* i) 7 *corr.* 30 *B.* k) Antheros *D.* l) 12 *D.* m) 1, d. *des. B. D* 3. n) 12 *D.* o) 8 *D.* p) Omnes — martires *rubr. codd.* q) superscripti *D;* subscripti *D* 3.

1) Reginaldus de Dammartin. 2) Sunt *versus Nicholai Maniacutii ad incorrupta pontificum nomina conservanda.* Totum poema exhibet Radulfus, Abbrev. Chronic. I, p. 259.

Eusebius sedit annis 2, m. 1, d. 25; cessavit episcopatus d. 7.
Melchiades sedit annis 3, m. 7, d. 8; cessavit episcopatus d. 16.
I. Silvester sedit annis 23; cessavit episcopatus d. 16.
Marcus sedit annis 2, m. 8, d. 5; cessavit episcopatus d. 30.
Iulius sedit annis 11, diebus 11; cessavit episcopatus d. 25.
Liberius sedit annis 10, m. 7, d. 3; cessavit episcopatus d. 7.
II. Felix sedit anno 1, m. 3, d. 2. Hic quoque martir fuit. Cessavit episcopatus d. 38.
I. Damasus sedit annis 18, m. 2, dies 10. Hic purgavit se de adulterio. Cessavit episcopatus dies 31.
Siricius sedit annis 15, m. 11[a], d. 25; cessavit episcopatus d. 21.
I. Anastasius sedit annis 2, d. 25; cessavit episcopatus d. 21.
I. Innocentius sedit annis 12[b], m. 2; cessavit episcopatus d. 10.
Zozimus[c] sedit anno 1, m. 8, d. 25; cessavit episcopatus d. 10.
I. Bonefacius sedit annis 3, m. 8, d. 13; cessavit episcopatus d. 20.
I. Celestinus sedit annis 8, m. 1, d. 8; cessavit episcopatus d. 20.
III. Sixtus sedit annis 8, dies 19; cessavit episcopatus dies 22. Hic purgavit se.
I. Leo Magnus sedit annis 21, d. 28; cessavit episcopatus d. 7.
Ylarus[d] sedit annis 6, m. 3, d. 10; cessavit episcopatus d. 10.
Simplicius sedit annis 15, d. 6; cessavit episcopatus d. 6.
III. Felix sedit annis 7, m. 11[e], d. 18; cessavit episcopatus d. 5.
I. Gelasius sedit annis 4, m. 8, d. 9; cessavit episcopatus d. 7.
II. Anastasius sedit anno 1, m. 11, d. 23; cessavit episcopatus d. 4.
Simachus sedit annis 15, m. 7, d. 28. Hic purgavit se. Cessavit episcopatus d. 7[f].
Hormisda sedit annis 9, d. 17; cessavit episcopatus d. 7.
I. Iohannes sedit annis 2, m. 8, d. 16; cessavit episcopatus d. 58.
IIII. Felix sedit annis 4[g], m. 2, d. 13; cessavit episcopatus m. 2.
II. Bonefacius sedit annis 2, d. 26; cessavit episcopatus m. 2, d. 15.
II. Iohannes sedit annis 2, m. 4, d. 6; cessavit episcopatus d. 6.
I. Agapitus sedit mensibus 10; cessavit[h] episcopatus. . .
Silverius sedit m. 9; cessavit episcopatus dies 18.
Vigilius sedit annis 17, m. 6, d. 25; cessavit episcopatus m. 3, d. 5.
I. Pelagius sedit annis 4, m. 10, dies 18. Hic[i] purgavit se de morte Vigilii pape. Cessavit episcopatus m. 3, dies 21.
III. Iohannes sedit annis 12, m. 11, d. 26; cessavit episcopatus m. 10, d. 3.
I. Benedictus sedit annis 4, m. 1, d. 24; cessavit episcopatus m. 3, d. 10.
II. Pelagius sedit annis 10, m. 2, d. 10; cessavit episcopatus m. 6, d. 25.
I. Gregorius Dialogus[k] sedit annis 13, m. 6, d. 10; cessavit episcopatus m. 5, d. 19.
Savinianus sedit anno 1, m. 5, d. 29; cessavit episcopatus m. 11[l], d. 25.
III. Bonefacius sedit[m] m. 8, d. 28; cessavit episcopatus m. 8, d. 6.
IIII. Bonefacius sedit annis 6, m. 8, d. 13; cessavit episcopatus m. 6, d. 5.
Deusdedit sedit annis 3, m. 10; cessavit episcopatus m. 1, d. 6.
V. Bonefacius sedit annis 5, m. 10; cessavit episcopatus d. 13.
I. Honorius sedit annis 12, m. 11, d. 17; cessavit episcopatus ann. 1, m. 7, d. 18.
Severinus sedit annis 2, d. 4; cessavit episcopatus m. 4, d. 24.
IIII. Iohannes sedit anno 1, m. 9, d. 18; cessavit episcopatus m. 1, d. 13.
Teodorus[n] sedit annis 6[o], m. 5, d. 18; cessavit episcopatus d. 52.
Martinus sedit annis 6, m. 1, d. 26. Hic quoque martir fuit.
I. Eugenius sedit annis 2, m. 9, d. 24; cessavit episcopatus m. 1, d. 26.
Vitalianus sedit annis 14[p], m. 6; cessavit episcopatus m. 2, d. 13.
Adeodatus sedit annis 4, m. 2, d. 5; cessavit episcopatus m. 4, d. 15.
I. Donus sedit anno 1, m. 5[q], d. 10; cessavit episcopatus m. 2.
Agatho sedit annis 2, m. 6, d. 14; cessavit episcopatus ann. 1, m. 7, d. 5.
II. Leo sedit m. 10, d. 17; cessavit episcopatus m. 10, d. 22.
II. Benedictus sedit m. 10, d. 12; cessavit episcopatus m. 2, d. 15.
V. Iohannes sedit anno 1, d. 8; cessit episcopatus m. 2, d. 18.
Conon sedit mensibus 11; cessavit m. 2, d. 23[r].
I. Sergius sedit annis 13, m. 8, d. 24; cessavit d. 50.
VI. Iohannes sedit annis 3, d. 12; cessavit m. 1, d. 18.
VII. Iohannes sedit annis 2, m. 8, d. 22; cessavit m. 3.
Sisinnius sedit diebus 20; cessavit episcopatus m. 1, d. 18.
Constantinus sedit annis 7, d. 15; cessavit episcopatus d. 40.
II. Gregorius sedit annis 15, m. 8, d. 24; cessavit episcopatus d. 25.
III. Gregorius sedit annis 10, m. 9, d. 24.
Zacharias sedit annis 10.

a) 9 *D.* b) 2 *D.* c) Zosimus *D* 3. d) Hylarus *D* 3. e) 2 *D.* f) *D* 3 *addit ut supra in rubro:* Hic purgavit se. g) 3 *B.* h) cessavit episcopatus *des. D* 3. i) Hic — pape *posita ante* I. Pelagius *D* 3. k) *rubro codd.* l) 6 *D.* m) annis 6 *add. B ex lin. seq.* n) Theodorus *D* 3. o) 5 *D.* p) 13 *D.* q) 2 *D.* r) 14 *D.*

II. Stephanus sedit annis 5, d. 29; cessavit episcopatus d. 35.
Paulus sedit annis 10, m. 1; cessavit anno 1, m. 1.
Constantinus[a].
III. Stephanus sedit annis 3, m. 5, d. 27; cessavit d. 9.
I. Adrianus sedit annis 24, m. 10, d. 17. Hic dedit pallium Aldulfo[b] Lichefeldensi episcopo.
III. Leo sedit annis 20, m. 5, d. 20; cessavit d. 10. Hic[c] purgavit se.
IIII. Stephanus sedit m. 7; cessavit episcopatus d. 2.
I. Paschalis sedit annis 7, m. 3, d. 17; cessavit d. 10.
II. Eugenius sedit annis 4; cessavit[d] episcopatus. . .
Valentinus sedit 40 d.
IIII. Gregorius sedit annis 16; cessavit d. 15.
II. Sergius sedit annis 3; cessavit m. 2, d. 15.
IIII. Leo sedit annis 9, m. 3, d. 6. Hic Alvredum regem Anglie Rome consecravit. Cessavit m. 2, d. 15.
III. Benedictus sedit annis 2, m. 6, d. 9; cessavit d. 15.
I. Nicholaus sedit annis 7, m. 9, d. 13; cessavit episcopatus annis 8, m. 7, d. 19.
II. Adrianus sedit annis 4, m. 11, d. 15.
VIII. Iohannes sedit annis 10, d. 2.
I. Marinus sedit anno 1, m. 5.
III. Adrianus sedit anno 1, m. 4.
V. Stephanus sedit annis 4, m. 7, d. 14.
Formosus sedit annis 4, m. 7, d. 13.
VI. Bonefacius sedit d. 15.
VI. Stephanus sedit anno 1, m. 1, d. 18.
Romanus sedit m. 4, d. 20.
Teodorus sedit d. 26[e].
IX. Iohannes sedit anno[f] 1.
IIII. Benedictus sedit annis 4, m. 6, d. 14.
V. Leo sedit m. 1, d. 26.
Cristoforus sedit m. 7.
III. Sergius sedit annis 7, m. 3, d. 24[g].
III. Anastasius sedit annis 2, m. 1, d. 22.
Lando sedit m. 4, d. 26.
X. Iohannes sedit annis 14[h], m. 2, d. 3.
VI. Leo sedit m.[i] 7, d. 15.
VII. Stephanus sedit annis 2, m. 1, d. 15.
XI. Iohannes sedit annis 4, m. 10.
VII. Leo sedit annis 3, m. 6.
VIII. Stephanus sedit annis 3, m. 4.
II. Marinus sedit annis 3, m. 6.
II. Agapitus sedit annis 9, m. 7, d. 28.
XII. Iohannes sedit annis 8, m. 4. Hic de causis nefariis diffamatus est.
V. Benedictus sedit m. 2, d. 15.
VIII. Leo sedit anno 1, m. 3.
XIII. Iohannes sedit annis 6, m. 11, d. 5.
VI. Benedictus sedit m. 2, d. 2.
II. Donus sedit anno 1, m. 5.
VII. Bonefacius sedit m. 1, d. 12.
VII. Benedictus sedit annis 9.
XIIII. Iohannes sedit m. 8.
XV. Iohannes[k] sedit m. 10.
XVI. Iohannes sedit annis 10, m. 6, d. 10.
V. Gregorius sedit annis 2, m. 6,
XVII. Iohannes sedit m. 10.
II. Silvester sedit annis 4, m. 5, d. 12.
XVIII. Iohannes sedit m. 6.
XIX. Iohannes sedit annis 5.
IIII. Sergius sedit annis 2, m. 9, d. 12.
VIII. Benedictus sedit annis 11, m. 11[l], d. 21.
XX. Iohannes sedit annis 7, m. 6. Hic quidam volunt quendam Mercurium vicesimum numerari.
IX. Benedictus sedit annis 12, m. 4, d. 20.
III. Silvester sedit d. 56.

a) III. Constantinus sedit annis 5, m. 6, d. 10. *D* 3. b) Adulfo *D* 3. c) Hic — se *des.* *D* 3. d) Hic purgavit se *pro* cessavit episcopatus *D* 3. e) 18 *D.* f) annis *D* 3. g) 23 *D;* 14 *D* 3. h) 13 *D.* i) ann. *B;* ann. 17 *D.* k) qui et Gerebertus *add. B.* l) 9 *D* 3.

VI. Gregorius sedit annis 2, m. 6.
II. Clemens sedit m. 4, d. 17.
II. Damasus sedit d. 23; cessavit episcopatus m. 6.
IX. Leo sedit annis 5, m. 2, d. 5.
II. Victor sedit annis 2, m. 3, d. 26.
IX. Stephanus sedit m. 7, d. 29.
X. Benedictus sedit m. 9, d. 22.
II. Nicholaus sedit annis 2, m. 6, d. 1. Cessavit m. 2, d. 9. Hic[a] purgavit se de simonia.
II. Alexander sedit annis 11, m. 6, d. 15.
VII. Gregorius sedit annis 12, m. 1, d. 12; cessavit annis 2.
III. Victor sedit m. 4, d. 7; cessavit episcopatus m. 5, d. 25.
II. Urbanus sedit annis 11, m. 5, d. 18; cessavit episcopatus d. 25.
II. Paschalis sedit annis 18, m. 5, d. 9.
II. Gelasius sedit anno 1, d. 5.
II. Calixtus sedit annis 5, m. 10, d. 12.
II. Honorius sedit annis 6[b].
II. Innocentius sedit annis 12[c].
II. Celestinus sedit m. 5[d].
II. Lucius sedit anno 1[e].
III. Eugenius sedit annis 8[f].
IIII. Anastasius sedit annis 2[g].
IIII. Adrianus sedit annis 5[h].
III. Alexander sedit annis 22[i].
III. Lucius sedit[k] annis 4, m. 3, d. . .
III. Urbanus[l].
VIII. Gregorius sedit[m] m. 2.
III. Clemens[n].

[III.[o] Celestinus[p]. Hic, habita computatione legitima, repertus est in numero summorum pontificum centesimus octogesimus tertius . . . . . .

2. Ut de bonis sumamus exempla, que sunt ad pacem veram semper in melius provehere cupientes, scismaticorum consortia declinemus[1] . . . . . .]

Scism. 1159. Alexander papa tertius, contra quem Octovianus intruditur, sed in scismate moritur.
Item Guido Cremensis intruditur, sed in scismate moritur.
Item contra quem Iohannes intruditur, sed reconciliatur.

Guido[q] de Crema Io-et-hannes sunt anathema.
Non puto peccavi nec falso grammaticavi,
Scismatici pravi si nomen scismaticavi[2].

II.[r] IMPERATORES ROMANI.

Gaius Iulius Cesar regnavit annis 5 . . . . . .
Constantinus cum Hirene matre.
Hirene sola.

Sub hoc tempore imperium Romanum ad reges Francorum translatum est, Karolo Magno, filio Pepini regis, primo imperatore facto.

In Constantinopoli vero regnum Grecorum permansit, et post Hirenem Niceforus imperium arripuit.

Franci imperatores.

Karolus Magnus.
I. Ludovicus.
I. Lotharius; diademate deposito, private vixit. Post quem Baioariorum surrexit regnum, apud quos hactenus constat imperium Romanorum.
II. Lotarius.
II. Ludovicus.
II. Karolus.
III. Karolus.
III. Ludovicus.
I. Berengarius.
II. Berengarius.
I. Hugo.
III. Berengarius.
III. Lotarius.
IIII. Berengarius.

a) Hic — simonia *des. D 3.* b) m. 2, d. 3 *add. D 3.* c) m. 7, d. 9 *add. D 3.* d) d. 13 *add. D 3.* e) uno *D 3.* f) m. 4, d. 20 *add. D 3.* g) m. 4, d. 24 *add. D 3.* h) m. 8, d. 18 *add. D 3.* i) m. 2, d. 26 *add. D 3.* k) sed. — d. *des. D;* annis 4, m. 2, d. 8 *D 3.* l) ann. 1, m. 10, d. 25 *add. D 3.* m) sed. m. 2 *des. D;* m. 2 *D 3.* n) ann. 3 *add. D 3;* Celestinus. III. Innocentius *add. manu recentiore B.* o) *haec des. B, sed habentur in D. D 3.* p) *manu coaeva add. D 3:* III. Innocentius annis 17. III. Honorius annis 11; *manus recentior seriem produxit usque ad* IIII. Alexander, *ubi columna integra vacua relicta, sequuntur* Hic habita *etc.* q) *hi tres versus des. D. D 3.* r) *cum cod. B haec nonnisi in brevem formam redacta exhibeat, hinc sequimur D cum D 2 et D 3 collatum.*

1) Quae de schismatibus Romanis inde ab Ottonis I. temporibus usque ad Innocentium II. et Anacletum II. narrantur e libris Sigeberti, Mariani, Florentii Wigorniensis, Roberti de Monte desumpta sunt. 2) Cf. Chron. Basil., SS. XXIV, p. 147, ubi menda ex hoc loco corrigenda.

I. Otto.
II. Otto.
III. Otto.
I. Henricus.
I. Conradus.
II. Henricus.

III. Henricus.
IIII. Henricus.
IIII. Lotharius.
II. Conradus.
Fredericus.
V. Henricus.

Constantinopolitani imperatores.

. . . .

III. REGES FRANCORUM[a].

Priamus dux.
Marcomirus dux.
Faromundus rex.
Clodio rex.
Meroveus.
Childericus.
Clodoveus, quî et Ludovicus.

Sigilbertus, frater Crannii, occiditur a Fredegunde uxore sua.

Lotarius, pater Crannii, Brunichildem reginam suam equo indomito alligatam dirumpi precepit.

Maiores domus in Francia.
Erkanoaldus.
Ebroinus.
Wlfoaldus.
Leudesius.
Waratho.
Bertarius.
Pipinus.
Grimoaldus.
Theodowaldus.
Raginfredus.
Karolus Martellus.

Chilpericus. Hic, quia luxuriosus erat, eiectus est a Francis. Franci vero Egidium Romanum magistrum militum 8 annis habuerunt regem. Sed post Chilpericus rediit Francis.
Clotarius.
Dagobertus.
Clodoveus.
Clotaricus.
Theodoricus.
Clodoveus.
Childebertus.
Dagobertus.
Chilpericus; hic alienus.
Theodoricus, filius Dagoberti.
Childericus et Hildericus.
Hic finita est successio Merovingorum.

Post transmigrationem generationis ex Blitilde, filia Clotarii regis, Ansbertus genuit Arnoldum, Arnoldus genuit Arnulfum.
Arnulfus genuit Anseisum.
Anseisus genuit Pipinum.
Pipinus genuit Karolum Martellum.
Karolus Martellus genuit Pipinum.
Pipinus genuit Karolum Magnum.

Ex prefecto palatii factus est rex Francorum Pipinus.
Karolus Magnus.
Ludovicus Pius.
Karolus Calvus.
Ludovicus Balbus.
Karolomannus.
Ludovicus Nil-fecit.
Karolus Simplex.
Dux Aquitanie Odo alienus.
Dux Parisiensis Robertus alienus.
Dux Burgundie Radulfus alienus.
Hic reductum est regnum.
Ludovicus, filius Karoli.
Lotarius 30.
Ludovicus 9.
Carolus, frater eius, anno dimidio.
Hic finita est successio Prefectoriorum, qui a Meroveo descenderunt per Blitildem.
Hic translatum est regnum.
Hugo Chapet 9.
Robertus 39 (vel 30) et s.
Henricus 25 vel 24.
Philippus 49 vel 50.
Ludovicus 30.
Philippus 2.
Ludovicus.
Philippus.

a) *praeter D haec exhibent B, f.* 154. *D* 2, *f.* 66.

Successio Merovingorum.

Meroveus genuit Childericum.
Childericus genuit Clodoveum.
Clodoveus genuit Clotarium.
Clotarius genuit Chilpericum.
Chilpericus genuit alium Clotarium.
Clotarius genuit Dagobertum et Blitildem.
Dagobertus genuit alium Clodoveum.
Clodoveus genuit Theodoricum.
Theodoricus genuit Childebertum.
Childebertus genuit alium Dagobertum.
Dagobertus genuit alium Theodoricum.
Theodoricus genuit Clotarium.
Et post transmigrationem generationis ex filia regis Clotharii Ansbertus genuit Arnoldum.

Successio Prefectoriorum.

Arnoldus genuit Arnulfum.
Arnulfus genuit Anseisum ex filia Pipini ducis, qui fuit maior domus sub Dagoberto, fratre Blitildis.
Anseisus genuit Pipinum.
Pipinus genuit Karolum Martellum.
Carolus Martellus genuit alium Pipinum.
Pipinus genuit Karolum Magnum.
Karolus Magnus genuit Ludovicum.
Ludovicus genuit Karolum Calvum.
Karolus Calvus genuit alium Ludovicum.
Ludovicus genuit Karolum Simplicem.
Karolus Simplex genuit alium Ludovicum Transmarinum.
Ludovicus genuit alium Lotharium; de quo natus est Ludovicus, qui fuit captus in Normannia, huius prosapie rex ultimus.

Successio Capaticiorum.

Hugo.	Ludovicus.
Robertus.	Philippus.
Henricus.	Ludovicus.
Philippus.	Philippus.

IV. [DE[a] REGNIS DIVERSIS.]

. . . .

6. De origine Gothorum.

Gothi, qui et Getes, Scantiam, Scithie insulam, cum rege suo Berith primo incoluerunt; post sub Filemere 5. rege suo ad citeriores usque ripas, scilicet[b] Danubii, progressi, Traciam, Daciam, Mesiam pervagati sunt. Qui, transito Danubio, Romanum imperium infestantes, imperatorem Decium cum filio suo Decio peremerunt. Adhuc tamen trans Danubium constituti et civili iam inter se bello fatigati, ab Hunis in Scithia debacantibus partim sunt bello subiugati, partim a patria sunt expulsi. Gothi igitur expulsi Romanum imperium adierunt et a Valente imperatore Romano inhabitandi locum impetraverunt. Isti appellati sunt Wisigothi[c], id est occidentales Gothi. Alii vero trans Danubium remanentes, Ostrogothi, id est orientales Gothi, dicti sunt. Sigeb.

7. Reges Ostrogotorum.

Winitharius[d, 1].	Athalaricus.
Hunimundus.	Theodatus.
40 annis fuerunt sine rege.	Eldepatus.
Walamer.	Erarius.
Theudemer.	Totila.
Theodoricus.	Theias.

8. Reges Wisigothorum.

Fritigernus.	Turismodus.
14 annis sine rege.	Teodoricus; huius[e] tempore fuit Sydonius.
Alaricus.	Eoricus.
Athaulfus.	Alaricus.
Sigericus.	Amauricus[f].
Wallia.	Theuda.
Teodoricus.	Teudesgisilus.

a) D. r. d. *des. D.* b) scilicet Danubii *des. B.* c) Witsigoti *B.* d) Winitarius *B.* e) huius — Sydonius *des. B.* f) Amalricus *B.*

1) Etiam hos et sequentes reges ex Sigeberto sumsit auctor.

Agilam.
Athanagildus.
Levigildus.
Richaredus.
Bethericus.
Sisebodus.
Suitilam.
Sisenandus.
Chintilan.
Tolgan.
Thintas.
Flavius.

9. Reges Longobardorum.

Ibor.
Agion.
Agelmundus.
Lamissio.
Lethu.
Hildeoch.
Gudeoch et Claffora[a].
Latton[b].
Wacco.
Waltharith.
Audohinus.
Albuinus; hic in Italia regnavit annis 6.
Cleb.
Duces[c].
Flavius.
Agiulfus[d].
Adaloaldus.
Rotharith.
Rodoaldus.
Ariperth.
Godobertus et Bertar
Grimoaldus.
Bertharith.
Cuniperth.
Luithperth.
Reginberth.
Ariperth.
Luitprandus.
Rachis.
Haistulfus.
Desiderius; hunc subiugavit Karolus Magnus, et ex tunc reges defecerunt in Italia.

. . . .

Comites[e.1] Andegavorum.

. . . .

Fulco Bonus comes Andegavensium . . . . . . Dum rediret Andegaviam, sicut dicitur, apparuit ei angelus, dicens, successores suos ad nonam usque generationem dominationis sue fines semper in immensum extendere. Quod[2] quondam probavit regnum Ierosolimitanum, quod adhuc ostendit regnum Anglorum, quod suo tempore declarabit Romanum imperium. . . . . . .

VI. [DE SYNODIS[f].]

. . . .

Decursis[g] per ordinem 6 capitulis, que prima facies huius libelluli tibi poterit signanter ostendere, Flandrensium comitum sola nomina retexamus, quoniam egregie facta vel civiliter dicta, si qua tamen precesserint, ad nostram non pervenerunt notitiam.

Comites Flandrenses.

Hildericus[3].
Ingelramus.
Audacer.
Baldewinus Ferreus duxit Iudith, filiam Karoli Calvi.
Baldewinus Calvus duxit Aelfrudem, filiam Alvredi regis Anglorum, de qua genuit Arnulfum et Aldulfum. Aldulfus autem factus est comes Bononiensis.
Arnulfus Magnus duxit Adthelam, filiam Hereberti comitis Viromandorum.
Baldewinus Iuvenis duxit Matildem, filiam Heremanni ducis Saxonum.
Arnulfus duxit Ruzelam, que et Susannam, filiam Berengarii regis Longobardorum.
Baldewinus Barbatus duxit Aelgivam, filiam Gileberti comitis.
Baldewinus Insulanus duxit Adelam, filiam Roberti regis Francorum[4].
Robertus Frisio duxit Getrudem[h], viduam Florentii Frisionis.
Robertus Ierosolimitanus duxit Clementiam, filiam Willelmi comitis Burgundionum; occisus in torneamento[5].
Baldewinus occisus in Normannia.
Karolus occisus in ecclesia.
Willelmus occisus in bello.
Theodoricus duxit Sibillam, filiam Fulconis comitis Andegavensium et post regis Ierosolimorum.
Philippus duxit Isabellam, filiam Radulfi comitis Viromandorum; qua defuncta, duxit Beatricem, filiam Edelfonsi regis Portugalensis.

a) Claffon *B*. b) Tatton *B*. c) *rubro codd.* d) Agilulfus *B*. e) *haec exhibent D. D2, f.* 80. f) *rubra deest D.* g) *haec exstant D. D2, f.* 82. *D3, f.* 20; *B nuda nomina praebet.* — Decursis — notitiam *rubr. exar. codd.* h) *ita ed. Stubbs.*

1) Haec seliguntur ex Gestis consulum Andegavensium, quae noster Abbr. Chronic. ed. Stubbs I, p. 135. 148. excerpserat. 2) Auctorem hoc loco, quem ipse addidit, fortasse Ottonem IV. a. 1198, Romanorum regem eligendum indicasse, coniicit Stubbs II, p. 268, n. 1, sed satis mirum est, cum cod. D ante Willelmi episcopi Eliensis mortem iam a. 1197. exaratum esse constet. 3) Lege: *Lidericus.* 4) Omissi Balduinus Hasnoniensis et Arnulfus III. 5) Errat noster.

Tempore Rollonis quidam a Normannia recedentes Apuliam adierunt. Rursus tempore Willelmi I. quidam alii Normanni, Normanniam relinquentes, Apuliam, Calabriam, Siciliam, Affricam subiugaverunt, sicut testatur monosticum illud Rogeri regis:

Appulus et Calaber, Siculus mihi servit et Affer.

Principes Normannorum in Apulia et Sicilia.

Turstinus.	Rogerus.
Rannulfus.	Rogerus primus rex.
Ricardus.	Willelmus rex.
Iordanes.	Willelmus rex.
Ricardus.	Tancredus rex.
Droco.	Rogerus.
Hunfridus.	Willelmus rex.
Robertus Wiscart.	. . . . . .

Epitaphium Roberti Wiscardi.

Per mare, trans mare, cis mare, victrix dextra putrescit,
Henrici terror, Venetum mors, victor Alexis.
Hic[1] *terror mundi Guiscardus, hic expulit Urbe,*
Quem Ligures regem, Roma, Lemannus habet.
Parthus, Arabs Macedumve falanx non texit Alexim,
At fuga, sed Venetum nec fuga nec pelagus.

. . . .

De[a] Karolo Simplice.

Karoli Simplicis etatem Francie primores incongruam dominatui reputantes, Odonem, filium Roberti comitis, regni gubernatorem elegerunt. Quem unxit in regem Walterus Senonum archiepiscopus. Odone mortuo, Robertus, frater Odonis, a quibusdam episcopis partim blanditiis, partim minis coronatus est. Factum est itaque bellum civitate Suessionis inter Karolum Simplicem et Robertum factum regem. Ubi Robertus a Karoli ducibus interfectus est. Herebertus Vermandensis comes Karolum Simplicem revertentem a cede reclusit in carcerem apud Peronam. Habebat autem Robertus sororem huius Hereberti coniugem, de qua natus est Hugo Magnus. Karolus Simplex in custodia positus Radulfum, filium Ricardi ducis Burgundie, quem de sacro fonte susceperat, pro se regnare precepit. Unctus in regem Radulfus civitate Suessionis. Karolus in custodia defunctus est, cum viginti septem annis regnasset. . . . . . .

a) *haec exstant D 2, f. 18. D 3, f. 100; des. B. D.*

1) Quatuor versus *Hic terror — pelagus* apud Willelmum quoque Malmesburiensem, G. Reg. Angl., SS. X, p. 474, inveniuntur.

E GERVASII MONACHI CANTUARIENSIS OPERIBUS HISTORICIS.

Gervasius circa annum 1140. *fortasse in comitatu Cantiae natus, in monasterio Cantuariensi, quod munere capituli ecclesiae principalis Anglorum Christo dedicatae fungebatur, in quo etiam Thomas frater vixisse videtur*[1], *anno* 1163, *Febr.* 16, *ut ipse*[2] *refert, veste monachali se induit. Incidit igitur iuvenilis eius aetas in tempora, quibus Thomas Becket archiepiscopus contra Henricum II. regem Angliae dissidium in rebus ecclesiasticis excitavit. Quo in ecclesia trucidato, se* die crastina corpus exanime oculis vidisse et manibus attrectasse, *ipse narravit*[3]. *Affuit quoque die* 5. *Septembris* 1174, *quo fabrica eiusdem ecclesiae igne destructa est. Postea, mense Decembri* 1184. *Balduino episcopo Wigorniensi in archiepiscopum designato, inter fratres iam prominens exstitit, qui suis privilegiis antiquis vel fictis plus aequo nisi, quotiescumque de praesulis electione agebatur, cum rege quidem et episcopis comprovincialibus vehementissime luctabantur, ipsi tamen archiepiscopo vix unquam opitulabantur, nisi quando vel contra monasterium Sancti Augustini muris Cantuariensibus adiacens vel conventum Roffensem, alterum episcopatum in comitatu Cantiano situm, vel denique ullum adversarium externum altercabantur. Quibus litibus inductus et consuetudine varia, qua monasterium Christi antiqua gloria praestantissimum cum ecclesiis insulae Britannicae, cum curiis regis et papae utebatur, ad res gestas perscrutandas aptus, Gervasius inter annos* 1185. *et* 1191. *opuscula nonnulla edidit, scilicet* Imaginationem contra Rogerum abbatem Sancti Augustini quasi in consistorio pape Alexandri, Imaginationem cause pro abbate, Imaginationem contra monachos Cantuariensis ecclesie, Imaginationem contra Baldewinum archiepiscopum, Replicationem Baldewini archiepiscopi, *quibus documenta, in primis decreta pontificum Romanorum Urbani III, Clementis III, Coelestini III, Iohannis Anagniensis legati inseruit,* Tractatum[4] de combustione et reparatione Cantuariensis ecclesie. *His opusculis quasi Chronicam Maiorem praeparavit, quam vix ante annum* 1188. *scribere incepit, cum et libris nuperrime editis uteretur et inde ab hoc fere tempore inter monachos rerum actores pars non minima esset. Praeterea vix dubitari licet, quin Gervasius Epistolas Cantuarienses, inter annos* 1185. *et* 1200. *datas, quas vir*

1) Cf. ed. Stubbs I, p. xi. 2) Ib. p. 173. 231. 3) Act. Pontif. Cant. ib. II, p. 396. 4) Ubi haec tantum ad nostrum propositum faciunt: *Primo fiebant miracula circa eius* [scil. Thomae Becket] *tumbam, deinde . . . per Angliam, deinde per Franciam, Normanniam, Germaniam et, ut breviter dicatur, per totam fiebant Christi ecclesiam in toto orbe.* Ed. Stubbs II, p. 18.

doctus W. Stubbs tomo II. Chronicarum Ricardi I. a. 1865. *edidit, collegerit et ex persona prioris monasterii aliquas ipse scripserit. Anno* 1186. *exeunte inter eos fuit, qui archiepiscopo electo indixerunt, conventum cathedralem contra eum ad curiam Romanam provocaturum esse. Anno* 1189, *Nov.* 8. *una cum duobus fratribus Ricardum I. adiit, ut ei annunciaret, monachos se arbitrio regis subiicere. Balduino archiepiscopo a.* 1191. *in Terra Sancta mortuo, Gervasius tempore aliquo sacristani munere functus, a.* 1193, *Nov.* 3. *Huberto archiepiscopo* electo a Lundonia venienti crucem portans obviavit *eumque* nuntius Dei et Iesu Christi *salutavit. Annis quidem subsecutis officio unoquoque monastico exemptus, chronicae tantum conscribendae operam dedisse videtur, quam mox post regem Ricardum a.* 1199, *Apr.* 6. *mortuum finivit:* quia pars ista prima cronicarum plura decenter capere non potuit. . . . Cetera vero tam de causa tribulationis ecclesie Cantuariensis quam de aliis eventibus . . . in secunda videlicet parte cronicarum . . . invenientur[1]. *Altera vero quam hoc loco dicit pars Chronicae Maioris aut numquam incepta aut iam perdita est. Attamen Gesta regum sive chronicon minus, de quo infra agemus, usque ad a.* 1210. *forsitan Gervasius ipse perduxerit; certe enim etiam post a.* 1199. *in scriptorio opusculis diversis occupatus erat. Nec annus nec dies constat, quo obierit, cum in necrologiis ecclesiae Christi plures Gervasii diebus* 1. *Ianuar.*, 14. *Mart.*, 30. *April. adscripti sint.*

Indoles ordinis severi, cui auctor religiose obsecutus est, et in Incursu ad prologum *chronicae et locis innumeris, quibus passionem Thomae archiepiscopi, altercationem cum Balduino, res saeculares enarrat, iterum atque iterum erumpit. Res gestas scribentis officium ita exhibet*[2]*:* Proprium est historici veritati intendere, audientes vel legentes dulci sermone et eleganti demulcere, actus, mores vitamque ipsius quam describit veraciter edocere nichilque aliud comprehendere, nisi quod historie de ratione videtur competere. Cronicus autem annos incarnationis Domini annorumque menses computat et Kalendas, actus etiam regum et principum, que in ipsis eveniunt, breviter edocet, eventus etiam, portenta vel miracula commemorat. . . . Me autem inter cronice scriptores computandum non esse censeo, quia non bibliotece publice, sed tibi, mi frater Thoma, et nostre familiole paupercule scribo. *Satis compendiose ab Henrico I. et Stephano regibus incipiens et computationi Mariani Scoti adhaerens, praecipue Florentium Wigorniensem cum continuatione longius producta quam quae codicibus nobis asservatis exhibetur et Henrici Huntingdoniensis libros VII. et VIII. exscripsit, sed pleraque suo stilo mutavit. Pauca ex Historia Pontificali, quae recte Iohanni Saresberiensi attribuitur, aut ex Annalibus Sancti Augustini Cantuariensis*[3] *sumpsisse videtur. De Thoma martyre plura iis debuit, qui primi vitam et passionem descripserunt, Willelmo Cantuariensi, Iohanni Saresberiensi, Alano Tewkesberiensi, Herberto de Bosham, quibus pauca tantum addidit, quae ipse Cantuariae et vidit et audivit. Gestorum quoque Henrici II. pars prima usque ad a.* 1177. *perducta ei praesto fuit, ubi multa documenta invenit. Quorum numerum tabulis e scriniis Cantuariensibus sumptis quamquam magnopere adauxit, haec tamen magis ad rixas continuas a conventu contra archiepiscopos et reges motas quam ad Anglorum res publicas illustrandas iuvant. Homo asper, monachus ardens, Romanos pontifices Alexandrum III. et Innocentium III, minime vero Henricum II. regem in rebus civilibus versatum et eius filios vel imperatores Fridericum I. et Henricum VI, admiratus*

1) I, p. 564. 2) I, p. 87. 3) Ed. Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 60.

est. Etiam quaecumque de Henrico Leone exule et de rebus Flandrensibus commemoravit monachico iudicio motus prodit.

Autographi vestigium ullum desideratur, nam codices omnes, qui supersunt, saeculo XIII. iam exeunte exarati sunt. Prominet:

1) Codex Cotton. Vespasianus B. 19, inter annos 1245. et 1270. in scriptorio ecclesiae cathedralis confectus. Eodem fere tempore eodemque loco

2) Codex Collegii s. Trinitatis Cantabrigiensis B. 4. 11. exaratus est, fortasse ex 1 transcriptus.

3) Codex bibliothecae publicae Cantabrigiensis Ff. 1. 29. interdum quidem lectiones meliores praebet, sed alia praetermittit, ita ut codici 1 minime praeferendus sit, Exhibet tamen in folio separato quaedam de iure ecclesiae metropolitanae, ex quibus haec hoc loco repetere libet (ed. Stubbs I, p. LIII):

Item ratione prerogative sacrosancte Cantuariensis ecclesie omnes episcopi, cuiuscumque fuerint conditionis, provincie, diocesis sive regni, ab archiepiscopo Cantuariensi consecrati, solverunt et in posterum solvere tenentur unam capam eorundem statui competentem. In cuius rei testimonium habetur capa reverendi patris domini Gerardi de Grauntsoniis Verdunensis episcopi de provincia Treverensi in Alemannia, qui fuit consecratus a reverendo patre Roberto de Kilwarby de ordine Predicatorum archiepiscopo Cantuariensi apud Mertoniam a. D. 1276, die dominica in ramis palmarum, presentibus episcopis Londoniensi, Roffensi, Bathoniensi, Landavensi, suffraganeis Cantuariensis ecclesie supradicte. . . .

Codices locis praecipue res Germanorum tangentibus consulere haud omisi.

Alia opuscula historica quae Gervasius composuit codice unico[1] *qui saec. XIII. med. in scriptorio ecclesiae cathedralis Cantuariae exaratus, sed ab archiepiscopo Matthaeo Parker saec. XVI. medio collegio Corporis Christi Cantabrigiensi sub nr. 438. donatus est, continentur. Cuius libri primam partem* Mappam mundi *et tertiam* Actus pontificum *continentem eadem manus quae mediam, materia et argumento praestantissimam, scilicet* Gesta regum *usque ad annum 1262, scripsit. Quae Gesta a fabulis Galfridi Monemuthensis exorsa, Beda, Willelmo Malmesburiensi, Florentio Wigorniensi, Henrico Huntingdoniensi fastisque regum compilatis, usque ad a. 1135. fere nihil novi afferunt. Deinde res a Stephano, Henrico II, Ricardo I. gestas Gervasius e chronica sua maiori, nonnullis additis et omissis, excerpsit. Habes postea de Iohanne rege multa et gravia, quae uno tenore usque ad a. 1210. ducta et, nisi indicia fallunt, a Gervasio ipso conscripta sunt. Lacuna manifesta interveniente, alii annales denuo a. 1207. exorsi, primo quidem notulis apud Radulfum Coggeshalensem inventis non valde dissimiles, inde autem ab a. 1227. nihil fere praeter res tabulasque Cantuarienses, quas saepe posteriores monachi inter notitias decessoribus debitas inseruerunt, continent. Annis 1242—1270. continuator Cantuariensis cum annalista Doverensi, cuius opus in codice Cotton. Iulius D. V. saec. XIII. confecto, verum infelicissime adusto, exstat, plane congruit, ut quaeratur, quinam alium exscripserit. Cum tamen prioratus Sancti Martini Doverensis iam vetusto tempore sub ditione ecclesiae Christi Cantuariensis fuerit, quin saec. XIII. auctores coaevi multa inter se communicaverint, vix dubitari potest. Econtra alter continuator, qui annales 1270—1277. composuit, ut monachos Doverenses in controversia quadam meliora edoceret, suum iudicium tantum secutus est. Quem inter annos 1278—1300. iterum alter scriba excipit, qui usque ad a. 1285. multa cum*

1) Initium tantum Gestorum regum usque ad a. 1066. exhibet codex collegii s. Trinitatis Cantabrigiensis R 5. 41.

insigni quadam chronica Cantuariensi iam perdita consona habet, quae etiam in chronica maxima Cantuariensi, saec. XIV. Francogallice composita, sed adhuc inedita, reperiuntur. Postremo pauca usque ad a. 1327. vel in calce vel in margine passim addita variis manibus debentur. A Gervasio igitur inchoata et ab aliis plus quam per saeculum continuata Gesta regum Cantuariensia recentiore tempore tam neglecta remanserunt, ut perpaucis viris doctis in usum venirent.

Actus pontificum Cantuariensis ecclesiae, fontibus notissimis et chronica sua usus, vix quidquam novi addens, Gervasius usque ad a. 1205. perduxit.

Mappa mundi denique, etsi codicis Cantabrigiensis primum locum obtinet, tamen post Chronicam et Gesta pontificum iam finita composita est. Ubi ecclesias, arces, fontes suo tempore in Anglia exstantes secundum comitatuum seriem quasi brevi in conspectu ponit, metropolitanis cum suffraganeis orbis Latini imperfecte et mendose subiunctis.

Perpauca ex his opusculis, plura, quae regna Friderici II. imperatoris et Ricardi Romanorum regis spectant, e Gestis continuatis sumpsi.

Gervasii Chronicam, Imaginationes, Actus pontificum Twysdenius et Seldenius inter Historiae Anglicanae scriptores decem, Londini 1652. fol., ediderunt, nuper autem opera quae exstant historica omnia v. d. W. Stubbs duobus voluminibus inter Rerum Britannicarum medii aevi scriptores a. 1879. et 1880. accuratissime recensuit.

Scribebam Gottingae m. Febr. 1881. *R. P.*

EX CHRONICA.

Anno octavo[1] imperator Henricus petivit filiam Henrici regis Anglie et accepit eam in uxorem, que octavo Idus Maii Mogontie[a] desponsata est, et imperatrix facta, ab imperatore non concepit. . . . . . .

Duxit[2] uxorem filiam scilicet Godefridi ducis Lovanii nomine Adelizam, que a rege Henrico non concepit. Anno autem Henrici regis Anglie vicesimo sexto Henricus[a] imperator absque herede imperium dereliquit. (Will. Malm. et Cont. Flor.) Quo audito, rex Henricus, cum esset in partibus transmarinis, revocavit[b] filiam suam iam viduam eamque secum duxit in Angliam. (Henr. Hunt) Et quia heredem masculum habere non potuit, fecit (Will. Malm) principes et potentes Anglie adiurare eidem filie sue et heredibus suis legitimis regnum Anglie, si quidem rex pater suus Henricus decederet absque herede. Facta est autem hec adiuratio anno regni Henrici regis vicesimo septimo. . . . . . .

1137. . . . Fluctuabat interea iam ab annis septem ecclesia Romana propter papatum duorum, Gregorii scilicet, (Cont. Flor.) qui et Innocentius, et Petri, qui Anacletus dicebatur. Quorum causa inter Lotharium imperatorem et Rogerium ducem Appulie discordia gravis exorta est. Imperator enim Innocentium fovebat, dux vero Anacletum preferre cupiebat. Cardinales vero amore pecunie nunc Innocentium Anacleto, nunc Anacletum Innocentio preferebant. In hoc tandem utriusque partis principes resedere consilio, ut fortuna belli finem faceret altercationi. Congregato itaque non modico exercitu imperatoris et ducis, pugnatum est diutius utrimque, et tandem imperatori cessit victoria. Dux autem fugam iniit, et[3] post modicum in terra sua vitam finivit. Lancea vero ducis auro fulgida mirifice reperta ad imperatorem delata est, et corona aurea, quam secum tulerat in expeditione ob spem obtinende victorie, acsi citissime, victor effectus, deberet imperio sublimari. Sed in brevi devictus, de vita sollicitus aufugit et obiit. . . . . . .

1138. . . . Inter hec fama volat[c] per circuitum hoc factum miraculum. (ib) In archiepiscopatu Treverensi cenobium nobile situm est quod Brumia dicitur — — inter manus eorum ut fumus evanuit. . . . . . .

Rex Stephanus . . . asciverat autem de Flandria milites et pedites multos et maxime quendam Willelmum de Ypre, qui quasi dux fuit et princeps eorum. Huius consiliis rex maxime confidens, principes Anglie admodum offendebat. . . . . . .

1139. . . . Flandrenses igitur terre incolis ab olim invidentes, relicto natali solo, depositoque, quod illi populo familiare et quasi proprium est, texendi officio[4], catervatim in An-

a) *deest* 3. b) mandavit 3. c) volabat 3; volarat *Cont. Flor. Wig.*

1) Scilicet regni Henrici I, a die 5. Augusti 1107. usque ad diem 4. Augusti 1108; sed Henricum V. a. 1111. demum Mathildem desponsasse, tradit Ekkehardus, SS. VI, p. 247. 2) Scil. Henricus I. rex Angliae. 3) Wigorniensis haec dicit de Lothario, quae noster perperam ad Rogerium refert. 4) Cf. infra a. 1173.

gliam confluunt et famelicorum more luporum fecunditatem terre Anglicane ad nichilum redigere studuerunt. . . . . . .

1147. . . . Eugenius papa a Roma recedens, pervenit in Franciam, ut Cisalpinorum presulum concilium celebraret. Convocati sunt itaque ex mandato domini pape presules 1148. Mart. et prelati, ut eidem Remis occurrerent. In media quadragesima celebravit Eugenius papa concilium magnum Remis[1]. . . . Rex . . . archiepiscopum[2] Angliam celeriter exire coegit. Qui post paucorum inducias dierum apud Dovoriam transfretavit et in Franciam secessit. Ubi per aliquod tempus demoratus, a regina[3] et Willelmo Yprensi ad Sanctum Audomarum revocatus est, ut eum iuxta positum regii nuntii facilius possent adire. Sacravit autem ibi- 1148. Sept. 5. dem Gilebertum Herefordensis ecclesie electum Nonis Septembris, astantibus et cooperantibus episcopis transmarinis Thidrico Ambianensi et Nicholao Cameracensi. . . . Volensque suis utcumque subvenire, relicto Sancto Audomaro, ad portum de Graveninges mare cum suis intravit et prospero cursu in terra comitis[4] Hugonis Bigod apud Goseford applicuit. . . .

1147. Hoc anno Conradus imperator Alemannie et Lodovicus rex Francie una cum regina sua Alianor et Theodericus comes Flandrie[5] multique nobiles et ignobiles Franci et Angli, Normanni et Britones, sed et multarum regionum viri peregre profecti sunt Ierusalem ad debellandum paganos, qui non modicam Sancte Terre illius occupaverant quantitatem. Sed christiani, multis laboribus vexati, et expensis perditis, nullum vel modicum hac vice reportaverunt triumphum. Nam propria temeritate et Saracene gentis industria fere ad nichilum deducti sunt. . . . Exercitus autem, qui in Hispaniam navigio venerat, civitatem egregiam Oct. 27. Leseboniam[a] obsederunt, que christianis vigilia Simonis et Iude reddita est. Alia quoque civitas capta est, Almaria dicta. . . . . . .

1148. . . . Nota, lector, quod ea que supra dicta sunt, scilicet de concilio Remensi in media quadragesima celebrato, de relegatione archiepiscopi post concilium et propter concilium facta, . . . hec omnia reperies scripta in plerisque codicibus sub anno 1148. . . . . . .

1154. . . . Post modicum temporis dux Henricus[6] una cum rege Stephano et quibusdam optimatibus Anglie venit Cantuariam, ubi a conventu Christi solempni processione cum 1154. Mart. innumera cleri et populi multitudine susceptus est[b]. Exinde in quadragesima Dovoriam simul venientes cum comite Flandrie Theodrico et comitissa, ducis amita[7], colloquium habuerunt. Cum autem rex et dux, dimisso comite, Cantuariam redirent, et ex coniuratione Flandrensium, qui duci simul et paci invidebant, interfectio ducis preparata fuisset, ecce subito regis filius iunior Willelmus nomine, conspirantium conscius, super Berehamdoniam[8] decidit equo, tibiaque nutu Dei confracta, omnes fere circa se coadunavit in planctum. Dux interim premeditatas agnoscens insidias, Cantuariam concito veniens, emulorum suorum insidias declinavit. Inde festinanter per Roffam et Londoniam ad mare descendens, in Normanniam transfretavit et ulterius faciem regis Stephani non vidit. . . . Mense Octobri rex iterum comiti Flandrensi apud Dovoriam occurrit et cum eo colloquium habuit. Dimisso autem post colloquium comite, rex subito ilii dolore cum veterano emoroidarum fluxu violenter corripitur, et ibidem in curia monachorum decumbens, diem clausit extremum Oct. 25. 8. Kalendas Novembris. . . . Tumulato itaque rege Stephano, tanta pax per Angliam nutu divino et cooperante Theodbaldo Cantuariensi archiepiscopo facta est, ut inter tot militum et Flandrensium luporum cohortes nemo in alium manus mitteret violentas. . . . . . .

1155. Gwillelmus de Ypre et omnes fere Flandrenses, qui in[c] Angliam confluxerant, indignationem et magnanimitatem novi regis metuentes, ab Anglia recesserunt; et castella, passim per Angliam ad rapinas pauperum et divitum excursus edificata, ex precepto regis subversa sunt. . . . . . .

1159. 1. Ciclus decennovenalis incipit. Adrianus papa obiit, et Alexander successit. Qui cum se tanto honori idoneum non esse profiteretur, et cardinales eius electioni firmiter consentirent et instarent, ut eum facerent assentire, ex parte adversa Octavianus, paucis sibi faventibus, mantum[d] preposteratum suscepit et papatui se ingessit. Cardinales et Romani

a) Lesoboniam 3. b) *deest* 3. c) *deest* 2. d) maneum 3.

1) Potius a. 1148. Sequuntur quaedam de Henrico archiepiscopo Eboracensi ab Eugenio III. (Treviris a. 1147, Dec. 7) consecrato; cf. supra p. 15. 2) Theobaldum Cantuariensem. 3) Mathilda, uxore Stephani. 4) De Norfolk. 5) Qui *quatuor vicibus Terram Sanctam visitavit;* Geneal. Fland., SS. IX, p. 326. 6) Normanniae. 7) Sibylla, filia Fulconis comitis Andegavensis et regis Ierosolymitani; cf. Geneal. Fland., SS. IX, p. 324. 8) Berhamdown in Cantia.

Alexandrum fovebant, imperator vero Octavianum preferre cupiens, Alexandri fautores infestabat. Hac de causa non solum Romana, sed et tota ecclesia confundebatur. . . . . . .

1160. 2. Romanorum imperator Fredericus in Papiensi concilio 153 episcoporum Octaviani[a] scisma favore suo et auctoritate roboravit. De cuius susceptione regi Francie Lodovico[b] et Henrico regi Anglorum spectabiles legatos cum litteris suis misit. Sed reges predicti parti et obedientie catholici pape cesserunt Alexandri. . . . . .

1162. . . . Hoc anno Frethericus imperator inclitam Italie urbem subvertit Mediolanum. Alexander papa[c] vero imperatoris impetum ferre non valens et Romanorum scisma devitans, navi- *Herb. V. Thomae III, 4* bus advectus, primo apud[d] Montem-pessulanum applicuit ibique aliquamdiu moram fecit, deinde venit in Galliam Senonisque per aliquot annos resedit[1]. . . . . . .

1163. . . . In octavis pentecostes celebravit papa Alexander concilium episcoporum *Mai. 19.* et abbatum Cisalpinorum in ecclesia Turonensi. . . . . . .

1164. . . . Octavianus[2] scismaticus graviter egrotans, diebus 15 ante obitum suum freneticus effectus, obiit quarta feria post octavas pasche in urbe Lucensi, et sepultus est in *Iun. 10.* ecclesia sancti Martini, ubi sedes est episcopalis et famosa illa ymago crucis. Cui successit in heresim et papatum Wido de Crema et Paschalis appellatus est. . . . . . .

1165. . . . Summus autem pontifex Alexander iam Senonensibus valedicens, in pascha *Apr. 4.* in Italiam profectus est. Hoc quoque anno mense Augusto natus est filius Lodovico[b] regi Francie christianissimo, quem peperit ei filia[3] comitis Theodbaldi senioris. Ex cuius ortu tota Francia letificata est, eo quod hucusque masculum non habuit heredem. Puer autem baptizatus[e] ad nomen comitis Flandrie Philippus appellatus est. . . . . . .

1167. Rupta est pax et concordia, et bella reparata sunt inter Lodovicum regem Francie et Henricum regem Anglie. . . . Matheus etiam comes Bolonie, frater vero Philippi comitis Flandrie, secentas[f] naves, ut fama fuit, Flandrensibus armavit, iuratus in Angliam venire; unde motus magnus in Anglia factus est. Subtraxerat enim ei rex quosdam[g] redditus in Anglia, quos dicebat sibi de iure antiquo competere[4], quos, quia prece non potuit, armis conatus est revocare. Sumpsit audaciam sue presumptionis eo, quod rex Anglie transmarinis dissensionibus esset occupatus. Verumptamen conatus eius inanis effectus est, Ricardo de Luci cum Anglicana militia custodiam[h] procurante. . . . Hoc anno venit in Angliam Coloniensis electus[5], qui et scismaticus, ut Matildem, regis Anglorum filiam, duci Saxonum peteret in uxorem. Petiit et obtinuit; et regina Alianor cum filia sua apud Dovoriam transfretavit. Civitas Mediolanensis reedificata est invito imperatore Frederico. . . . . . .

1168. 10. Matildis, filia regis Anglie, nupsit duci Saxonum Henrico. . . . Venerunt interea ad regem Anglie nobilissimi Alemannie et spectabiles legati, dux scilicet Saxonum, gener regis, Maguntinus archiepiscopus, Coloniensis electus et Leodicensis episcopus[6], cum multa ambitione et fastu missi ab imperatore Frederico[i], multa ex Alemannis adversum Francos spondentes auxilia, multisque temptantes moliminibus, qualiter regem Anglie in scismatis sui partem inducerent et ob favorem ipsius regnum Francorum cum bellico apparatu intrarent. Rex autem predictos legatos cum multo suscepit honore, responsis prudentibus et blandiloquiis satisfaciens, ipsosque abeuntes prosecutus est multis gratiarum actionibus, preciosis honoratos[k] muneribus. Horum itaque causa legatorum fecit rex ditiores ex Anglia Iudeos transfretare et reliquos[l] in quinque milibus marcis describere. Porro illi recedentes, turbidas in Francos minas pro innato genti stolide vitio barbarizabant, eo quod religiosus Francorum rex eorum, utpote scismaticorum et excommunicatorum, noluit colloquio participare. Circa pentecosten[7] celebravit Fredericus imperator concilium permaximum apud

a) Octoviani 3. b) Ludovico 3. c) vero papa 3. d) ad 3. e) est *add.* 3. f) *ita St.* g) quondam 2. h) *deest* 2. i) Fretherico 3. k) muneribus honoratos 3. l) reliquis 3.

1) Quae Gervasius de Thoma Becket in Flandria applicante affert, habes supra in Vitis s. Thomae, p. 22. 29. 2) Haec ex Epp. S. Thomae Cant. ed. Giles III, p. 241. hausit. 3) Adela de Campania. 4) *Cogente patre Mariam, filiam Stephani regis Anglie, in uxorem sibi associat*, Fland. gen. Cont. Clarom., SS. IX, p. 326. 5) Reinaldum a. 1165. in Angliam profectum Heinricum II. ex parte imperatoris rogasse, ut daret unam filiarum suarum Henrico duci Baioariae, retulit Rob. de Monte, SS. VI, p. 514. *Anno* 1167. *Reinaldo in Italia iam mortuo, Balduinus praepositus Ratzeburgensis a duce in Angliam missus est*, Ann. Egmund., SS. XVI, p. 466; cf. Helmoldi Chron., SS. XXI, p. 95. 6) De Christiano et Philippo archiepiscopis cum duce Henrico ad reges Franciae et Angliae missis v. Ann. Camerac., SS. XVI, p. 545, et Chron. reg. Colon. p. 120, ubi tamen Radulphi Leodiensis non mentio fit. 7) Sequentia excerpta sunt ex epistola amici cuiusdam ad Alexandrum papam inter S. Tho-

1165. Mai.22.24. Wicheburch[1]. In quo cum de pace et concordia inter ipsum et papam Alexandrum sabbato[a] et secunda feria pentecostes tractaretur, superveniens Coloniensis electus[2] in medio omnium protestatus est, dicens: 'Domine', inquit, 'imperator, concilia, que adversus papam Alexandrum hucusque captastis, nichil vobis profuerunt, nichil ei nocuerunt. Nam et de nostris plurimi obediunt et adherent ei, sicut dominus Maguntinus[3] et alii; sed si michi et consilio meo adquieveritis, in promtu[b] erit Alexandri deiectio et pape nostri Pascalis[c] exaltatio. En ego adquisivi nostre[d] parti 50 episcopos cum archiepiscopis suis et plures numero de dominatione regis Anglie, qui pape Pascali et vobis adherebunt, si vos Alexandri obedientiam et, eo decedente, cuiusque de parte eius electi abiuraveritis. In huius rei confirmationem ecce assunt nuntii regis Anglie[4], qui in persona regis nobiscum iurabunt'. Placuit imperatori forma consilii. Sed cum a quibusdam huiusmodi iuramentum differre volentibus diceretur[e], quod Coloniensis primo iurare deberet, qui huiusmodi dedit consilium, et ille usque ad lacrimas reluctaretur, imperator vehementer[f] iratus ait: 'En apparet, quod tamquam proditor operatus sis adversum me et animam meam. En[g] apparet, quod bonum consilium dedit michi Maguntinus, Octaviano defuncto, suadens michi, ne de tanto periculo liberatus iterum me in consimile involverem; unde tibi scripsi dans in mandatis, ne me inconsulto de eligendo pontifice quicquam tractares. Tu vero clam me ignorante auctoritate tua istum elegisti et *Te Deum* cantasti. Parasti nobis foveam, modo primus incides in eam'. Primus igitur omnium iuravit Coloniensis, deinde imperator, postea dux Saxonum, gener regis Anglie. Iuraverunt ceteri, qui presentes fuerunt, tam episcopi quam principes. Iuraverunt etiam duo clerici nuntii regis Anglie in persona regis. Eorum vero iuramentum qui abfuerunt
Iul. 6. dilatum est usque in octabas apostolorum Petri et Pauli. Per totam etiam Angliam ex precepto regis a populo iuratum est, quod ad preceptum regis faciendum omnes forent parati; unde et congregatio episcoporum et abbatum et aliarum personarum ecclesiasticarum apud Londo-
Will. Cant. V S. Th. nias facta est. Sed et supprior[h] et monachi Cantuariensis ecclesie ex imperio regis iussi sunt ibidem adesse. Cum autem super hoc iuramento faciendo convenirentur episcopi et ipsi tam detestabile iuramentum contra Deum et Alexandrum papam prestare noluissent, dilatum et infatuatum est tam iniquum et enorme negotium, et quisque ad sua repedavit. Homo proponit, sed Deus disponit. Homo proposuit scismaticum exaltare, sed Deus disposuit, immo et deposuit eum, nam in brevi Paschalis ille defunctus est[i]. Imperator tamen ceterique scismatici iam duobus defunctis tercium falsum papam substituerunt[k]. . . . . . .

G Henr II 1173. . . . Rex iunior[5] . . petivit a patre, ut Angliam vel Normanniam ei assignaret; sed, abnegata petitione, siluit indignans. Accidit preterea, ut rex proponeret dare Iohanni filio suo iuniori tria castella in Normannia, danda scilicet in dotem filie comitis Huberti de Mauritania, quam desponsare debebat. Sed iuvenis rex non solum contradixit, sed etiam a patre non petita licentia noctu recessit. . . . Rex autem Francie iuvenem regem Anglie gratiose suscipiens, in audientia procerum Gallie iuravit, quod ei et fratribus suis contra patrem suum indeficiens prebere vellet auxilium. Comes etiam Flandrie Philipus suum pro posse spopondit auxilium iuveni regi, faciens homagium cum iuramento. Cui pro servitio suo promisit rex cum tota Cantia mille librarum redditum, castellum quoque de Rofa[l] cum castello de Dovoria. Matheus comes Bolonie, frater comitis Flandrie, suscepit in promissis pro homagio et servitio suo totam socam de Kirketonia in Lindisia cum comitatu de Moretonia . . . . .

ib. Regem etiam Anglie Henricum maligna conspiratio non reliquit immunem. Nam coniurati illi cum[m] milibus suis intraverunt in Normanniam, vastantes et predantes et omnia pessumdare gestientes[n]. Sed cum quidam eventus prosperi vesaniam illorum ad maiora facinora perpetranda stimularent, gloriosus comes Flandrie quodammodo subnervatus est. Nam frater eius Matheus comes Bolonie, dum in regis odium castellum de Driencourt obsideret, a quodam arcubalista letaliter confossus, post modicum obiit et sepultus est. Verum ne Anglia propria quiete gauderet vel alienis
Oct. 18. insultaret erumpnis, circa festum sancti Luce[o, 6] missus est in Angliam iunior Robertus comes Leicestrie et cum eo nonnulla Flandrensium milia, et a comite Hugone Bigot[7] sunt recepti. Capto autem de facili castello de Hageneth, cum Leicestriam tenderent, in territorio Sancti Edmundi mense Octobri occurrerunt eis milites regni, Reginaldum Cornubie comitem[p] et comitem de Arundello sequentes; a quibus perterritus,

a) sabato 3. b) promptu 3. c) papalis 3. d) parti nostre 3. e) dicentur 3. f) iratus vehementer 3. g) Et 1. 2. h) subprior 3. i) *deest* 3. k) sustinuerunt 3. l) Roffa 3. m) qui 2. n) gestiens 1. 2. o) Lucie 1. p) ducem *inserit* 3.

mae Cantuar. literas ed. Giles II, p. 264, qua et Radulfus de Diceto usus est. Uterque eodem modo de anno erravit; cf. supra p. 263, n. 6. 1) Ita pro Wirceburch auctor scripsisse videtur. 2) Reinaldus. 3) Conradus. 4) Iohannes Oxoniensis et Ricardus Ivelcestrensis clerici regis (v. epist. Henrici II. ad Reinaldum inter Epp. Gilberti Foliot ed. Giles p. 483), quos ex parte regis Angliae publice iurasse, Fridericus imperator proclamavit Wirzeburgi die 2. Iulii, LL. II, p. 138. 5) Henricus (III), patre vivente coronatus. 6) Ita G. Henrici II, I, p. 60; 29. d. Septembris Rad. de Diceto, supra p. 265. 7) De Norfolk.

cum Flandrensibus suis comes Robertus fugam iniit. Sed captus est ipse et uxor sua, et Flandrensium G. Henr. tria milia vel eo amplius trucidati perierunt. Et digne; nam Flandrenses lupi, Anglicane copie ab olim invidentes, naturali negotio, textoria scilicet arte[1] dimissa, Angliam se iam cepisse iactitabant. Sed ante conflictus aliquos trucidati, in ea quam vorare cogitaverant terra putruerunt. Ceteri vero, quos comes Hugo Bigod in castellis suis receperat, abire permissi, solam vitam utcumque reportantes, in Flandriam reversi sunt.

1174. . . . Coactus est[2] hiis diebus peregrinationis sue, quos numquam habuerat, thesauros effundere, ut vel sic malignantium insidias evitaret. [Precluserat[a] enim cancellarius imperatoris[3] in odium pape Alexandri omnium Cisalpinorum semitas adeo, ut vix per mare ad eum quisquam ex nostris valeret accedere]. . . . Rex Francie[b] et comes Flandrie milites electos miserunt in Angliam, quos ex mandato regis iunioris comes Hugo in suis recepit castellis. . . . Rex etiam iunior et comes Flandrie coniurati, quod in Angliam venirent, naves multas et G. Henr. exercitum copiosum ad mare convenire fecerunt. . . . Rex vero iunior et comes Flandrie ceterique coniurati audientes, quod rex Henricus in Angliam abisset, mutato consilio, relictis navibus, redierunt et Rothomagum una cum rege Francie obsederunt. Qui dum exterius ferociter oppugnarent, et cives interius viriliter resisterent, Hugo Bigod ceterique adversarii humiliter se regi Henrico subdiderunt. Rex autem milites illos electos et nobiles, quos iuvenis rex in Angliam premiserat, pacifice repatriare permisit. . . . Recessit igitur rex Francie Lodovicus cum exercitu suo, comite Flandrie cum milibus suis, ne forte cives irrumperent[c], post terga dimisso. . . . . . .

1176. . . . Mense Septembrio misit rex Henricus Ricardum Cantuariensem archiepiscopum aliosque 1176. Sept. nuntios spectabiles cum Iohanna filia sua, quam petierat rex Sicilie Willelmus sibi dari in uxorem. . . . . . .

1177. . . . Advenerat Cantuariam eadem die cene Domini Philippus comes Flandrie et Willelmus de Man- 1177. Apr. 21. davilla, ut, accepta licentia a beato Thoma, Ierosolimitanum iter arriperent, sperantes se aliquid magnum contra paganos esse facturos. Et profecti sunt; sed parum vel nichil profecerunt. . . . . . .

Redierant interea a rege Sicilie Willelmo nuntii regis Anglie, quos miserat cum filia Iohanna, et hanc cartam regis Willelmi, cartam de federe dotalitii filie sue, regi Henrico obtulerunt: *In[4] nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Rerum fedus — — Capue, anno 11.* . . . . . .

Appropinquante autem festo sancti Iacobi apostoli, Alexander summus pontifex Venetiam cum cardinalibus suis ib. p. 95 sq. venit — — Tieri de Cartusa et multi alii principes et prelati. Hi vero subscripti cum imperatore venerunt et predicte paci interesse meruerunt: Archiepiscopus Magdeburgensis — — Comes H. de Disce. Marcio Albertus. Sedente itaque papa Alexandro in cathedra sua, cum cardinales ei astarent, antequam venisset imperator, dum naute galeas suas huc illucque deducerent[d], inter utriusque partis fautores dissensio non modica orta est, ita ut cardinales aufugerent et papam Alexandrum in cathedra sua solum relinquerent. Et ecce imperator de summo navis sue solario descendens, 9. Kalendas Augusti, vigilia Iacobi apostoli, sicut prius tractatum fuerat et dispositum, venit ad ecclesiam beati Nicholai — — presente papa Alexandro et cardinalibus suis. Quo facto, absolvit eum dominus papa palliumque ib. p. 96. eidem restituit. Facta igitur et confirmata unitate ecclesie, misit dominus papa litteras suas Ricardo archiepiscopo Cantuariensi in hunc modum: *Alexander[5] . . . Immensas laudes — — Rivo-alto 8. Kal. Augusti.* . . . . . .

Scripsit etiam[e] dominus papa Alexander archiepiscopo Eboracensi et capitulo Cisterciensi[f, 6]. Imperator quoque scripsit capitulo Cisterciensi de predicta pace in hunc modum:

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis salutem et dilectionis integritatem. Quoniam de unitate et concordia ecclesie et bono statu imperii nostri fraternitatem vestram gaudere et letari non dubitamus, idcirco universitati vestre religionis imperiales apices mittere dignum duximus, insinuantes vestre dilectioni, quoniam Dei omnipotentis dono nutuque, cuius occulto iudicio quandoque discordie mala creantur, et ipso moderante discordes ad concordiam revocantur, dominum Alexandrum in patrem spiritualem et summum pontificem recepimus. Notum autem vestre religioni facimus, quoniam, operantibus dilectis nostris viris magne sanctitatis atque discretionis P.[g] episcopo Claromontano et abbate Bone-vallis et fratre Theoderico converso Cartuse, qui studiose et efficaciter pro pace et concordia inter nos et iam nominatum Alexandrum Romane ecclesie pontificem laboraverunt, discordia et lis, que diu viguerat, penitus est consopita, et dilectio, que inter nos perierat, ipsis mediantibus est reformata. Quapropter vestre sanctitati presentes litteras dirigimus, modis omnibus rogantes, quatinus, ipsorum bonitati perfecte super omnibus gratias referentes, tam nobis quam ipsis de pacis reformatione congau-

a) Precluserat — accedere *des.* 1. 2. b) Lodovicus *inserit* 3. c) erumperent 2. d) diducerent 3. e) enim 3. f) Scisterciensi 1. 2. g) Philippo 3, *perperam pro* Pontio.

1) Cf. supra a. 1139. et Iordanum Fantosme, supra p. 57: *li plus furent telier.* 2) Ricardus archiepiscopus Cantuariensis electus. 3) Christianus archiepiscopus Mogontinus. 4) V. G. Henrici II, supra p. 94 sq. 5) V. G. Henrici II, supra p. 97. 6) Hasce literas Gervasius omisit.

deatis[a] *atque, ut ad honorem Dei et ecclesie in bono statu et Dei timore possimus perseverare, ipsi omnium Conditori atque gubernatori piissimas preces fundatis.* . . . . . .

1178. . . . Citati[b] sunt interea prelati sancte ecclesie ad concilium pape Alexandri in proxima quadragesima Laterani celebrandum. . . . . . .

Mart. 1179. . . . In media quadragesima coadunati sunt episcopi et prelati sancte ecclesie Laterani in ecclesia sancti Iohannis, ubi dominus papa Alexander concilium celebravit et hec subscripta 26 capitula promulgavit: 1. *Licet de vitanda* . . . . . .

Aug. 6. Octavo Idus Augusti Herlewinus prior Cantuariensis ecclesie resignavit prioratum. . . . Cui successit eadem die magister Alanus[1], ante paucos annos Beneventane ecclesie canonicus, sed natione Anglus et Cantuariensis ecclesie quinquennis fere novitius. . . . . . .

1181. . . . Obiit hoc anno mense Augusto papa Alexander anno papatus sui 23, et Lucius successit. . . . . . .

Mense Novembri hostilis perturbatio orta est inter regem Francie Philippum et patrinum suum comitem Flandrie Philippum. Fuerunt autem presidio regi Francie iunior rex Anglie et fratres sui, filii scilicet regis Anglie senioris. Dum igitur ex utraque parte infinitus conveniret exercitus, et proponerent animo non citra victoriam aliquatenus cessare, regis tamen Henrici, qui tunc temporis Anglicis fruebatur delitiis, tam adventum quam consilium expectabant utrimque.

1182. . . . Transfretavit rex et ab omnibus transmarinis ut rex pacificus, ut magni consilii angelus, cum honore et gaudio susceptus est. Qui in brevi prudenti consilio tantam perturbationem et principes turbidos pacificavit et ad sua pacatis mentibus redire persuasit. Deum itaque et regem Anglie glorificabant pacis amatores, qui tantam in tam brevi ad nichilum malitiam redegit.

Sumpsit initium hoc anno secta Caputiorum[2]. Dum enim Brabacenorum in pacis amatores secta seviret et universa sibi resistentia sine delectu conditionis, ordinis vel etatis absque misericordia vastarent, sed nec ecclesiis parcerent, confugerunt ad eos exules quique et infames, monachi, canonici, moniales, sed et cuiusque ordinis fugitivi, habituque mutato, nefandis lenociniis incumbere non cessabant. Cum igitur[c] fere in infinitum hoc modo crescerent, quecumque oculis videre poterant, sua esse dicebant. Dolebant ergo hac pressi malignitate viri quorum Deus tetigerat corda[3]. . . . In signum vero secte vel ordinis habitum lineum habebant caputium. . . . Hi igitur, ut predictum est, in immensum multiplicati, specialis pacis adversarios, Braibacenos scilicet, post aliquot annos fere ad nichilum redegerunt. Hanc autem Braibacenorum destructionem hoc in loco non suo scripsimus, ne processu temporis idem replicare cogeremur. . . . . . .

1184. . . . Renovata est autem mense Maio discordia inter regem Francie et comitem Flandrie et in tantum aucta, ut de pace, que anno preterito per regem Anglie inter eos erat composita, vires videretur sumpsisse malignitas. Congregaverunt enim multitudinem armatorum, ut sibi ad invicem nullo mediante concurrerent. Protulit hac vice rex Francorum Philippus signum regis Karoli, quod a tempore prefati principis usque in presens signum erat in Francia mortis vel victorie. Et hec erat causa discordie, quod[c] obierat nuper absque liberis comitissa Flandrie[4], cuius erat patrimonium terra Viromandorum cum appendiciis[d] suis, que omnia ad regem Francie, utpote dominum fundi[e], pertinere videbantur. Sed comes Flandrie non est veritus dominum suum, et ex fonte baptismatis filium iure debito privare, sed et armis lacessere non puduit. In detrimentumque domini sui duxerat filiam regis Portigallie[5], quam cum multo fastu et superbia nutu et adiutorio regis Anglie ante paucos dies duxerat in Flandriam. Exercitibus itaque ad preliandum utrimque paratis, rex Anglie tantis malis prudenter obviavit. Acceptis enim inter eos usque in annum induciis, singulos ad propria compulit repedare. . . . . . .

Interea dux Saxonum Henricus nomine cum uxore sua pregnante, filia scilicet regis
1184. Iul. 25. Anglie, venit in Angliam circa festum beati Iacobi apostoli. Cum enim a terra sua potenti manu Dei et violentia imperatoris fieret alienus, in longinquis partibus, Normannia videlicet

a) gaudeatis 1. 2. b) Scitati 1. 2. 3. c) *deest* 3. d) apendiciis 3. e) *fortasse* feodi *intelligendum vel emendandum*.

1) Cuius Vita s. Thomae supra p. 22. usi sumus. 2) Cf. Roberti S. Mariani chron., SS. XXVI, p. 247, ubi etiam de 'Brebentionibus' agitur. 3) Qui, cum beata Virgo in Alvernia apparuisset, 'Podii de pace tenenda foedus inierunt, Braibacenis restiterunt'. 4) Isabella. 5) Mathildem, Alfonsi I. filiam, a. 1184.

et Anglia, victualia compulsus est queritare. Inexorabilis enim discordia ante annos quatuor inter ipsum et imperatorem exorta ex consilio archiepiscopi Coloniensis[1] ceterorumque tam presulum quam principum Alemannie ad hoc tandem perducta est, ut de proditione imperatoris simul et imperii accusandus ad curiam citatus[a] imperatoris, cum adesse contempneret vel formidaret, iudicio omnium in exilium[b] actus est. Nam cum esset genere nobilissimus et ipsius imperatoris consanguineus, miles optimus, statura procerus, generositatem suam et fame gloriam nimia fedavit avaritia et infidelitate. Erat enim tenax sui, boni cupidus alieni, superbus, elatus nimium et, quod maxime principem dedecet, vix alicui fidem conservans illesam. Unde tanto odio etiam suis habitus est, ut, cum duellio adiudicatus innocentiam suam purgare non auderet, ipso in munitissimum fugiente presidium[2], omnia ipsius castella et civitates in manus imperatoris tradita sunt. Sentiens autem, quod inter tot et tantos familiares adversarios securus esse non potuit, abeundi licentiam petiit et obtinuit, sic tamen, ut imperatori ex sacramento iuramenti fidem faceret, quod nullo in Alemanniam rediret molimine nisi ex imperatoris gratuita benivolentia. Venit 1184. igitur ad regem Anglie in Normannia processuque temporis eundem regem, ut predictum est, in Angliam secutus, a Cantuaritis[3] honorifice susceptus est. Adorato itaque Deo et sancto Thoma martire, Lundoniam[c] perductus est et toto fere anno ad expensas regis in Anglicis deliciis perendinavit. Exacta autem et attenuata paulisper adventus eius letitia, Cantuarienses monachi per alios nuntios ad regem citati priorem suum Alanum aliosque monachos Radingum[4] miserunt ad regem in initio mensis Augusti. . . . Dilatum est interea negotium Aug. Cantuariensis ecclesie ob adventum Coloniensis archiepiscopi, quem comes Flandrie ad preces Henrici regis quasi orandi gratia adduxerat in Angliam. Quibus rex apud Cantuariam gratulabundus occurrens et cum gloria usque Lundoniam[c] perducens, satagebat omnimodis generum suum, ducem videlicet Saxonum, archiepiscopo reconciliare, qui ipsius ducis fortissimus[d] hostis hactenus erat. Quod cum rex nullo conatu valeret efficere, prefatum archiepiscopum indignanter remisit. Cum autem prior Cantuariensis tam regi quam comiti reverenter occurreret, conquestus est rex comiti de priore, dicens, eum superbia inflatum velle Cantuariensis ecclesie propria voluntate archiepiscopum facere, et quod voluerit in Anglia secundus papa esse. Dederat enim in mandatis dominus papa priori Cantuariensi, ut per totam Angliam denarium beati Petri colligeret et in ecclesia Cantuariensi reservaret; unde rex ad instantiam quorundam episcoporum irritatus[e] dixit, quod prior vellet in Anglia secundus papa esse. Cui respondit comes, dicens, quod ante totius terre sue etiam ecclesias combureret, quam hoc sustineret. Sed cum idem gloriosus eadem a Londonia via rediret, audivit, in terram suam quosdam cum armis intrasse, rapinis simul et depredationibus nonnulla vastasse. Festinavit igitur terre sue flammas extinguere, qui in patrimonio Crucifixi minabatur ecclesias concremare. . . . . . .

1185. . . . Regina autem Alianor[f] ad preces Baldewini Cantuariensis archiepiscopi a diutino carcere suo tempore modico liberata est, quo per annos fere 12 tenebatur inclusa. Quo facto, transfretavit rex et patriarcha Ierosolimitanus[5], ut regem Francie et comitem Flandrie, qui sibi ad invicem hostiliter minabantur occurrere, pacificaret. Vix tandem per regem Anglie elaboratum est, ut comes Flandrie domino suo regi Francorum Philippo nonnulla castella terrasque resignaret, aliquibus tamen sibi retentis. Transfretavit hoc anno, mense . .[g.6] in Normanniam dux Saxonum Henricus cum uxore sua et matre[h] eius, regina videlicet Anglorum Alianor[f]. . . . Interea comes Flandrie Philippus, graviter ferens pro[i] pudore, quod tot et talia per regem Francie amisisset castella, proposuit animo pauca, que utcumque retinuerat, armis munire et propugnaculis[k] et contra regem Francie, dominum suum, firmiter tenere. Videns autem rex, quod ea, que gratuita benignitate, licet ingrata, comiti dimiserat, in contemptum et contumeliam sue persone et regni Francorum verte-

a) scitatus 1. 2. 3. b) exilio 3. c) Londoniam 3. d) hostis hactenus erat fortissimus 3. e) invitus 3. f) Alienor 3. g) *lacuna* 1. 2; mense *deest* 3. h) mater 2. i) pre 3. k) propugnabilis 2.

1) Philippi. 2) Stade; cf. Arnold. Lubec. II, 22, SS. XXI, p. 141. 3) Postea circa m. Aprilem a. 1188. Henrico duci Saxoniae et Mathildae ducissae monachi Cantuarienses haec scripserunt: *Archiepiscopus, quem in pastorem, cum in Anglia essetis, recepimus, manum suam super nos aggravavit. . . . Regi Anglorum pro nobis scribere dignemini, quatenus dominum archiepiscopum ab oppressione nostra cohibeat* (Epp. Cantuar. ed. Stubbs p. 158). 4) Reading (com. Berks). 5) Heraclius, qui Ian. 29. Cantuariam venerat. 6) M. Aprili exeunte vel Maio ineunte; cf. G. Henrici II: *post clausum pascha.*

1185. rentur in detrimentum, habito consilio, decrevit omnia que sui iuris erant revocare et rebellandi causas subtrahere. Territus autem comes et de sua virtute diffidens, imperatoris filium adiit, eiusque petens auxilium, etiam de comitatu Flandrie contra naturalem dominum suum eidem fecit homagium. Sed Deus omnipotens dilatione congrua ipsius conatus elisit
4 Reg.15,21. et infatuavit consilium Architofel. Nam imperator iniuste petitum negavit solatium, inhibens filio, ne ei contra iustum et equum aliquatenus preberet auxilium. Verumptamen iniurias comiti illatas promisit repellere, si rex Francie eidem comiti iura debita temptaret abripere. Hoc ergo delusus eloquio, comes a suo cecidit proposito et in proximo volens nolens domini sui se commisit arbitrio.

Nov. 24. Obiit hoc anno papa Lucius circa festum sancti Andree et Verone sepultus est. Cui successit in continenti Mediolanensis archiepiscopus et Urbanus appellatus est.

1186. . . . Orta est his[a] diebus discordia grandis inter dominum papam et imperatorem Frethericum hac occasione. Dedit imperator cuidam nepoti suo[1] archiepiscopatum Treverensis ecclesie, sed canonici alium quendam[2] canonice elegerunt. Ventilata est igitur causa in consistorio domini pape, et tandem[b] canonice electioni cessit victoria: confirmavit enim canonice electum et consecravit. Quo audito, imperator non modice motus est et[c] novi archiepiscopi confiscavit possessiones. In ipsum quoque dominum papam edictum statuit, totius imperii appellationes inhibuit aliarumque regionum appellationes impedivit, et quos apprehendere poterat ad papam euntes vel ab eo redeuntes incarceravit, alios lingua capulata, naso et aliis membris mutilatis dimisit, multos in carcere mori coegit, maxime apud civitatem Yvoricam[3] et castrum Toringum[4], que scilicet[d] ingredientibus Longobardiam primo occurrunt: Yvorica[3] via que venit a monte Iovis, Toringum[4] via que venit a valle Moriana. Possessiones quoque domini pape, quasdam civitates et predia abstulit; proposuit et omnia auferre. . . . . . .

1187. . . . Cum igitur rex Anglie, ut predictum est, regis Francie rationem sprevisset et precem, rex Francie armis adquirere cupiebat quod prece non potuit. Collegit itaque exercitum copiosum, ut expugnaret Gisortium. Rex autem Anglie, cum his diebus esset in Anglia, misit ei obviam comitem[5] Willelmum de Mandevilla. Comes vero Flandrie cum regi Francie, domino suo, debitum sponderet auxilium, nonnulla centenaria Flandrensium armatorum, ut ferebatur, misit in Angliam, ut sic, quasi ipso nescio, ad defensionem regis Anglie in Normanniam transfretarent. Non enim poterant liberum habere transitum per terram comitis Pontivi[6], eo quod ipse cum comite Flandrie inimicitias exerceret. . . . . . .

Gaufridus supprior[7] de consilio conventus monachum unum Verone[8] ad priorem[9] misit . . . Is frater occurrens priori apud civitatem Vercellensem, que sita est quasi in bivio, via scilicet que ducit Papiam et via que ducit Mediolanum, optato eius fretus colloquio, . . . Veronam adiit. . . . . . .

Rex itaque Francie . . . obsedit . . . Radulfi . . . castellum[10]. . . . Est ibidem cenobium monachorum habitus nigri in honore beate virginis Marie dedicatum. Quo cum Braibanceni regis Anglie stipendiarii festinarent, ut ea que in eadem ecclesia reposita erant absportarent, . . . unus autem ex eis insanior ceteris, arrepto lapide, ad imaginem sancte virginis Marie in lapide sculptam proiecit. . . . Sanguis uberrime manavit. . . . Huius eventus miraculi circumquaque diffunditur. Terrentur hinc inde milites armati et de belli eventu dubio plurimi[e] suspicantur. Rex autem Francie iussit in continenti Braibacenorum
Iun. 23. quem habebat cuneum de societate Francorum et exercitu amoveri. Vigilia tandem sancti Iohannis baptiste, cum omnia ad pugnandum preparata fuissent, et utrobique tam milites quam pedites aciebus ordinatis armati incederent, comes Flandrensis ad comitem Pictavensem Ricardum accessit eumque in hunc modum allocutus ait: 'Domine comes, ut michi videtur et pluribus, valde insipienter agis et non bono uteris consilio, qui contra dominum tuum, regem dico Francie, de cuius ditione multa habes et plurima speras, ut videmus, armatus incedis. . . . Ego enim quandoque eidem infestus fui, sed cum multo dispendio, et iam nunc penitentiam ago. . . .' Comes itaque Ricardus, ipso Flandrensi previo ad regem

a) hiis 3. b) tam 3. c) *deest* 3. d) *ita corr. Stubbs;* sunt 1. 2. 3. e) plurima 3. *fortasse rectius.*

1) Rodulfo de Wied, praeposito Treverensi. 2) Volcmarum decanum Treverensem. 3) Ivrea. 4) Taurinum. 5) De Essex. 6) Iohannis. 7) Cathedralis Cantuariensis. 8) Ubi Urbanus III. morabatur. 9) Honorium, qui papam contra archiepiscopum appellaverat. 10) Châteauroux 'in provincia Bituricensi'.

Francie, inconsulto patre, inter armatorum cuneos et acies ordinatas accessit. . . . Rex 1187.
Anglie, fama volitante, quod acciderat proditionem, non pacem suspicans, vehementer
indoluit ilicoque misit nuntium ad nobiliores Francie proceres, rogans eos, ut quantocius
ad eum venirent. Venerunt igitur ad eum archiepiscopus Remensis[1], comes Theobaldus[2],
comes Flandrie, comes Robertus[3] et alii. . . . Rex Francie . . . morose tamen concessit
inducias; armis igitur utrimque valedicitur. . . . . . .

Pridie[a] Nonas Septembris, feria sexta et hora sexta, luna 28, apparuit eclipsis solis in Sept. 4.
Anglia particularis. Apud Veronam autem Longobardie civitatem, ubi recolende memorie
papa Urbanus tunc temporis morabatur, apparuit totalis ad modum cacabi igniti. Omnibus
itaque qui viderunt obstupentibus, factus est terre motus adeo terribilis, ut omnia funda-
menta civitatis solotenus erui viderentur. . . . . . .

Interea pax et concordia inter dominum papam et imperatorem Fredericum, ut vide-
batur, ad honorem Dei et ecclesie Romane formata est. Unde dominus papa Veronensibus
valedicens, Ferariensem adiit civitatem. . . . . . .

Interea rumor ille miserabilis, de destructione scilicet orientalis ecclesie, de civitatum
captione, de captivitate regis et crucis dominice in curia Romana dispersus aures et corda
cardinalium summique pontificis mira contrivit miseratione, unde dominus papa Urbanus,
iam senio confectus, pre nimio dolore incomparabiliter gravatus[4], ad extrema perductus
est. Obiit autem solatium miserorum dominus papa Urbanus 14.[5] Kalendas Novembris et Oct. 19.
Ferarie sepultus est. Cui successit in pontificatum die tertia[6] Albertus cancellarius et Gre-
gorius octavus appellatus est. Sciebant enim cardinales, quod idem Albertus multam im-
peratoris haberet gratiam, eo quod, ipsius semper fovens partem, eidem omnia Romane
curie revelaret secreta. . . . . . .

Papa Gregorius 16. Kalendas Ianuarii ex inopinato defunctus est. Cui successit in Dec. 17.
pontificatum Paulus Prenestinus episcopus et[b] Clemens tertius appellatus est. . . . . . .

1188. . . . Rex Francie et rex Anglie ad colloquium inter Gisortium et Triam circa 1188.
festum sancti Vincentii venientes, de utriusque regni negotiis et de necessitate orientalis Ian. 22.
ecclesie longos traxere sermones. . . . Rex itaque Francie, licet iunior, tamen devotior, primo
crucem accepit, postea rex Anglie, deinde Remensis et Rothomagensis[7] archiepiscopi,
comes Flandrie aliique comites Francie et Normannie et milites multi. . . . . . .

Summus pontifex Clemens . . . prioris[8] Cantuariensis annuit petitionibus, ut episco-
pus Hostiensis[9] in Angliam veniens ex decreto curie absque reclamatione utriusque partis[10]
apostolicum exequeretur mandatum. . . . Hostiensis episcopus tum senio tum infirmitate
gravi, ne procederet in causa, detentus est. . . . Horrida enim pestilentia ex ardore estatis
nimio et diversis aeris passionibus, que post festum sancti Iohannis baptiste emerserunt, Iun. 24.
Romanum adeo vastavit populum et maxime peregrinos, ut nonnulla milia cleri et populi
spiritus exhalarent. Ex hac pestilentia detestanda cardinales quidam Cantuariensis ecclesie
patroni extincti sunt. . . . Prior autem Honorius iam fere premortuus beneficio episcopi
Hostiensis in montana Velletrensis provincie absportatus est, ut ibidem liberiori refectus
aere respiraret. Sed illa corrupti aeris detestanda infectio iam ipsius occupans vitalia, ad
extrema perductum 12. Kalendas Novembris compulit exspirare. . . . Est autem sepultus Oct. 21.
prior ecclesie Cantuariensis Honorius vere honorandus in claustro Lateranensis ecclesie. . . .
Audiens autem episcopus Hostiensis priorem Honorium iam mortuum et sepultum, anxiatus
plurimum, redivivo languore correptus est et post dies paucos in pace quievit[11]. . . . Dice-
bant enim Romipete rumigeruli, nunc dominum papam, nunc priorem, nunc monachos
quosdam, nunc vero omnes vitam finisse. . . . Papa . . . annuit, ut Radulfus cardinalis[12] cum
litteris domini pape ad decidendam causam, que versabatur inter monachos et archiepisco-
pum, in Angliam legatus dirigeretur. . . . Cum igitur prenominatus legatus pervenisset

a) Pridie — viderentur *des.* 3. b) *deest* 2.

1) Willelmus. 2) Blesensis. 3) Drocensis. 4) Urbanum nuntium de proelio Hittinensi (Iul. 4), sed minime de Urbe Sancta (Oct. 3) expugnata accepisse, docet Toeche, 'Heinrich VI.' p. 85. 5) Potius Oct. 20. 6) Oct. 25. electus est. 7) Walterus. 8) Honorii. 9) Theobaldus, antea abbas Cluniacensis, a. 1184. a monachis Cantuariensibus, sed frustra, archiepiscopus electus. 10) Scil. conventus et archiepiscopi. 11) Nov. 4, ut *Gauffrido suppriori fratres a curia Romana* inter Epp. Cantuar. p. 269. scripserunt. 12) Tit. s. Praxedis.

Papiam et predictas domini pape litteras archiepiscopo[1] premisisset, nimia confectus abstinentia et ex insolito itineris labore fatigatus, decidit in lectum apud Mortiers[2] et infra dies 10 defunctus et sepultus est. . . . . . .

1191. 1191. . . . Rex autem Anglie a nobilissima civitate Sicilie[3], ubi hiemaverat, mense
Mart. Martio digrediens, prospero cursu pervenit Ciprum. . . . . . .

Obiit papa Clemens; cui successit Iacinctus diaconus cardinalis[a] et Celestinus appellatus est. Filius etiam imperatoris Fretherici, qui in peregrinatione Ierusalem submersus et
Apr. 14. defunctus est, Romanum suscepit imperium et Rome coronatus est in[b] pascha. . . . . . .

Ricardus[4] Dei gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitannie et comes Andegavie dilectis suis priori[5] Cantuariensis ecclesie totique ipsius capitulo salutem. . . . Viri illustris Willelmi venerabilis Montis-regalis archiepiscopi discretionem, fidem, providentiam, quam re pluries didicimus, attendentes, recolentes, quia[c], licet nobis ipsum fama vehementius commendasset, audito tamen et expectato longe commendabiliorem fides, providentia reddidissent, tante[6] ecclesie tanti viri regimen, sed et toti regno nostro cognovimus profuturum. Magnatum itaque nostrorum, archiepiscoporum, episcoporum freti consilio, predicto venerabili Montis-regalis archiepiscopo dignum duximus supplicare, quatinus ad Cantuariensis ecclesie sedem et regimen sese nobis concederet[d] transferendum. Qui post multam secum et[a] magnatibus nostris deliberationem
Ian. 25. *nostris tandem adquiescere dignum duxit petitionibus. . . . Apud Messanam* 25. *die Ianuarii. . . . . . .*

1192. . . . Rex autem Anglorum, cum videret cotidie populum christianum tum fuga tum interitu defluere, consternatus animo, quod nec Saladinum expugnare nec sanctam civitatem Ierusalem obtinere valeret, gemens et anxius a Saladino treugas cepit in triennium comitemque Campanie Henricum custodem terre dimisit[e] et dominum. Ascensis[f] itaque navibus, venit Ciprum, dispositisque rebus, in Alemanniam et in terram ducis Ostrici tristi infortunio appulsus est. Cumque rex Anglie mutato habitu incederet ut Templarius, puerique sui stomachantes nimis insolenter agerent et dicerent inquirentibus astute, quod homines essent mercatoris, compulsi sunt regis hospitium indicare. Nuntiatum est ilico duci, regem Anglie adesse, et missis nuntiis, subito interceptus est. Dispersus est itaque rumor in populo de captione regia. Concurrente[g] vulgo, turpiter et probrose ductus est; ab hiis et illis[h] proditor appellatus est, ab aliis lapidandus, ab aliis capite plectendus, a nonnullis patibulo suspendendus videbatur. Vix tandem ereptus est et inimico suo, duci videlicet Ostrici, pre-
1193. sentatus et postremo imperatori[a] traditus est. Oderant enim eum et ipsius glorie invidebant, eo quod in obsidione et captione civitatis Accon in re militari promptior esset atque paratior, et quod Ciprum insulam grandem solus adquisisset. Et cum multos ex merito haberet emulos, specialiter tamen ducis Ostrici malignum incurrit odium. Cum enim civitatem Accon irrumperent christiani, et diversi diversa civitatis hospitia caperent, in nobilissimo civitatis palatio signum ducis elevatum est. Quod intuens rex et invidens, manu militum valida vexillum deiecit ducemque tam grato spoliavit hospitio; unde dux et Teutonici omnes indignantes, abierunt regique redituro multis in locis posuerunt insidias, et tandem, ut dixi, captus est.

1193. . . . Rex[7] itaque confusus rediit in Franciam misitque nuntios ad imperatorem cum infinita pecunia, rogans attentius, ut regem Anglie utpote hominem suum ei mitteret liberum vel eundem diutius retineret incarceratum. . . . Interea venerunt in Angliam nuntii regis, dicentes, eum pro redemptione sua centum milia marcarum imperatori spopondisse pecuniam. . . . Rex interim Anglorum Ricardus, manu militum armatorum die noctuque vicissim vigilantium sub artissima tentus custodia, cum amaro multa revolveret animo, duplici tamen ex causa frequentius angebatur. Inprimis siquidem suam desiderabat liberationem, que sola pecunia mediante, centum scilicet quinquaginta milia marcarum, poterat expediri. Deinde consolationem Cantuariensis ecclesie in eligendo pastore et archiepiscopo desiderabat accelerari, per quem suam redemptionem celerius sperabat exsolvi. Sciebat

a) *deest* 1. 2. b) in p. *des.* 3. c) quod *Ep. Cant.* d) concederent 1. 2. e) reliquit 3. f) Accensis 3. g) et currente 3. h) ille 1. 2.

1) Cantuariensi Balduino datas Dec. 10; Jaffé, Reg. nr. 10121. 2) Obiit Mortarae Dec. 30; cf. Epp. Cantuar. p. 278. 3) Messana. 4) Exstat quoque haec epistola inter Epp. Cantuar. p. 330. una cum ea quam *rex fratri suo Iohanni comiti Gloecestriae* et ea quam hic conventui Cantuariensi de Willelmo eligendo misit. 5) Osberno. 6) Cantuariensi. 7) Scil. Franciae.

enim . . ., quod a conventu Cantuariensis ecclesie de facili non exaudiretur, si denuo pro 1193.
archiepiscopo de Monte-regali, unde superius mentio facta est, preces funderet. . . . Sub-
scriptam misit epistolam[1]: *Ricardus . . . matri sue Alianore*[a]. . . . *Mandamus vobis, quod* Iun. 8.
. . . efficiatis, quod carus et[b] *fidelis noster venerabilis Hubertus Saresbiriensis episcopus in*
Cantuariensem archiepiscopum eligatur. . . . Teste me ipso apud Warmasiam[c]. . . . . . .

1194. 17.[d] gratie anno gratia Dei rex Anglie Ricardus a diutina custodia liberatus
est et matri sue proprieque libertati restitutus, soluta tamen in parte plurima quam promi-
serat pecunia, et de reliquo datis obsidibus. . . . Rex autem Anglie mare ingressus est in
Alemannia apud Andwerpe[e] et prospere applicuit in Anglia 4. Idus Martii in portu de Mart. 12.
Sandwic[f]. Verum quia rex Ricardus a captivitate liberatus ex insperato in regnum reversus
est, de consilio Cantuariensis ecclesie et prelatorum Anglie in octavis pasche apud Winto- Apr. 17.
niam sic coronatus est [15. Kal. Maii[g]]: . . . Hec fuit forma coronationis regis Ricardi, post-
quam rediit de Alemannia, tantaque solemnitas facta est propter precedentem captionis con-
tumeliam et insperatum ipsius adventum. . . . . . .

Hoc anno imperator Alemannie totam invasit Apuliam et Calabriam et vastavit Sa-
lernam. . . . . . .

Mense Decembri mirandum in Alemannia accidit prodigium. Cum enim pueri civitatis Dec
Ostrici de congesta nive pro modulo suo castellum composuissent, et quidam ex eis
extrinsecus oppugnarent, aliique intrinsecus viriliter repugnarent et prevalerent, contigit,
ducem Ostrici, qui regem Anglie primo captivaverat, cominus transire, turba comitante
suorum. Qui cum paululum prestolaretur et seditiones simulatorias inspiceret puerorum,
conquesti sunt pueri, quod non possent resistentibus prevalere, eiusque implorabant
auxilium, quo facilius castellum niveum expugnarent. Annuit petitionibus puerorum et
ilico emissarium, quo sedebat, calcaribus urgens, prefatum niveum ascendit castellum.
Quo de facili confracto, cum equus non haberet, quo certius pedes figeret, nimirum corruit
ducemque deiecit. Cuius tibia tam subito tamque perverse confracta est, ut ossis fractura
cutem perforaret[h]. Domum delatus, tanto dolore et fetore repletus est, ut eum vix[i] medici
vel cubicularii visitarent; tandem[i] medici de salute ducis desperati, persuaserunt ei, ut
pedem putidum et fetentem amputare permitteret, si forte vel sic vivere valeret. Annuit
dux; amputato pede cum tibia, cum fetor horridus augeretur in dies, dux tandem obiit, sed
sepeliri non potuit, quia pro captione regis Anglie fuerat excommunicatus. Cumque per
dies septem inhumatus iaceret, et teterrimus fetor intollerabilis esset, filius ipsius compul-
sus est Anglos obsides, quos pro pecunia nondum soluta tenebat, solvere et liberos repatri-
are. Tactis quoque sacrosanctis iuravit, quod vice patris de tanta enormitate iudicio staret
ecclesie. Sicque duce sepulto, obsides in Angliam redierunt. . . . . . .

1197. . . . Archiepiscopus Cantuariensis[2] a rege vocatus transfretavit in Normanniam 1197.
15. Kal. Iulii; et confederati sunt rex Anglie et comes Flandrie, datis utrimque obsidibus, ut Iun. 17.
communicato consilio regem Francie infestarent. Rex autem Francie minus provide intravit
in Flandriam et a comite Flandrie interceptus[k] et captus est post assumptionem beate Marie, Aug. 15.
sed datis obsidibus de facienda pace, tandem dimissus est. Sexto Idus Septembris convenerunt Sept. 8.
reges ad colloquium apud Insulam[3] et mediante Cantuariensi archiepiscopo pacificati sunt
utcumque, datis induciis a sequente nativitate Domini in annum, ita tamen, ut qui tenet cf. 2. Thess. 2, 7.
teneat, donec de medio fiat. . . . . . .

Eodem anno obiit Henricus imperator, filius Frederici imperatoris. Post cuius obitum
altercatio magna facta est et dissensio in Alemannia, eo quod magnates terre de successione
regni dissentirent. Quidam enim regem Anglie desiderabant, alii, sed pauci, regem Francie,
alii Henricum ducem Saxonie, qui tunc temporis erat in terra Ierosolimitana, alii fratrem
ipsius Othonem. Quidam vero nobilissimus Philippus nomine pro se agens, specie tenus
puerulum quendam, filium videlicet imperatoris Henrici, toto conatu preferre cupiebat.
Comes Flandriensis[l] partem Othonis fovebat, regi Anglie per hoc cupiens placere. . . . .

1198. . . . Obiit eodem mense Ianuarii Celestinus papa; cui per Dei gratiam successit Ian.

a) Alienore *Ep. Cant.* b) *deest* 1. 2. c) Wermesiam 8. die Iunii *Ep. Cant.* d) tercio 3. e) Andewerpe 3. f) Sandwich 3. g) 15. K. M. *des.* 1. 2. h) perforaverit 3. i) viri *add.* 1. 2. k) inceptus 1. 2. l) Flandrensis 3.

1) Epp. Cant. p. 364. 2) Hubertus. 3) *Andeleii* Rad. de Diceto; les Andelys (dép. Eure).

1198. Innocentius. Qui cum esset iunior omnibus cardinalibus et, gaudentibus omnibus, invitus
traheretur, consecratus, statim a curia omnes[a] cupiditatis et avaritie sordes[b] extrusit. . . .
Obsedit interea villam Sancti Audomari comes Flandrie et Bolonie[1] cum exercitu multo
Oct. 13. per mensem, tandemque villa comiti reddita est 3. Idus Octobris, eo quod a rege Francie
nullum obsessi potuerunt habere solatium. . . . . . .

E GESTIS REGUM.

cf Gerv. chron. . . . Filiam suam Matildem Henrico petenti nupturam misit[2] imperatori; que cum ab
eo non conciperet, ipsoque post annos aliquot defuncto, in Angliam ad patrem rediit, et dum
vixit, nomen imperatricis non amisit. . . . . . .
cf. ib. 1138. Vocati sunt igitur a rege[3] Flandrenses in Angliam, qui terre incolis ab olim invidentes,
relicto natali solo relictoque texendi officio, catervatim in Angliam confluunt et famelicorum
more luporum Anglicane terre fecunditatem ad nihilum redigere studuerunt. Quorum unus
erat Willelmus de Ipre, cui rex totam Cantiam commisit custodiendam. Unde vehementius
indigene concitati, ipsum regem a regno propellere conati sunt. . . . . . .
cf. ib. 1167. Dux Saxonum Henricus, missis nunciis ad regem Anglie[4], filiam suam[5] sibi dari petiit
1168 in uxorem et accepit. Erat tunc temporis scisma in ecclesia Romana, unde spectabiles
nuncii ab imperatore Fretherico in Angliam missi sunt, ut Anglia in partem scismatis
contra papam Alexandrum converteretur. . . . . . .
1190. Rex autem Anglie[6], cum pervenisset Marsiliam, audivit ibidem, falso rumore disperso,
naves suas centum numero cum necessariis victualium perisse, comitesque sequentes in
Hispania fuisse trucidatos. Si dolor immensus, si mentis angustia regis invictum cruciaverit
animum, non est mirandum. Emptis autem in Marsilia sumptu non modico 25 galeis, velis
expansis, prospero cursu, precinentibus tubis et cimbalis, ad urbem pervenit Messanam. Rep-
perit ibi regem Francie cum multo gaudio sibi occurrentem, et, ut gaudio duplicato sibi
congauderent, audivit et vidit navium et hominum suorum adventum, quos audierat in
Hispania fuisse trucidatos. . . . Ut autem regi Francie debitum servaret honorem, concessit
eidem hospitia civitatis sibique in montis adiacentis vertice munitionem erexit. Verump-
tamen nec cum sui contumeliis et verberibus et plagis, sed et morte urgerentur in civitate,
nec per prepositos, sed nec per regem Francie iustitiam vel pacem consequi valeret, sed
et clausis ianuis se suosque videret excludi, felle commotus, iussit suos ad arma convolare.
Oppugnavit itaque civitatem et cepit in continenti, et post paululum paravit abscessum.
Timens autem rex Francie, ne solus relinqueretur in medio barbarorum, egressus de civi-
tate, venit in montem regemque Ricardum voce supplici delinivit, retinuit et rediit. Rursus,
1191. retecta proditione, quam ei rex Francie per litteras contra eum missas procuraverat, iterum
cum[c] pararet abire, rex Francie secundo ascendit in montem et voce submissa litteras illas
sigillo suo impressas abnegavit; et post modicum expansis velis pervenit Accon, Anglorum
Mart. rege post terga relicto, qui mense Martio cum 100 navibus et 25 galeis pervenit Cretam. . . .
Mortuo vero comite Flandrie Philippo, rex Francie, cupiditate Flandrie ductus, redire
desiderans, regem Anglorum ibidem[7] dimisit in osculo pacis ducemque Burgundie[8] et comi-
tem Campanie Henricum. Dux etiam Ostrici remansit ibidem et suum statuit tentorium in
confinio regis Anglorum. Unde cum rex paulisper moveretur, nec ob hoc dux voluisset elon-
gari, accurrit rex funesque succidit totumque tentorium ducis deiecit in terram. Dux ita-
que furore plenus, ascensis navibus, festinus abcessit, et per loca maritima, per que regis
Anglorum suspicabatur regressus, posuit insidias. Cum rege quoque de suis speculatores
posuit improbos, qui omnes ipsius notarent eventus. Hec eadem et hiis similia procuravit
eidem rex Francie. Dux autem Burgundie, iam tedio affectus, invito rege Ricardo recessit.
1192. . . . Rex . . . de consilio Templariorum comitem Henricum omnium ibidem constituit
dominum et mutata[d] veste recessit. Insulam quoque Ciprum et naves copiosas Templariis

a) omnem 3. b) sordem 3. c) iterumque *c. et ed. Stubbs.* d) muta *c.*

1) Potius Hannoniae, Balduinus. 2) Scil. Henricus I. 3) Stephano. 4) Henricum II. 5) Mathildem.
6) Ricardus I. 7) Accone civitate expugnata. 8) Hugonem.

dedit et abiit secretius cum navibus tantum duabus, attamen amplis, et per loca singula pre- 1192.
paratas reperit insidias; quas cum pene penitus evasisset, et dux Ostrici de sua nequitia
desperaret, applicuit rex, et ex accidenti dux ilico subsecutus est. Rex autem in hospitio
suo humillime recubans per puerum quendam pompose nimis ambulantem, proh dolor! com- cf. Gerv. chron.
pertus et captus est et durissime contumeliis fatigatus. Quomodo vero nocte dieque in
domo luto referta steterit discalciatus, vel quomodo ad patibulum suspendendus est ductus,
et quot quantasve sustinuerit iniurias, fastidientibus auribus longum est enarrare. Concur-
rente autem vulgo, ab hiis et illis proditor appellatus est, ab aliis lapidandus, ab aliis capite
plectendus, a nonnullis patibulo latronum suspendendus iudicabatur. Vix tandem ereptus
est et inimico suo, duci videlicet Ostrici, presentatus et postremo imperatori traditus est. 1193.
Oderant enim eum et ipsius glorie invidebant, eo quod in captione civitatis Accon in re
militari promtior esset atque paratior, et quod Ciprum insulam grandem solus adquisisset.
Taxata tandem regis dira redemptione sub centum milium librarum solutione, paterni simul
et aviti reserantur thesauri, cruces et capse sanctorum spoliantur, calices et candelabra,
sed et alia ornamenta Anglicane ecclesie conflata sunt, et sic rex Ricardus vix post annum 1194.
in Angliam reductus est. Rex autem Francie, cum nullo valeret integumento regem Ricar-
dum ab imperatore optinere, exercitum duxit in Normanniam et de facili regis optinuit
munitiones. . . . . . .

Dominus autem papa, regum[1] condolens discordie, misit abbatem de Casemare[2], ut 1203.
inter reges pacem bonam reformaret. . . . . . .

Cantuariensis ecclesie . . . monachi . . . de consensu domini pape elegerunt virum vene- 1206.
rabilem magistrum Stephanum de Langetune cardinalem[3]. . . . Unde iratus rex iuravit, quod
nec unus ex eis in ecclesia Cantuariensi, sed nec in Anglia remaneret. Expulsi sunt itaque
omnes monachi ab ecclesia Cantuariensi Idus Iulii et, mari transito, a conventu Sancti Ber- 1207. Iul. 15.
tini honorifice suscepti sunt. Rex autem de tam gloriosa victoria elatus, missis ad abbatem
litteris, sed incassum, eos inde expellere conabatur. . . . . . .

EX CONTINUATIONE CANTIANA.

1213. Iohannes rex Anglie collegit exercitum magnum super Berhamdone[4] tempore 1213. Apr.
paschali; tantusque erat numerus populi armigeri, quod pre multitudine dinumerari non
posset. Expectabantque regem Francie per sex septimanas, qui cum exercitu suo contra comi-
tem Flandrensem[5] debellavit et ei multas molestias ingessit. Sed comites Saresberie[6] et
Bolonie[7] cum maxima militia transfretantes, regem Francie et omnes suos confuse dissipa-
verunt et de navibus suis, cum quibus in Angliam venire disposuit, multas variis bonis one-
ratas secum adduxerunt, ceteras omnes combusserunt. Rex autem Francie, amissis quam
pluribus militibus et servientibus et omnibus victualibus suis, rediit in suam provin-
ciam. . . . . . .

1216. Obiit Innocentius papa tertius 15. Kal. Augusti[8]; cui successit Honorius. . . . . . .

1218. . . . Obiit Ottho imperator. . . . . . .

1227. . . . Obiit papa Honorius III; cui successit Hugo episcopus Ostiensis et dictus
est Gregorius VIII. . . . Fredericus imperator Rome cruce signatus est, sed corruptus
muneribus paganorum, ire dissimulavit; ob quam causam excommunicatus est. Postea,
adductis in imperium Sarracenis, ecclesiam conculcat. Confundit etiam miserabiliter nego-
tium Terre Sancte. . . . . . .

1235. Fredericus imperator duxit Ysabellam, sororem regis Henrici Anglie, in uxorem.

1236. Henricus rex Anglie quartus desponsavit Helianoram uxorem suam, filiam comi-
tis Provincie[9]. . . . . . .

1238. . . . Magister Albertus[10] electus Armacanus[11] . . . die Veneris proxima ante 1239. Mart. 18.
dominicam palmarum versus Cantuariam iter arripuit . . . cum litteris domini legati sub hac

1) Franciae et Angliae. 2) Prope Romam; cf. epist. Innocentii III. d. 1203, Oct. 31, Potthast, Reg. nr. 2011. 3) Presbyterum tit. s. Chrysogoni. 4) Prope Cantuariam. 5) Ferrandum. 6) Willelmus. 7) Reinaldus. 8) Potius Iul. 16. 9) Raimundi Berengarii IV. 10) Coloniensis, postea archiepiscopus Rigensis, cuius hic in pluribus cartis mentio fit, quae tamen Germaniam non spectant. 11) Armagh in Hibernia.

1239. forma confectis: *Ottho*[1] *miseratione divina etc. discretis viris conventui Cantuariensi. . . . Discretum virum magistrum Albertum, electum Armacanum, clericum nostrum, cuius fidem et probitatem in multis experti sumus, ad vos et archiepiscopum*[2] *. . . providimus destinandum. . . .*
Mart. 18. *Datum Londoniis* 15. *Kalendas Aprilis, pontificatus Gregorii papae noni anno* 12. . . . . . .

1240. . . . Ricardus comes Cornubie, frater regis Henrici Anglie, cum nobili comitatu cruce signatus, Terram Sanctam adiit; ubi primo Hospitalarios et Templarios dissidentes concordavit, postea apud Ascalonem castrum construxit et, invitis paganis, firmavit. Pagani vero eius timore perterriti, restituerunt ei omnes captivos christianos et omnem terram quam vendicabant; insuper et arcem Syon, quam destruxerant, suis sumptibus in statum pristinum restaurare promiserunt. Tandem, datis induciis 10 annorum hostibus, ad Angliam remeavit. Innumerabilis multitudo barbarorum, ab oriente ebulliens, omnia regna . . .[a] usque ad Hungariam et Russiam, nulli secte, nulli parcens religioni, indifferenter consumit. Isti Tartari appellati sunt. . . . . . .

1241. . . . Premissis epistolis, prout earundem tenores edocent, hinc inde destinatis, sollicitudo nos monuit et induxit curiosa, ut electio, quam de domino Bonefacio Bellicensi[3] feceramus, electo de benignitate sedis apostolice confirmaretur. Unde ad hoc negotium exequendum dilectos fratres, Stephanum tunc suppriorem Cantuariensis ecclesie et suos socios ad curiam Romanam transmisimus, qui nec viarum pericula nec marium discrimina metuentes, pro sue ecclesie promovendis negotiis iter arripuerunt, sub captione Frederici quondam imperatoris in equore Grecorum cum ceteris ibidem captis fuerant penis addicti, et deinceps ad terram venientes, suis rebus et instrumentis spoliati, variis carceribus extiterant mancipati. Tandem dictus Stephanus supprior et Iohannes de Thaneht precibus principum liberati, ad urbem Romanam venerunt fatigati, et domino pape Gregorio iter, casus et actus exprimentes, a sede apostolica sepius factum electionis Cantuariensis ecclesie confirmari postularunt.* . . . . . .

Obiit papa Gregorius nonus. Cardinales a Romanis civibus ad eligendum papam turpiter et miserabiliter coartantur. . . . Fredericus imperator obsidens Romam cum magno exercitu, turpiter a senatu et Romanis fugatus est. . . . . . .

1243. Innocentius IV. papa sententiam predecessoris sui in imperatorem eundem simi-
Ann. Dover. liter excommunicando confirmavit. . . . Ricardus comes[4] duxit uxorem Senchiam, sororem regine Anglie Elianore. . . . . . .

1245. Innocentius IV. apud Lugdunum celebravit concilium generale; ad quod Fredericus imperator citatus venire recusavit, sciens, contumaciam suam et rebellionem contra ecclesiam huius esse causam precipuam convocationis. Missis tamen tribus nuntiis cum comitatu multo, errorem suum nititur excusare, sed frustra; nam, recitatis infidelitatis sue articulis, quibus contradici non poterat, ab imperio deicitur. . . . . . .

1250. . . . Obiit Fredericus imperator, quem Innocentius papa IV. in concilio Lugduni pro multis excessibus condempnavit. . . . . . .

Mai. 31. 1254. . . . In festo pentecostes transfretavit Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus, . . . et postea rediit ad partes suas Sabaudie. . . . . . .

Ann. Dover. 1256. . . . Item Gregorius papa concessit regi Anglie omnem decimationem tam temporalium quam spiritualium ad regnum Apulie et Sicilie perquirendum Edmundo, filio suo, quod ei concesserat papa per anulum suum, Petro de Aqua-blancha[5] episcopo Herfordensi tunc procuratore in curia existente et omnes ecclesias nigri[b] vestis[6] Anglie usque ad 30 milia marcarum sine omni procuratorio obligante. . . . . . .

1257. Concessit dominus papa regi Anglie pro regno Sicilie perquirendo omnem decimam spiritualium, sicut dictum est supra, continuandum usque ad quinquennium, item fructus omnium beneficiorum ecclesiarum vacantium in primo anno usque ad quinquennium, item medietatem fructuum rectorum non residentium in suis beneficiis, item omnia indistincte legata; et ad hec omnia perficienda misit ei executores archiepiscopum Messenensem[7] et magistrum

*) *Manus paulo recentior in margine adnotàt:* Fratres missi ad curiam pro electione Bonefacii episcopi confirmanda capti sunt a Frederico imperatore, et Thomas de Bridlintone ibidem moritur anno Domini 1241.

a) inclusierunt *add. c., quod Stubbs ad fabulam illam refert, quam Mathaeus Parisiensis, ed. Luard IV, p. 77, ita e Petro Comestore narrat:* Creduntur isti Tartari fuisse de decem tribubus, quos Alexander Macedo conatus est includere in montibus Caspiorum. b) *ita c. et ed.*

1) Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis. 2) Edmundum Cantuariensem. 3) Reginae Anglorum avunculo, procuratore de Belley in Sabaudia, de cuius electione Cantuariensis noster plures exhibet epistolas; Lugduni 1245, Ian. 15. consecratus est. 4) Cornubiae. 5) In Sabaudia. 6) i. e. ordinis S. Benedicti. 7) Iohannem.

Rostandum cum plenaria potestate. Sed de ipso regno nichil bene actum est, et omnis illa collatio penitus perdita, Ann. Dov.
et Meinfridus, filius Frederici, licet nothus, regnum illud surripuit. Et eodem anno Ricardus comes Cornubie electus in regem Alemannie transfretavit apud Gernemue[1] in Allemanniam cum Senchia uxore sua et Henrico, filio suo de sua prima uxore comitissa Glovernie[2], et archiepiscopo Coloniensi Conrado et Iohanne de Aveines et aliis baronibus multis, et coronatus fuit apud Capellam Eyse[a] a magnatibus Alemanis in die ascensionis Domini sequenti cum 1257. Mai. 17.
Senchia, filia comitis Provincie, uxore sua, iam regina coronata. . . . . . .

1258. . . . Eodem anno applicuit Dovorie Ricardus rex Allemannie cum Senchia regina sua et filiis suis; et ibidem occurrente ei Ricardo comite Glovernie cum aliis magnatibus terre, antequam terram Anglie ingredi posset, compulsus est iurare ad supradictas provisiones[3] tenendas; et eas sigillo suo confirmavit, et sic ingressus est terram. . . . . . .

1260. . . . Eodem anno Ricardus rex Allemannie transfretavit in Allemanniam, et cito post et subito reversus est et venit Dovoriam, nemine sciente, sine equis et sine harnesio, ita quod equos prioris Dovorensis secum duxit usque Cantuariam et eos retinuit integre per ebdomadam per defectum equitature. Rex autem Henricus agebatur huius Ricardi regis, fratris sui, consilio, Petri de Sabaudia[4], Philippi Basset. . . . Edwardus, primogenitus regis Henrici quarti, sine licentia patris sui transfretavit in Franciam, iter agens per Lugdunum, ubi honorifice susceptus est a domino Philippo electo Lugdunensi[5]. . . .

1261. . . . Tandem[b, 6] habito diutino parlamento inter regem et barones, Ricardo rege Allemannie ex parte regis Anglie procurante et Ricardo comite Glovernie ex parte baronum consentiente, in hoc consenserunt, quod regi Anglie omnia clamia[7] sua renunciaverunt, et quod ipse de sua voluntate et regis Allemannie ordinaret de regno suo in omnibus, sicut prius fecerat. . . . Obiit papa Alexander; successit Urbanus, ante patriarcha Ierosolimitanus, natus de Francia iuxta Trecas[c]; factus est tamen papa per dissensionem cardinalium. . . . . . .

Obiit Senchia regina Allemannie, soror regine Anglie Elianore, scilicet mense Novembris. . . . . . . Nov.

1262. . . . Et cito post hoc transfretavit Ricardus rex Alemanie cum Henrico, filio suo, versus Alemanniam. . . . Eodem anno Ricardus rex Alemannie venit in Angliam die beate Scholastice virginis pro infirmitate Henrici 1263. Febr. 10.
regis Anglie, fratris sui, ut dicebatur, sed aliud fuit in causa, quicquid aliquis sibilaverit. . . . . . .

1263. . . . Eodem anno fratres Predicatores tenuerunt generale capitulum suum apud Londonias in festo Mai. 20.
pentecostes, ubi dominus rex Anglie et rex Allemannie cum eis comederunt una die et multi alii magnates terre. . . . . . .

In quo parlamento[8] fuerunt reges et regine[9] Francie et Anglie, domina comitissa[10] Provincie, . . . dominus Petrus de Sabaudia et multi alii magnates terre. . . . . . .

Eodem anno feria secunda proxima post primam dominicam adventus Domini venerunt Dec. 3.
Dovoriam dominus rex Anglie, dominus Ricardus rex Alemannie, dominus Eadwardus, dominus Henricus de Alemayne . . . cum exercitu magno. . . . . . .

Eodem anno et ipsa vice venit quidam archidiaconus Parisiensis[11] cum litteris pape ad Ricardum regem Alemannie, citans eum ex parte pape, quod in curia Romana compareret in quindena sancti Iohannis sequenti, ostensurus, quare regnum Romanorum invasisset, et super hoc regi Hispanie responsurus, cui regnum predictum debebatur ex canonica electione, sicut dicebat, et preter hec satisfacturus Deo et ecclesie de pecunia crucesignatorum per ipsum regem prius collecta. Et papa in sua littera ipsum vocavit electum et non regem, cum ante fuerit coronatus et inunctus per quinquennium. . . . Regressi sunt predicti nuntii ante natale. . . . . . . Dec. 25.

Hoc tempore cives Londonienses . . . Cistelworthe[12], manerium Ricardi regis Alemannie, penitus conbusse- 1264. Mart.
runt; super quo rex Anglie contra ipsos Londonienses motus, vehementer eis indignabatur.

1264. . . . Rex Anglie et rex Alemannie, frater eius, et Eadwardus, filius eius, cum omni exercitu, quem habere poterant, venerant apud Tonebregge[13] ipsumque castrum ceperunt in festo apostolorum Philippi et Iacobi. . . . . . . Mai. 1.

Quibus[14] occurrens rex cum suo exercitu et dracone suo, bellum iniit cum suis adversariis, et cito post capti fuerunt rex Alemannie, comes Herfordie, Philippus Basset cum triginta aliis nobilibus. . . . . . .

Die vero ipsa dominica redierunt versus Londonias comes Leycestrie cum rege Anglie et rege Alemannie cum Mai. 25.
multis concaptivis suis. . . . Castellanus[15] statim cum garnasio[16], quod habuit, venit ad prioratum[17] et in capitulo monachorum predictum castrum domino regi et comiti liberavit et posuit ibidem custodem dominum Ricardum de Grey, sicque recessit ad domum hospitalis de Strodes[18] cum rege Alemannie. . . . . . .

Tempore illo quo in Anglia hec gesta sunt, citra scilicet purificationem beate virginis[19], 1265. Febr. 2.
mortuus est papa Urbanus, qui dictum legatum[20] ad Angliam destinaverat. Quo defuncto, in electione alterius pape tanta discordia facta est inter cardinales, ut vix in aliquem consentirent. Tandem diu hoc habito, dictus Gwido Sabinensis episcopus, qui antea fuerat miles uxo-

a) apud Aquas *Ann. Dover.* b) Vacat *in marg., ut hic locus reiiceretur, postea annotavit scriba.* c) in Burgundia apud Trois *Ann. Dov.*

1) Yarmouth in Norfolk. 2) Isabella, iam a. 1240. defuncta. 3) Scilicet statuta, quae mense Iunio a. 1258. in parliamento Oxoniensi condita erant. 4) Filii Thomae, qui patri a. 1263. in comitatum Sabaudiae successit. 5) Qui a. 1268. in comitatum Sabaudiae successit. 6) Aestate, antequam Simon de Monteforti m. Septembri in Franciam recessit; pax autem facta est Dec. 7; v. Rymer I, p. 411. 412. 7) Calumnia, vindiciae, Anglice 'claim'. 8) Bononiae-supra-mare m. Sept. ad regem Henricum III. baronibus conciliandum habito. 9) Margareta et Eleonora. 10) Beatrix de Sabaudia, mater reginarum. 11) Willelmus; v. has Urbani IV. litteras, Urbe-vetere a. 1263, Aug. 31. Ricardo datas, ap. Rymer I, p. 430. 12) Isleworth a Londinio septentrionem versus. 13) Tunbridge in Cantia. 14) Scil. Simoni comiti Leicestriae et sociis in proelio Lewensi d. 14. Maii commisso. 15) Castri Roffensis in Cantia. 16) Vel garnesio, i. e. praesidio. 17) Lewensem in comitatu Sussex. 18) Stroud prope Roffam. 19) Potius a. 1264, Oct. 2; anno autem 1265, Febr. 5. Clemens IV. eligitur. 20) Qui a. 1264. medio, rege devicto, 'Angliam ingredi non audebat'.

ratus, tunc autem in Angliam apostolice sedis legatus, per cardinales revocatus est; et in ipsum demum consentientes, eundem in papam consecraverunt; qui et Clemens vocatus est. . . . . . .

Ann. Dover. 1267. . . . Comes[1] enim et barones cum rege pacificati sunt, et pax formata et proclamata est, ita quod terras suas libere possideant, sed domino regi per quinquennium tertiam partem proventuum inde persolvant; et hoc provisum fuit per regem Alemannie . . . et plures alios. . . . . . .

Nov. 11. 1268. . . . Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus Dovoriam transfretaturus accessit . . . die sancti Martini; . . .
Nov. 14. die vero Mercurii proxima transfretavit ad partes suas Sabaudie. . . . . . .

Aug. 4. 1269. . . . In crastino inventionis sancti Stephani applicuit apud Dovoram dominus Ricardus rex Alemanie, veniens de transmarinis, ducens secum uxorem suam[2], quam in pascha antea sibi desponsaverat in terra Alemannie. . . . . . .

Iul. 18. 1270. . . . 15. Kalendas Augusti[3] obiit venerande memorie Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus in partibus suis Sabaudie in quodam castro Sancta Helena vocato . . . Post
1271. modicum vero tempus, procurantibus episcopis, vocatus fuit officialis[4], ut visis litteris veniret apud Wallingforde[5] ad regem Allemannie. Quo cum magna pompa advenisset idem officialis, presentibus sex vel septem episcopis, dictus rex Alemannie cepit predicare officiali, quod tam magna hostilitatis pericula imminebant terre Anglicane: 'Etsi non maiora fierent, tamen dubitamus, quod per tua facta presumptuosa, que cotidie in episcopos et reliquos ecclesie Cantuariensi subditos infers, peiora evenient'; et post longas ambages precepit idem rex dicto officiali in virtute regia, qua vice fratris sui fungebatur, ne aliquas ex-
Mai. 10. communicationum sententias in episcopos fulminaret usque ad quinque septimanas post pascha. Qui officialis ei respondit, quod ad illud tempus supersederet, ita quod idem rex diu optatam de priore Dovorensi et monachis suis faceret habere captionem. De consilio igitur episcoporum responsum fuit ei, ut similiter de captione monachorum usque ad tempus antedictum supersederet. . . . Tempore illo, ex quo ista controversia cepit oriri inter ecclesiam Cantuariensem et Dovorensem, fuit predictus prior[6] in transmarinis partibus in civitate Thornacensi; . . . tandem de consilio amicorum suorum arripuit iter versus Altacumbam[7]. . . . Per octo dies ante adventum suum recesserat electus[8] ad curiam Romanam; . . . sed . . . invenit electum in curia Viterbi. . . . Videns ergo prior moram suam in Burgundia esse dispendiosam, reversus est in Galliam. . . . . . .

1271. Eodem anno mense Aprili in Burgundia . . . fuit tanta inundatio aquarum et terre motus, ut quasi diluvium secundum putaretur. . . . . . .

1274. Mai. Anno Domini 1274, mense Maii Gregorius papa celebravit consilium generale apud Lugdunum, et ibi convenerunt omnes prelati fere totius christianitatis; et in ipso consilio ipse papa petiit et optinuit in subsidium Terre Sancte decimam omnium proventuum ecclesiarum a clero tam spiritualium quam temporalium per sex annos sequentes. In illo concilio reconciliati sunt Greci et conversi sunt ad fidem nostram et ad subiectionem Romane ecclesie. In isto concilio multi prelati de diversis nationibus mortui sunt. Item eodem anno dominus Eadwardus, filius regis Henrici IV, coronatus est apud Westmonasterium,
Aug. 19. a Roberto Cantuariensi archiepiscopo in magna gloria mense Augusti, scilicet die sancti Magni martyris; in qua coronatione fuit rex Scotie[9] et omnes magnates tam Anglie quam Francie, Burgundie, Picardie et Flandrie. . . . . . .

1276. Ian. 1275. . . . 5. Idus Ianuarii[10] obiit Gregorius papa decimus, qui annis preteritis in concilio Lugdunensi omnem clerum in decima danda induxerat in subsidium Terre Sancte. Cui successit frater Petrus, natione Burgundus et de ordine Predicatorum, qui primo exstitit Lugdunensis archiepiscopus, postea per provisionem pape factus est Hostiensis episcopus, ultimo in papam electus et vocatus Innocentius quintus, et intronizatus[11] est post undecim dies predecessoris sui decessum. . . . . . .

Iun. 1276. . . . Mense Iunii obiit papa Innocentius quintus, et post illum electus est Octobonus, quondam legatus Anglie tempore guerre de Lewes vel cito post guerram, et electus est in vigilia[12] sancti Iohannis baptiste et nominatus est Adrianus a loco ubi cardinalis

1) Gloverniae Gilbertus. 2) Beatricem de Falkenberg, quam d. 16. Iun. duxerat. 3) *Iul.* 11. Ann. Dover., qui hinc a nostro discedunt. 4) Cantuariensis Galfridus de Rumenal, qui priorem Dovorensem, ne iuris archiepiscopi eligendi particeps fieret, excommunicaverat. 5) In comitatu Berks. 6) Dovorensis Ricardus. 7) In Sabaudia. 8) Adam prior Cantuariensis, archiepiscopus electus, qui *a.* 1272. *resignavit electionem.* 9) Alexander III. 10) Potius Ian. 10. 11) Potius electus Ian. 21. 12) Haec vel potius Iun. 22. erat dies emortualis Innocentii; Ottobonus autem, cardinalis S. Adriani, a. 1265. legatus in Angliam missus, a. 1276, Iul. 11. papa electus et Aug. 18. mortuus est.

erat; qui in brevi intoxicatus est, ut dicebatur, et mortuus est in mense Septembr.[1] sequenti. 1276.
Post illum electus est quidam cardinalis genere Hyspanus et vocatus est Iohannes vicesimus primus, et mortuus est in anno sequenti; et sicisti quatuor pape creati fuerunt in anno 1277.
fere et dimidio. . . . . . .

1278.[a] Nicholaus papa secundus[2] vocavit Robertum de Kilewarbi archiepiscopum Cantuariensem ad titulum Portuensis ecclesie, scilicet die sancti Gregorii pape. . . . . . . Mart. 12.

1287. . . . 15. Kalendas Martii[3] creatus est in papam frater Ieronimus de ordine Mino- 1288. Febr.
rum et vocatus est Nicholaus quartus. . . . . . .

1290. . . . 7. Idus Iunii proclamatum fuit Sandvyco, quod omnes mercatores Yspanie Iun. 7.
et Ianue ducentes averia de pondere apud Sandvicum essent quieti a theoloneo et omnibus
custumis a predicto die usque ad tres annos sequentes. . . . 7. Idus Iulii Iohannes, filius Iul. 9.
ducis Brabantie, desponsavit Londoniis dominam Margaretam, filiam regis Edwardi. . . . . . .

1291. . . . Proceres regni Scotie . . . subiectioni[4] predicti domini Edwardi regis Anglie et heredum suorum per litteras suas patentes se submiserunt in forma subscripta:

A tous qui cestes lettres verrunt ou orrunt Florens counte de Hoyllaunde. . . . . . .

1293. . . . 12. Kalendas Octobris Henricus comes de Bar desponsavit apud Bristollium Sept. 20.
dominam Alianoram, primogenitam filiam regis Edwardi Anglie. . . . . . .

1294. . . . Tertio Nonas Iulii electus fuit in papam frater Petrus de Morona, solitarius Iul. 5.
de ordine sancti Benedicti. Et 4. Kalendas Septembris consecratus fuit apud Aquilam in Aug. 29.
Apulia et vocatus Celestinus quintus, et primo die mensis Septembris sequenti tenuit primo Sept. 1.
consistorium. . . . . . .

[Memorandum[b, 5], quod die sancte Lucie virginis anno 1294. — — *ad Terram Sanctam* Dec. 13.
transfretare proponit]. . . . In[6] festo sancte Lucie virginis dominus Celestinus papa quintus apud Neapolim renovavit et confirmavit de communi consilio cardinalium constitutionem Gregorii decimi de electione summi pontificis, videlicet *Ubi periculum*[7]; statim cessit plenitudini potestatis et papatum resignavit cetui cardinalium et anulum et omnia insignia papalia deposuit coram cardinalibus et nomen fratris Petri de Morona resumpsit. Et statim cardinales presentes vocare fecerunt omnes cardinales absentes et ipsos expectaverunt per decem dies iuxta constitutionem predictam. Vocatis vero omnibus cardinalibus qui voluerunt et debuerunt interesse electioni, incluserunt se gratis secundum formam constitutionis predicte
et tractaverunt de electione summi pontificis. Tandem per viam compromissi vigilia natalis Dec. 24.
Domini elegerunt concorditer dominum Benedictum de Anagnia presbyterum cardinalem in
papam. Qui die purificationis sequente[8] apud Lateranum Rome fuit sollempniter coronatus 1295. Febr. 2.
et vocatus Bonefacius VIII.

Anno Domini 1295. . . . In crastino nativitatis beati Iohannis baptiste venerunt in Iun. 25.
Angliam, applicantes Dovoriam, duo cardinales, videlicet Albanensis[9] et Penestrinus[10], missi per dominum Bonefacium papam octavum ad regem Francie et Anglie pro guerra mota inter ipsos ratione ducatus Aquitannie, quem occupavit rex Francie in exheredationem regis Anglie. . . . Rex vero Anglie . . . occurrit predictis cardinalibus Londoniis die primo
mensis Augusti. Ad quem diem vocare fecerat per litteras suas prius omnes prelatos et Aug. 1.
proceres regni. . . . Quarto die sequente predicti cardinales, proposito verbo Dei coram rege, Aug. 5.
archiepiscopis Cantuariensi[11] et Eboracensi[12], neutro tamen eorum in Londoniis crucem deferente, ac ceteris prelatis et omnibus proceribus regni causam sui adventus exposuerunt, petentes instanter ex parte pape, quod rex ad pacem animum suum declinaret et treugas concederet sub spe pacis. Ad hec rex: 'Pacem et honorem Dei et utilitatem regni mei volo et semper volui, novit Deus. Sed treugas concedere nolo nec debeo, quia non valeo sine regis Allemannie expresso consensu'. Ad hec cardinales: 'Bene audivimus, quasdam conventiones esse initas inter te et regem Allemannie. Sed placeat tibi mittere nuntios tuos ad

a) *haec in altero quoque codice Cantuariensi, iam Cottoniano Galba E 3, eodem aevo et fortasse eadem manu atque Gervasii Continuatio scripta sunt.* b) *in schedula agglutinata, manu coaeva.*

1) Hoc mense d. 8. Petrus episcopus Tusculanus Hadriano V. successit. 2) Potius III. 3) Potius Febr. 22. 4) Arbitrio *videlicet, cui regnum Scotie iure successionis sanguinis cedere deberet;* cf. Rymer, Foedera I, p. 755. 5) Haec de electione Bonifacii alii quoque Angli habent; v. Raine, 'Letters from the Northern Registers' p. 109; Ann. Dunstapl. et Barthol. Cotton infra. 6) Haec ex memorando praecedente hauriuntur. 7) VI. Decret. lib. I, tit. 6, c. 3. 8) Potius Ian. 23. a. 1294. 9) Berardus. 10) Simon. 11) Roberto. 12) Iohanne Romano.

1295. ipsum regem, et nos similiter nuntios nostros mittemus ad eundem ad petendum et procurandum consensum suum super treugas concedendas'. Ad hec rex: 'Placet mihi'. Et subiunxerunt cardinales: 'Domine rex, ex quo placet tibi pax, et de pace tractari non potest sine treugis, nec treugas concedere potes sine assensu regis Allemannie, qui multum distat a partibus istis, et interim multa mala provenire possent tam in terra quam in mari, placeat tibi interim retrahere homines tuos maritimos ab insultibus et insidiis faciendis genti Francorum'. Ad hec rex: 'Placet michi pro reverentia sedis apostolice et vestra, quod, quandocumque rex Francie retraxerit exercitum suum in Vasconia et homines suos maritimos ab insultibus et insidiis mihi et hominibus meis et mihi adherentibus faciendis, ego similiter et sic faciam'. Predicti vero cardinales, ratificantibus[a] et approbantibus responsum regis, de
Aug. 14. 23. Londoniis vigilia assumptionis beate Marie recesserunt et vigilia sancti Bartholomei apud Dovoriam mare transierunt. . . . . . .

1296. . . . Walterum de Langetone, tunc thesaurarium domini regis, in episcopum
Dec. 23. Coventrensem . . . dominica proxima ante festum natalis Domini dominus cardinalis Albanensis consecravit apud Cameracum de mandato Bonefacii pape octavi. . . . . . .

Aug. 4. 1297. Quarto die mensis Augusti dominus Robertus archiepiscopus confirmavit in capi-
Aug. 28. tulo Cantuariensi magistrum Simonem de Gandavo[1] electum Saresberiensem. . . . 5. Kal. Septembris dominus Edwardus rex transfretavit in Flandriam et applicuit apud la Swyne cum toto exercitu suo contra regem Francie. Et postea captis treugis inter duos reges, scilicet a festo epiphanie usque ad duos annos sequentes, ambo reges submiserunt se ordi-
1298. nationi domini pape. Et postea 14. die Martii rex Anglie applicuit apud Sandwycum. . . . . . .

1299. Mense Iulii episcopus Vincentinus venit in Angliam et quandam formam pacis, quam papa ordinaverat inter reges predictos, apud Cantuariam coram rege Anglie et maioribus regni publicavit, quam statim rex Anglie acceptavit. . . . . . .

Sept. 6. Anno Domini 1303, octavo Idus Septembris Scharra, natione Romanus de genere Columpnensi, cum aliis militibus Campanie, Tolose, Anagnie et quibusdam Francis civitatem Anagniam intraverunt et in palatium bone memorie Bonifacii pape octavi violenter irruerunt et dictum papam in camera sua ceperunt et thesaurum suum et omnia iocalia et alia bona mobilia tam in camera quam capella ibidem inventa abstulerunt. Deinde ipsum papam comminatorie solicitabant, quod papatum resignaret; sed papa constanter asserens, se nolle papatum resignare sub illa forma, huiusmodi sacrilegos acriter arguebat. Et quia dicti sacrilegi nec convitiis nec minis ipsum papam ad resignandum potuerunt inducere, per duos dies continuos subtraxerunt pape inhumaniter alimenta. Orta igitur interim dissensione inter dictos Satane satellites, quis eorum deberet esse maior in civitate predicta, statim mulieres civitatis compatientes pape panem et vinum et palatum pape portabant. Et statim populus Anagnie unanimiter et inopinate, exceptis quibusdam proditoribus, ipsum papam de manibus sacrilegorum viriliter eripuerunt et restituerunt pristine libertati et dictos sacrilegos extra civitatem fugarunt, quosdam vero carceri manciparunt. Ipsis vero fugatis, papa populo se exhibuit. Et restituta magna parte thesauri ablati, papa precepit coram ipso adduci milites incarceratos. Quibus adductis et veniam petentibus, remisit eis benigne omnem indignationem et iniuriam sibi illatam et ipsos ab huiusmodi delicto absolvit.
Sept. 20. Postea papa iter arripuit versus Romam et 12. Kalendas Octobris venit ad Sanctum Petrum. Et cito postea incepit graviter affligi solita infirmitate, videlicet calculi passione, et postea
Oct. 12. quarto Idus Octobris[3] universe carnis ibidem solvit tributum. Undecimo vero Kalendas
Oct. 22. Novembris proxime sequente electus fuit in papam frater Nicholaus de ordine Predicatorum, tunc Ostiensis episcopus cardinalis, et vocatus est Benedictus undecimus.

Anno 1304, duodecimo die mensis Septembris[4] obiit Benedictus papa undecimus.

1305. Iun. 5 Anno 1305, vigilia pentecostes electus fuit in papam archiepiscopus Burdegalensis et
Nov. 14. dominica [post[b]] festum sancti Martini coronatus fuit apud Vyen[5] et vocatus est Clemens quintus. . . . . . .

Anno Domini 1314, die nonadecima mensis Aprilis obiit apud Avinioniam[6] Clemens papa quintus. . . . . . .

a) *ita c.* b) *deest c.*

1) Gent. 2) Rainaldus. 3) Potius Oct. 11. 4) Potius Iul. 7. 5) Vienne. 6) Potius Apr. 20. ad Roquemaure super Rhodanum.

Anno Domini 1316, octavo die mensis Augusti[1] apud Lugdunum creatus fuit in papam dominus Portuensis cardinalis[2] et vocatus est Iohannes XXII. . . . . . .

EX ACTIBUS PONTIFICUM CANTUARIENSIS ECCLESIAE.

. . . De Radulfo. . . . Coronavit etiam Aliziam reginam, filiam scilicet Godefridi 1121.
ducis Lotaringie. . . . . . .

Paschalis[3] enim papa obiit; et Gelasius substitutus, ob metum imperatoris qui Gre- 1118.
gorium instituit, venit in Franciam. Qui cum hec et illa personis inferenda minaretur,
decidit in lectum et obiit; et Kalixtus in Francia papatum obtinuit. . . . . . . 1119.

De Theodbaldo[4]. . . . Tunc leges et causidici in Angliam primo vocati sunt, quorum primus erat magister Vacarius[5]. Hic in Oxonefordia legem docuit. Et apud Romam magister Gracianus et Alexander, qui et Rodlandus, in proximo papa futurus, canones compilavit. . . . . . .

De Huberto archiepiscopo. . . . Inde cum rege Ricardo et Baldewino archi-
episcopo[6] innumeraque nobilium turba peregre profectus[7], ipsum Baldewinum archiepisco- 1191.
pum post obitum sepelivit. Capta vero civitate Accon, cum infecto pro quo venerant negotio
digrederentur, rex Anglie in Alemannia captus est, et Anglia tota pro redemptione regis 1192.
gravissime vexata est. Predictus enim episcopus a rege Ricardo artissime custodie manci- 1193.
pato ad expedienda regis et regni negotia in Angliam missus, adeo splendide, diserte sedu-
loque, tum ad monachos Cantuarienses, quos primo allocutus est, tum ad omnes ecclesias
et populum Anglie regias expressit necessitates, ut tota perturbatio, que in Anglia orta est,
pacificaretur in brevi, et ut rex ipse post annum tantis redimeretur erumnis. Verumptamen,
antequam rediret in Angliam, conventui scripsit Cantuariensi pro episcopo Saresberiensi, ut
eum in patrem eligerent et pastorem. . . . Rex autem Ricardus a diutina custodia liberatus
in Angliam reversus est, et a conventu Cantuariensi cum honore receptus, de communi 1194.
consilio apud Wintoniam coronatus est ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo. . . . . . .

E MAPPA MUNDI.

. . . De archiepiscopis et episcopis mundi. . . . A summo igitur vertice, sacrosancte videlicet sedis apostolice summo pontifice nostro Clemente tertio, incipiendum est et sic per singulos, prout Deus dederit, ad infima descendendum. Licet igitur omnes archiepiscopi de consecratione sint summi pontificis, suos tamen speciales tam episcopos quam archiepiscopos habet suffraganeos, qui ad ipsius solummodo pertinent iurisdictionem et ipsius specialem expetunt benedictionem, sicut in subsequentibus notatum est. Dominus papa non solum Romani imperii, sed et totius mundi obtinet principatum et hos sue ditionis et benedictionis habet suffraganeos[8]: . . . . . .

Archiepiscopus Salzburgensis septem habet suffraganeos: episcopus Ratisponensis, Frisiensis, Brixensis, Pataviensis, Tridentinus[9], Curcensis[10], Curensis[9].

Archiepiscopus Madebergensis quinque habet suffraganeos: episcopus Cicensis, Patelburgensis[11], Prandeburgensis, Merseburgensis, Missensis.

Archiepiscopus Maguntinus novem habet suffraganeos: Bavebericensis, Erbipolensis, Augustensis, Constantiensis, Arientinensis, Spirensis, Wormatiensis, Halberstadensis[12]. . . . . . .

Archiepiscopus Coloniensis . . .; archiepiscopus de Trevis[13]; horum suffraganei nobis desunt.

1) Potius Aug. 7. 2) Iacobus. 3) Haec Gervasius fortasse ex Eadmero SS. XIII, p. 14. in breve coegit. 4) A. 1139—61. 5) Cf. Wenck, 'Magister Vacarius' Lips. 1820. 6) Cantuariensi. 7) Hubertus tunc episcopus Saresberiensis. 8) Sequuntur episcopatus Italiae, Burgundiae aliarumque terrarum, sed minime omnes. 9) Error. 10) Gurk. 11) Corrige: *Havelbergensis*. 12) Huc pertinent Curiensis et Paderburnensis et quos Gervasius prorsus neglexit Eichstadensis, Hildesheimensis, Verdensis. 13) Omittit Gervasius praeter hos Bremensem.

EX LIBRIS DE VITA SANCTI HUGONIS EPISCOPI LINCOLNIENSIS.

Sanctus Hugo Lincolniensis, e gente nobili quae de Avalon, castello prope Pontcharra in dioecesi Gratianopolitana sito, vocabatur anno fere 1135. *natus, circa a.* 1160. *monachus Cartusianus, circa a.* 1175. *in Anglia prior Withamensis conventus factus, inde ab a.* 1186. *episcopatum Lincolniensem usque ad mortem, quam a.* 1200, *Nov.* 16. *Londinii obiit, strenuissime administravit.*

Cuius in Vita quae magna dicitur de parentibus et de domiciliis eius et de rebus ecclesiasticis tunc temporis varia quae Burgundiam spectant referuntur. Auctor libelli, quem Withamensibus inscripsit, Adamus, monachus regulae sancti Benedicti addictus, fuit, qui sanctum Hugonem capellanus familiaris tribus ultimis eius vitae annis usquequaque comitatus est. Itaque quae vidit et audivit veridicus descripsit. Quamquam Vitas Hugonis ab aliis compositas exstare non ignoravit[1], *narratiunculam tantum de cygno qui Hugoni in deliciis erat, a Giraldo Cambrensi traditam et postea episcoporum Lincolniensium Vitis*[2] *insertam, sibi l. III, c.* 6. *vindicavit. In monasterio Eyneshamensi (pagi Oxoniensis) subprioratu*[3] *functus, a.* 1213. *abbas factus, a.* 1228. *a munere amotus, a.* 1232. *adhuc superstes fuisse videtur. Interdicti tempore (a.* 1208 *—*1214*) exsul, iam a.* 1213.[4] *Vitae Hugonis scribendae operam dabat, quam ante a.* 1220, *quo hic in sanctorum numerum assumptus est, quinque libros complectentem absolvit. Codices sunt:*

1) *Oxoniensis Bodleianus Digby nr.* 165, *saec. XIII. ex., initio quidem usque ad libri I. capitulum* 7. *mutilus, quem F. Liebermann in nostrum usum contulit.*

2) *Parisiensis Lat. nr.* 5575, *saec. XV, cui libri tertii finis librique IV. et V. desunt*[5].

Iam olim hanc Vitam ediderunt vel potius in breve coegerunt Winandus de Worde, Legenda Angliae, Londinii 1516; *Petrus Dorlandus, Chronicon Cartusiense Coloniae Agripp.* 1608; *Pezius Bibliothecae Asceticae Vol. X, Ratisbonae* 1733, *qui libro scripto codice* 1 *vetustiore et facile praestantiore*

1) Ed. Dimock p. 3. 47. 294. 372. 2) Cf. Dimock Giraldi Cambr. Op. VII, p. XLIX. 3) Editor num fortasse aliunde ad abbatiam vocatus sit, dubitat; sed *subprior Eyneshamensis Adam* scripsit libellum 'De visione purgatorii fratris sui Edmundi', quem Rogerus de Wendover, ap. Matth. Paris. ed. Luard. II, p. XIII, adhibuit; de codicibus cf. Hardy, 'Descr. Catal.' I, p. 78; III, p. 50. 4) Hoc apparet ex libri V. prol.; c. 10. 11. 13. 5) In bibliotheca Basileensi asservantur cod. A. VI. 36. 4°. s. XV. med., qui eisdem verbis quibus Adami Vita, omisso tamen prologo, incipit, et A. IX. 28. 8°, qui eiusdem operis versionem germanicam s. XV. continet. Haec nobis H. Boos prof. benigne communicavit.

usus esse videtur. Opus integrum libris scriptis adhibitis v. d. I. F. Dimock inter Rerum Britannicarum medii aevi SS. a. 1864. *recensuit.*

Qui primus 'The metrical life of St. Hugh of Lincoln', carmen heroicum ex Adami Vita et Relatione de sancto canonizando a. 1220. *papae missa et ex Giraldo Cambrensi et intima quam auctor anonymus*[1] *habuit rerum Lincolniensium cognitione iam ante a.* 1234. *compositum, a.* 1860. *e codicibus:*

1) *Musei Britannici Regio nr.* 13. *A IV, saec. XIII. med., et*

2) *Bodleiano Laud. nr.* 515, *saec. XIII. ex., accurate publici iuris fecerat. Nos, codice* 1 *a F. Liebermann collato, ex hoc quoque carmine quaedam adiecimus.* *R. P.*

EX VITA SANCTI HUGONIS AUCTORE ADAMO.

EX LIBRO I.

1\. . . . Et genitricis[2] quidem solacio, cum prime necdum etatis metas excessisset, orbatus est[3]; collegioque regularium clericorum[4] una cum genitore[5] brevi postmodum sociatus. Erat ferme octennis[6], cum milicie spiritualis subiret[a] tirocinia. . . . Consequenter prime institucionis sue seu educacionis in hunc modum ordinem retexebat: 'Pater', inquit, 'meus, cum pueriles annos ingressus elementa iam prima litterarum percepissem, patrimonium liberis suis in funiculo distribucionis partitus est. Portionem vero, que inter cf. Ps. 78, 55. fratres minimum me[b] contingebat, regularium clericorum collegio contulit. Nec diu moratus, omnia que mundi sunt funditus abiciens, Christi miliciam subiturus, tiro in castris celestibus, in mundanis iam emeritus, repente efficitur. Nec enim emeritorum immunitas sibi potuit esse amori, que, etsi fatigatis milicia indulget quietem, sed defunctos a miseria non absolvit eciam post mortalis vite expletum laborem. Vite igitur regularis, cuius iam olim gessit mentem, suscepit vestem, et quod sibi concessum non fuisse[c] medullitus gemebat, in ipso mundi ingressu de mundo egredi, que mundi sunt nescientem facile persuadens, me pariter secum spirituali milicie consortem ascivit[d]. Est ecclesia in territorio Gratianopolitano, canonice professionis clericos fovens numero quoad minus septem. Spectat cum suis quoque incolis locus ipse ad matricem et cathedralem [ecclesiam[e]] Gratianopolitanam, que ipsa eiusdem professionis nobili pollet examine. Hanc semper affectu coluit speciali genitor meus, que et suis castellis ac terris situ confinis erat; et ipse, ut filius devotus, maioris ecclesie graciam in filie ipsius reverentia[f] se complecti gaudebat. Inter canonicos illius loci senior quidam religione celeberrimus, scientia quoque spectabilior ceteris habebatur. Huic nobilium liberi certatim a parentibus tradebantur secularibus simul et ecclesiasticis literis imbuendi necnon et ethicis informandi disciplinis. Hic mihi sacras litteras inter ipsa rudimenta summopere ingerens, blandimentis quibus posset et monitis teneros animos ad solidioris spiritualisque amorem doctrine accendere nitebatur. A ludendi vero iocandique vanitate varia mentis mee intentionem arte suspendens, honestis implicabat cuiuscumque rei exerciciis[g]. Coevis autem et sodalibus pueris frequenter ex more ludentibus, mihi talia leniter instillabat paterne dulcedinis hortamenta: "Non te", inquit, "dulcissime fili, stolida illiciat vagaque levitas sociorum. Sine illos. Sorti tue istorum studia minus conveniunt". Addebatque: "Hugonete, Hugonete, ego te Christo nutrio; iocari non est tuum"[7]. . . . . . .

3\. Ut autem cepte narracionis ordinem seriatim prosequamur, Hugone iam adulto, pater eius senectutis extreme crebris cepit urgeri incommodis. . . . Fuerat vero modestie singularis, moribus suavis et honestus, comitate strenuus, benignitate acceptissimus. De quo, licet in rem quam intendimus videamur in digressionis preiuditium aliquatenus venire, quiddam relatu mirum, quod ipsum sepius referre non pigebat Hugonem iam episcopum,

a) suberit 2; subiit *Pez, Dorland.* b) se 2. c) fuisset 2. d) accivit 2. e) *deest* 2. f) reverentiam 2. g) exerciis 2.

1) Cf. tamen Hardy, 'Descr. Catal.' III, p. 214. 2) Annae. 3) Scil. Hugo. 4) Villae Benedictae, iam Villarbenoit prope Pontcharra. 5) Willelmo domino de Avalon. 6) Itaque circa a. 1143. 7) Cap. 2. narratur: *Quantum in discenda Dei voluntate fuerit sollicitus;* sunt religiosissimae vitae laudationes.

iam levia nec audientem libenter nec proferentem, non absurdum sit inserere lectori. Manebat in quodam patris ipsius fundo negociator quidam, quem et ipse tunc puer bene noverat, qui merces a peregrinis delatas regionibus vicinis venumdare consueverat. De remotis partibus suos post interposita morarum spacia repetens lares, dominum suum adire solebat; munusculis, ut erat facetus et liberalis, ipsum plerumque honorans exoticis et pro suorum cautela, quos in sui absentia clementer fovebat, debitas ei impendens graciarum actiones[1]. . . .

Igitur Hugoni, qui fratribus universis viribus totis devotione serviebat filiali, prioris sui mandato iniungitur speciali, quatinus suo precipue et peculiarius, in quibus opus haberet, serviret genitori. . . . . . .

c. 1153. 4. Annum vero etatis iam ingressus nonum decimum, petente omni cetu fratrum, per venerabilem Gratianopolitanum antistitem[2] gradum invitus ascendit leviticum. . . . . . .

5. . . . Vicinam igitur cellulam, quam vocant Sanctum Maximum[3], eo quod eius basilica sancto est proxima Maximo, regentium nobili patrono, consecrata, ei committit regendam. Quam ille rebus quidem necessariis pene vacuam, quia recusare obedientiam obedientie addictum legibus fas non erat, suscepit bonisque in brevi ubertim implevit. Loci sane illius possessiuncule vix unico ad honestam videbantur habitatori sustentacionem cum familia parva sufficere. . . . . . .

7. . . . Comperta vero sancta et sublimi opinione Carthusiensium monachorum, cum inexplebili cordis desiderio eorum hanelabat informari exemplo. At primo quidem, dissimulata huius desiderii vehementia, obtinere studuit, ut simul cum priore suo iam superius memorato illorum mereretur aspectu et affatu potiri. . . . Intuebatur vero et intuens mirabatur locum, ipso situ nubes pene supergressum et celo contiguum, ab omni penitus terrenorum inquietudine semotum. Considerabat tantam ibi opportunitatem vacandi soli Deo, cui negotio hic videbatur adminiculari predives librorum abundantia, legendi facultas copiosa, orandi quies inconcussa[4]. . . . . . .

12. Promotus itaque[a] iuxta verbum viri Dei ad gradum sacerdocii, quantum crevit ordine, tantum in sacra profecit devotione. . . . . . .

13. Per idem tempus vir sanctissimus, Tarentasiensis[b] archipresul Petrus[5], Cisterciensis monachus, Cartusiam sepius adire solebat ibique in cella solitaria[c] infra sanctorum illorum habitacula, velud intra[d] mellita quedam alvearia, pluribus per intervalla mensibus ut apis[e] prudentissima commanebat. . . . Huius itidem Hugo mancipatur obsequio, servitio delegatur. . . . Extat usque in presens sub declivi montis latere, quo itur a monachorum mansionibus ad fratrum diversoria, sedes quedam pro sancti pontificis illius pausatione illic[f] frequentius in eundo et redeundo usque ad sudorem fatigati parata. Neque enim ibidem equitare, quia vel priori[g] loci hoc minime licebat, archiepiscopo aliquatenus libebat. Est autem sedes huiusmodi: stant cominus due proceritatis immense abietes, locum sessionis humane capacem medio inter se spatio prebentes, hiis per transversum inscissis modice insertus est vectis taxeus quadrus nec multum grossus: hoc erat totum cathedre huius pontificalis opus. In hac sedentem vidimus aliquoties[6] iam episcopum Hugonem de suo quondam archiepiscopo, iam regnante in celo, hec et alia nobis gratissime referentem et sudorem sancte sue faciei extergentem: nec enim parum laborabat et ipse in ascensu vie illius. . . . . . .

c. 1170. 14. Post hec, cum[h] iam Hugo, in quietis sue nidulo per bina circiter lustra moratus et mundo plene mortuus, plumis undique et pennis fultus solidissimis, ad volatum esset aptissimus, procurationem tocius domus ei quantum licuit renitenti prior suus delegavit. . . . . . .

EX LIBRO II.

c. 1174. 1. Ea igitur tempestate, qua bono Christi odore inter ceteros domus Cartusiensis spirituales viros Hugonis nomen celebre multorum circumquaque corda mulcendo etiam ora

a) igitur 2. b) Taretas. 1; Tarentariensis 2. c) solitarius 2. d) inter 2. e) apes 1. f) ac sic 2. g) ipsius *add.* 2. h) *deest* 2.

1) Necatur a coniuge adultera, quod facinus canis domesticus detegit. 2) Geoffridum, qui Friderici partibus favebat; cf. Gallia Christ. XVI, col. 239. 3) Hodie St. Maximin, vicus prope Pontcharra. 4) Sequuntur multa de Cartusia; Hugo *monachus Cartusiensis effectus est;* cap. 8. 5) A. 1142—1174. 6) A. 1200. auctor Lincolniensem Cartusiam comitabatur; v. infra l. V, c. 14.

repleverat, contigit ad regis Anglorum Henrici secundi[a] notitiam virtutum illius famam tali occasione pervenisse. c. 1174. Quadam die rege in transmarinis agente, venit ad eum vir quidam nobilis de Morienne[1] partibus . .[b] nomine. Rex vero de ordine Cartusiensium inter alia mutue sermocinationis verba pleraque ab eodem inquirere cepit. Nam dudum, sancte illius conversationis fama preventus, asciverat de domo prefata quosdam fratres, quibus et locum quem ipsi elegerant in Anglia contulerat, villam[c] scilicet Witham appellatam, in Bathoniensi territorio[2] sitam, cum terris et silvis, cum pascuis et vivariis necnon et aliis fundande illius ordinis domui necessariis. . . . A viro igitur memorato super hiis tale recepit consilium: 'Ab hiis', inquit, 'domine mi rex, fluctibus unico vos et efficacissimo liberare potestis consilio. Est in domo Cartusie quidam monachus, natalibus quidem clarus, sed morum strenuitate[d] longe preclarior[e], nomine Hugo de Avalun'. . . . Dicenti quoque rex multum applaudens et gratias agens, dirigit quam celerrime cum litteris regiis ad domum sanctam legatos venerabiles, dominum videlicet Reginaldum Bathoniensem episcopum cognomento Lumbarh[3] et cum eo viros quosdam strenuos et industrios.

2. . . . De visione qua[f] per sanctum Basilium[4] visitari meruit et curari. . . . . .

3. . . . Venientes autem regis legati Cartusiam, assumpto secum venerabili Gratianopolitano episcopo[5], ipsius loci diocesano, litteras domini sui priori[6] et fratribus presentatas persuasoriis[g] verbis suppliciter et strenue prosecuntur[7]. . . . .

EX LIBRO III.

4. . . . Verum, ne in[h] multis immoremur, honorabiles sub festinatione diriguntur 1186. Cartusiam legati. Quo pervenientes, petitionem Lincolniensis ecclesie, regias preces, monitionem archipresulis[8] scriptis verbisque allegant. Qui etiam, ut dignum fuit, honorifice suscepti, gratifice exauditi, reditum accelerant, mandatum prioris et fratrum ad Hugonem reportantes, quatinus canonicam de cetero domino Cantuariensi obedientiam exhibiturus in eo quoque ad presens suppliciter[i] obediat ei, ut, hesitatione omni seu dilatione postposita, suscipiat humiliter, quod ei divinitus constabat imponi, iugum Domini. . . . . . .

14. . . . 'Nam dudum', inquit, 'cum prioratum gererem Withamie, contigit me tempore generalis capituli adire Cartusiam. Occasione autem itineris preteriens castrum de Avalun, cuius frater noster Willielmus arcem noscitur obtinere, declinavi[k] in domum eius[9]. . . . . .'

EX LIBRO IV.

4. . . . Apud Holandiam[10] tamen, quod pretereundum non est, Willelmus de Avalun, episcopi consobrinus milesque acerrimus, generosi sanguinis vena incalescens, cum stricto mucrone quidam armatorum pontificem funesta pararet ferire audacia, iam percussuro se fortiter obiecit. Cui etiam vi magna extorquens gladium, ni prohiberetur districtius a presule, eum absque vulnere abire non sivisset. . . . . . .

9. . . . Hoc autem arcioris erga istos dilectionis studium emulatio sancti Hugonis Gratianopolitani[11] indiderat ei. Hic enim beatus episcopus, precipuus olim adiutor et informator eorum, qui provide atque sanctissime ordinem Cartusiensem primitus instituerunt, huius ab adholescentia sua conversationis professor extitit et devotissimus observator. . . . . . .

12. . . . Duorum admodum venerande sanctitatis virorum de una eademque causa geminam, sed diversam sententiam explicamus, scilicet Hugonis Gratianopolitani antistitis,

a) Henricis 1. b) *lacuna unius verbi* 1; nomine *deest* 2. c) willam 1. d) honestate 2. e) clarior 2. f) quam *ed. Dim.* g) persuasoribus 1. h) *deest* 2. i) simpliciter *Pez.* k) delitiavi 1.

1) Quae a. 1173. inter Henricum II. et Hubertum comitem Morianae tractabantur v. supra p. 84 sqq. 2) In pago Somersetensi. 3) Cf. supra p. 32; Reginaldus a. 1173. archidiaconus Saresberiensis pacto Morianensi interfuit (G. Henr. supra p. 87) et a. 1174, Iun. 23. *in ecclesia s. Iohannis Morianae, archiepiscopo Tarentasiae praesente, episcopus* consecratus est; Rad. Dicet. supra p. 266 sq. Tunc fortasse s. Petrus Hugonem discipulum suum Anglis commendavit. 4) Quo a. 1151—1173. priore vixit Hugo in Cartusia, unde post eius mortem discessit. 5) Iohanne I, quondam monacho Cartusiensi. 6) Guigoni. 7) Hugo prioratum de Witham suscepit c. a. 1175; comites eius erant Cartusienses *Girardus laicus reverendae canitiei, sanguinis etiam generosi* (c. 6) et Einardus, de quo v. infra l. IV, c. 13. 8) Baldwini. 9) Fratris *necdum fandi potens filius* Hugoni arridet. 10) Inter Lincolniam et Cantabrigiam. 11) Qui obiit a. 1132.

de quo paulo superius[1] tetigimus, et sancti Antelmi[a] Belensis[2] reverendi presulis, quorum posterior Cartusiensis, prior vero Liridensis[3] monachus fuit. Ille autem, cum mire esset verecundie et summe pudicitie[b], nullam penitus feminarum dignoscibiliter intueri solebat. . . . Dicere idem[2] consueverat: 'Ego sane', inquit, 'feminas indifferenter quaslibet aspitio, sed mox universas excorio'. . . . . . .

Cuiusdam viri admirabilis a Morienne finibus oriundi brevis est historia perstringenda[4]. . . . Talibus vero Hugo noster suos alebat Withamenses ferculis verborum. . . . . . .

13. . . . De fratre Einardo iocunda narratio. . . . Ab annis pene centum in diversas mundi partes pro instituendis illius ordinis domibus a suis Cartusiensibus longe lateque directus, demum iam decrepitus huius negocii causa pervenerat Withamiam; Cartusiam redire cupiebat[5]. . . . Hic etiam cum vice quadam per fines apostatarum[c] Albigensium transiret, conserto cum eis sermone, audivit eos protervis vocibus omnia ecclesie Dei sacramenta blasphemantes. Qui nimio contra impios zelo excandescens, accessit ad proximos illarum partium catholicos proceres virosque potentes induxitque eos, ut sumptis armis in perfidos irruerent et ex eis innumeros trucidarent. Unde contigit, ut illis in locis nullus erroris infandi assertor ulterius compareret. Iam vero huius facti exemplo longius propagato, brutum illud homunculorum pestiferumque genus magno fidelium sudore abrasum est ac Deo miserante deletum[6]. . . . . . .

EX LIBRO V.

7. . . . Serpentis livor antiqui . . . suggerit regi[7], plurimos esse inter ecclesie Lincolniensis canonicos, qui redditibus innumeris locupletes: . . . 'rebus oportunis sufficienter instructi, vestra possint negocia propriis illorum sumptibus in curia Romana, in Alimania atque Hispania necnon et alibi, quo eos censueritis destinandos, competenti sollercia expedire'. . . . . . .

1200. 13. Expleto iam uno post regis[8] coronationem anno, ad petitionem illius transfretavit iterum episcopus[9], ut interesset colloquio ipsius cum rege Francorum, in quo demum pax reformata est inter eos. Videbatur sibi tunc oportunum tempus invenisse vir Dei, ut domum inviseret Cartusiensem. Habuerat sane iam diu in votis, ante vite presentis excursum locum semper amatum adire statumque ordinis presentialiter intueri et gregis illius quam pusilli tam et sanctissimi aspectu et affatu interna sua desideria ab externis tumultibus aliquantulum respirando uberius refovere. Optaverat profecto sarcine etiam pastoralis cure ex integro, si daretur facultas, renuntiare, ne mundanis litibus decidendis sub pretextu spiritualis officii, ordine ut memorabat prepostero, totis ferme diebus cogeretur inservire. . . . Verum iter eius versus Burgundiam prosequamur. Licentia igitur a rege et archi-
Mai. 31. episcopo apud castrum de Andeli petita et accepta, ultima[d] die mensis Maii, que fuit quarta feria pentecostes, proficisci cepit. . . . Divertit itaque dierum trium itinere a via, que ducebat Cartusiam, ad Montem utique Dei venitque ad Montem Antonii[10], ubi ignea lux incendii gehennalis dum visibiliter extinguitur, quodam velut nature sue invisibili preiuditio assidue cancellatur[11]. . . . . . .

Perlatus est autem insaciabilis hic solitudinis amator et inhabitator[12] a Constan-
1070. tinopoli ad illius deserti regiones circa id temporis, quo viri doctissimi et, quod pluris
1086. est, in sancta religione precellentissimi, magister Bruno cum collega suo Lauduino et aliis quinque electissimis ad spirituale tirocinium commilitonibus eorum in montibus vicinis sacra Cartusiensis ordinis fundamenta iacere sunt aggressi. Qui, more suo hereti-

a) Ancelini *codd.* b) puditicie 1. c) apostarum *codd.* d) *ita Pez;* prima *codd.*

1) Supra c. 9. 2) S. Antelmus de Belley a. 1163—1178. 3) Error. DIMOCK. 4) Hic, *liberis et uxore relictis, Terram adierat* Sanctam; ab Agarenis captus, cum filio principis placeret, *illaesus revertebatur;* postea Cisterciensis factus, *semper aestivo tempore Cartusiam visitabat.* 5) *Abire cepit; at episcopus eum insecutus est; redeunt alacres. Hic quondam a Cartusia in partes Hispaniarum missus, duos eremitas in Affrica captivos pretio liberos impetravit dimitti.* Sunt auctoris verba e cap. 13. excerpta. 6) *Iam centenarius iubetur in Daciam pergere; gentis illius exhorrescens barbariem, ait: 'A Denemarchia libera nos, Domine'; consueverat enim, quanquam laicus et illiteratus, ad singula pene verba scripturarum sermonibus, quos usu didicisset, uti; censura inobedientiae de ordine eiectus, tandem Danemarchia ut petierat liberatus, ad Angliam destinatur. Biennio ferme antequam hec scriberentur, vicesimum sextum ut dicitur annorum transgressus lustrum, migravit ad Dominum:* id est c. a. 1211. 7) Ricardum I. alloquuntur inimici cleri. 8) Iohannis. 9) Hugo. 10) In dioecesi Viennensi. 11) Sequuntur miracula *salvationis ab igne sacro,* de quo cf. Häser, 'Gesch. der epidem. Krankheiten' p. 94. 12) S. Antonius, qui obiit a. 356.

corum contubernia perhorrescens, Maumeticolas fugiendo dilectam olim deseruerat Egyptum urbemque memoratam, quo se transferri permiserat, multa insignium miraculorum gloria aliquot annis decoraverat. Set neque in istis tamen beneplacitum erat ei, in quibus fermentum non uniforme, sed error[a] plurimorum totam pene massam corruperat. Congratulans vero velud subite cuidam resuscitationi inolite sibi conversationis, perferri se disposuit in partes illorum, quos etiam spetialius in unitate catholice matris ecclesie edere novit pascha dominicum in azimis sinceritatis et veritatis. Verum ne languidis ope sua indigentibus aut ipse deesset aut solitarie degentibus ex confluentium multitudine importunus existeret, non presentiam sui, sed viciniam dilectis sibi accolis heremi condonavit, favoris tamen et amoris vite quondam sue professoribus eximium prerogavit inditium, dum suas peculiariter reliquias viro reverentissimo priori Cartusie Gigoni tangendas et exosculandas indulsit. A quo ipsas transponi etiam ac in novam, quam idem vir de taxeis compegerat tabellis, reponi voluit capsam et sollerti devotione recondi. . . . Ad huius[1] itaque sacratissimam aram Hugo noster, episcopus quidem offitio, sed heremita proposito, divina 1200. quam devotissime celebravit. . . . . . .

14. Debitis ergo votis patrono tanto solutis, . . . Gratianopolim proficisci instituit. Inde namque ad Cartusiam per ardua montium et aspera rupium iter expeditius et locorum natura et commeantium frequentia patefecit. Inspeximus quoque arces et castella secus viam, qua itur ad Sanctum Antonium, fulmine cum dominis suis pessumdata, eo quod peregrinis eius iniurie fuissent in eis illate. . . . Cuius iam adventus mox ut Gratianopolitis innotuit, universi pariter in obviam ruunt viro, in partibus illis votis omnium exoptato. Quem suo cum antistite[2], viro admodum venerabili, extra urbis menia susceptum, per urbem mediam, floribus et palliis olosericis[b] varioque decore ob eius specialiter reverentiam splendidius coronatam[c], usque ad sancti Iohannis baptiste ecclesiam cathedralem cum canticis leticie et sollempni deducunt processione. Erat autem natalitius dies eiusdem post Iun. 24. unicam mundi dominam Dei genitricem tam ordinis Cartusiensis quam et episcopi nostri specialis advocati, precursoris Domini. Missam maiorem maxima cum devotione Hugo celebravit. . . . Baptizavit quoque ipsa die puerum iam septennem, filium militis strenuissimi Willielmi de Avalun, fratris sui, quem de sacris fontibus presul Gratianopolitanus suscepit. Cumque patruus ipsius pueri vehementer instaret, ut nomine suo, quod est[d] Petrus, vocari debuisset, suggerente presentium scriptore[3], respondit ei Hugo: 'Nequaquam, sed vocabitur Iohannes; preiudicat enim tibi et loci et diei presentis patronus'. . . . Peregimus autem tante sollempnitatis diem cum eiusdem civitatis episcopo, a quo tam splendide nobis exhibita sunt quecumque iura hospitii exigebant, ut videretur modus ipse excedere modum. Diceres, tunc dapsilitatem Burgundionum ipsum quoque vicisse luxum effusionis Anglicorum. Iun. 25. Inde summo mane sequentis diluculi tendentibus nobis Cartusiam, maiorem pene itineris partem pedibus conficere cogebantur quos equi vehebant. Ascensus enim continuos per ardua et confragosa montis latera equi sessore vacui vix explicabant; burdones vel asini hunc liberius permeant callem[e]. Episcopus, neccessitate suadente, conversus in peditem, nimio licet sudore lassesceret, spiritu tamen promptus et alacer, socios meando lassabat. Id tamen sollicitus providebat, ut dormientibus tempore meridiano fratribus ad ipsos perveniret; cavebat summopere, ne suus adventus quietem illorum saltem modice infestaret. Mansit apud eos, immo inter eos, tribus continue[f] septimanis, quasi unus ex eis, horis maxime nocturnis psallentium numquam choro fratrum absens. Dormiebat in cella solitaria semper solus. Quo etiam tempore quantum ibi hauserit quantumve sparserit ex vicaria collatione virorum sanctorum dulcedinis spiritualis, nemo a nobis expectet litteris explicari. Id namque ne verbis quidem posset effari vel ipsemet qui rebus id ipsum meruerat experiri. Veniebant illuc gratia visendi[g] eum episcoporum[h] nonnulli, clerici quoque et laici quam plurimi. Pauperes in vicina commanentes parochia quasi ad olim conclamatum et iam redivivum parentem proprium confluebant certatim ad eum. . . . Mansit quoque apud inferiorem, ubi conversi morantur, habitationem diebus aliquot. . . . Insinuaverat ei episcopus Genevensis[4], quanto eum suus consul preiuditio annis iam ter quaternis depressisset, unde vin-

a) errorum 1. b) obsericis 1; holosericis *Pez.* c) ornatum *Pez.* d) erat *Pez.* e) *sic Pez;* calcem 1. f) *sic Pez;* commune 1. g) visitandi *Pez.* h) episcopi *Pez.*

1) Sancti Antonii. 2) Iohanne. 3) Adamo. 4) Nantelmus Cartusiensis a. 1185—1206, de cuius lite cum Gulielmo et Humfrido filio, comitibus Genevensibus, habita v. 'Régeste Génévois' 1866, p. 119 sq.

culo[a] anathematis ipsum ab olim innodaverat. Ob cuius etiam metum propriam civitatem ingredi non audebat. Nam, si nos memoria non fallit, asserebat, tria iam effluxisse annorum lustra, ex quo sedem sue cathedralis ecclesie prohibitus est adire. Tunc fortis ille noster et fidus, ut de illo quidam versificus[1] cecinit, 'pastorum baculus', plurimum consolans et corroborans fratrem afflictum et mestum, misit quamtocius priores duos ex ordine Cartusie, ut comitem[2] corporis diutino languore maceratum exhortarentur, quatinus patri suo episcopo et ecclesie matri sue reconciliari festinaret, posuitque verba in ore[b], id precipue dicendum ei inconculcans[c], ut patris gratiam flagellantis satageret inquirere, ne morte cicius irruente fieret extorris a filiorum Dei hereditate. Hos vero illa ad se[d] loquentes aspernanter quidem presentes audivit, sed, postquam recesserunt, obtentu viri Dei, ut ipse perhibebat, in se reversus ac medullitus ad vim verborum que illi mandaverat conpunctus, ecclesie quam leserat satisfecit. Sicque absolutus primum a sententia, deinde a carnis sarcina, in pace quievit.

1200. Post spatium autem trium ebdomadarum episcopus sciens esse scriptum: *Relinquet*
Gen. 2, 24. *homo patrem et matrem et adherebit uxori sue,* ad ecclesie curam, quam olim desponderat, redire disponens, preter alia donaria pignora inestimabiliter preciosa ecclesie, a cuius uberibus in virum perfectum coaluerat, iam ultimum ei valefaciens iamque discedens, in perpetuam sui memoriam dereliquit. . . . . . .

Expleta vero largitione prefata, episcopus ad inferiora conversorum habitacula continuo descendit. Die postera, Cartusie Dei benedictionem imprecans et suam largiens, corpore tenus decessit a loco in quo iugiter corde permansit et animo. Rogatus autem sepius instantissime a viro devoto et strenuo, priore Sancti Domnini, quatinus domum quam regebat[e] presencie sue dignaretur accessu, ad eius cellam divertit. Qui eum[f] una cum fratribus suis suscipiens obviatione sollempni velud angelum Domini, egit cum eo diem sollempnem in cordis leticia et exultatione spirituali. Disponebat vero episcopus invisere quoque Villam-benedictam[3]; sic enim vocatur cella in qua religionis sacre libavit primordia. Dictante vero ratione itineris, perrexit prius ad castellum quod fuerat patris sui, in quo mansiones habebant et non modicam dominationem duo ipsius germani, Willelmus videlicet et Petrus. Hii semper Hugonem, utpote milites strenui, ita ad virtutis cursum incitare gaudebant, ut solet admisso subdi calcar equo[4]. O quotiens isti non tantum episcopo, sed consiliariis quoque ipsius et presentes suggesserunt et absentes mandaverunt, ne in falsorum fratrum seu crudelium dominorum persecutionibus animo lassaretur! Asserebant, malle se natum ipsum non fuisse, quam eum contra natales ingenuos ad depressionem libertatis ecclesiastice vel ad momentum animo degenerante cessisse. Ad hos igitur hospitandi gratia veniens, non istorum solummodo, sed nobilium, mediocrium et infimorum[g] loca vicina incolentium uniformi congratulatione suscipitur, a quibus et biduo ibidem detinetur. Die demum tercia ad canoniam pervenit Ville-benedicte, quam loci incole Vilar-benerth vulgari appellant nomine. Nec est dictu facile, quantum suus adventus prestitit tripudium, non solum eiusdem loci incolis, immo et omnibus circumquaque vicinis. Dedit autem ecclesie illi bibliotecam[5], decem comparatam marcis argenti. Invisit et cellulam, cuius, ut supra[6] diximus, prioratum quondam adholescens gesserat, que nominatur ad Sanctum Maximum. In hiis vero locis vallabant eum viri decrepiti et senes cano capite, anus etiam incurve et mulieres annis provecte. Ab hiis Hugoni applaudentibus Hugonis rudimenta inter eosdem velud lilium quondam germinantia miris attolluntur preconiis. Asserebant, ipsa quoque illius prime adhuc etatis initia quadam insite virtutis lingua future sanctitatis in eo prenuntiasse insignia. At ille castrum repetens denuo prenotatum, una ibidem nocte quievit. Inde iam festinato in Angliam tendens, ad Belensem[7] altera metatione devenit urbem. . . . [In[h] hoc autem itinere quatuor sui ordinis domos invisit et adivit,] Cartusiam videlicet, Alveriam, Lovinium et Vallem Sancti Petri. Alveriam, cum esset propter loca montuosa accessu difficilis et ab itinere nostro remotior, hac specialiter de causa expetiit: Belensis quondam episcopus[8] ex priore eiusdem domus assumptus ad

a) excommunicationis et *add. Pez.* b) eorum *add. Pez.* c) inculcans *Pez.* d) talia *add. Pez.* e) visitare *add. Pez.* f) *sic Pez;* enim 1. g) infirmorum 1. h) *ita Pez; haec des.* 1.

1) *Magister Iohannes Leircestrensis huiusmodi distichon ad pedes posuit* corporis s. Hugonis mortui:
Pontificum baculus, monachorum norma, scholarum
Consultor, regum malleus Hugo fuit;
infra c. 20. 2) Fortasse Willelmum I, qui a. 1195. obiit. 3) Villarbénoit. 4) Cf. Ovid. Ex Ponto II, 6, 38. 5) V. Wattenbach, 'Schriftwesen' ed. 2, p. 128. 6) L. I, c. 5. 7) Belley in dextra ripa Rhodani. 8) Artoldus abdicavit a. 1190.

cathedram, onere iam pastoralis cure abiecto, ibi denuo cellicolam se simplicem effecerat, ut celestibus desideriis liberius inserviret. Qui nostri pontificis longo ex tempore exestuans desiderio, affatu ipsius et aspectu cupiebat refoveri. . . . Tunc a Lincolniensi dominus quon- 1200.
dam Belensis formam pacis inter reges nostros[1] inite sibi petiit coram fratribus retexi; nam concordie illorum ipsum interfuisse cognoverat. Ad quam viri tanti petitionem ferventissimus ordinis zelator haut modice contristatus, ita leniter et quasi iocando ait: 'O', inquiens, 'domine pater, rumores audire et referre etsi licet episcopis, set monachis non licet'. . . . . .

15. . . . Omittimus, inquam, Cluniacum, et quam devote locum, modernarum religionum fontem, adierit. . . . Sed et Cistercium cursim[a] pertransimus. . . . Deinde, voti compos Aug. 15.
effectus et fratrum loci illius orationibus commendatus, Claram-vallem visitavit. Miserat siquidem sancte recordationis Iohannes Lugdunensium quondam[2] archiepiscopus in occursum eius quosdam venerabiles viros, obnixe sibi supplicans, quatinus in loco commoranti prenotato olim desideratam presentie sue copiam exhiberet. Qui iam evo gravis officio cure pastoralis renuntiaverat, retentisque dumtaxat iussu summi pontificis insignibus pristinis, in illo sancto cenobio sacre contemplationi sedulus vacabat. . . . Post hoc monasterium Sancti Remigii secus Remensium civitatem situm sanctitatis sue magnifice letificavit accessu. . . . Cum autem pervenisset ad castrum Sancti Audomari, quod a portu Witsandie milibus decem abiungitur, ibi parumper a fatigatione diutina ante maris ingressum duxit respirandum. Erat inde haut procul situm monasterium ordinis Cisterciensis Claramariscum[b.3] ab incolis vocitatum[c]. Instabat et post triduum gloriosa sollempnitas nativitatis perpetue virginis, misericordie matris. . . . Circa vespertinas autem horas in vigilia festivi- Sept. 7.
tatis memorate profectus est ad cenobium prenominatum ibique, uno tantum monacho et converso uno ex suis secum retento[d], pernoctavit. . . . In crastino antepenultimam ibidem Sept. 8.
Christi pontifex celebravit missam. Qua devotissime expleta, ieiunus a cibo corporali hospitium suum repetiit in villa sepe dicta[4]. . . . Exacta igitur sollempnitatis die cum leticia et exultatione, in crastino Witsandensem portum cum suis adivit; sequentis vero diei aurora Sept.9.10.
ipsum navim conscendere vidit. . . . . .

EX VITA SANCTI HUGONIS METRICA.

[De[e] patria et parentibus eius.]

Imperialis ubi Burgundia surgit in Alpes
Et condescendit Rodano, convallia vernant,
Dupplicibus vestitur humus: sunt gramina vestis
Publica, sunt flores vestis sollempnis, et uno
Illa colore nitent, sed mille coloribus illi[f].
Sic igitur vestes[g] varians per tempora tellus,
In Iano viridem sibi circumponit amictum
Indignante gelu; mox mutatoria florum
Assumens in vere, rosas pro murice gestat,
Lilia pro bisso, violas pro veste iacincti[h].
Huic[i] nec se conferre loco Dodona nec Yda
Nec Tempe possunt; non tot Dodona racemos
Donat[k], non Tempe sic temperat estus et humor,
Yda fatetur idem. Nam si licet assimilare
Exilium patrie, ver redditur, et Paradisi
Amisse[l] pretendit ibi vestigia quedam.

[De[e] nativitate eius.]

Inter tot flores et gramina nascitur Hugo:
. . . .
Cuius et insignem vitam duxere parentes:
Willelmus, flos milicie, vir nobilis, Anna[5],
Matronale decus omnique benignior agna[m].
Nempe nichil fortuna, nichil natura negavit
Ipsis, quin cunctis[n] rutilent insignibus, ut quos
Ditat fluxus opum, quos dotat gratia forme,
Quos sublimat apex generis, quos provehit ordo
Milicie, quos iustificat devocio mentis.

[De[e] morte matris eius[6].]

. . . .
61. Ortum legitimum ducens ab utroque beatus
Hugo, Dei legem servare docetur ab ipsis
Cunis, et viridem maturant dogmata sensum.
. . . .
96. Interea puerum pater invitare decennem
Ad claustrale iugum non differt[7]. Ille beningne
Admonitus, licet incipiat florere iuventa,
Consilio patris assensum prebet, . . .
. . . . religionem
Ingrediens claustri vicini quod Benedicta
Villa[8] vocatur, ibi Patrem Dominumque supremum
Diligat et metuat quasi filius et quasi servus,

a) sic Pez; cursum 1. b) Clara mareis Pez. c) nuncupatum Pez. d) retentis Pez. e) rubrae des. 1. f) illa 1. g) vultum 2. h) corr. in iacinctum 1. i) Huc 2. k) Tempe nec donat 1. l) Amisisse 2. m) anna 2. n) cuntis 1.

1) Iohannem et Philippum II. m. Maio a. 1200; v. supra c. 13. in. 2) A. 1181—1193. 3) Clairmarais. 4) Scil. Sancti Audomari. 5) Nomina parentum Hugonis Vitae auct. Adamo desunt. 6) Ex Adami Vita I, c. 1. 7) C. a. 1143. 8) Cf. Adami Vit. V, 14.

Mundanum studium propter celeste relinquens.
At pater a simili mundane pondus omittens
Milicie propter celestem, religioni
Eiusdem claustri se subicit. . . . . . .
Cumque tribus lustris quarti pars quinta subisset,
Et teneros sensus crescens intenderet etas,
Tanto virtutum rutilantem lumine fratres
Cuiusdam celle[1], non sorte, set arte, priorem
Elegere, statu deiectum, set ratione
Sublimem, mento puerum, sed mente senilem[2].
. . . .
Cellam, cuius ei committitur ordo regendus,
More nimis celebri mulierum pompa frequentat.
Quid faciat? Graviter eliminet an patienter
Illas sustineat? Eliminet: ecce sororum
Scandala promulgat. Ferat: ecce pericula fratrum
Dissimulat; premollis in hoc, predurus in illo.
. . . . Contemplativaque vita
Active vite prefertur, eamque petentem[a, 3]
Mancipat assiduo Carthusia carceris usu.

[De rigore ordinis.]

Suplet[b] ibi pinguis frumenti macra siligo
Defectum, dulcis pulmenti triste legumen,
Fragrantis[b] vini gelidus fons, arte politi
Vestitus[c] rude cilicium; carnisque nocivam
Molliciem choibent[b] asper cibus, aspera vestis.
Non caro luxuriat lecto, non murice lectus,
Non pulvinari facies, non sindone pectus:
Pro lecto lectica datur, pro murice murus,
Pro pulvinari pulvis, pro sindone saccus.
Hec tamen assuetos in nullo vita molestat:
Deducunt vitam iocundam. . . . . . .
Quando reluctantes oculos vexatio sopit,
Tunc primum sopor ille sapit: non sordida lecti
Stramina, non pulvis horrens, non aspera sacci
Culcitra, non pulicum morsus sentitur[d] amarus.
. . . .

Communi de consilio curator ibidem
Factus et officium procuratoris adeptus,
Presidet hospicio fratrumque negotia tractat[4].
. . . .
Carthusie latebras miro fulgore serenat
Tanti fama[e] viri totum diffusa per orbem.
Hic[f] torrens fame mandantis inebriat aures
Anglorum regis Henrici, qui penes Anglos,
Hoc est Withamie, [dum[g] cellam Carthusiensis
Ordinis edificat], legatos mittit honestos[5],
Officio quorum precibus vix multiplicatis
Optinet, ut dicte celle curator agendam
Curam[h] suscipiat[6]. . . .

[Quomodo cellam[7] suam construxit.]

. . . .
Fabrica consurgit multo sudata labore
Artificum, solidasque bases stabilesque columpnas
Machina sortitur, nullum lapsura per evum.
Nam testudo[8] riget sursum, pariesque deorsum
Non putrescibili ligno set perpete saxo.
. . . .

[Quomodo, rege procurante, electus est in episcopum Lincolniensem[9]; vix tandem consensit.]

. . . .
'Non meus[10], immo mei proprius sum iure prioris;
Nec meus absque suo posset consensus haberi'[11].
Attendens tali sub conditione repulsam,
Sollempnes clerus legatos dirigit[12] usque
Carthusiam; quorum multo sudore prioris
Mittitur assensus. . . . . . .
Rex[13] a[i] Teutonie furibunda gente pusilla
Causa detentus, multo vix aere redemtus,
Hoc hostile nefas ulcisci vult in amicos.
A clero siquidem vult extorquere quod illi
Abstulerant laici. . . . . . .

a) *ita Dimock;* potentem 1; rogantem 2. b) *sic* 1. c) Ornatus 2. d) sortitur 1. e) forma 2. f) Fama fluens instar torrentis inebriat 2. g) *haec des.* 1. h) S. c. 2. i) at *Dim.;* atteutonie 2; *in* 1 *haec deesse videntur.*

EX IOCELINI DE BRAKELONDA CHRONICA SANCTI EDMUNDI.

Iocelinus, de Brakelond, vico Burgi Sancti Edmundi, ubi saeculo XII. medio natus esse videtur, vocatus, de se ipso haec narravit[14] *ad a.* 1173: in ecclesia Sancti Aedmundi habitum religionis suscepi; novicius custodie deputatus fui magistri Sampsonis, postea *a.* 1182—1211. abbatis; *ad a.* 1182: eram capellanus prioris et infra quatuor menses capellanus abbatis factus, plurima notans et memorie commendans, cum eo 6 annis existens die ac nocte; *tum* incepi in scriptum[15]

1) Sancti Maximi; Adami Vit. I, 5. — Circa a. 1160. 2) Sequitur pia narratio *Quomodo mulier eum tentavit.* 3) Scil. Hugonem. 4) Cf. Adami Vit. I, 14. Sequitur pia narratio: *Nocte repentino surgit temptacio motu: . . . precedentemque priorem Angelico vultu radiantem cernit adesse Sanctum Basilium;* qui visione miraculosa tentationem dissolvit. Haec habentur apud Adam. II, 2. 5) Circa a. 1175. 6) Haec ex Adami Vitae l. II, c. 3. desumpta videntur. 7) *Cartusiam in Bathoniensi territorio nomine Witham,* Adami Vit. II, 1. 8) Hugo usum Burgundiae imitatus inter primos artem ecclesiarum naves confornicandi in Angliam introduxit, ut Dimock adnotavit ad hunc locum et de ecclesia Withamensi adhuc exstante ad Adami Vitam p. XXIII. 9) A. 1186. m. Maio. 10) Ipse ait, scil. Hugo. 11) Haec ad verbum cum Adami Vit. III, 3. conveniunt. 12) *Diriguntur Cartusiam legati* ib. III, 4. 13) Ricardus I. a. 1193. 14) P. 1. 3. 19. 27. 15) Quod p. 46. inseruit.

redigere omnes ecclesias que sunt in donacione abbatis et dedi abbati sedulam illam; *postea* cum venisset abbas Radingas et nos cum eo, Henrici de Esexia *quondam vexilliferi regis* narrationem, qualiter victus fuit in duello de prodicione regis *suscepto*, in scriptum[1] redegi, domino abbate precipiente; *ad a.* 1200: sedebam ego hospiciarius in porticu aule hospitum[2]. *Postremo ab aliis fratribus* dominus Iocelinus elemosinarius noster, vir religionis eximie, potens in sermone et opere[3], *adhuc a.* 1212.[4] *superstes laudatus est.*

Miracula Roberti pueri a Iudaeis Burgi Sancti Edmundi a. 1181. *occisi Iocelinus se scripsisse contendit*[5], *quae tamen nos latent. 'Cronica' autem, annos* 1173. *usque* 1202. *complexus, historiam publicam exceptis paucis quae ecclesiam suam attigerunt, fere omnino neglexit, sed de sui temporis hominum, imprimis monachorum moribus et institutionibus, consuetudine quotidiana et vita privata, acsi cum familiari libere garriret, sermone facili nec numquam Ciceronis, Senecae, Terentii, Horatii, Vergilii, Ovidii, Lucani coaevique Radulfi Dicetensis sententiis adornato, ingenio hilari abundanter locutus est. Iure igitur ac merito Tomlins versioni Iocelini Anglicae titulum 'Monastic and social life in the* 12. *century' a.* 1844. *inscripsit. G. Phillips memoriam de Samsone de Tottington, abbate Sancti Edmundi, Academiae Vindobonensi a.* 1864. *oblatam docte et diserte e Iocelini cronica composuit.*

Codicum alter Cottonianus Vitellius D XV. saec. XIII. incendio fere totus periit[6], *alter* Liber Albus *sive* Registrum monasterii Sancti Edmundi, *quondam Stillingfleet doctoris theologi, iam inter Harleianos Musei Britannici nr.* 1005. *asservatus, circa a.* 1300. *a diversis monachis diligenter exaratus est. Quem v. d. Rokewode notis amplissimis illustratum pro Societate Camdeniana Londoniis* 1840. *forma* 4. *typis mandavit. Codicis lectiones et, quod primus inter Anglos gloriatus est, ipsam verba scribendi rationem tam accurate servavit, ut, cum codicem iterum evolverem, nihil emendandum invenerim.*

Scribebam Berolini 15. *Nov.* 1882. *F. L.*

CRONICA IOCELINI DE BRAKELONDE[a].

Quod vidi et audivi scribere curavi, quedam mala interserens ad cautelam, quedam f. 121.
bona ad usum, que contigerunt in ecclesia Sancti Aedmundi in diebus nostris ab anno quo
Flandrenses[7] capti sunt extra villam; quo habitum religionis suscepi, quo anno Hugo prior 1173.
depositus est et R.[8] prior substitutus. . . . . . .

Regina Alienor[b] . . . accepit a nobis calicem magnum aureum in precium 100 mar- f. 133'.
carum et eundem calicem nobis reddidit. . . . Cum thesaurus ecclesie nostre portaretur 1193.
Lundonias ad redempcionem regis Ricardi[9], eadem regina eundem calicem adquietavit pro
100 marcis[10] et nobis reddidit. . . . . . .

Nuntiatum est abbati[11], quod ecclesia de Wlpet[12] vacaret, Waltero de Constantiis[13] 1183.
electo ad episcopatum de Lincolnia. Mox convocavit priorem[14] et magnam partem conventus, et incipiens narracionem suam[c], ait: 'Bene scitis, quod multum laboravi propter ecclesiam de Wlpet, propter quam habendam in proprios usus vestros iter arripui versus
Romam per consilium vestrum tempore scismatis inter papam Alexandrum[15] et Octavianum 1161.

a) *rubra c.; initium operis ut specimen codicis exprimi fecit Rokewode tab. II.* b) *corr. ex* Ellienor *c.* c) et *add. c.*

1) P. 50. chronicae ab alio fratre additum. 2) P. 95; cf. p. 71: *scribo qui curam hospitum habeo.* 3) P. 50. 4) Rokewode p. VI. 5) P. 12. 6) Reliquiae quae adhuc exstant locos hic exscriptos non continent. 7) Nobilibus Anglis contra regem Henricum rebellantibus stipendiati, apud Fornham St. Geneveve, a Burgo S. Edmundi uno miliario versus septentrionem, a. 1173, Oct. 16. victi sunt. 8) Robertus. 9) In Germania capti. 10) Exstat charta in Monastico Anglic. III, p. 154. 11) Samsoni. 12) Woolpit inter S. Edmunds et Stow-Market. 13) Qui a. 1184. Rotomagensis archiepiscopus electus est. 14) Robertum. 15) Alexander III. *ecclesiam de Wlpet cum vacaverit in usus fratrum redire 2. Id. Ian. [Iun.?]* 1161. iussit bulla, quam Rokewode p. 126. e codd. mss. citat, Jaffé Reg. pont. omisit.

1161. transivique per Italiam illa tempestate, qua omnes clerici qui portabant literas domini pape Allexandri capiebantur, et quidam incarcerabantur, quidam suspendebantur, quidam, truncatis naso et labiis, remittebantur ad papam in dedecus et confusionem ipsius. Ego vero simulavi me esse Scottum, et Scotti habitum induens et gestum Scotti habens, sepe illis qui mihi illudebant baculum meum excussi ad modum teli quod vocatur gaveloc[1], de more Scottorum voces comminatorias proferens. Obviantibus et interrogantibus, quis essem, nichil respondi nisi: "Ride, ride Rome, turne Cantwereberei". Sic feci, ut me et propositum meum celarem, tucius et peterem Scotti sub ymagine Romam[2]. Impetratis autem literis a domino papa pro voto meo, in redeundo transivi per quoddam castellum, sicut via me ducebat ab Urbe; et ecce ministri de castro circumdederunt me, capientes et dicentes: "Iste solivagus, qui Scottum se facit, vel explorator est vel portitor literarum falsi pape Allexandri". Et dum perscrutabantur panniculos meos et caligas et femoralia et etiam sotulares[3] veteres, quos super humeros portavi ad consuetudinem Scottorum, inieci manum meam in peram quam portavi cuteam, in qua scriptum domini pape continebatur positum sub ciffo parvo, quo bibere solebam. Et domino Deo volente et sancto Aedmundo, simul extraxi scriptum illud cum ciffo, ita quod brachium extendens in altum, breve tenui sub ciffo. Ciffum quidem viderunt, sed breve non perceperunt. Et sic evasi manus eorum in nomine Domini. Quicquid monete habui abstulerunt a me; unde oportuit me hostiatim mendicare sine omni expensa, donec in Angliam venirem. . . . Et volo, si vos consulitis, ut vicaria illa donetur alicui consanguineo R.[4] de Hengheham monachi et fratris vestri, qui mihi fuit consors in illo itinere versus Romam et eisdem periculis expositus et propter idem negocium'. . . . . . .

1193. f. 135. Cum autem idem cancellarius[5] redisset de Almannia et applicuisset apud Gippewic[6] et pernoctasset apud Heggham[7], venit rumor ad abbatem, quod cancellarius vellet transire per Sanctum Aedmundum, apud nos missam in crastino auditurus. . . . . . .

135'. Cum rumor[8] venisset Lundoniis de capcione regis Ricardi et incarceracione eius in Alemannia, et barones convenissent pro consilio accipiendo, prosiliit abbas[9] coram omnibus, dicens, se esse paratum querere dominum suum regem vel in tapinagio[10] vel alio modo, donec eum inveniret[11] et certam notitiam de eo haberet; ex quo verbo magnam laudem sibi adquisivit. . . . Illo tempore ivit in Alemanniam[12] et ibi visitavit regem cum donis pluri-
f. 143. mis. . . . Cum autem redisset abbas de Allemannia, optulerunt ei burgenses 60 marcas et pecierunt confirmacionem suam de libertatibus ville[13]. . . . . . .

f. 148. Multa alia preciosa ornamenta alienata fuerant propter recuperacionem de Mildenhala[14] et redempcionem regis Ricardi: . . . quippe, captivato rege Ricardo in Alemannia, non erat
f. 148'. thesaurus in Anglia, qui non daretur vel redimeretur[15], set feretrum sancti Aedmundi remansit intactum. . . . . . .

1) Id est hastula sive iaculum. Verbum, quod in Wallia *gaflach,* in Hibernia *gabhla,* in Anglia *gavelock,* in Francia *javelot* sonat, a Celtis derivandum esse, Diez 'Roman. Wörterbuch' sub v. *giavelotto* contra Grimm defendit. — *Tragula* vertit Rokewode. 2) Alexander III. eo anno 1161. nonnisi m. Iunio Romae fuit. 3) Subtalares, Gallice *souliers;* nostris *sohlen.* 4) *Rogerus de Hehingheham celerarius* occurrit p. 76. 90. 5) Willelmus de Longocampo episcopus Eliensis mense Aprili a. 1193. de pace inter Ricardum I. et Henricum VI. facienda tractavit; cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 277. 6) Ipswich ad ostium Orwell fluvii. 7) Hitcham in com. Suffolk prope Bildeston. 8) Mense Ianuario a. 1193. 9) Samson. 10) Gallice *en tapinage,* modo talpi, id est occulto, clanculum. 11) Inventus est Ricardus I, sed ab aliis abbatibus; cf. Toeche p. 265, qui hunc locum iam adhibuit. 12) Unde S. Edmundo privilegium regis retulit; Rokewode p. 124. 13) Exstat privilegium Burgo S. Edmundi a monasterio concessum in Monast. Angl. III, p. 153. 14) Mildenhall a S. Edmundo versus septentrionem et occidentem. 15) Cf. Toeche p. 286.

E RADULFI NIGRI ET RADULFI ABBATIS COGGESHALENSIS CHRONICIS.

Magister Radulfus Niger, Anglus, Cisterciensis ordinis seu monachus seu congregationi valde addictus, ut ex operibus eius satis apparet, fere inter annos 1140. *et* 1200. *vixit*[1]. *Una cum Thoma archiepiscopo Cantuariensi atque Iohanne Saresberiensi*[2] *patria extorris, non solum infensissimo animo in Henricum II. regem Angliae fuit*[3], *immo etiam hostibus eius et filiis rebellibus*[4] *et regibus Francorum favit. Non igitur mirum, quod, sicut Iohannes Teutonicis imperium gentium abiudicavit, ita Radulfus Friderici I. expeditionem Italicam a.* 1162. insolentiam Theutonicam *dixit. Tempore, quo agmina nationum occidentalium iterum atque iterum in Terram Sanctam profecta sunt, quo imperium et regna Germanorum et Latinorum ubique a sacerdotio conturbata erant, studio rerum gestarum potius universarum quam domesticarum ac fabulosa imaginatione, illi aevo maxime propria, delectatus est. Composuit duas chronicas nec prolixas nec magni ponderis, quas Robertus Anstruther Londonii inter 'Publications of the Caxton Society'* 1851. *minus recte edidit.*

I. Opus primum idque longius, quod ab exordio mundi initium sumens a. 1198. *attingit et paullo ante saeculi XII. finem*[5] *compositum esse videtur, extat in codice membr. Cottoniano Cleopatra C. X, fol.* 1—55, 4°, *saec. XIII. ineunte duobus vel tribus manibus de auctoris, ut videtur, exemplo tam negligenter transscripto, ut personarum nomina et annorum numeri saepissime atque in ultimis foliis plenae quoque sententiae interdum confusa sint. Auctor ipse, qui sermone omnino ineleganti utebatur, infra p.* 338. *ita se ipsum induxit:* Radulfus Niger scripsit septem digesta super Eptaticum, scripsit et Moralia Regum et epithome Veteris Testamenti in Paralipominon et remediarium in Esdram, scripsit etiam librum de re militari et tribus viis peregrinationis Ierosolimitane et librum de quatuor festivitatibus beate Marie virginis et librum de interpretationibus Hebreorum nominum[6]; scripsit et hec cronica.

1) Anstruther in praefatione chronicarum p. VII. dicit, Radulfum in prol. lib. II. 'Moralium in libros Regum' Girardum Puellam magistrum suum profiteri. Si haec ita se habent, iam ante a. 1165. Parisiis litteris studuisse videtur. De Girardo Coloniae degente cf. Prutz, 'Friedrich I.' tom. II, p. 341. 2) V. Ioh. Saresb. Epp. 180. 181. ed. Giles, magistro Radulfo Nigro a. 1166. inscriptas, qui eo tempore *in urbe garrula et ventosa,* scil. Parisiis, degebat. Cf. de hac urbe silice strata infra p. 336. 3) Cf. Cont. Nigri ed. Anstruther, p. 168 sq. 4) *Henrici* (III) *iunioris regis concurialis* cum Gervasio Tilburiensi erat; v. Otia Imper. ed. Leibniz, SS. Brunsv. I, p. 911. 5) Seriem paparum ad Innocentium III, regum Alemanniae ad Ottonem IV. p. 152. perduxit; tamen Iohannem regem nondum novisse videtur; neque ex modo perfecto quo (infra p. 340) de Huberto archiepiscopo locutus est, eum demum post obitum eius a. 1205. scripsisse concluserim. 6) Tractatuum theologicorum codices adhuc exstant Cantabrigiae et Oxoniae; cf. Anstruther p. IX. *Topica Aristotelis et Elenchos,* quos Radulfus *versibus glossavit,* laudat Gervas. Tilbur.

Ex Hugonis Floriacensis quidem Historia ecclesiastica maiorem chronicae partem hausit; cuius tamen ordinem saepe mutavit et successionem temporum, nationum, regnorum admodum in breve coegit; neque annos quidem singulos curavit, sed tantum verbis saepe iteratis: eo tempore, per idem tempus, paulo priori tempore, iisdem temporibus, circa ea tempora, his diebus, interea *narrationem disposuit. Nihilominus ab initio alios quoque libros in manibus habuit, cum iam saecula Veteris Testamenti profusius quam Hugo tractaverit, postea exortas contra fidem christianam haereses plures quam Floriacensis attulerit, praeter series pontificum Romae, Hierosolymae, Alexandriae, Antiochiae sedentium catalogo quodam episcoporum in Gallia meridionali consecratorum usus sit, Constantinum Magnum imperatorem, sicut hominibus sui temporis placuit, eximie laudaverit. Porro aliunde de Karolo Magno nonnulla tradidit, videlicet locum ex Ivonis Panormia sumptum, qui in Sigeberti Auctario Aquicinensi, SS. VI, p.* 393, *invenitur, fabulosa quaedam de Hispania a Saracenis expugnata, alia ex Einhardi Vita Karoli desumpta. Eodem modo quo antea Hugonem Floriacensem, postea per saecula IX. X. XI. Sigebertum, sed saepissime alios quoque auctores*[1] *exscripsit. Inter quos nullus memoria dignior mihi esse videtur, quam Adamus Bremensis, cuius Gesta 'Pontificum Hammaburgensium, quantum scio, a ceteris Anglis, qui medio aevo res gestas scripserunt, numquam adhibita sunt. Ubicumque enim Radulfus res Danorum et Nortmannorum synchronice inseruit, exempli gratia*[2] *a.* 821. 874. 949. *et temporibus praecipue Kanuti Magni, non Sigeberto, sed Adamo innisus est*[3]. *Etiam postea fere usque ad a.* 1182. *de regibus Danorum multa attulit, quae quamvis Anglorum, Danorum, Germanorum historiolis vel fabulis, quas Saxo Grammaticus amplificavit, similes, non tamen certo certius uni alterive auctori, quos Radulfi praedecessores novimus, attribui possunt. Similia de regnis mediterraneis inveniuntur, videlicet iam a.* 778. 977. 987. *et postea usque a.* 1170. *plura de regnis Hispanorum, quae ne apud Hispanos quidem auctores, qui mihi praesto fuerunt, habentur. Nec quae de Roberto Wiscardo et Roberto primo Siculorum rege narravit, fabulis carent; de posteris autem regibus Normannicis et in patria et in Sicilia regnantibus ut Anglonormannus coaevus verius retulit. Falsa sunt, quae de Henrico V. imperatore et Adelberto archiepiscopo Moguntino et de expeditione Conradi III. orientali tradidit, confusa, quae ad schisma ecclesiasticum et res Italas Friderico I. imperante gestas spectant. In enarranda huius imperatoris morte noster a testibus contemporaneis multum discrepat, paululum tamen cum epistola de eodem eventu SS. XX, p.* 494. *edita consonat. Quae de filio Henrico VI. notavit nonnisi rebus gestis universis prudenter perspectis tali modo exponi potuerunt. Alexandri III. successores proximos vituperavit, cum triumphum ecclesiae, quem ardenter exoptabat, deficere videret. Non sine obtrectatione laudum Henrici atque etiam Ricardi filii regum Angliae Philippum Augustum* gloriosum regem Franciae *nuncupavit. Quod Ricardus, cruce suscepta quasi sacrosanctus a Terra Sancta redux a duce Austriae captus, ab imperatore diu detentus, gravi pecunia redemptus est, id Radulfus iudicio satis severo reprehendit. Annos* 1192 *sqq. ample descripsit.*

1) Legit Galfridum Monmuthensem (infra p. 339), Galfridum Altisiodorensem, Ioachim Florensem (infra p. 338); exscripsit infra p. 339. seriem regum Anglorum quam cod. Cotton. Claudius D VII. f. 3, saec. XIV, similiter exhibet. 2) Infra p. 332. 3) Fortasse Adami excerpta apud auctorem legit Danum, quem etiam postea secutus est. G. W.

II. Alterum Radulfi Nigri opusculum, a Radulfo de Coggeshale continuatum[1], *quod res Anglorum plus curat, in quinque codicibus servatum est. Omnibus praecellit*

1) *Cottonianus Vespasianus D. X, saec. XIII, usque ad tempora Henrici II. una manu exaratus, passim in margine et inter lineas emendatus a continuatore, qui etiam fol.* 36[b]. *haec addidisse videtur:* Hucusque protraxit hanc cronicam magister Radulfus Niger, qui accusatus apud predictum principem et in exilium pulsus *etc. Sequuntur perinde annales breves*[2] *a.* 1162—1178, *qui praecipue rebus Anglorum, Flandrensium, Henrici Leonis nonnulla nova afferunt; post a.* 1198, *sed fortasse ante a.* 1209[3]. *in partibus circa Essex*[4] *compositi sunt. Quibus succedunt alii annales*[5] *ab a.* 1114. *usque ad a.* 1158, *plerumque a Willelmo Malmesburiensi desumpti et* Additiones monachi de Coggeshale *manu saec. XVI. vel XVII. non sine iure inscripti, cum codex coenobii huius nominis, quod Cistercienses in comitatu Essexiae condiderant, fuisse perhibeatur. Incipit postea Historia Anglicana*[6], *scilicet ab a.* 1066. *usque ad a.* 1186. *iterum annales pluribus manibus conscripti, et postremo continuatio*[1] *prolixa, quam a Radulfo abbate ipso exaratam esse, probant haec verba quae in folio* 109, *inter a.* 1206. *et* 1213. *inserto, inveniuntur:* Anno 1207. obiit domnus Thomas, abbas quintus de Cogeshal; cui successit domnus Radulfus, monachus eiusdem loci, qui hanc cronicam a captione sancte crucis usque ad annum undecimum Henrici regis III, filii regis Iohannis, (*a.* 1226—1227) descripsit ac quasdam visiones, quas a venerabilibus viris audivit, fideliter annotare ob multorum edificationem curavit. *Verum vocabulum* undecimum *loco eraso inscriptum est, sicut omnino narratio contentionis inter Iohannem regem et monachos ortae valde turbata et contracta apparet. Postea autem fol.* 118. *dubium est, an auctor ipse ad a.* 1218. *haec inseruerit:* Eodem anno domnus Radulfus abbas sextus de Cogeshale, cum iam per annos 11 et mensibus duobus administrasset, circa festum sancti Iohannis baptiste contra voluntatem conventus sui cure pastorali sponte sua renunciavit, frequenti egritudine laborans. *Nescimus, quo anno mortuus sit, sed res in Anglia gestas usque ad libri finem circa a.* 1224. *ipse tradidisse videtur. Folia tria ultima iam olim deperdita manus saec. XVI (Balei?), e codice, ut videtur,* 2 *transcripta, supplevit.*

2) *Codex Collegii Armorum Londoniensis* 11, *saec. XIII, de quo v. 'Geschichte von England' III, p.* 879, *una manu ex* 1 *descriptus est; nam quae ibidem aut in margine aut in locis erasis et emendata et addita sunt, omnia hic repetuntur. Chronicas praecedit Libellus*[7] *de expugnatione Terrae Sanctae, a nonnullis haud recte abbati Coggeshalensi attributus; subiunguntur annales annorum* 1066—1223.

3) *Codex Parisiensis* 15076[8] *(S. Victoris* 476*), saec. XIII, exemplum Chronicae Coggeshalensis, sub a.* 1201. *verbis:* iterum instare Dei diluvium *desinit, postea fragmenta annorum* 1214. 1215. 1216. *exhibet, ceterum cum* 2 *congruere videtur. Libellum quoque de expugnatione Terrae Sanctae continet.*

4) *Codex Musei Britannici Regius* 13 *A.* 12, *saec. XIII, sed iam laudatis paulo recentior, opera Radulfi Nigri et Radulfi abbatis, ne rubra quidem interiecta, continua praebet. Usque ad a.* 1206. *perpaucis locis a reliquis codicibus differt, sed inde usque ad a.* 1211, *i. e. ad finem usque*

1) De continuatione v. infra sub nr. III. 2) Infra p. 343. 3) Mathildis mater Othonis regis Alemanniae designatur. 4) Nobilium quorum patrimonia ibi sita erant fit saepius mentio. 5) Qui historiae Germanicae nihil praebent. 6) Infra p. 344. 7) Quo supra p. 219. usi sumus. 8) Apographum saec. XVII. ibidem nr. 14359. exstat.

codicis, sermo multo prolixior auctorem alium indicat, qui tamen notulas paucas quas a. 1207—1211. *Coggeshalensis apposuerat fere integras transsumpsit.*

5) *Codicem* Dublinensem *Collegii s. Trinitatis E.* 4. 24, *utriusque Radulfi opera continentem, non ipse evolvi, sed pauca de eo animadvertit v. d. Stubbs, Opera Historica Radulfi de Diceto praefatus I, p. XCI.*

Chronica haec secunda Nigri nullius fere est pretii; sunt enim annales ab initio mundi brevissimi. Auctores Radulfus Orosium, Tripartitam Historiam, Gregorium Turonensem, Freculphum 'discipulum Bede', Hugonem de S. Victore, laudavit; praeterea A. Gellium, catalogos pontificum Romanorum, regnorum, regum, episcoporum Anglorum, mirabilia Angliae, Willelmum Malmesburiensem, Henricum Huntingdoniensem, Galfridum Monemuthensem, Hugonem Floriacensem, Chronicam suam Universalem adhibuit. Invenis ibidem de Henrico III. imperatore easdem fabulas atque apud Malmesburiensem et Radulfum de Diceto, quas quidem vix ex his auctoribus, sed e fonte communi deprompsit. Usque ad Ludovicum II. annos imperii, postea regum Francorum et Anglorum computavit. Abrupit quidem opus Henrici II. gesta moresque postremo calumniatus, sed quae de Ottone IV. iam ad a. 879. *monuit, non ante a.* 1198. *scribere potuit*[1].

III. Annalium series et Historia Anglicana Chronico II. Radulfi Nigri subiunctae a monachis Coggeshalensibus, ut ad codicem 1 *supra notavi, compositae sunt. Qui chronicis Simeonis Dunelmensis et Henrici Huntingdoniensis et annalibus e Normannia translatis usi, quae ipsi vel alii, inprimis Radulfus abbas scripserant, plurimis locis in margine, in calce, inter lineas, foliis etiam supplementi causa insertis, et emendarunt et auxerunt. Libros ab aliis editos, Vitam s. Audoeni, Visiones monachi cuiusdam Eyneshamensis*[2], *Passionem quandam s. Thomae Cantuariensis, Historiam Britonum laudant, interitum Friderici imperatoris ex Libello de expugnatione Terrae Sanctae iam memorato tradunt. Praeterea relationes quasdam epistolares ab aliis quoque Anglis servatas, nonnumquam ipso Hovedenio pleniores, in suam chronicam receperunt. Sed Coggeshalensis abbas litteris praetulit ea quae amicis narraverunt rerum testes, velut Hugo de Nevilla miles, qui de Ricardi regis apud Ioppen virtute strenue exhibita, Gervasius Tilberiensis, insignis Essexiae indigena, qui de Publicanis haereticis retulerunt, Radulfus de Altaripa (Hawtrey) archidiaconus Colecestrensis, in Terram Sanctam peregrinatus, Anselmus capellanus, Ricardi regis per ducis Austriae terram profecti socius, qui Radulfum amicum induxit, ut quae iam de domino capto scripserat relatione multo uberiore exornaret, Milo abbas Cisterciensium de Pinu*[3], *qui et expeditioni Hierosolymitanae et postea neci Ricardi I. interfuit. Inde autem a saec. XIII. ineunte*[4] *auctor res, simulatque eas vidit vel audivit, notasse videtur. Fide igitur dignissima sunt quaecumque de regno Iohannis flagitioso, de persecutione ecclesiae, praecipue ordini suo, illata, de regis exitu tristi ac filii initiis iam senex enarravit; quam ob rem multa iam ipso aevo a Rogero de Wendover et Matthaeo Parisiensi in Chronica Sancti Albani transsumpta sunt.*

Ediderunt Martene et Durand, Coll. ampl. V, e codice 3 *opuscula duo: col.* 801. *Chronicon Anglicanum a.* 1066—1200. *et col.* 872. *Libellum de motibus*

1) Accuratius Radulfum Nigrum examinavi 'Nachrichten d. Ges. d. Wiss. zu Göttingen' a. 1880, p. 569. 2) Auctore eodem Adam, cuius Vita S. Hugonis Lincolniensis episcopi supra p. 317. usi sumus. Turchilli, rustici de Stisted prope Coggeshall, visio purgatorii (ap. Rog. Wendov. et Matth. Paris. a. 1206) Radulfo abbati attribuitur a Ward 'Transactions of the Brit. Archaeol. Assoc.' XXXI, p. 440; de abbate Morimundensi resuscitato se scripsisse, contendit Radulfus ipse infra p. 347. 3) Anselmi Milonisque opera laudavit monachus Petroburgensis s. XIII; cf. Stubbs, Itinerarium Ricardi I, praef. p. XXXIII. 4) Annalibus a. 1108 et 1137. eventus s. XII ex. praeponuntur, et a. 1154. de re a. 1204. gesta agitur. Sed annalis a. 1197. ante a. 1213. scriptus esse videtur; cf. a. 1193. infra.

Anglicanis a. 1213—1216; *Dom Brial, SS. R. Gall. XIII, p.* 59. *a.* 1174—1224, *codicibus* 1 *et* 3 *usus; integra, sed satis incaute* Radulphi abbatis de Coggeshal Opera quae supersunt curante Alf. I. Dunkin nunc primum edita, Noviomagi, viginti quinque exemplis haud plurimis impressis 1861. 8°; *nuper Iosephus Stevenson, Radulphi de Coggeshall Chronicon Anglicanum* 1875. *inter Scriptores rerum Britannicarum medii aevi, codicem* 1 *secutus, sed etiam* 2. 3 *adhibitis. Collegi quae ad imperium spectant e libris scriptis denuo inspectis, primusque annales a.* 1207—1211. *e codice* 4 *edidi.*

Dabam Gottingae Aug. 2. 1880. *R. P.*

I. E RADULFI NIGRI CHRONICA UNIVERSALI[a].

. . . .

771. Hugo Flor. SS. IX, 360. . . . Karolus[1] in totum regnum successit. Iste finitimas gentes rebelles perdomuit. Ad eum destinatus est legatus Petrus nomine a papa Adriano, petens adiutorium contra regem Desiderium, qui patrio more opprimebat ecclesiam. Annuens igitur Karolus, obsedit Papiam, et capto demum Desiderio, eum misit in exilium et filium eius fugavit de regno et suum filium Pepinum regem constituit. Auct Sig. Aquic. SS. VI, 393. Venit igitur Romam; ubi celebrato concilio, congregatis 158[b] episcopis et abbatibus, Adrianus papa dedit eidem Karolo ius eligendi summum pontificem et ordinandi sedem apostolicam. Dignitatem quoque patriciatus contulit ei, quam tamen solam Constantinus imperator sibi et successoribus suis retinuerat in donatione Urbis et regalium facta beato Silvestro, ut imperator semper esset pater Urbis et advocatus. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definivit et ut, nisi a rege laudarentur et investirentur, a nemine consecrarentur; et omnes huic decreto rebelles anathematizavit et, nisi resipiscerent, eorum bona publicari decrevit. Hugo Flor. Eiusdem Karoli tempore multus sanguis effusus est. Britannos enim et Saxones et Frisones et Dacos et Sclavos expugnavit et christianos fieri confecit. Postea Gascones et Hyspanos maximo et mirabili exercitu invasit et per abrupta montium Hyspaniam[c] introivit. Notandum[2] vero, qua occasione reges Francorum sollicitarentur de Hyspania. Cum enim Hyspania[c] tota et magna etiam pars Affrice sub christiana fide profiterentur, adeo ut imperatores Hyspaniarum a regibus Affrice tributa perciperent, accidit, ut dicitur, quod imperator[d] familiarem comitem[e] pro tributis suis in Affricam mitteret, forte ut eo absente licencius uxore prefati comitis interim abuteretur. Quod cum ille reversus comperisset, indoluit, et de vindicando cogitans, domino suo imperatori ex parte Affricanorum regum intimavit, quod pacem perpetuam cum eo habere desiderarent et tributa sua plurimum augere, dum tamen omnem bellorum occasionem inter se utrique amoverent; quod fore estimarent, si utrimque omnia armamenta amoverentur, federe innovato et firmato. Placuit igitur ea conditio imperatori, quia plurimum crederet comiti, et spoliata est armis omnibus Hyspania[c] tota. Quedam tamen vidua dolum et dampnum de futuro presagiens, filio suo[f] suasit, ut arma, que usquam posset acquirere, occultaret, quia pro certo futurum erat, ut ea summe neccessaria haberet. Amotis armis, missus est idem comes in Affricam; qui, accepta conditione quam voluit, dolum regibus Affricanis detexit et eos armatos cum innumera multitudine subito traduxit in Hyspaniam. Inhermi igitur invento imperio, facile totam terram occupaverunt, nisi quatenus una in parte modica iuvenis, qui matris sue consilio credidit, suffragio armorum, que absconderat, viriliter defendit, unde et qui apostatare noluerunt infiniti martyrio coronati sunt. Factum igitur postea, de vicino ut etiam Hyspaniam transirent Sarraceni etiam usque in Gasconiam[g], quos Karolus Martellus destruxit. Motus igitur iniuria Karolus Dei et fidei et animatus humiliatione Sarracenorum, triumphatis prius barbaris finitimis, processit in Hispaniam cum pretaxato exercitu. Hugo Flor. Cum autem de Hyspania rediret, insidiis Vasconum magnam sui partem exercitus perdidit, Egibardum, Anselmum, Rollandum, maiores sui palacii. . . . . . .

Eo tempore Theodulfus abbas Floriacensium et episcopus Aurelianensis relegatus exilio Andegavis, cum processio, quam rex sequeretur, transiret, per carcerem, in quo erat, decantavit: *Gloria, laus et honor* et cetera. Et ex eo tempore gratiam invenit apud regem. Et institutum est in ecclesia, ut in ramis palmarum ubique cantetur. Sigeb. a. 688 Alexander vero, ut dictum est, instituit aquam benedictam, et oleum benedici ab episcopo in crisma singulis annis in die cene et vetus propter novum incendi; instituit etiam et memoriam dominice passionis in confectione eucharistie fieri, et ex aqua et vino tantum debere confici. Celestinus introitus et gradualia et offertoria et post communiones ex psalmis, Telesforus ieiunium et *Gloria in excelsis*, Gregorius *Kirye leyson* et *Alleluia*, Gelasius collectas et prefaciones, Sixtus apposuit hymnum

a) *hanc contulimus cum unico cod. Cottoniano Cleopatra C. X.* b) 153. *Aquic.* c) Hyp. *c.* d) Rodericus *addit manus altera in margine.* e) Iulianum *in marg.* f) Pelagio *in marg.* g) Guasc., *sed* u *puncto del.* c.

1) Radulfus auctorum quos sequitur verba saepe mutavit; quod litteris latius positis indicare noluimus.
2) De harum fabularum origine v. Lembke, 'Gesch. v. Spanien' I, p. 256.

Sigeb. *Sanctus, sanctus, sanctus* et cetera, Sergius *Agnus Dei* ter cantari in communione et letanias in annunciatione et in festo
ypapanti et in nativitate et in assumptione, Damasus *Credo in unum* apposuit.
821. Apud Constantinopolim Leo vel Leoncius interimitur dolo Michaelis et optimatum, et Michael ei substituitur,
824. qui inter alia munera misit imperatori Ludovico gerarchiam beati Dionysii.
Adam. I, 16. In Dacia post Godefredum regnavit Hemminch, patruelis vel filius Godefredi, et pacem fecit cum Karolo et Hec-
17. domin fluvium fecit regni sui terminum. Post eum vero Sigafrid et Anulo contendentes de regno cum 11 milibus homi-
num, mutuo se occiderunt. Pars vero Anulonis victrix Remfredum et Haraudum elegerunt. Haraudus vero Remfredum
expulit et cum imperatore fedus iniit. Qui tamen a filiis Godefredi pulsus, apud Loduvicum imperatorem baptizatus est et
Sigeb. 830. restitutus in regnum, addita ei Frisia. Apud Constantinopolim imperat Theophilus 15 annis. . . . . . .
873 Rome sedit Iohannes 105[us]. In Dacia Araldo[a] successit Orichus; quo tempore frater Araldi per Ligerim
Adam. I, 30. succendit Turonim et cepit Andegavim[1] et Namtim et per Secanam obsedit Parisius, sed non cepit. Tunc etiam
I, 40. Dani Saxoniam vastaverunt et Brunonem ducem occiderunt cum aliis 12 comitibus et duos episcopos, Frisiam et Traiec-
tum et Coloniam et Treverim et Aquisgrani depopulati sunt, ut etiam palatium facerent equorum stabulum. Horum duces
I, 39. 41. fuerunt Oric, Orduic, Godefrid, Rodolf et Hinguar crudelissimus, qui Alpdam misit in Angliam; quo occiso, successit
I, 30. Gondredus, subiecta Danis Anglia. Circa ea tempora pugnaverunt Orich rex et Wrm[2] princeps Normannorum ita gra-
I, 31. viter, ut de regio genere solus puer Orich[b] remanserit, omnibus aliis occisis; qui et successit in regno, vir iustus et
Sigeb. 874. sanctus, et conversus ad fidem, fecit etiam ecclesiam. Infestaverunt etiam regem Lodovicum et Germaniam,
tributa exigentes. Locuste magne magnitudinis Franciam depopulantur. . . . . . .
949 Eo tempore Taxis rex Hungarorum decem modios nummorum habuit pro tributo a Berengario rege Ytalie.
Adam. I, 54. In Dacia post filios Olaf regnavit Wrm, filius Herdegon, post Wrm Herioldus, qui leges, quas nunc habent, constituit
II, 26. 3. Danis et Frisonibus et Transalbianis et firmavit. Victus autem in prelio ab Ottone imperatore, baptizatus est cum uxore
II, 25 sq. sua et filio suo Suenoito. Qui postea patrem suum grandevum expulit a regno in Flandriam[3], ubi mortuus est. Ericus
II, 28. 37 vero parricidam expulit a regno; et habuit filium Olaf. Erico vero mortuo, rediit Suenoito et accepit uxorem Erici et
II, 22. 32. 34. ex ea genuit Cnud. Eo quoque tempore fuit primus rex in Norweia Haluin[4], qui genuit Truconem, et ille Olaf,
II, 38. 49. 59. qui et Crachabien, qui victus a Suenoito, submersus est navali bello. Cuius tamen filius Olaf postea martyr factus est.
Sigeb. 947. Berengarius expulsus a rege Rodulfo, revertitur in Italiam. . . . . . .
944 Eo tempore Radamirus imperator Hyspanie Adarram regem Sarracenorum gravi confecit prelio. . . . . . .

Circa ea tempora imperator Hyspanie[5], habens unicam neptem[6] heredem, habito consilio cum principibus suis, vocavit Raimundum ducem Burgundie, virum illustrem, de prosapia, ut dicitur, Karolorum, strenuum valde et prudentem et nominatum, et dedit ei neptem[6] et imperium post mortem suam. Idem Raimundus Sarracenos suo tempore graviter attrivit, et de uxore sua habuit Xancium[7], qui et ipse prudens fuit et probus et Sarracenis semper infestus.

Sigeb. 988. 990. Karolus dux Lotharingie bello cepit lacescere Hugonem regem; et tandem Remin cepit et archiepiscopum Hugonis
exilio dampnavit. . . . . . .
1046. Rome uno contra duos de papatu disceptantibus, accessit imperator Henricus, et eis depositis, Suidigerum Bambriensem
episcopum fecit papam, et benedictus est in imperatorem. Huic[c] iuratum est a Romanis, quod numquam eligerent papam
1051. inconsulto imperatore. Circa ea tempora surrexit Berengarius Turonensis, qui diceret, eucharistiam non esse verum
1056. corpus Christi, sed figuram eius; sed postea correptus est et correctus. Rome post Leonem sedit Victor; quo
presente imperatore Henrico mortuo, successit filius eius Henricus et imperavit annis 50. Rome post Victorem sedit
Stephanus, deinde Benedictus, et postea Nicholaus, et post eum Alexander, quem turbavit Chadolus aspirans ad
papatum
Adam. II, 59. Paulo priori tempore in Dacia defuncto Suenoito, regnavit Cnud, qui habuit Norweiam et Daciam et Angliam.
II, 72. Quo mortuo, filius eius Haroldus habuit Angliam, Suein Normanniam, Hardecnud Daciam, qui erat filius legittimus ex Imma,
cuius sororem duxit imperator Henricus; alii erant de concubina. Haroldo mortuo, Ardecnud habuit Angliam cum
II, 74. Dacia. Suein mortuo, Normanni fecerunt regem Magnum, filium Olaph martyris; qui Daciam, Hardecnud existente in
Anglia, cepit. Contra quem cum dirigeretur Suein ad pugnam, victus rediit in Angliam, Hardecnud[d] mortuo, et substi-
II, 75. tuto ei fratre eius Edwardo, qui pacem fecit cum Suein, promissa ei hereditate post mortem suam. Magnus Sclavis[e]
occurrit volentibus vindicare Ratibor principem suum, quem Dani occiderant, et ex eis occidit 15 milia. Suein cum
III, 11. Magno pugnavit et victus fugit ad Iacobum regem Sueorum, et eius adiutorio instaurato, navali prelio Magnum deiecit
et obtinuit Daciam. Festinavit igitur in Angliam navigare, sed Edoardus cum eo pacem fecit, promisso tributo.
Sigeb. 1042 Circa ea tempora inter Hungaros intestino bello moto, Petrum regem eorum ab Abone expulsum imperator
1075. Henricus restituit regno et fecit sibi tributarium. Item et contra Salomonem[f] regem suum rebellaverunt.

Circa ea quoque tempora Robertus Wischardus, a Samsone[8], hostiario[g] comitis Guilelmi Normannie, percussus, ex indignatione transivit in Apuliam, et ibi vi et dolo in brevi multum proficiens, acquisivit Apuliam et Calabriam [et[h]] Siciliam, et eatenus invaluit, ut uno die bello confecerit et ad fugam abegerit citra mare imperatorem Romanum et ultra mare imperatorem Constantinopolitanum et in mari ducem Veneciarum. Habuit enim tres filios egregios, Tancredum et Boemundum et Rogerum, quorum duo, Boemundus et Tancredus,

a) *manus altera nomini praeposuit* H. b) rex *add., sed postea del. c.* c) *postea corr.* hinc *c.* d) Hardecund *c.* e) *ita corr. ex* Danis *c.* f) Salonem *c.* g) hostiario *add. manus altera.* h) *deest c.*

1) Cf. Prudent. Trec. a. 853. 2) *Gudurm* Adam. Brem. I, 30. 3) *ad civitatem Sclavorum, que Iumne dicitur,* Adam. II, 25. 4) *Haccon* Adam. II, 22. 5) Alfonsus VI. Castiliae rex. 6) Potius filiam Urracam. 7) Rectius Rad. de Diceto ed. Stubbs II, p. 240: *Regina Wraca genuit imperatorem* (Alfonsum VII), *imperator genuit regem Sanctium* (III). 8) Hoc alibi non invenitur; caeterum cf. supra p. 128. 156. 245. 283. 293; de versu *Apulus* etc. SS. XXVI, p. 202, n. 2. 297, n. 7.

insignes fuerunt in expeditione Ierosolimitana et in obsidione Antiochie. Premortuis vero
Tancredo et Boemundo, Rogerus adeptus est Calabriam et Siciliam et Apuliam et Affricam 1085.
civitatem; unde et circumscriptio sigilli eius erat:

Apulus et Calaber, Siculus mihi servit et Affer.

. . . .

Contra tamen Gerebertum[a.1] fit papa Desiderius, qui Victor dictus est, 162[us]; cui paulo 1086.
post mortuo successit Germanus[2] etiam contra imperatorem et Gerebertum, irritans statuta 1088.
eorum et confirmans statuta Gregorii.

Rex Anglorum Guillelmus[b] moritur; et successit ei Guillelmus[b], filius eius, dictus rex 1087.
Ruffus, et regnavit 13 annis.

In[3] Dacia post Suein successit Haraldus, qui leges et iura[4], que alius Haraldus statue- 1076.
rat, confirmavit. Huic successit Cnud, frater eius. Qui cum parasset navigium contra 1080.
Angliam, frater eius Olaf, captans plebis benivolentiam, dedit exercitui abeundi licentiam;
unde frater eius iratus, misit eum comiti Roberto[5] ad custodiam in Flandria. Tandem, exac-
toribus regis[6] grassantibus in plebem, insurrexerunt in eum, quousque martyr factus occum- 1086.
beret. Olaf vero, cui successio competeret, captivato in Flandria, frater eius Nicholaus
primus post eum regnare distulit, quoniam inter eos ex condicto iuramenti convenerat,
ut maior natu post alium semper regnaret. Nicholaus igitur fratrem suum Olaf promissa
pecunia liberavit, factus obses pro eo[c.7]. Quem cum frater liberatus nollet redimere, omni
tempore vite sue afflictus est uredine famis et pestilentie. Huic successit Hericus, frater 1095.
eius, vir bonus[8], qui in Chirp[9] insula confessor discessit. Et successit ei Nicholaus, qui 1103.
ingrato fratri suo beneficium liberationis prestiterat. Filius autem Nicholai Magnus occidit
Magnum[10], filium patrui sui Hericii; unde et alius Hericus[11], congressus cum Nicholao, occidit 1131.
filium eius; et ipse[12] postmodum in Selewic civitate a civibus occisus est. Successit igitur 1134.
ei Ericus[11], quem in placito uno Floc[d.13] ocidit[d]. Et ei [successit[e] alius Ericus[14], filius sororis 1137.
alii[d] Erici[11]].

In Hyspania imperatori Xantio[15] successit Anfolcus, filius eius[16], vir admirande virtutis
et admodum fortunatus, qui reges Hyspaniarum suo subiecit imperio. Preterea cepit Alma- 1147.
riam insulam[17], preclaram olosericis, et Cordubam et Toletam[18] et multas alias preclaras
civitates et regiones potenti virtute acquisivit. Suo tempore Rotrolt comes de Pertica[19] introi-
vit Hyspaniam et multa virtute plures acquisivit civitates et oppida, unde modo insigniuntur
rex Navarorum et rex Aragonensium.

Urbanus et Gerebertus moriuntur; et succedit eis Paschalis 164us. Sigeb. 1100.

Eo tempore ordo Cisterciensis incepit; qui circa primordia sua a glorioso comite Teo-
baldo Bloisensi plurimum adiutus est et modo floret per mundum universum. Huius
comitis filii fuerunt liberalis ille comes Henricus Campanie et Theobaldus dapifer Francie[20]
et Stephanus comes[21] et Willelmus Remensis archiepiscopus [qui[f] contra solem de Carnoto
in Senonim et inde transivit Remos; set] et plures filie, per quas progenies plurimum 1168.
dilatata est.

a) "fit" Ger. *c.* b) Guillemus *c.* c) ea *c.* d) *ita c.* e) successit — Erici *manus altera, sed coaeva in marg. add.* f) qui — set *altera manus, eadem quae supra, marg. inseruit.*

1) i. e. Guicbertum. 2) Urbanus II. 3) Hanc successionem usque ad Nicolaum fortasse sumsit noster e Will. Malmesb. ed. Hardy § 261. 4) *Leges et iura, non tam quae vellent eligere, immo quae vel quales elegissent posteris reservandas, regali studebat auctoritate decernere,* Aelnothi Hist. S. Canuti regis, ap. Langebek III, p. 341. 5) Frisoni. 6) *Regalium negotiorum exequutores sive exactores,* Aelnoth. p. 353. 7) *Nicolaum . . . vadem pro eo dederunt,* Saxo Gramm. libro XII. ineunte, ed. Velschow p. 595. Ibidem p. 597. de Olavo famelico (Hunger). 8) *Quo evenit, ut non solum ex morum, sed etiam temporum placidissimo usu, Boni cognomen acciperet,* Saxo Gramm. p. 601. Danice *Eiegod* dicitur; cf. Annal. Roskild. ap. Langebek I, p. 379. 9) Cypro. 10) Potius Canutum Laward, de cuius martyrio v. Helmold., SS. XXI, p. 50, Saxonem Gramm. p. 638. et quae Waitz, 'Ungedruckte Lebensbeschreibung des Herzogs Knud Laward' p. 12 sqq. de fontibus monuit. 11) Emund. 12) De nece Nicolai regis in Schleswig v. Helmoldum p. 51, et Saxonem Gramm. p. 655—657. 13) *Plogus quidam, claro inter Iutos loco natus,* Saxo Gramm. p. 664. 14) *Haguini filius, cui ex patientia* (agnus, 'Lam') *cognomen obvenit,* Saxo Gramm. p. 665. 15) Error. 16) Alfonsus VII. a. 1126—1157. rex Castiliae, filius Urracae reginae et Raimundi comitis. 17) Cf. Cafari Annales, SS. XVIII, p. 37; Annales Barcinon., SS. XIX, p. 501; Schirrmacher, 'Gesch. v. Castilien' p. 147—151. 18) Toletum expugnare a. 1128. Almoravides frustra conati sunt; cf. ib. p. 82. 19) Rotroldus II. a. 1100—1144; cf. Orderic Vital. ed. Le Prévost V, p. 4. 20) Comes Carnotensis. 21) Sacri-Caesaris.

1100. In Anglia Willelmo regi Rufo mortuo, Roberto Curta-ocrea[1] comite Normannie, cui
regni successio competeret, in peregrinatione Ierosolimis peregrinante, successit Henricus,
frater eius iunior. Cum autem in pascha Ierosolimis ignem de celo more solito expecta-
rent[a], accensus est[2] divinitus cereus comitis Roberti; unde et elegerunt eum universi in
regem. Ipse vero, audita[3] morte fratris eius, aspirans ad regnum Anglie, contempsit[4] donum
1106. oblationis divine; unde rediens in Normanniam, congressus cum fratre suo, victus est et
1134. mortuus in carcere suo.
1109. Henricus, filius imperatoris Henrici, duxit uxorem Matildem, filiam regis Henrici
Anglie; et consilio Alberti archiepiscopi Maguntini, quem pater[b] multis affecerat iniuriis,
patrem suum bello appeciit et vicit et tanta afflictione contrivit, ut Leodii demum tamquam
1106. privatus moreretur. Mortuo vero patre, sprevit eum Albertus archiepiscopus; unde vocato
papa Innocentio, ut Albertum deiceret[c], non prevaluit, etiam congregato concilio, quia ad
concilium venit Albertus cum tanta fortitudine, ut nec papa nec imperator posset statuere
nisi quatenus Albertus permitteret[5].
Sigeb. 1109. Philippo regi Francorum mortuo successit Lodovicus, filius eius, qui strenuus armis regalia sua pluri-
1110. mum ampliavit. Eo tempore ultio divina, ignis sacer occiduas partes invasit, et cometes apparuit, dirigens
1111. radios versus austrum, conicientibus aliquibus, signum fore expeditionis future imperatoris versus Romam. Abiit
enim ad sedandum scandalum, quod diutius obtinuerat inter Hildebrannum et successores eius contra Gerebertum,
unde ortum fuit scandalum inter imperium et sacerdocium. Privilegia enim, que habuerant imperatores a tempore Karoli
paulo plus quam 63 apostolicorum temporibus de investituris, statuit Paschalis exinanire, dicens, laica manu ecclesiasti-
carum rerum investituram fieri non debere; unde et excommunicavit et investientes et investitutos manu laica. Verum
postea confractus est papa, adeo ut in ecclesia apostolorum inter missarum sollempnia post euangelium lectum im-
peratori coronato ante altare tradidit papa privilegium de investituris, ut libere per anulum et baculum daret episcopatus
et abbacias et alios honores ecclesiasticos, et ut catholice acciperent ab eo potestatem ordinandi. Sed
et idem confirmatum est datione corporis et sanguinis Iesu Christi, expleto canone. Ad confirmationem pacis factum
Anselm. 1112. est istud die pasche. Et forte postea ad ire divine ostensionem exusta est ecclesia sancti Michaelis de Periculo-maris
fulgurata. Sed Baldericus[d] Laudunensis episcopus, nisus revocare cives a sacramento perperam iurate communionis,
confossus est gladio, et postea succensa domus eius et ecclesia et omnia ei appendentia. In huius tamen facinoris vin-
dictam egregie animadvertit rex Francorum. Sed etiam segetes aduste sunt, et fames et mortalitas multa subsequta est.
1118. Paschali pape successit Gelasius, et ei Calyxtus, et post eum Honorius, et ei Inno-
1130. centius.
1125. Henrico imperatori successit Lotharius et imperavit 10 annis. Lothario successit Con-
1138. radus et imperavit 23 annis.
1147. In Dacia Herico successit Cnud, electus communiter Hybergis[6], ubi solent reges elegi.
1151. Insurrexit autem in eum Suein et adiutorio Waldomari cognati sui invaluit, ut Canutus trans-
iret ad Conradum imperatorem pro adiutorio[7]. Optulit igitur ei adiutorium sub conditione,
ut coronam Dacie susciperet ab eo. Ille vero renuit et rediit et accivit Waldomarum, cogna-
tum suum, in regnum socium, et statim communiter expulerunt Suein; qui conversus ad
1152. imperatorem, suscepit ab eo coronam[8]. Verumtamen non prevaluit imperator ad eius resti-
tutionem. Cnud[e] vero et Waldomarus, amatores pacis, miserti perturbatoris Suein, inito
1157. federe pacis admiserunt eum in terciam partem regni. Quia vero locus[9], ubi fedus firmatum
est inter eos, vicinior erat dicioni Cnud et in ea multe essent regales delicie, invitavit eos
Cnut, ut cum eo perendinarent et deliciis terre sue fruerentur. Cum igitur tantos hospites
regia magnificentia et liberali frugalitate suscepisset et simplici et bono animo eis servisset,
nequam Suein, aspirans ad totum regnum, machinatus est, quo modo hospitem suum et
cognatum, principes[f] regni, occideret. Prestructis igitur insidiis, de nocte in eos insurrexit
et in conclavi christianissimum regem Cnud, hospitem suum et cognatum, occidit, circa
quartam[g] decimam diem post initam pacem. Waldomarus vero graviter vulneratus vix
evasit, et confugiens ad amicos Cnud et suos, sanato vulnere et instaurato exercitu, invasit

a) ex *bis scr. c.* b) eius *manu altera add. c.* c) et *add. c., sed del.* d) Guald. *Sigeb.* e) Cund *c.* f) *ita c.* g) quartum *c.*

1) *Corpore pingui brevique statura, unde vulgo Gambaron cognominatus est et Brevis-ocrea*, Order. Vital. II, p. 295. III, p. 262, *Curta-ocrea* IV, p. 16. *Robelinus Curta-ocrea a patre vocatus*, Will. Malmesb. G. regum Angliae § 389. 2) Ita quoque Rog. de Wendover ed. Coxe II, p. 145. 3) Eundem errorem habet Gerv. Tilb. Ot. Imper. II, 20. 4) Ita iam Malmesb. et Huntingdon; cf. Ann. Waverlei. ed. Luard inter Ann. Monast. II, p. 207. 212. 5) Non apparet, unde Radulfus res omnino fabulosas hauserit. 6) Wiberg. *Canutus quoque eodem a Iutis honore provehitur*, Saxo Gramm. p. 674. 7) V. epist. Kanuti ad Conradum III. inter Wibaldi epistolas, Jaffé Bibl. I, p. 467. 8) V. Ottonis Frising. Gesta Frid. l. II, c. 5; Sax. Gramm. p. 692. 9) Laland, unde reges Roskildam, sedem Canuti, profecti sunt.

impiissimum Suein et occidit[1]; et solus postea regnavit, crudelis et fortis, propagator tamen bonus fidei christiane. Regnum Ruianorum et regem eorum adegit fieri christianos et sibi 1168. subiecit[2]. Firmavit etiam castrum in exitu Dacie et ita preparavit introitum, ut nullus per terram ingredi possit Daciam, nisi per ipsum. Quod castrum optinuit filius Canuti Waldomarus, electus de Selewich[3]. 1182.

In Sicilia Rogerius dominatum magnum adeptus, quia patrimonium beati Petri rapuerat, coronam regalis benedictionis ab ecclesia Romana impetrare non potuit, quousque, imperatore fugato de prelio et capto papa Romano, adegit ecclesiam, ut dominus papa[4] daret 1130. ei mitram[5] suam cum benedictione regali et compositione. Appositis igitur auro et lapidibus preciosis de mittra fecit sibi et successoribus suis diadema. Mortuo vero Rogerio, 1154 successit ei filius eius Willelmus, minus patre bellicosus, unde et suo tempore perdidit Affricam. Et de Hyspania traduxit uxorem[6].

Lodovico regi Francie successit Lodovicus, filius eius pius[a], amator religionis et 1137. iusticie; qui traduxit uxorem Alienor, filiam Willelmi comitis Pictavie, de qua duas filias habuit, quarum una[7] nupsit Henrico comiti Campanie interventu sancti Bernardi abbatis Clarevallensis, et altera[8] comiti Theobaldo Blesensi, dapifero Francie. Predicante postmodum prefato abbate neccessitates terre Ierosolimitane, cum grandi exercitu et multo apparatu una cum uxore sua abiit rex Lodovicus Ierosolimam. Verumtamen in ea expeditione 1147 parum profecit et de exercitu suo multam sustinuit iacturam. Conradus vero imperator, volens preripere gloriam prefati regis, precucurrit eum cum impetu infiniti exercitus Theutonicorum. Verumtamen variis infortuniis contrita est multitudo, adeo ut vix cum paucis evaderet imperator. Accidit igitur, peccatis exigentibus, ut utrique tam rex quam imperator, accepto dampno, redierit inglorius, nisi quatenus merita peregrinationis et orationum eis 1149. suffragarentur.

Conrado reverso et mortuo, successit Fredericus, filius ducis[b] Suevie; qui Mediolanum 1152. obsedit et cepit et Ast, Derthoniam et Cremam et demum universam Italiam perdomuit et sibi subiecit. Verumtamen insolentiam Theutonicorum non diu sustinuerunt Lumbardi; unde et apud eundem imperatorem, explosis oppressionibus, maiorem libertatem evicerunt. Tusciam vero et Campaniam per cancellarios suos edomuit et Romanos bello confecit. 1167. Accidit enim diebus Frederici, ut principes clerici, eius cancellarii, prerogativam probitatis habuerint in imperio, primo Rainaldus Coloniensis, secundo Christianus superintrusus Moguntinus, tercio Philippus Coloniensis, qui potentissimum ducem Henricum Bawarie et Saxonie fere ad nichilum redegit cum adiutoriis suis.

Sub hoc Frederico grave scisma fuit. Successit enim Innocencio Celestinus, et ei Lucius, 1143 et post eum Eugenius, et ei Anasthasius senex, et post eum Adrianus Anglicus, et deinde 1154. Alexander eruditissimus, contra quem surrexit Ottovianus, Victor dictus; cuius papatus de- 1159. fecit in quarto successore, reformata pace inter imperium et sacerdocium Veneciis. 1177.

Reversus a Ierosolimis Lodovicus, quia regina Alienor contristaverat eum in peregrinatione sua simulata fuga, divertit ab ea, iurata parentela, et traduxit Alesiam[9], filiam Ilde- 1152. fonsi imperatoris Hyspanie. Hic enim Ildefonsus ante mortem suam, quia tenere diligeret duos filios suos, divisit eis imperium et Sancio maiori tradidit Castelle et Tolete regnum, Fernando minori Galicie regnum, et Alesie[10] assignavit infantaticum, portionem terre que solet esse imperatricum. De Alesia[10] Lodovicus duas habuit filias, Margaretam et Alesiam.

Henrico regi Anglie successit Stephanus, nepos eius, miles strenuus, sed minus pius, 1135. comes Bolonie supra mare. Insurrexerunt vero in eum Gaufredus comes Andegavie cum uxore sua Matillide, quondam imperatrice, et contenderunt de regno 17 annis, demum vero facta pace, adoptato Henrico filio Matillidis successore; qui, eo mortuo, successit et traduxit 1154. uxorem Alienor, relictam Lodovici regis Francie. Habuit igitur ex ea quatuor filios et tres filias, Henricum, quem fecit regem Anglie, virum gratiosissimum suo tempore, et Richardum 1170.

a) *codex post* pius *habet punctum.* b) regis *corr.* ducis c.

1) A. 1157; cf. Helmold., SS. XXI, p. 78. 79. 2) Ibid. p. 96. 97. 3) V. Arnoldi Chron. Slav., ibid. p. 162. 4) Anacletus antipapa et a. 1139. Innocentius II. captus Rogerum regem confirmaverunt. 5) Fabula. 6) Margaritam, filiam Garsie regis Navarre; cf. Romoald., SS. XIX, p. 429. 7) Maria. 8) Alix. 9) Potius Constantiam a. 1154. 10) Constantiae.

comitem Pictavie et Gaufridum comitem Britannie et Iohannem, quem destinavit facere
1171. regem Hybernie, quam vi tulerat a quodam fideli suo Richardo comite de Strigueil, qui eam
legittime armis acquisierat et ex successione uxoris sue[1]. Iste Henricus infestus fuit
1164. ecclesie, inductis novis pravis consuetudinibus[2] et veteribus exasperatis; quibus confir-
mandis cum resisteret beatus Thomas archiepiscopus Cantuarie, inductus est primo con-
sentire, sed statim acta penitentia apposuit contradicere; unde cum necessariis et familia-
ribus suis coactus est exulare in Franciam, ubi a piissimo Lodovico exceptus est et exhibi-
tus cum omni humanitate. Demum vero, adepta pacis similitudine, interemptus est a cubi-
1170. culariis predicti regis in ecclesia Canthuariensi ante altare.

1160. Mortua Alesia[3] regina Francie, Lodovicus terciam duxit uxorem Aliciam[a], filiam comitis
Theobaldi[4], de qua habuit filium nomine Philippum et filiam[5], quam Emanuel imperator
Constantinopolitanus, filius Alexis imperatoris, filio suo[6] traduxit in uxorem.

Rex Anglie sub quo passus est beatus Thomas, traduxit duas filias regis Francie duobus
filiis suis, Margaretam Henrico regi Anglie et Alesiam destinatam Richardo comiti Pictavie.
1183 Premortuus vero est rex Henrichus, offenso ei patre, vitam finiens in Martello, castro Li-
movie, sub testimonio sanctorum virorum in sancta devotione. Lodovicus vero, correptus
pedum infirmitate, omnes pravas consuetudines inductas suo tempore abiurari fecit et the-
sauros suos in ecclesias et pauperes magna liberalitate distribuit. Martyrio igitur longe in-
1180. firmitatis decoctus, in sanctitate decessit. Successit igitur ei Philippus; qui adversus
primarios regni sui cepit potenter agere. Fecit enim omnes vicos Parisyensis civitatis
1186. sternere silice; et Margaretam, sororem suam reginam, transmisit nuptui Bele glorioso
regi Hungarie.

1158. In Hyspania[b] Sancio successit filius eius Aldefonsus, qui traduxit filiam[7] regis Anglie;
1182. in Dacia Waldemaro filius eius Cnud, habens filiam[8] ducis Saxonie[9].

1166. In Sicilia Willelmo successit filius eius Willelmus, qui traduxit filiam[10] regis Anglie et
1185. nuptui tradidit amitam suam, filiam regis Rogeri, Constantiam regi Alemannorum, filio
Frederici imperatoris.

1181 Rome post Alexandrum sedit Lucius, et post eum Urbanus[c], eloquens et tumidus.
1187. Quo mortuo, sedit ad exequias eius mulier iussu demonum, ut dictum est, prestolans
eripere viaticum corporis Domini de ore eius, quia illud in assumptione nondum trans-
miserat. Diebus huius captus est in prelio Wido rex Ierosolimorum, et lignum
sancte crucis a Saladino principe Damasci. Occisus est et beatus Reinaldus princeps An-
tiochie, protestans, se non rediturum[d] Sarracenis vestigium unius pedis Sancte Terre pro
redemptione vite sue. Occisi sunt et alii multi, capti plures, et evaserunt nonnulli. Capta
est postmodum fere tota Iudea et maritima omnia preter Tyrum, que presidio Conradi
marchionis Montis-ferati servata est in refugium christianis sicut Antiochia presidio prin-
cipis sui et adiutorio Hervei de Danzi. Audito igitur tali dampno, in occiduis partibus et
principes et privati plurimi crucem accipere proposuerunt. Imperator enim Fredericus,
1187. habito colloquio cum Philippo rege Francie[11], condixerunt crucem accipere, si ad idem pro-
positum rex Anglorum posset induci. Idem tamen rex Anglorum ante mortem beati Thome
martyris ad crucem capiendam sollempni voto et fide data aliquociens in manu piissimi
regis Francie Lodowici se firmiter obligaverat; post mortem vero beati martyris et propter
eam quod voverat pluries iuravit adimplere. Sed intercedente pecunia apud dominum
1187. papam, et vota et iuramenta illuserat. Mortuo vero Urbano misere, sedit papa Gregorius
septimus[d. 12], qui nulla pecunia corrumpi potuit, ne prefatus rex vel crucem acciperet vel
ab universa ecclesia excumunicaretur[d]. Is enim[13] functus legatione pro morte beati Thome,
1188. adegerat eum iurare de peregrinatione. Habito igitur colloquio[14] cum rege Francie de
dampno Palestine, callide a Francis et a suis inductus est crucem accipere cum rege Francie.

a) Alicam *c.; ita quoque corrector in marg.* b) Hyp. *c.* c) *hoc loco, fol.* 53, *manus altera scribere coepit.* d) *ita c.*

1) Evae, filiae Dermoti reguli de Leinster. 2) Constitutiones Clarendonienses, ap. Stubbs, 'Select Charters' ed. II. p. 137. 3) Potius Constantia. 4) Blesensis senioris. 5) Agnetem. 6) Alexio, qui a. 1180—1183. imperator fuit. 7) Eleonoram. 8) Richenzam. 9) Henrici Leonis. 10) Iohannam. 11) *In adventu vero Domini . . . inter Iuvir et Mosun* (Ivoy et Mouzon), Gisleb. Hanon., SS. XXI, p. 554. 21) Potius octavus. 13) Albertus, presbyter cardinalis et cancellarius; a. 1172. 14) *Inter Trye et Gisorcium die sancte Agnetis virginis et martyris duodecimo Kal. Febr.*, Gesta Henrici II, supra p. 109.

Preierat autem comes Pictavie Ricardus omnes in accipienda[a] cruce[1]; sed diabolo insti- 1187
gante ortum est sicut prius grave discidium inter eum et patrem suum ea occasione, quod
Iohannem iuniorem fratrem suum sublimare voluit in regnum, eo preterito cui de iure de-
bebatur. Nacto igitur adiutorio regis Francie, cepit Cenomannum, fugato patre, et Turonim, 1189
patrem ipsum intercepturus, ut dicebatur[b], nisi citius ad voluntatem regis Francie compro-
misisset. Confluebant enim omnes potentes terre ad comitem Ricardum, dum prosperaretur,
et ipse etiam Iohannes, relicto patre, qui pro eo laboraret, collusit cum fratre suo. Quo
audito, pater infirmitate correptus pre ira et dolore, ut dicitur, mortuus est. Et successit
comes Ricardus in regno. Exivit et de custodia[2], in qua diutius emarcuerat, nobilis regina
Alienor, dicta aquila rupti federis[3], et cuccurrit[c] in viis secundi mariti sui, qui maxime
novissimis diebus suis veritatem et pudicitiam pariter. .[d]

His diebus[e] elanguerat plurimum status ecclesie a papatu Alexandri III.[f] deterius usque
in tempora nostra assidue, sicut plures narrant hystorie. Fredericus enim imperator Ro-
manus, qui tempore Alexandri pape decem et septem annis gravi scismate diviserat eccle-
siam, tempore Urbani pape obsedit eam, eo quod non concederetur ei privilegium, ut in 1186
omni electione episcopi vel abbatis discordante ipse ad arbitrium suum eligeret[g] abbatem
vel episcopum. Turbavit igitur tempore suo ecclesiam, donec, assumpta peregrinatione, 1189.
tendens Ierosolimam, substitit apud Constantinopolim, occupans Romaniam et obsidens pre-
dictam civitatem, quia peregrinationis sue non invenisset liberam viam. Sed et eodem tem-
pore ille rex, sub quo passus est beatus Thomas, martir Anglorum, pecunia sua captivaverat
curiam Romanam, adeo ut in ecclesiis sue potestatis nichil fieret, nisi quod ipse dictaret vel
quod innueret[h]. In quo confirmatus est ei fere universus clerus terre sue. Quod si aliquid
occurreret, quod erubesceret aut non posset idonee facere, accito legato ad suum arbitrium,
per apostolicam demum auctoritatem inplebat suam voluntatem. Unde cum per huiusmodi
legationis officium in Grandi-monte[4] vellet laicis clericatum eius ordinis subicere, confuge-
runt omnes fere clerici ad gloriosum Philippum regem Francie, qui eos suscepit benigne et
honorifice et pro eorum optione commendavit ad tempus per abbacias in Scisterciensi
ordine.

Eodem tempore declinavit etiam monastica religio, quoniam precipue columpne
eius due, videlicet Scisterciensis abbas et Cluniacensis, qui prius ab ecclesiarum suarum
fundatione semper sanctitate et magnificentia aspernarentur episcopatus recipere, nova
cupiditate preamantes meum quam nostrum, facti sunt episcopi, Scisterciensis Atrebatum
et Cluniacensis Hostiensis cardinalis episcopus, nomenque simul et gratiam perdiderunt
respectu favoris, quem prius habuerant. Sed et communis status tam virorum quam mulie-
rum in desideria sue carnis evanuit. Auctus est enim luxus vestium in inmensum[i], aggra-
vatum onus armorum et expensa militaris sumptuosior. Gastrimargia[k] multiplicata diversi-
tate ciborum et potuum et salsamentorum et omnium irritamentorum gule varietate distenta.
Liberalium etiam studiorum exercitia evanuerunt occasione ambitiosi questus, ob quem
curritur ad leges seculi et decreta et fisicam, divina quoque pagina neglecta. Excecavit
oculos principum fumus luxurie, ut in masculos magis quam in sexum feminium libido
despumet. Nec minus ardor mulierum in sexu suo degeneraverat. Fuerunt enim prioribus
diebus summe sacerdotes in sacris Priapi in occidente . . . .[l],
que multa liberalitate fame sue dampnum frustra redimere conate sunt. Similiter et in aliis
regnis alie servierunt deo tentiginis in utriusque sexus abusione. His[m] igitur malis in-

a) accipianda *c.* b) discebatur *c.* c) *ita c.* d) *deest verbum, fortasse:* exuebat. e) In his *inter lineas manu alia add. c.* f) quarti *c.* g) eligerat *c.* h) niveret *c.; fortasse* conniveret. i) mensium *c.* k) Castrim. *c.* l) *una linea consulto vacua relicta c.* m) Is *c.*

1) G. Henr. ed. Stubbs II, p. 29; cf. Gisleb. Hanon. p. 553: *Quibus auditis rumoribus, statim Richardus dux Aquitanie* etc. 2) Iam April. 28. a. 1185; cf. Gesta Henrici II, I, p. 337. 3) Galfr. Monemut. VII, 3: *Deaurabit illud aquila rupti foederis et tertia nidificatione gaudebit*, vaticinium quoddam Merlini, quod noster eodem modo quo omnes fere coaevi (cf. Rad. de Diceto II, p. 67) interpretatus est. 4) Abbatia eremitarum in episcopatu Lemovicensi, a fratribus laicis et conversis condita (Gallia Christ. II, col. 645), quae a. 1169. pro Thoma Cantuariensi apud regem Anglorum se interposuit; cf. Iohannis Saresber. epist. 287. Postea ab Innocentio III. epist. a. 1199, Dec. 27. data (ap. Rog. de Hoveden IV, p. 110) a quadragesima Terrae sanctae liberandae causa imposita excepta est.

gruentibus, multa inciderunt difficilia et crudelia et periculosa, ut discordie regnorum, strages populorum, hereses impiorum numerose et scismata perversorum hominum.

His diebus Ioachim quidam monacus Cisterciensis[1], a fere illiterato subito factus intelligens, scripsit super Apocalipsim, et apertiones sigillorum per preteritas persecutiones distinguens, quodammodo Novum Testamentum Veteri Testamento comparavit et diem iudicii proxime futuram asseveravit, quia ultimi sigilli apertio, in quo Antichristus venturus erat, a limine iam immineret. Galfridus quoque Altisiodorensis, quondam abbas Clarevallensis[2], super Apocalipsim commentatus est, ut visum est, discretius. Alii quoque scripserunt compilationes varias. Radulfus Niger scripsit septem digesta super Eptaticum[3]. Scripsit et moralia Regum et epithome Veteris Testamenti in Paralipominon et remediarium in Esdram. Scripsit etiam librum de re militari et tribus viis peregrinationis Ierosolimitane et librum de quatuor festivitatibus beate Marie virginis et librum de interpretationibus Hebreorum nominum. Scripsit et hec cronica.

Post Urbanum sedit Gregorius, et post eum Clemens tercius, et post eum Celestinus
1191. tercius, qui coronavit Henricum, filium Frederici imperatoris, imperatorem Romanum, accepta
Apr. 12. Tusculano et in vigilia pasce statim reddita Romanis ad destruendum, ut dicebatur[a], ex pacto Clementis, subsannantibus omnibus bonis viris, quod asilum ecclesie Romane destrueretur.

1189. Inter occiduos principes qui gratia Palestine liberande a paganis crucem acceperunt Fredericus imperator Romanus felicibus auspiciis primus iter[b] arripuit; quod tamen duro fine complevit. Cum enim alii principes a subiectis suis decimas rerum mobilium[c] et se moventium extorsissent, ille singulis domibus dicionis sue unum denarium sumere[d] contentus fuit, ut eo pretio fierent participes sue peregrinationis. Veniens igitur in Romaniam, quia imperator Constantinopolitanus fedus inierat cum Saladino principe Damasci et Turcos Mauripulos cum ritus[e] spurcicie cultus sui admiserat in suam civitatem, indixit ei bellum.
1190. Quesita igitur magna parte Romanie, demum obsedit Constantinopolim et adegit imperatorem illum ad pacem faciendum secum, quam ipse dictasset. Omissa vero causa Dei de expurganda civitate a spurcitiis gentilibus, accepto multo auro, progressus est cepto itinere. Venit igitur Iconium, et expugnata civitate, cepit solitanum et unum filiorum eius. Reliquum autem filium solitani, qui patrem suum captivaverat et regnum optinebat, duobus preliis confecit et expulit de terra. Facta igitur demum pace cum solitano, accepto multo auro et viatico, omissa tamen causa Dei de fide propaganda conversione populi, progredi cepit versus Antiochiam. Veniens igitur inter montana ad amnem rapidum, consedit super ripam eius ad prandium, dum exercitus transiret. Crebrescente igitur fama in Oriente de confecto imperatore Constantinopolitano et captivato solitano et expugnato et fugato filio eius, miserant omnes Orientales legatos et nuntios ad invictissimum imperatorem pro pace sibi comparanda. Gloriosus igitur imperator et elatus de nuntiorum frequentia et magnificentia, diu consedit ad prandium, donec totus exercitus transisset. Cum igitur suaderetur ei, ut equo transiret, quoniam amnis creverat resolutis nivibus montium, ille imperator, estuans sumpto cibo et potu et estivo calore urente, preelegit natando transire[4]. Cum igitur balneando attigisset ulteriorem ripam, avulsit eum a ripa torrentis impetus et illisit eum scopulis, quousque exspiraret. Extracto itaque mortuo imperatore ab aquis, conturbatus est omnis exercitus, et e vicino defecerunt victualia, ut tum fame tum infirmitate deficeret,
1191. et [vix[f]] sexagesimus homo de exercitu veniret in Palestinam cum duce Suevie, filio prefati imperatoris; qui et mortuus est apud obsidionem Acaron.

His diebus Alienor, aquila[5] rupti federis, duxit Berengariam, filiam regis Navarrie, in Ciciliam usque Messanam nuptui filio suo Ricardo regi Anglie, rupto federe quod pactum
1190. fuerat cum Alesia, sorore Philippi regis Francie. Preierant enim eo tempore rex Philippus

a) discebator *c.* b) Ac *sed corr.* it *cum linea superducta c.* c) *fortasse* immobilium *emendandum.* d) summere *c.* e) *sic c.* f) hic *c., sed fere abrasum est.*

1) Abbas Florensis, de quo cf. supra p. 124. 152. 2) A. 1162—1165, cuius Vitam s. Bernardi v. SS. XXVI, p. 92. 3) Heptateuchum. 4) Similia sunt, quae Epistola de morte imperatoris, SS. XX, p. 496, refert: *transiret in convallibus moncium rapidissimam aquam; . . facto autem ibi prandio, . . se refrigerare vellet natando.* 5) Cf. p. 337, ann. 3.

Ianuam et rex Ricardus Marsiliam, ab his portibus navigaturi versus Palestinam. Navigavit 1190.
igitur rex Ricardus Messanam, ut ibi hiemando prestolaretur futuram uxorem suam. Rex
autem Philippus introgressus mare, actus tempestate, accepto gravi dampno de hominibus
et rebus suis, applicuit Messanam, maxime quia regis Ricardi noluit deserere comitivam.
Grassantibus autem civibus Messane in exercitum regis Ricardi, forte fiducia regis Francie
hospitis sui, iratus rex irrupit civitatem, et facta magna strage populi, obtinuit eam, firmato
castro super eam, quod Matigrifon appellatum est. Factus est igitur multo timori Tancredo
regi Cecilie[a], ut preter dotem sororis sue multam[b] ab eo excuteret pecuniam. Subeunte
autem vere navigavit rex Philippus et applicuit in Palestinam, veniens ad obsidionem 1191.
Acaron. Rex autem Ricardus, accepta coniuge sua et remissa matre sua in terram suam,
navigavit, et veniens Ciprum, expugnata insula et captivato rege cum unica filia eius, venit
ad obsidionem Acaron, dives et potens ex multa preda. Capta Acaron dedicione facta, metu
infirmitatis rediit rex Francie in terram suam, relicta magna parte exercitus sui regi
Ricardo, qui Saladinum duobus preliis confecit et cepit maritima et Ascalonem. Fecit
etiam occidi fere omnes, qui comprehensi erant in dedicione Acaron, quia Saladinus non
steterat pacto eorum, quod fecerat[c] cum regibus.

Henricus imperator statim a coronatione sua cum uxore sua introivit Apuleam, et prosperatus circa principia sua, acquisita Capua et Salerno et plerisque aliis locis munitissimis, rebellante vero Neapoli[d], transmissa uxore sua Salernum, obsedit eam, ubi pestilentia infirmitatum ingruentium maiores principes suos amisit. Ipse quoque, amissa coniuge sua et capta a Tancredo proditione Salernitanorum, graviter infirmatus, vix evasit cum aliqua parte sui exercitus in terram suam inglorius. Reversus igitur in terram suam, sequenti estate iterum misit exercitum in Apuliam, ipse futura yeme secuturus eum.

De regibus Anglorum. Seriem eorum a primo rege Lucio christiano non posui, quoniam
ystoriam Anglorum[1] ad manum non habui et prolixitatem vitavi. Seriem tamen regum postmodum inventam
non a Lucio, sed ab Ine, qui primus totius[2] Anglie rex fuit, posui. Iste Ine regnavit 37 annis, post 688.
eum Æthelardus rex 14 annis, Huthredus[3] 12 annis, Sigbertus 10 annis, Kynevulf 30 annis, Brithricus
16 annis, Agbertus[4] 25 annis et sex mensibus, Hadevulf[5] 18 annis, Eadbaldus[6], filius eius, uno anno, Athelbertus, frater eius, 6 annis, Atheldredus, frater eius, 5 annis, Alfredus, frater eorum, 30 annis. Hic fuit ille rex sapiens, qui primus omnium regum totius Britannie diadema suscepit a beato Leone papa. Hic vero sepultus est in Wenta civitate. Eadwardus, filius eius, regnavit 23 annis, Adelstanus, filius eius, 14 annis et 7 ebdomadis et tribus diebus, Eadmundus, frater eius, 7 annis et 6 mensibus, Eadwinus, filius Eadmundi, 3 annis et 37 ebdomadis, Hadgarus[7], frater eius, 16 annis et 8 ebdomadis, Eadwardus, filius eius, et martir effectus, 3 annis et 8 mensibus, Athelredus, frater eius, 38 annis, Eadmundus, filius eius, 1 anno, Cnuto 14 annis, sed nunquam fuit coronatus, Haraldus, filius eius, uno anno, Herdecnut, frater eius, 2 annis, Eadwardus, frater eius, qui iacet Londonie, 23 annis, Haraldus 40 ebdomadis, Willelmus Bastard, comes Normannie, 21 annis 5 ebdomadis minus, Willelmus, filius eius, 13 annis et 6 ebdomadis, Henricus, frater eius, 35 annis et 16 ebdomadis et 5 diebus, Stephanus, intervallo facto trium ebdomadarum, et[a] regnavit 19 annis et parum plus. Henricus, nepos Henrici, 33 annis et 6 mensibus et 3 ebdomadis, adoptatus in successorem a rege Stephano, cui[e] tamen debebatur regnum iure
hereditario; cui, sicut prius dictum est, successit Ricardus, filius eius, comes Pictavie. 1189.

Post reditum Philippi regis de Palestina in Franciam, Ricardo rege viriliter agente 1191.
contra Saladinum cum suis et Francis, quos ibi rex Philippus loco suo dimiserat, orta est
questio de rege faciendo, Francis eligentibus marchionem Montis-ferati, Ricardo primum
renitente, postmodum tamen consensum adhibente, quia traduxerat heredem regni uxorem,
ereptam ab Hemfredo de Turrum, qui eam habuit coniugem. E vicino vero postea a quo-
cumque procuratum est, ut idem marchio ab Assaciis[a] interemptus esset in urbe Tyro. 1192.
Mortui quoque sunt innumeri et in obsidione Acaron et post eius captivitatem plurimi, ut Philippus comes Flandrie et dux Burgundie et alii plures nobiles ad liberandum captivitatem Palestine. Sed et viri religiosi, qui venerant ad succurrendum Sancte Terre, mortui fuerunt et ante obsidionem[f] Acaron et postea, veluti vir religiosissimus Tisanus[8] archiepiscopus et vir literatus Girardus Ravennas archiepiscopus et Cisterciensis monacus, Cantuariensis

a) *sic c.* b) multum *c.* c) *al. manu mutatum in* fecerant *c.* d) Meapoli *c.* e) qui *c.* f) obsidione *c.*

1) Scil. Galfridi Monmuthensis. 2) Error. Unde regum Westsexiae quae sequitur seriem mendosam hauserit noster, nescio. 3) Cudred. 4) Egbert. 5) Aethelwulf. 6) Aethelbald. 7) Eadgar. 8) Vesontinus Theodoricus.

archiepiscopus Baldewinus, sed et alii plures episcopi et abbates et alii viri religiosi interierunt. Et alii in propria redierunt; veluti Hubertus Salesbiriensis episcopus in obsidione Acaron viriliter et egregie et post obsidionem laudabiliter egit, et reversus in patriam, archiepi-
1193. scopus Cantuariensis effectus, et ecclesiam et regnum pariter bene gubernavit. Parum tamen literatus fuit[1] et minus acer in operibus iusticie.

1192. Defuncto marchisio Montis-ferrati, uxor, enixa demum postumo, illustri[a] iuveni Henrico comiti Campanie . .[b] rege Ricardo Anglie et Francis, destinaverunt heredem regni. Rex igitur Ricardus, compositis maritimis et aliis finibus regni[c] Palestine, pacem fecit cum Saladino, aliquot annorum induciis firmatis, et repatriare disposuit. Ratus enim rex Philippus elementa irarum, quas in Messana et Acaron et maxime rupti federis peregrinationis incidisse doluit[d] . .; et ideo rex Ricardus, ne longa peregrinatione in preiudicium iuris sui turbaretur, navigavit. Declinata igitur Cypro, quod non omnino potuit quod voluit, vel ex proposito vel actus tempestate, in Ystriam applicuit. Quisquis autem in potentatu paucos amicos habere curavit, facile, plerumque facilius inimicos invenit. Ricardus igitur ab Istria paucis comitibus evadens, invenit inimicos. Qui tamen ex proposito [per[e]] multa terrarum intersticia in patriam suam redire proposuit. Sed a[f] tanto principe celare[g] non potuit; ab Istria igitur ab hostibus eum insequentibus paulatim eius fama personuit usque in Austriam super Danubium[h]. Fuerat autem dux Austrie potens et dives, qui olim in obsidione Acaron, urbe capta, iure belli palacium quoddam occupavit. Quia tamen potentior factus est rex Anglorum, minus laudabiliter egit. Dux igitur, suspicatus regem in terra sua transiturum, scrutatus est eum et invenit et occidere voluit, nisi principum suorum presidio modicum sedatus, contrusit eum in captivitatem. Fame igitur indicio vel etiam ipso duce vulgante, innotuit imperatori Henrico, interceptum regem, cui variis ex causis infestus erat. Imperator igitur veteribus inimiciciis, quasi odio novo formato, hostem puplicum imperii regem pronuntiavit et regi Francie significavit, qui et veteri et inexorabili odio variis ex causis et in occulto et in puplico inimicissimus fuit. Quia vero imperator de iure suo quem vellet captivatum quemcumque in imperio requisitus[i] recipere debet, et maxime hostem puplicum, pacta tamen latenter multa pecunia et obsidibus datis, dux Austrie deinde regem
1193. imperatori tradidit. Cum igitur rex Francorum [audiret[k], quod] apud imperatorem rex Anglie teneretur, missis nuntiis supplicavit, quatenus regem, hominem suum, sibi restitueret. Multa deinde licitatum est pecunia, quatenus, accepta pecunia imperatori[i], rex Anglie Philippo regi traderetur, ut duriori causa[i] restitutus ureretur. Intervenit imperatoris clementia, quatenus, pacta pecunia et datis demum obsidibus et conventionibus aliis, refusa aliqua ex parte pecunia, rex demum liberaretur. Philippus igitur rex Francorum nullo pacto imperatoris optinere potuit regem Anglie, qui tamen, nondum soluta pecunia, in captivitate teneretur. Veteri igitur et inexorabili odio instigatus rex Philippus, nulla crucis aut fidei religione detentus, fines regionum Ricardi invasit et marchias terrarum et maritimas earum pluribus in locis confecit, donec, a fidelibus quibusdam Ricardi regis nacta quadam condicione induciarum datis castellis, que elegit, interim Philippus rex quievit. Pacta igitur redemptione Ricardi regis apud imperatorem Henricum, infinita liberalitate Anglorum et transmaritanorum fidelium eius multam pecuniam ad redemptionem collegerunt. Soluta igitur pecunia, sicut convenit, ex parte, omni condicione quamquam imperatori impleta, de reliqua pecunia
1194. obsidibus datis, non simul tamen sine difficultate, deinde tamen rediit in Angliam, et postea brevi spacio transivit in Normanniam. Nulla igitur demum inter reges inventa pace, hinc inde diutius dimicatum est. Deinde vero intervenientibus religiosis viris et principibus,
1198. taxato tempore inducias firmaverunt, quatenus deinde quieverunt, firmata pace, et hoc, multis intervenientibus, elaboratum est[2].

1194. Circa ea tempora Tancredus rex Cissilie et duo filii eius mortui sunt, substituto tamen puero in regem destinato[3]. Imperator vero Henricus uxore[l] sua Cunstantia, filia regis Rogeri Cicilie[l], premisit in Appuliam et multis in locis hereditario iure optinuit.

a) ilustri *c.* b) *ita sine lacuna c.; desunt fortasse verba:* nupsit, quem christiani, approbantibus. c) regnis *c.* d) *sic sententia mutila.* e) *deest c.; suppl. Anstruther.* f) *fort.* de *emendandum.* g) *fors.* celari *emendandum.* h) Austria s. Danudium *c.* i) *ita c.* k) a. q. *des. c; suppl. Anstr.* l) Cicilia *c.*

1) Haec scripta videntur postquam Hubertus a. 1205. obiit. 2) Cf. Rog. de Hoveden supra p. 174. 3) Willelmo III.

E vicino tamen secutus est imperator, dives auro et argento a captione Ricardi regis Anglie, *1194.* qui de peregrinatione redierat, copiosamque pecuniam acceptam[a], brevi transitu Apuliam et Calabriam et Cissiliam optinuit.

Saladinus vero, dominus Damasci et princeps Syrie et solitanus Babylonie et rex terrarum Egypti et primus regum terre, subiugata Iherosolima et fere tota Palestina et multa Sarazenorum[b], ineffabilis glorie et [per[c]] inauditos trihumphos elevatus, ad religionem Machumetis convolavit et, priusquam ad Mech rediit, expiravit. Filii autem illius ad in- *1193.* vicem conturbati sunt, adeo ut ad eorum conturbationem christiana religio multa ex pace conquievit. Domini igitur est terra et plenitudo eius, *cf. Ps. 23, 1.* et Sarazeni et christiani pariter fidei in iniquitatem pro merito contulerunt, ut et mare[a] [et[c]] terre iniquitas hominum puniatur.

Circa igitur hec tempora Danubius subito irrupit et multos fines terrarum extinxit, *1194.* homines et iumenta et alia terrarum volatilia. Redeunte demum Danubio in alveum suum, exierunt de terra culices et vastaverunt agros et vineas et arbusta et depopulaverunt universam terram. Irruperunt igitur porci et alique alie bestie et irruerunt in culices, devorantes eas, et ingrassati sunt vehementer, et multi mortui sunt. Sagenati[a] vero porci mortui et occisi; homines edentes cibum passim mortui sunt. Dux autem Austrie sequente die nativitatis, ascenso[d] equo, accurrens ad ludum populi, contrusus est equo et illisus[e] est *Dec. 26.* graviter, fracta tibia sua, et irruente maiori malo, crus totum fecit abscidere et tercia die mortuus est. Fuerunt autem in[f] obsides regis Ricardi regis, quos archiepiscopus Sauncīburgiensis[1] multa instancia et probitate liberavit.

II. E RADULFI NIGRI CHRONICA ANGLICA[g].

Incipit prefatio magistri Radulfi Nigri.

Etsi[2] succensere sibi neminem conveniat, si quid in hoc opusculo parum composite aut *Cf. Gellii N. Att. XI, 8.* minus eleganter ingestum fuerit, cum nec ariopago sim[h] genitus aut educatus in Latio, non tamen ut aule nugator[3] malim culpam deprecari quam ea carere. Veniam enim petere — ut ex venustate reprehensionis a Marco Catone in Aulum Albinum, qui cum Lucio Lucullo consul fuit, profecte liquet — imprudentis est aut compulsi. Nec me quis in commissum perpulit vel deprecationis molestiam. Sit igitur nobis tota antiquitatis suppellex memorabilis et digna memoria scribendi materia. Intentio[i], litem scriptorum ingenitam, multis absolutam amfractibus, referre ad consensum in unius saporis usum, varia libamenta confundens et indigeste non in acervum congerere, sed confusam disparilitatem atque promiscuam, prout se enarranda queque vel transferenda suggesserint, ad subsidium vacillantis memorie in unum corpus digerere, ut, quod diversa lectione quesivimus, stilo digerente in ordinem coalescat, unde unum fiat ex omnibus, sicut unus numerus fit ex singulis, unus concentus ex dissonis innumeris. Ad hoc quidem me apium invitat innocens prudentia, epatis incitat innata potentia, movet et promovet chori consonantia. Conspirata igitur etatum in unum exempla, que sint aut voluptati legere aut cultui legisse aut usui meminisse, estimationi paucitatis coturnate porricio, ne rara nobilitas a grege tumultuosiore turbetur, set quod videtur absonum in unam soni concordiam salva innocentia redigatur. Et in his quidem nichil antiquis nisi silve congeriem demuto, nichil prudentibus[k] nisi saturnalia seriata ex multis cespitibus elicita propino. Hec cum Driadibus ruralia nobis ocia, hec inter algas mellita bellaria*, hec inter amfractus grata simposia, que ex cecis ignorantie abducta et edecumata latibulis multisque deducta sudoribus[l], eapropter explicui, ut moriens superstiti memoriale deponam, ex quo quasi de quodam litterarum penu, si dicti factive memorabilis reminiscendi usus evenerit, facilis[m] cuivis inventu sit atque depromptu. Facessat[n] igitur

*) *Manus coaeva in calce 1 adnotat:* Liberi[4] (Laberius *c.?*) bellaria, si mellita sunt, mellita non sunt; dulcibus enim cum pepsi societas infida.

a) *ita c.* b) terra *fort. suppl.* c) *deest c.* d) accenso *c.* e) illusus *c.; corr. Anstr.* f) *fort.* ibi *corr.* g) *contulimus codd.* 1 *et* 4. h) sive 4. i) *ita* 1. 4; est *suppl. videtur.* k) sapientibus 4. l) sordibus 4. m) facile 4. n) depromtu facescat 4.

1) Adelbertus III. Salzburgensis; cf. epist. ap. Magnum Reichersp., SS. XVII, p. 523. 2) Haec fere ad verbum ex A. Gellio, qui *libro Cornelii Nepotis De inlustribus viris XIII.* usus est, descripta. 3) Walterus Map, supra p. 62, hic forsitan denotetur. 4) Cf. Gellium XIII, 11, 6, qui locum Varronis affert, a Iohanne Saresber. Polycrat. VIII, 7. repetitum.

procul a limine efferata livoris mordacitas, procedat in propatulum benignior censure severitas, invigilet excubiis moderatrix directa veritas, opusque concludat modeste coacta brevitas, ne haustum meri excedens, ut Bithias[1], superflua eius effusione se proluat[a].

Explicit[b] prefatio.

. . . Ab initio mundi fluxerant anni 5198 secundum computationem magistri Radulfi Nigri, qui hanc chronicam composuit[c]. . . . . . .

879. Regnum Francorum a status sui corruit celsitudine ab incarnatione Domini anno 879. Lodovicus namque, filius Caroli Calvi, solum regnum obtinuit Francorum. Floruerat imperium Francorum 102 annis. Tunc Baiaorum surrexit regnum, apud quos hactenus imperium constat Romanorum. Primus imperavit Berengarius, post Lotharius, post Berengarius, post tres Othones; sed Otho primus coronatus est in Roma. Post Conradus, post duo Henrici, post Lotharius, post Henricus, post Conradus, post Fredericus, 98. Romanus imperator, secundum strictiorem vero computationem 93, qui in Asiatica expeditione aquis suffocatus est tempore Ricardi regis Anglorum. Post hunc imperavit Henricus, filius eius; post cuius mortem facta est discordia inter Alemannos pro electione imperatoris, dum quidam eligerent ducem Suavie, fratrem imperatoris, alii vero eligerent et in regem inungerent Othonem, filium Henrici ducis Saxonie ac nepotem regis Ricardi. Fredericus imperator in crastino sue consecrationis capere voluit Adrianum papam. . . . Tempore Henrici imperatoris sedit Alexander II, qui plus omnibus infestus erat presbyteris focariis. Iste etiam noluit festum de trinitate magis quam de unitate admittere. Sub Conrado sedit Lucius II, qui voluit ecclesiam orientalem et occidentalem una lege includere. Sub Frederico sedere Adrianus IIII. annis 4, mensibus 8, diebus 29; Alexander III. annis 23, sub quo synodi Laterana et Thuronensis; Lucius III. annis 4, mensibus 3; Urbanus III. anno 1, mensibus 10, diebus 30; Gregorius VIII. mensibus 2; post hunc Clemens III; post quem Celestinus, qui
1198. Henricum filium Frederici consecravit; post quem Innocentius. . . . . . .

Will. Malm SS.X, p 466 Hardecnutus[2] dedit Gunnildam, sororem suam, Henrico imperatori, filio Conradi; que adulterii accusata puerulum quendam, sturni sui alumpnum, quem ex Anglia adduxerat, contra gigantee molis apposuit[d] hominem ad monomachiam, ceteris clientibus inerti timore refugientibus, qui gigas a puero per miraculum, succiso poplite, enervatur. At Gunnildis statim velum suscipiens, virum repudiavit.

p. 467. Tempore Henrici imperatoris facta sunt quedam mira, sicuti de exclamatione demonis in aere die pentecostes apud Maguntium, qui dixit, cum prosa misse finiretur, scilicet *hunc diem gloriosum fecisti*: 'Hunc diem bellicosum ego feci', eo quod famuli archiepiscopi Maguntini et abbatis Sancti Galli in Saxonia, qui debet imperatori quinquaginta milia
p. 468. equitum, inter se pugnaverant pro sede primatus. Hic imperator adhuc puer cuidam clerico pro fistula aurea promisit episcopatum; unde post, cum egrotaret, demones eum cum fistula urgebant; deposito episcopo, imperator convaluit.

Dederat[3] imperator calicem aureum ecclesie sancti Laurentii de Wercheburc[4]. Quo mortuo, orante quodam heremita audivit voces demonum canentium in sullime; vocati causam gaudii, sciscitanti de morte imperatoris confitentur. Hora eiusdem diei duodecima ululantes eos in aera audivit. Acciti curiam Iesu calumpniantur, pace tamen eius permissa. Aiunt enim, in conflictu habito inter spiritus nudum quendam Laurentium semiustum calicem aureum statere tanta vi impressisse, quod fundum cavaret, et animam defuncti a beato Michaele ablatam. In crastino apud Wercheburc[4] calix idem cavatus inventus est.

Will. Malm. SS X, p. 463. Hac tempestate factum est illud miraculum de cantantibus per annum in atrio ecclesie sancti Magni martiris in Saxonia sub Roberto presbitero de octodecim viris et[5] quindecim feminis in chorea die ac nocte salti-
Will. Malm Reg. 204. tantibus. Quedam venefica mulier in Anglia existens cum esset defuncta et in lapideo sarcofago recondita cathenisque ferreis circumligata[e] et a quinquaginta clericis tribus noctibus in ecclesia custodita, circa gallicinium
SS X, p. 472. velut viva a demonibus est educta, diruptis omnibus repagulis. Quidam nobilis adolescens civis Romanus, desponsata uxore, eadem die cum sodalibus post cibum in campo ludens, anulum sponsalicium digito extento statue eree, que proxime stabat, imposuit. Anulum post ludum repetens, invenit digitum statue usque ad volam curvatum, unde nec anulum eicere nec digitum frangere potuit. Re autem sociis celata, domi revertitur; noctu cum familiariis rediens, extentum statue digitum invenit et anulum subreptum; cumque hora cubandi se iuxta uxorem collocasset, sensit quiddam nebulosum et densum inter se et uxorem volutari, quod posset sentiri, sed minime videri. Hoc obstaculo ab amplexu coniugis semper prohibitus est, ac vocem audivit: 'Ego sum Venus, cuius digito imposuisti anulum. Habeo illum nec reddam. Mecum concumbe, quia me hodie desponsasti'. Territus ille nichil referre ausus est. Postea vero predictus iuvenis presbiterum Palumbum nigromanticum adiit, per cuius incantationes anulum recepit, porrecta quadam epistola cuidam demoni per compitum cum multa turba utriusque sexus transeunti atque in curru gemmato residenti, qui anulum violenter extorsit a Venere et iuveni tradidit, qui postea libere potitus est cupitis amplexibus. Corpus Pallantis, filii Evandri, de quo Virgilius narrat, tunc temporis repertum est Rome illibatum. Hiatus

a) profluat 4. b) *ita rubra* 1. c) *rubra in marg.* 1. d) hom. app. *corr.* app. h. 1. e) esset lig. 4.

1) Cf. Virg. Aen. I, 738. 2) Fabularum quae sequuntur quamquam magna pars cum Will. Malmesburiensi, SS. X, p. 463—468, consonat, tamen certe una eo propius ad priscum auctorem accedit. Fortasse igitur Niger quoque legit ipsam collectionem a Willelmo adhibitam, quae Radulfo de Diceto, supra p. 258, nota erat. 3) Fabulam quae sequitur Malmesburiensis, ib. p. 468, cum praecedente confudit et in breve coegit. Similiter eam narrat Adalbertus, V. Heinrici c. 33, SS. IV, p. 810. 4) Merseburg. 5) *cum sodalibus* 18, *viris* 15, *feminis* 3, Malmesb.

vulneris, quod in medio pectore Turnus fecerat, quatuor pedibus et semis mensuratum est. Corpus muro applicitum muri altitudinem vicit. Lucerna adhuc ardens ad capud est inventa, que nullo flatu vel liquore potuit extingui, donec quidam subtus flammam stilo foramen fecit, et sic introducto aere ignis evanuit.

In confinio Normannie et Britannie quoddam portentum muliebri specie est visum, cui erant duo capita, quatuor brachia et cetera omnia gemina usque ad umbilicum, inferius vero singularis. *Will. Malm. Reg. 207.* Una pars ridebat, loquebatur, edebat, altera flebat, tacebat, esuriebat. Una mortua, supervixit altera. Portavit pene triennio viva mortuam, donec et pondere et fetore cadaveris ipsa quoque deficeret.

Henricus imperator magnis preditus virtutibus Windelicos et Leuticios[a] ceterosque populos Swevis[b] conterminos, *Ib. SS. X, p. 466* qui usque ad hanc diem soli omnium mortalium paganas supersticiones observant, devicit. Contigit, ut quodam tempore imperator minctum mane surgeret, prospiciensque per fenestram vidit sororem suam sanctimonialem amasium clericum extra curiam supra dorsum efferentem, ne vestigia amici in nive deprehenderentur. Unde imperator pudore et indignatione obmutescens et hesitans, utrum peccatum inpunitum dimitteret vel peccantes honeste redargueret, tandem episcopatum vacantem dedit clerico dicens: 'Accipe nunc episcopatum et vide, ne inequites ulterius mulierem', itemque dans sorori abbatiam sanctimonialium: 'Esto', ait, 'abbatissa, nec ultra patiaris clericum equitem'. Confusi illi desciverunt a flagitio. Item habebat diaconum quendam in curia, qui quadam nocte cum meretricula volutatus[c], coactus est verbis multis ab imperatore, ut euangelium illa die sollempni legeret, eo quod vocis eius melodia delectaretur. Quo prorsus pro timore Dei abnuente, imperator, ut clerici constantiam probaret, precepit eum extorrem esse totius terre sue. Qui cum mox abscederet, revocavit eum dicens: 'Probe satis[d] fecisti, qui pluripenderis Dei timorem quam patriam ac respectum celestis ire quam minas meas; quapropter habeto episcopatum, qui primus in imperio meo vacaverit, tantum indecenti amori renuncies'.

Obiit Henricus imperator octavo[e] imperii sui anno, apud Spiram conditus. . . . . . .

Rex Henricus dedit Mathildem, filiam suam, Henrico imperatori, que apud Maguntiam 1109. desponsata est et in imperatricem consecrata; cui imperator dedit 100000 equites[f] in dote. Tunc in Anglia datum est danegeld. Hic imperator cepit et habuit Pascalem papam in vinculis. Imperator Henricus, quo postea fugerit aut devenerit[1], incertum habetur. Post hec imperatrix ad patrem suum reversa, tradita est Gaufrido Plantegenest, comiti Andegavensium. . . . . . .

Mortuo rege Stephano, qui 19 annis regnavit, Henricus dux, filius Galfridi comitis ex 1154 imperatrice, coronatur; qui terrarum portiones[2] in solidum astu non viribus univit, ut predixit Merlinus. Tunc tercio datum est danegheld, data regis filia duci Saxonie. . . . Quo 1162 tempore[3] obiit Iohannes Neapolitanus; quo mortuo, audierunt naute sub Ethna vocem dicentem: 'Accendite focum; obiit Iohannes cardinalis'. Simile factum est de Ebroino prefecto in Barbarorum insula[4]. Urbs Mediolanum, septem annis ab imperatore Frederico obsessa, funditus eversa est, sed post reparata. Tres magi illi qui Dominum requisierunt Coloniam asportati sunt a Mediolano sub Frederico imperatore. Hic Alexandriam construxit 1168. in Italia de potestate pape[g]. . . . . . .

Huc[h] usque protraxit hanc cronicam magister Radulfus Niger. . . . . . .

E CONTINUATIONE ANONYMA.

1167. Imperator Fretthericus scismaticus exercitum copiosum ad Romanam urbem usque perduxit. Sed ultione divina Reginaldo Coloniensi archiepiscopo et Maguntino intruso[5], Leodicensi etiam et Ratisponensi episcopis, qui fuerant imperatoris consiliarii, morte percussis et exercitus multitudine non parva, imperator confusus abscessit.

1168. Rex Henricus II. dedit filiam suam Henrico duci Saxonum; quam in Saxoniam deduxerunt viri nobiles, scilicet Willelmus comes Suthsexie et Harundelensis comes[6] et Reginaldus comes Warennie[7], cum incomparabili suppellectili tam in vestibus et vasis preciosis quam in auro et argento. Hec fuit mater Othonis regis Alemannie. Obiit Guido Cremensis antipapa; in cuius loco alter per imperatorem Frethericum subrogatus est, quem etiam ad Romanam urbem usque perduxit et in ecclesia apostolorum violenter collocavit.

a) Scuticios 1. b) Swenis 1. c) sollepni *hic iam ex lin. seq. add.* 1. d) 'ait' *Malm.* e) decimo *e Malmesburiensi supplendum est.* f) *sic codices pro* libras *vel* marcas. g) Papie 1. h) *manus mutatur* 1.

1) Ad fabulam de Henrico V. apud Cestram latitante cf. supra p. 140. 2) Cf. Galfr. Monm. VII, 3. 3) Modo de Ricardo a. 1174—1184. archiepiscopo Cantuariensi agebatur. Iohannes occurrit supra p. 95. 4) Hanc fabulam noster forsitan noverit ex Adonis Vienn. chron., quocum aliis quoque locis convenit; cf. SS. XXIV, p. 39. 5) Minime; sed recte Alexander Leodiensis et Eberhardus Ratisponensis tunc mortui dicuntur. 6) Willelmus de Albini, cui Henricus II. regni anno primo castrum Arundelense cum tertio denario comitatus Suthsexiae donaverat; cf. Rad. Dic. supra p. 263. 7) Comes Surreiensis.

1168. Quo in eadem relicto, de magna multitudine pluribus fere usque ad mille viros cum episcopis, qui cum eis venerant, ultione divina prostratis, imperator cum reliquis confusus abscessit. . . . . . .

1173. De[a] applicatione Flandrensium in Angliam et de discordia inter regem Henricum et filium eius.

. . . Iunior autem rex de viribus regis Francie et comitis Flandrie maxime presumebat; quorum consilio fretus et auxilio, crebras irruptiones fecit in Normanniam; quedam vero castella expugnavit, quedam se sponte ei dedere. In hac autem controversia occisus est Matheus comes Bolonie, qui Mariam abbatissam desponsaverat, filiam regis Stephani, cum comitatu Bolonie. Vulneratus est Philippus, frater eius, comes Flandrie, comes Cestrie captus et quidam barones Britannie. . . . Postea vero aliquanto temporis elapso, vigilia scilicet sancti Mauricii, ductu comitis Leicestrie applicuerunt Flandrenses apud municipium Waletonie[1]. Quod cum essent impotentes expugnare, patriam sevissime populatam relinquentes, suscepti sunt a comite Hugone Bigod in Framelingheham. Consequenterque invalescente motu et patria amplius turbata, applicuit iterum Flandrense navigium. Comes vero Leircestrie ex duobus iam appulsis navigiis fidentiorem componens exercitum, a Framelingeham usque in Gipeswicum transitum fecit. . . . Auditisque rumoribus applicationis comitisse Leicestrie apud Orford, perrexerunt ei obviam. Ea vero suscepta et Flandrensibus qui cum ipsa applicuerant, proposuit comes Leircestrie in propria remeare. Sed consulto divino inter Sanctum Eadmundum et villulam que dicitur Sancti Martini de Fornham[b] aggressi sunt eos milites Anglicani ex precepto iusticiariorum regis Henrici II. Quibus congredientibus, captus est comes cum comitissa, maiorque pars Flandrensium interfecta, residua vero pars incarcerata. . . . . . .

1173. Sept. 21.

1174. Flandrenses a comite Hugone accersiti in Angliam iterum advenerunt; qui maxima multitudine stipatus universam circa se provintiam depopulabat. Sed et nobilem civitatem Norwic primo impetu expugnavit, quibusdam civibus occisis, ac opulentissimam inde predam reduxit. . . . . . .

1176. . . . Rex Henricus II. filiam suam Iohannam regi Sicilie Willielmo matrimonii lege copulavit; quo mortuo absque liberis ex ea susceptis, nupsit comiti[2] de Sancto Egidio, tradente eam rege Ricardo, fratre suo. . . . . . .

1178. Res insignis memorie apud Ierosolimam acta est, postquam Philippus comes Flandrie et Willielmus comes de Mandavilla terram Ierosolimorum ingressi sunt. . . . . . .

III. EX RADULFI ABBATIS DE COGGESHALE HISTORIA ANGLICANA.

. . . .

Simeo Dunelm. 1110. Rex Anglorum Henricus filiam suam Mathildem dedit Henrico inperatori Teutonicorum in coniugem . . . . . .

1114. . . . Mathildis, filia regis Henrici, apud Magontiam desponsata est et in imperatricem consecrata.

1117. Apud Longobardiam terre motus magnus factus est per dies 40, ita ut domus plurime corruerent, et villa quedam pregrandis mota est repente de statu proprio iamque in longe remoto consistere cernitur loco. Mediolanis dum patritie dignitatis viri de re publica tractantes sub una residerent turri, auribus omnium vox[c] foras insonuit, unum ex illis vocans nomine et festinato exire rogans. Quo tardante[d], persona quedam coram apparuit, que[e] vocatum virum ut egrederetur prece obtinuit. Exeunte autem illo, turris repente cecidit et omnes qui ibi aderant casu miserabili oppressit. . . . . .

1125. . . . Obiit Henricus imperator, reversaque est Matildis imperatrix ad patrem suum. . . . . . .

1127. Occisus est Karolus comes Flandrensis. . . . . . .

1136. . . . Porro rex Stephanus duxerat uxorem[f] Mathildem, . . . filiam Eustachii[3] comitis Boloniensis, cum honore Bolonie. Hic Eustachius frater extitit Godefridi ducis Lotharie et

a) *rubra* 1. b) Tornham 1. c) foras vox 3. d) tradante 2. e) quem 1. 2. 3. f) ux. M. *add. manu post.* 3; Ma. *deest* 2.

1) V. Rad. de Diceto supra p. 265. 2) Raimundo VI. a. 1196. 3) Scil. III.

postmodum regis Ierosolimitani et frater Baldewini comitis de Roheise[1], qui postea rex Ierosolimitanus post fratrem suum Godefridum effectus est. De ista regina Matildi et pio rege Stephano natus est Eustachius comes Bolonie et Willelmus comes Warennie. Quandam etiam filiam[2] habuerunt, que de monasterio sanctimonialium postmodum abstracta, comiti Matheo, fratri Philippi[a] comitis Flandrensis, traditur in uxorem; ex[b] qua duas habuit filias, quarum una[3] data est duci Luvane[4], alia[5] vero post tercium maritum[6] nupsit filio[7] comitis[8] de Dammartin. . . . . . .

1140. Facta est abbatia de Cogeshala[c] a rege Stephano et regina Mathildi. . . . Hac tempestate magister Petrus Abaelardus extitit et magister Gilebertus Porreie[d] episcopus Pictavis et Hugo de Sancto Victore. . . . . . .

1146.[e, 9] Rex Ludovicus cum regina Alienor et cum proceribus regni Francorum profectus est Ierosolimam et dux Saxonum[f] Fretherícus, postea imperator, et Damascum obsiderunt[g]. Sed iam cum capienda esset civitas, ab obsidione remoti sunt per fratres Templi, ut dicitur, qui pecuniam a Noradino acceperant. Civitas Ulixisbona capta est. . . . . . .

1153. Beatus Bernardus, Clarevallis cenobii primus abbas, aliorum quoque amplius quam centum[h] sexaginta monasteriorum pater, annis circiter sexaginta tribus expletis, 13. Kalendas Septembris inter filiorum manus obdormivit in Domino, eodem videlicet anno, Aug. 20.
quo beatus papa Eugenius III[i], eiusdem patris sancti in sancta conversatione filius, ab hac luce migravit ad veram lucem, successore eius Anastasio Romane ecclesie presidente, regnantibus autem in Romanorum imperio Frederico illustri, in Francorum regno piissimo Ludovico, Ludovici filio. . . . . . .

1154. . . . Habuit[10] etiam ex ea tres filias, quarum una tradita est Willelmo regi Sicilie, alia regi Petit[k, 11] Hyspanie, tercia* Henrico duci Saxonie; qui dux postmodum rebellans contra imperatorem Frethericum, avunculum suum, ducatum amisit, sed filius eius postea recuperavit. Obiit Anastasius papa; successit Adrianus Anglicus. . . . . . .

1173. . . . Rex Ludovicus, cuius filiam[12] idem Henricus iunior[13] in uxorem duxerat, comesque Flandrensis Philippus[a] et reliqui proceres regni Francorum suggestione et[l] petitione eiusdem Henrici . . . contra regem Henricum unanimiter insurrexerunt, eiusque terram transmarinam rapinis et incendiis devastantes, Rothomagum etiam diutius obsiderunt[g]. . . . Robertus etiam comes Leircestrie[m] cum multitudine Flandrensium in Angliam eodem tempore applicans, a comite Hugone Bigod recepti sunt; qui postquam Gipeswic[14] et castellum quod dicitur Haghene cum circumadiacente regione depopulati sunt, terram Sancti Edmundi cum abbatia depredare[f] disposuerant. Quo pervenientes, iusto Dei iuditio et meritis sanctissimi regis et[n] martiris Flandrenses quidem ignominiose a militibus regis interempti sunt. . . . . . .

1179. Concilium celeberrimum apud Romam celebratum est, presidente papa Alexandro tercio. Imperator Frethericus cum omni gente sua, scismatico papa derelicto, ad unitatem sancte Romane ecclesie rediit et pape Alexandro debitam reverentiam et subiectionem exhibuit. . . . . . .

1181. . . . Regnavit pro eo[15] Philippus, filius eius, strenuissimus et victoriosissimus rex, qui duxit in uxorem[16] filiam comitis[17] de Hanou, neptem videlicet Philippi comitis[o] Flandrie. . . . . . .

1182. Rex Henricus secundus pacem reformavit inter Philippum regem Gallie et Philippum comitem Flandrie. . . . . . .

1187. . . . Obiit Urbanus papa. Cui successit Gregorius cancellarius, qui et magister Albertus dictus est, qui vix per duos menses papatum tenuit et sepultus est apud Pise. Cui successit Clemens papa. . . . . . .

*) mater Ottonis *m. coaeva in marg.* 1.

a) *in rasura* 1. b) ex qua — Damm. *in marg.* 1, *in contextu* 2. 3. c) Coggeshale 3. d) Poreie 3. e) 1147. 3. f) *ita codd.* g) *ita* 1. 2. 3; obsederunt 4. h) et *add. Stevenson.* i) tercii 1. k) *ita codd.; a. quoque* 1200, *p.* 100. Petit *vocatur.* l) ac *Stev.* m) Leicestrie 3. n) et martiris — regis *des.* 3. o) *deest* 3.

1) Sive Edessae. 2) Mariam. 3) Mathildis. 4) Henrico I. 5) Ida. 6) Bertoldum IV. de Zähringen. 7) Reginaldo. 8) Alberici II. 9) Potius a. 1147. 10) Scil. Henricus II. rex Angliae ex Alienora. 11) Alfonso VIII. 12) Margaretam. 13) Filius Henrici II. 14) Ipswich. 15) Ludovico VII. 16) Isabellam. 17) Balduini V.

1188 1188. De principibus qui crucem sumpserunt. Hortatu Gregorii pape Philippus rex Gallie, Henricus rex Anglie, Ricardus comes Pictavinus, Philippus comes Flandrensis, dux Burgundie[1], Theobaldus comes Blesensis, Henricus comes Trecensis, Iacobus de Avethne[a], Bernardus de Sancto Walerico, Willelmus de Barres, Willelmus comes[2] de Mandeville, Ranulphus de Glanville, Robertus comes Leircestrie[b], comes[3] de Ferrariis et reliqui principes, comites et barones et precipui milites tocius fere christianitatis necnon et Willelmus Remensis archiepiscopus et Balduinus archiepiscopus Cantuariensis, episcopus Belvacensis[4], Hubertus Walter episcopus Saresberie, archidiaconus Colecestrie magister Radulfus de Alta-ripa et alii quam plures nobiles et ignobiles, tam clerici quam laici, quorum non erat numerus, signum sancte crucis zelo Dei accensi in vestibus sumpserunt.

Cod. 1.

1189. Eodem anno Fredericus Romanorum imperator iter[5] peregrinationis Ierosolimitane arripuit, ducens in comitatu suo septem antistites cum uno archipresule, duos duces, comites decem et novem, tres marchiones, tria milia militum et reliquorum circiter octoginta milia. Qui nolens se committere ventis et mari, duxit exercitum suum per terram Belis regis Hungariorum et per terram Ysakii imperatoris Constantinopolitani, deinde per terram soltani de Yconia, ubi graves impugnationes cum exercitu suo pertulit, antequam Yconiam et quasdam alias Asie civitates armata manu caperet. Cumque perveniret in Armenia, terra Rupini[6] de la Muntaine, ad fluvium qui dicitur Selef, et maior pars exercitus sui per vadum transiret, ille moram summariorum diutius non ferens, misit se cum equo suo in flumine iuxta vadum, et corruens de equo, solus submersus est tractusque in terram. Sui evisceraverunt eum carnemque aqua decoctam et ab ossibus separatam sepelierunt Antiochie. Ossa autem illius Conradus, filius eius, secum transtulit apud Tyrum, ut loca que vivus non poterat, saltem mortuus visitaret. . . . . . .

Libellus de exp. Terrae Sanctae

Cod. 4.

Imperator vero Fredericus cum principibus et exercitu suo, videlicet 150 milibus virorum, sicut ipse regi Francorum[c] per litteras suas mandavit[d], similiter eodem anno signum sancte crucis accipiens, iter Ierosolimitanum anno sequenti, die sancti Gregorii[e,7] arripuit, ducens exercitum per terram regis Hungariorum et per terram imperatoris Constantinopolitani et per terram suldani de Yconia non sine magna sui suorumque fatigatione et exercitus sui dispendio. Imperatorem enim predictum sepius expugnans, qui ei et exercitui[f] suo transitum atque victualia denegabat, tandem ad deditionem coegit. Deinde per terram soldani de Yconia exercitum dirigens, civitates plurimas in Asya expugnavit suoque dominio subegit. Ad quendam autem fluvium tandem deveniens quod gula Satalie[8] vocitatur, pro nimio diei estu maximum habuit balneandi desiderium; quem cum pluribus ingrediens, solus ex omnibus ad ulteriorem ripam transnatavit. Sed in reditu suo aquarum violentia interceptus fluctibus involvitur, moxque ab sociis abstractus[g], tercia die vitam finivit, iuniorem filium Coenredum[9] peregrinationis sue relinquens heredem, mandans ei, ut ossa mortua, sed prius decocta, secum transferret, ut eadem loca, que vivus non poterat, saltem mortuus visitaret.

Cuius exercitus ita variis eventibus postea dissipatus est, ut vix cum filio ante Achon quingenti viri reperirentur. . . . . . .

1190. De regum profectione. Rex Ricardus et rex Philippus iter Ierosolimitanum in estate arripuerunt; sed per totam hyemem in Sicilia apud Meschines[h] demorati sunt, classem suam preparantes atque exercitum suum et victualia aggregantes.

1191. De transfretatione regum et de morte principum. Predicti reges cum exercitu suo mare Siculum in vernali tempore transfretaverunt, cum iam plures ex episcopis et comitibus superius memoratis cum aliis innumerabilibus anno precedenti reges precesserant atque Acres[i] diutius frustra obsederant. In qua obsidione obiit archiepiscopus Baldewinus, Radulfus[k] de Fugieres, comes Robertus[10] de[l] Perche, comes

a) Avehtne 3. b) Leic. 3. c) Firinorum 4. d) mandavid 4. e) *ita pro* Georgii 4. f) exercitu 4. g) abstractis 4. h) *ita* 2. 3, *corr.* Messanam 1, *et ita* 4. i) Achon *super lineam* 1. k) Radulfus de Fugieres *in rasura* 1. l) de Perche *in rasura* 1.

1) Hugo. 2) Essexiae. 3) Willelmus Derbiensis. 4) Philippus. 5) Exscripsit noster praeter Lib. de Exp. supra p. 219. eandem relationem quam auctor G. Ricardi et Hoveden supra p. 112. 149. adhibuerunt; cf. quae Riezler, 'Forschungen' X, p. 66, adnotavit. 6) Leonis II. filii Ruben. 7) Die S. Georgii (23. April.) proficisci statuerat; sed non ante 11. Mai. exercitum movit. 8) Potius *Salef, qui . . . cadit in gulfo Satalie* supra p. 112. 9) Potius Fridericum. 10) Potius Rotroldus III.

Theobaldus Blesensis[a], comes Stephanus[1], frater eius, Conradus[2], filius imperatoris Frethe- 1191. rici, comes de Ferrariis, comes Robertus[a] Leircestrie, Rannulfus de Glanville, Radulfus de Alta-ripa archidiaconus Colecestrie[3] et fere omnes nobiles et alii quam plures ex nimia aeris intemperie. Obiit Clemens papa; cui successit Celestinus papa, qui et Iacinctus antea dictus est.

De coronatione imperatoris. Eodem anno Henricus rex, filius imperatoris Fretherici[b], consecratus est in imperatorem a Celestino papa in paschali sollempnitate. . . . Apr. 14.

De morte comitis Flandrensis. Comes Flandrensis Philippus, qui sororem[4] regis[5] de Portingal duxerat in uxorem, cum rege Philippo in terram Ierosolimitanam proficiscens, absque liberis obiit. . . . . . .

Discordia primo apud Messanam Sycilie civitatem inter eosdem[6] pullulaverit[c], cum rex Ricardus eandem urbem armata manu cepit plurimosque prostravit, rege Philippo in ea commorante, ob convitia et vexationes, que exercitus regis Francorum exercitui suo inferebat[d]. . . . . . .

. . . Repatriare disposuit[7], . . . quod comes Flandrie iam obierat, cuius terram plurimum gestiebat. . . . . . .

1192. De interfectione marchisii, et de quadam secta. Post pascha anno[e] 1192. Apr. 28. sequenti, dum marchisus de Monte-ferrato[8] per plateam civitatis Tyri incautius equitaret, a duobus Sarracenis, quos Hautasis appellant, cum cultellis perimitur, a domino suo, qui Vetus de Monte vocatur, directi, ut eundem principem necarent; qui per longum tempus cum familia eiusdem marchisii manserant, christianos se simulantes, donec aptum tempus perspexissent, quo nefariam domini sui iussionem explerent. De quorum secta refertur, quod domino suo ita in omnibus quasi Deo obediant, ut cuilibet horrende mortis periculo pro domini sui iussione explenda ultro se exponant. Emuli vero regis Ricardi ubique diffamaverunt, predictum principem per consilium et proditionem regis fuisse necatum, quod postea omnibus innotuit esse falsissimum, dum causa mortis predicti principis evidentius esset discussa et agnita, rege etiam innocentiam suam super hoc defendere volente, cum tale scelus ab emulis ei obiceretur. . . . . . .

De quodam mortuo per beatam Mariam resuscitato. Ante istud sane septennium extitit quidam abbas ordinis Cisterciensis in quadam abbatia que dicitur Sor[9] in Dacia, qui ante conversionem suam ex quadam egritudine surripiente defunctus est atque per beatam Dei genitricem Mariam vite pristine est redditus. Ea[f] vero tempestate quidam alius abbas in Teutonica extitit, qui etiam postmodum extitit abbas de Morimundo, qui in iuvenili etate ante conversionem a diabolo seductus fuerat in quadam egritudine, de qua et inpenitens obiit. Hic vero nocte sequenti per matrem misericordie vite restitutus, mira et relatu dignissima[f] in secreto narrare consueverat, scilicet qualiter ab antiquo adversario in ipsa egritudine seductus fuerit ob scripturarum noticiam adipiscendam, cum quali tormento anima separata sit a corpore, et de forma eiusdem anime, qualiter demones cum anima eiusdem subsannando ludebant more puellarum cum pila ludentium, quomodo in uno puncto temporis omnia que ubique agebantur, rursum sive deorsum, a dextris vel a sinistris, cernere atque intelligere potuit, de tribus etiam distinctis ordinibus electorum, suppremo, medio et infimo, de qualitate locorum penalium, qualiter per misericordissimam celi reginam a demonum manibus ereptus sit et ad proprium corpus redire permissus, quid etiam a beata Maria in mandato acceperit; que omnia, quia alibi litteris plenius mandavimus[10], hic eadem[g] replicare fastidiosum duximus. . . . . . .

De infortuniis repatriantium. Tempore igitur autumpnali, preparatis navibus omnibusque rite dispositis, rex Ricardus atque regina domna Berengaria cum sorore regis Iohanna regina Sicilie, necnon et proceres cum exercitu mare Mediterraneum trans-

a) *inter lineas* 1. b) Fredrici 4. c) pullulaverat *corr. Stev.* d) ferebat 3. e) a. s. *inter lin.* 1. f) Ea vero — dignissima *et in rasura et in margine exarata* 1. g) etiam *Stev.*

1) Sacri-Caesaris. 2) Potius Fredericus. 3) V. placita Radulfi archidiaconi Colecestrie et sociorum eius in Rotulo magno pipae a. 2. Ric. I, in 'Facsimiles of national manuscripts' I, fol. 15; Libell. de exp. Terrae Sanctae ed. Stevenson p. 254; Itin. Ricardi p. 91. 93. 4) Theresam. 5) Sancii. 6) Scil. reges Franciae et Angliae. 7) Philippus II. rex Franciae. 8) Conradus. 9) Sorö in Selandia, de cuius abbate Gaufredo cf. Langebek SS. IV, p. 555. 10) Quae num exstent, nescio.

1192. fretaverunt. Quibus abeuntibus, iusto Dei iuditio, licet nobis occulto, ilico suborte sunt insolite tempestates in mari navigantibus, persecutiones illate in terra applicantibus. Nonnulli naufragium perpessi sunt; quidam in littore, navibus confractis amissisque opibus, nudi vix evaserunt, pauci vero ad destinatum salutis portum applicuerunt. Hii autem qui maris evasere pericula hostiles acies ubique reperiunt contra eos in terra consurgere, a quibus inmisericorditer capiuntur, despoliantur et gravi redemptionis debito nonnulli affliguntur. Nullus subterfugiendi locus tutus relictus est, quasi tellus et mare contra fugitivos Dei coniurassent. Unde satis conici potuit, ipsorum reditum nequaquam Deo fore acceptum, peregrinatione nondum expleta, qui ipsos post modicum tempus in terra illa magnificare decreverat, omnes inimicos subiciendo et terram, pro qua tam laboriosam peregrinationem assumpserant, tradendo. Nam illis sic abeuntibus, in subsequenti
1193. Mart. quadragesima hostis christianitatis terreque predicte invasor, Salaadinus scilicet, vitam miserabilem miserabili morte terminavit. Qui si tunc presentes affuissent, facillime totam terram illam obtinuissent, filiis ac propinquis eiusdem Salaadini inter se dissidentibus et pro regno certantibus.

1192. De captione regis Ricardi apud Austriam[a]. Rex vero Ricardus cum nonnullis suorum nimia maris tempestate vexatus per[b] sex ebdomadas, cum devenisset versus Barbariem, trium dierum velificatione a Marsilia distans, famaque crebrescente iam cognovisset, comitem[c] Sancti Egidii necnon et cunctos principes per quos transiturus erat contra eum unanimiter conspirasse insidiasque ei ubique tetendisse, disposuit per Theutonicam latenter repatriare. Retortisque[d] velis apud Courefo insulam tandem applicuit; conductisque ibi duabus piratarum rostratis navibus, qui pirate regis navem audacter invaserant, sed[e] a nauta regis recogniti et cum rege[f] confederati ob eorum laudabilem fortitudinem et audatiam, ascendit rex cum eis, paucis suorum secum retentis, in quibus erat Baldewinus de Betun[1] et magister Philippus clericus[g, 2] regis atque[h] Anselmus capellanus, qui hec omnia nobis, ut vidit et audivit, retulit, et quidam fratres Templi; qui omnes in partes Sclavonie ad quandam villam nomine Gazaram[3] applicuerunt statimque nuntium ad proximum castellum dirigunt, pacem et conductum a domino[4] provintie illius, qui nepos extitit marchisii, expetentes. Rex autem in reditu suo tres lapides pretiosos, scilicet tres rubiz, a quodam Pisano 900 bisantiis comparaverat, quorum unum, dum esset in navi, in anulo aureo includens, anulum illum domino castelli per predictum nuntium transmisit. Percunctatus vero nuntius a domino loci illius, quinam essent qui conductum petebant, respondit, peregrinos esse a Ierosolimis redeuntes. Deinde nomina eorum requisivit. At nuntius: 'Unus', inquit, 'eorum appellatur Baldewinus de Betun, alter vero dicitur Hugo mercator, qui etiam[i] vobis anulum transmisit'. At dominus ille diutius anulum intuitus: 'Non', inquit, 'Hugo, sed rex Ricardus appellatur', et subintulit: 'Licet ipse iuraverim, me omnes peregrinos de partibus illis adventantes comprehensurum nec aliquod munus ab eis accepturum, tamen pro dignitate muneris et mittentis domini, qui me ignotum ita honoravit, et munus missum remitto et liberam abeundi licentiam concedo'. Reversus itaque nuntius omnia hec regi intimavit. At illi valde trementes, media nocte, comparatis equis, de villa predicta occulte exeunt sicque per terram illam diutius libere proficiscuntur. Sed dominus ille predictus latenter post eos exploratorem ad fratrem suum transmisit, ut regem in terra sua advenientem comprehenderet. Ubi cum rex advenisset et urbem, in qua frater[5] predicti domini morabatur, fuisset ingressus, statim ille, accersito ad se quodam fidissimo homine suo Roger nomine, Normannicus genere de Argenton, qui cum eo per viginti annos extiterat, et neptim suam ei tradiderat, precepit ei, ut domos, ubi peregrini hospitabantur, diligenter perscrutaretur, si forte regem per loquelam vel per aliquod signum explorare posset, promittens, se ei medietatem urbis daturum, si regem

a) 1192. *add.* 3. b) per sex — distans *et in rasura et in margine* 1. c) c. Sancti Egidii *in rasura* 1. d) Retortisque — applicuit *in margine* 1, *des.* 3. *Tota quae de rege capto sequitur narratio postea lineis compressis et margine in auxilium vocata, eadem manu, fortasse super rasuram inseritur* 1. e) sed — confederati *in rasura* 1. f) eo *corr.* rege 1. g) r. cl. *Stev.* h) atque — retulit *in margine* 1. i) et 3.

1) *Balduinus de Bettona*, miles regis in comitatu Bedfordensi Magn. Rot. Pip. a. 1. Ric. p. 213, postea comes de Albemarle. 2) Philippus, clericus de camera ibid. p. 207, alias Anglicus; qui recordavit loquelas in curia regis (cf. Magn. Rot. Pip. a. 2. Ric. I. in 'Facsimiles of national manuscripts' I, fol. 14); alias Pictaviensis dictus, a. 1195. episcopus Dunelmensis nominatus est. 3) Görz, minime Iadera i. e. Zara. 4) Meinhardo II. comite Goritiae; cf. epistolam Henrici imperatoris ad regem Franciae apud Rogerum de Hoveden supra p. 159. 5) Potius Fridericus de Betesowe (Pettau); cf. Ep. imperatoris l. c.

intercipere posset. At ille singulorum hospitia requirens et discutiens, tandem regem reperit; 1192. quo diutius dissimulante quod erat, tandem inportunitate precum et lacrimarum pii inquisitoris compulsus, confitetur quod erat. Qui statim cum lacrimis fugam latenter arripere adhortatur, equum[a] peroptimum regi tradens. Postea autem ad dominum suum revertens, dicit, frivolum esse quod audierat de regis adventu, sed esse Baldewinum de Betun et comites eius, qui de peregrinatione redibant. At ille furibundus iussit omnes comprehendi. Rex vero latenter de urbe egrediens cum Willelmo de Stagno[b] et quodam puero, qui linguam Theutonicam intelligebat, per tres dies et noctes sine cibo profectus est. Deinde, famis inedia urgente, ad quandam villam nomine Ginanam[1] in Austria prope Danubium divertit, ubi tunc temporis ad cumulum omnium malorum dux Austrie morabatur[c]. Puer vero regis ad escambium veniens, cum plures bisantios proferret nimisque curialiter[d] ac pompatice se haberet, a civibus ilico comprehensus est; ac requisitus, quisnam esset, servientem cuiusdam ditissimi mercatoris se esse respondit, qui post triduum ad urbem illam esset venturus; sicque tunc ab eis dimissus, ad secretum regis hospitium clanculo regreditur fugamque quantocius cohortatur, denuntians regi que sibi acciderant. Sed rex post nimiam maris vexationem in predicta urbe per aliquot dies requiescere cupiens, dum prefatus puer sepius pro emendis necessariis ad forum publicum regreditur, accidit, eum semel, die[e] scilicet sancti Thome apostoli, cirotecas domini regis Dec. 21. sub zona secum incautius gestasse; quas magistratus urbis intuentes puerumque iterum apprehendentes, dirissime torquent, variis penis et cruciatibus afficiunt, vulnera infligunt, linguam abstractam amputare minantur, nisi cicius rei veritatem confiteatur. Puer autem intolerabili cruciatu compulsus, ut se res habuit eisdem[f] innotescit. At illi continuo hec omnia duci annuntiantes, hospitium regis[f] circumvallant et, ut se sponte reddat, acriter insistunt. Rex autem ad tumultuantium vocum barbariem velut inperterritus manens suamque defensionis probitatem non apud tot barbaros prevalere sentiens, iubet ducem adesse presentem, ipsi soli se redditurum promittens. Duci autem ilico adventanti rex aliquantulum obviam processit seque ei cum gladio tradidit. Dux autem letissimus effectus, secum regem honorifice deduxit; quem deinde strenuis militibus suis custodiendum tradidit, qui die noctuque strictis ensibus artissime eum ubique custodirent. Quod miserabile infortunium non absque omnipotentis Dei iuditio, licet nobis occulto, evenisse arbitrandum est, sive pro[g] ipsius regis lubrice etatis erratibus castigandis sive pro subditorum suorum peccatis feriendis, vel ut detestabilis malitia regem in tali casu persequentium per universum orbem divulgata, feda relinqueret posteris suis tanti facinoris cauteria, qui tantum regem, tanta virtute ac potentia preditum atque de tam laboriosa peregrinatione redeuntem, tanta oppressione et calamitate afflixerunt et postmodum intolerabili redemptionis debito regnum eius contriverunt. Nam que gens, rogo, nefaria et a christiane fidei legibus aliena in tanto principe ac in tali casu comprehenso graviora vel seviora vellet umquam exercuisse iuditia? Etiamsi in manibus ipsius Salaadini per simile infortunium decidisset, contra quem idem rex a finibus terre, relicto regno nuper adepto, relicta patria, parentibus et amicis, dimicaturus ascendit, mitiori eum pena forsitan afflixisset regnumque eius tolerabiliori redemptionis iugo aggravasset, nimirum deferre sciens eius generositati ac probitati pariter et regie maiestati, quibus illa gens barbara deferre nescivit. O gens cervicosa! O barbara tellus, que viros gigantea mole porrectos educare consuevisti, sed animi virtute ignavos, statura proceros, sed probitate inhertes! Numquam ipsum regem bellum lacessire[h] presumpsisses, si bellicoso suo exercitu vallatus fuisset; et iccirco tanti principis deiectio non est imputanda tue virtuti, immo potius divine dispositioni, ad nutum cuius rota fortune volubilis celerius volvitur, hunc humilians et hunc exaltans, illum erigens et istum deprimens, quia calix in manu Domini Ps 74,9. vini meri plenus mixto, qui balteum regum dissolvit et precingit fune renes eorum, qui Iob 12,18. potentes deponit de sublimi et effundit despectionem super principes. . . . . . .

1193. Quomodo imperator regem custodiri fecerit[i]. Dux Austrie regem Ricardum imperatori Henrico tradidit custodiendum; qui diligentissime custodiri[k] fecit eum primo[l] Treveris[2], deinde Warmatie, copiosam[m] militum et servorum turbam ex omnibus

a) equum — morabatur *in margine fol.* 62. 1. b) Stanguo 2. c) *deinceps lineae ordinarie inter se distant* 1. d) curaliter 4. e) die — apostoli *in marg.* 1. f) *deest* 3. g) propriis 4. h) *ita codd.* i) fecit *Stev.* k) custodi *codd.* l) apud T., apud *corr.* primo T., deinde 1. m) copiam 3.

1) i. e. Vindobona. 2) Ita pro *Trivellis* codd.

1193. fortissimis Theutonicorum custodie sue deputans, qui eum in omnibus locis die noctuque gladiis accincti comitarentur et lectulum regis ambirent, neminem suorum cum eo pernoctare permittens. Hec autem omnia numquam serenissimi principis vultum obfuscare potuerunt, quin hilaris et iocundus in verbis, quin ferox et audacissimus in factis, prout tempus, locus, causa, persona exigebat, semper appareret. Quotiens[a] autem custodes suos per improbos irrisionum iocos deturpaverit seu molestaverit, quotiens[a] eos inebriando ludificaverit, quotiens[a] tam immanium corporum vires quasi ludendo aggressus fuerit, aliis narrandum derelinquo. Imperator vero iratum animum ac ferocem erga regem diutius conservans, nullatenus eum in presentia sua convocare vel alloqui voluit, quia regem in pluribus contra eum et suos graviter deliquisse conquestus est, multas ei obitiens calumpnias. Tandem, hinc inde mediantibus amicis, et precipue abbate Cluniacensi[1] et cancellario regis[2], imperator, convocatis episcopis, ducibus et comitibus suis, regem in presentia sua[3] accersiri iussit eumque in pluribus causis coram omnibus accusavit. Inprimis scilicet, quod per eius consilium et auxilium regnum Sycilie atque Apulie, quod ei iure hereditario debebatur, defuncto rege Willelmo, amiserit, pro quo adipiscendo exercitum permaximum, data infinita pecunia, conduxerat, cum idem rex sibi auxilium fore prestiturum fideliter spopondisset, ut regnum illud a Tancredo obtineret. Deinde causatur de imperatore Cipri, qui ei affinitate coniunctus fuerat, quod eum iniuste ab imperio deposuerit et eum carcerali custodie mancipaverit et terram eius cum tesauris[b] violenter invaserit et insulam cuidam alieno vendiderit. Postmodum vero regem accusat de morte marchisii de Monte-ferrato[c], hominis sui, quod scilicet per eius proditionem atque machinationem ab Hausasis peremptus sit, quos etiam miserat ad perimendum regem Gallie, dominum suum, cui nullam fidelitatem in communi eorum peregrinatione, sicut iuramenti sacramento inter utrosque confirmatum est, exhibuerat. Deinde conqueritur, quod signum ducis Austrie, consanguinei sui, ob eius contemptum in cloacam[d] apud Iopen precipitaverit et Teutonicos[e] suos in terra illa Ierosolimitana verbis probrosis et factis ubique[f] dehonestaverit. Super his et huiusmodi calumpniis rex ab imperatore conventus, confestim idem rex in medio stans cum duce Austrie, qui pro eo tunc plurimum lacrimabatur, contra singulas obiectiones ita luculenter et argumentose peroravit, ut omnibus admirationi ac venerationi haberetur, ita ut nulla suspitio de his in quibus accusabatur in cordibus eorum ulterius resideret. Nam obiectorum veritatem et ordinem quibusdam veridicis assertionibus et probabili argumentatione ita in lucem propalavit, ut omnes falsas suspitiones quibus impetebatur omnimodis cassaret et gestorum veritatem non reticeret. Proditionem tamen vel alicuius principis necis machinationem constanter defendebat, asserens, se semper fore paratum ad purgandam innocentiam suam super tali obiectione, prout curia imperatoris adiudicaret. Cumque diutius coram imperatore et principibus disertissime, ut est[4] facundissimus, allegasset, surrexit imperator, et rege ad se accersito, osculatus est eum, deinceps blande leniterque cum eo colloquens. Ab illo ergo die cepit imperator regem vehementer honorare et familiariter cum eo agere.

De redemptione regis. Deinde, mediantibus hinc inde utrisque partibus, de redemptione regis diutius tractatum est. Tandem ad hoc perventum est, ut pro redemptione sua daret centum quinquaginta milia marcas argenti ad pondus Coloniensium. Cumque super hoc imperatori et regi conveniret, prestitum est ab episcopis et ducibus et comi-
Iun 29. tibus iuramentum die apostolorum Petri et Pauli, ut, quam cicius prenominatam pecuniam persolvisset, ilico liber ad regnum proprium regrederetur. Perlata autem in Anglia huius concordie sententia a regis cancellario, qui litteras domini regis et bullam auream imperatoris secum detulit, continuo exiit edictum a iusticiariis regis, ut omnes episcopi, clerici, comites et barones, quelibet etiam abbatia sive prioratus quartam partem reddituum suorum ad redemptionem regis conferrent; quin etiam ad illud opus calices argenteos sustulerunt. Nulla denique ecclesia, nullus ordo, nullus gradus vel sexus pretermissus est, quin ad redimendum regem cogeretur. . . . Rege autem Ricardo apud imperatorem detento,

a) Quosciens 4. b) *sic* 1. c) Monte-ferato 4. d) clocham 4. e) Teutonichos 4. f) *deest* 3.

1) Hugone IV. a. 1183—1199; cf. Gall. christ. IV, col. 1143. 2) Willelmo episcopo Eliensi. 3) Spirae; v. Toeche, 'Kaiser Heinrich VI', p. 265. 564. 4) Nisi *erat* corrigendum est, hoc ante mortem Ricardi I. scriptum esse videtur. (Forsitan autem noster modum praesentem ab alio auctore desumptum in perfectum mutare supersederit; cf. infra p. 352, ann. 1. F. L.)

comes Iohannes, frater eius, qui filiam[1] comitis Gloecestrie[a, 2] duxerat in uxorem, audito 1193. fratris infortunio, atque de regressione regis diffidens, fedus amicitie iniit cum rege Philippo. Savarinus[b] ad episcopum Bathonicensem eligitur et consecratur. . . . . . .

1194. De regis regresione. Rex Ricardus, maxima iam parte redemptionis sue persoluta, datisque pluribus obsidibus pro reliqua parte que restabat persolvenda, die puri- 1194. Febr. 2. ficationis beate Marie ab omni custodia imperatoris liber effectus est et ad proprium regnum redire permissus. Qui cum matre sua et cancellario per terram ducis Luvane[c, 3] ad mare Britannicum proficiscens, apud Andeworpe aptum tempus transfretandi diutius expectavit; qui in die dominica post festum sancti Gregorii in Angliam cum magno gaudio ad portum Mart. 13. Sandwicensem[d] applicuit. . . . . . .

Rex Tancredus Sycilie[e] obiit. Quo audito, imperator ad illas partes cum magno exercitu profectus est. . . . . . .

1195. De morte ducis Austrie. Terra ducis Austrie a Celestino papa anathemate innodata ob iniuriam, quam regi repatrianti dux ipse intulerat et ob retentionem obsidum, celitus etiam percussa est anno precedenti, sterilitate scilicet, fame et peste. Danubius etiam in quadam parte terre eius plus solito inundans, inopinato eventu decem milia hominum submersit. Sed quia in omnibus his plagis non est aversus furor ducis, immo adhuc plurimos obsides pro iniusta redemptione regis accipiens eosque in arta custodia ponens, ad ultimum ipse divino iuditio terribiliter percussus est, ipso cum proceribus suis natale Domini cum maxima pompa et gloria celebrante. Die siquidem sancti Stephani cum Dec. 26. lusum equitando pergeret, comitantibus sociis, equus cui dux insidebat, mole nivis offensus, corruit sedentisque pedem cum tibia insanabiliter contrivit. Nam tibia cum pede protinus cum quadam nigredine intumescens, nullo medicorum cathaplasmate[f] sedari potuit, quin potius ignis quem infernalem vocant tumori admixtus, intolerabiliter eum cruciabat; quem cruciatum dux diutius ferre non valens, pedem a crure detruncari fecit, ipso dolabrum interim tenente, ceteris omnibus pre nimio horrore et miserabilis domini sui miseratione hoc facere renuentibus. Sed nec sic doloris evasit cruciatus; nam statim femur cum reliquo corpore igne execrabili depascebatur. Tandem vero agnoscens impietatis culpam, quam in regem et in obsides regis malitiose exercuerat, suadentibus episcopis qui aderant, obsides absolvit et residuum pecunie de regis redemptione, quod nondum expenderat, se redditurum spopondit atque ecclesiastice censure se deinceps pariturum promisit; unde episcopi eum in tanta calamitate constitutum in communionem receperunt, atque ita vita decessit. Cuius corpus diutius inhumatum iacuit, eo quod filius eius mandata patris exequi nollet. Tandem ab amicis compulsus obsides absolvit et repatriandi licentiam concessit; qui cum maximo labore atque inedia latenter ad propria sunt reversi. Talis igitur ultio in ducem suosque divinitus processit.

Imperator Henricus subiugavit sibi regnum Apulie atque Sycilie, mortuo Tancredo rege, qui Willelmo regi iniuste successerat. Idem enim imperator duxerat in uxorem sororem[g, 4] regis Willelmi, cui regnum illud iustius debebatur, mortuo fratre. . . . . . .

1196. . . . Rex Ricardus dedit Othoni, nepoti suo, filio ducis Saxonie, comitatum Aquitanie. . . . . . .

1197. Obiit Celestinus papa; cui successit Innocentius tercius[h]. . . . . . .

De morte Henrici imperatoris. Imperator Henricus, postquam regnum Sicilie sue dicioni subiugaverat omnemque illam pecuniam satis iniuste de redemptione regis Ricardi adquisitam militibus stipendiariis distribuerat, obiit in Campania apud Tusculanum, satis anxius et gemens, quod tantum scelus erga regem a peregrinatione repatriantem facere presumpsisset, iustum Dei iuditium super se manifeste venisse sentiens. Recolebat nimirum transacti temporis quo imperaverat brevitatem, scelerum suorum numerositatem, bonorum actuum, quibus perhenni vita simul et memoria beandus foret, paucitatem, maximeque illius impietatis horrore cruciabatur, quod regem a sanctorum locorum peregrinatione redeuntem tanto tempore in custodia sua detinuerat, ubi per detencionis sue occasionem magnam partem sui principatus, hostibus terram suam interim invadentibus, amiserat. Tor-

a) Gloustrie 3. b) Savarinus — consecratur *in rasura* 1. c) Luuaine 4. d) Sandeuic. 4. e) Scicilie 4. f) catapl. 2. 3. 4. g) sororem *in marg. et rasura* 1. h) tercius *in marg. add.* 1; *deest* 3.

1) Hawisam. 2) Willelmi. 3) Henrici I. ducis Brabantiae. 4) Potius amitam Constantiam.

1197. quebatur etiam, quod regnum regis tam indebita ac intollerabili exactione oppresserat, quod nichil adhuc in recompensationem persolute sibi indebite pecunie regi reverso persolverat nec aliquod ereptionis auxilium contra invasores atrociter decertanti contulerat. Pro his et huiusmodi malis mente et corpore vehementer afflictus, in dolore et tristitia diem clausit extremum.

Hic diligenter perpendat quisquis avaritie facibus[a] inardescit, quisquis aliorum facultates iniuste diripit, quam brevi temporis transitu consumuntur, quam cito pereunt et defluunt. Attamen quedam amara inprimuntur memorie signacula ac feda relinquunt cauteriate conscientie perpetuo vestigia, nisi ante mortem ablata restituantur atque condigna satisfactione expientur. Ecce, quanta et qualis est severissima animadversio iusti iudicis Dei, Ps. 65, 5. terribilis in consiliis super filios hominum! Ecce, quomodo Altissimus est patiens redditor, qui peccatorum mala et patitur et reddit! Ducem siquidem Austrie, qui regem captivaverat, super nequitia perpetrata inpenitentem horribili atque insanabili plaga ultio divina primitus percussit, imperatorem vero violenter extorta minime restituentem exiciali morte postmodum[b] multavit. Hinc iam tercius hostis[1] crudelior ceteris, infestior universis, quem Dei longanimitas diutius toleravit, sibi metuat sibique prospitiat, ut ea que potius dolo quam Rom 2, 5. viribus rapuit exsolvere studeat, ne secundum duritiam suam et cor impenitens thesaurizet sibi iram divine animadversionis, nec diutius abutatur Dei patientia, ne severiori, quod absit! Es. 5, 25. feriatur vindicta. Sed in omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta ad diripiendum, ad predandum et ad interficiendum.

Predictus vero imperator, dum adhuc incolumis persisterat, sibi forte blandiebatur, ceteris sibi applaudentibus atque adulantibus, quod copiosam militum catervam in partes Ierosolimitanas anno precedenti cum archiepiscopo Magontino[2] et cum ducibus et comitibus suis direxerat, quibus de thesauris suis maximam pecuniam distribuerat, quam tamen virus pestifere supradicte rapacitatis omnino fermentaverat. Inde est, ut licet suspicari, quod copiosus ille exercitus et longe numerosior, quam pater eius Frethericus[c] secum prius adduxerat, in partibus transmarinis adveniens, magnam quidem stragem paganorum fecit civitatesque maritimas et oppida a Sidone usque ad Anthiochiam satis viriliter, ut dicunt, ex-Es 61, 8. pugnavit atque expugnando cepit, sed captas iusto Dei iuditio, qui odio habet rapinam in holocaustum, cicius amisit, quatinus et pecunia illa imperatoris in capiendis urbibus incassum[d] dispergeretur atque exercitus eius conducticius magis affligeretur, quem vehementius contristavit civitatum captarum amissio, quam prius letificarat earumdem triumphalis adeptio. Audita denique morte imperatoris, confestim exercitus ille regreditur, unusquisque in terram et patriam suam, terram Ierosolimitanam satis afflictam relinquentes, tribus tantum civitatibus viriliter contra insultum[e] paganorum se tuentibus, scilicet Ptolomaida[f], Tiro et Tripoli. . . . . . .

De comite Baldewino, et quomodo rex Philippus incaute invasit Flandriam. Comes Flandrensis Baldewinus[g,3], nepos Philippi comitis ex sorore, cum rege Ricardo fedus pacis[4] cum iuramento iniit; cuius auxilio fretus, contra regem Galliarum rebellavit, ius suum de manibus regis, qui magnam partem Flandrie invaserat, gestiens eripere. Alii etiam potentes viri necnon et comes Sancti Egidii et comes Boloniensis cum rege Ricardo confederati sunt. His amicitiarum confederationibus rex Philippus mente consternatus, ignorabat, super quos fidelitatis sue desertores furoris sui malignitatem prius effundere posset. Accidit autem, ut[h], dum rex Anglorum in Bituricensi diocesi plurima oppida expugnando caperet terrasque regis Frantie devastaret, quod comes Flandrensis, auxilio regis Ricardi fretus, urbes et castella, que rex Philippus in Flandria possederat, interim fortiter expugnaret ac quedam ex eis caperet. Unde rex Philippus nimio furore succensus, cum omni exercitu suo in Flandriam perrexit, volens omnem Flandriam sibi subiugare et comiti ius suum penitus eripere. Proceres autem sui ei dissuaserunt, ne ulteriorem adiret Flandriam, eo quod nullus umquam regum presumpsisset illam cum exercitu adire pro platearum

a) fascibus *codd.* b) *inter lineas* 1 c) Fredricus 4. d) incaissum 4. e) assultum 3. f) Phtolomaide, Tyro et Tripolii 4. g) Balduuinus 4. h) *ita codd.*

1) Iohannem regem intelligit, qui non ante a. 1213. pecuniam ecclesiis extortam per partes restituit; haec igitur inter a. 1208. et 1213. scripta videntur. 2) Conrado I. 3) Balduinus VI. comes Hanoniae et Flandriae. 4) V. tractatum et inter testes Ottonem comitem Pictaviae ap. Rymer I, p. 94, ed. nov. p. 67.

atque viarum angustia et crebra fossarum circumcinctione. Sed hanc procerum dissuasionem 1197. parvipendens, duxit exercitum suum per Flandriam devenitque coram Ypres. Quo comperto, comes Flandrensis statim adunavit exercitum, pontes post regis exercitum confringens et viarum exitus obstruens, ne victualia possent undecumque advehi. Exercitus autem regis huc illucque dispersus, fame cogente, ab exercitu comitis pluribus in locis prosternebatur atque etiam a mulieribus impetebatur. Cernens vero rex Francorum, se incircumspecte egisse, exercitumque suum famis inedia per triduum laborasse, comitemque cum suis ad belli procinctum paratum esse, tactus dolore cordis intrinsecus, sero penituit, quod se tam temerarie in manus inimicorum ingesserat. Denique presumptuose temeritatis sue arguens imperitiam, se stulte egisse confitetur sibique reatum imputat, qui consilia principum suorum audire detrectaverat, pavidumque alloquens exercitum, ne timeat exhortatur, dixitque, hoc solum fore necessarium, ut sapienter de partibus illis egrediantur, quas insipienter intraverant. Prudentique usus consilio, de proceribus suis ad comitem transmisit qui ei de pace formanda suggererent atque animum eius ad pacem et concordiam inclinarent. Comes itaque multis procerum allegationibus ad pietatem flexus, ad regem armis depositis progreditur. Cui adventanti rex ex equo desiliens reverenter processit obviam ac comitem benigna simulatione suscepit omniaque iura sua, que ei iure hereditario debebantur, se redditurum[a] iureiurando spopondit, prout utriusque partis principes fideli consideratione decernerent. Multisque sermonibus de concordia et pace reformanda inter se habitis, respondit comes, se nequaquam aliquam pacis reformationem absque consilio et assentatione domini regis Ricardi posse componere, maxime cum super hoc uterque fidei sacramento astrictus teneretur. Proinde dies prefigitur locusque determinatur, ubi omnes simul ad colloquium convenirent pacemque inter se reformarent. Sicque rex Philippus ab imminenti periculo sapienter evadens inimicosque deludens, cuncta que prius in angusto positus spoponderat postmodum facere prorsus[a] abnuebat. . . . . . .

1198. . . . Circa hoc tempus comes Flandrensis illud preclarum castrum de Sancto[b] Omero obsedit. Obsessi vero regi Philippo mandant, ut obsidioni succurrat infra terminum quendam nominatum. Quo non opem ferente, reddiderunt castrum comiti. Quo in[c] tempore rex Anglorum intravit terram regis Frantie. . . . . . .

Post decessum Henrici imperatoris facta est dissensio inter episcopos et proceres imperii de imperatoria electione. Nonnulli siquidem elegerunt Philippum regem Gallie, alii Ricardum[a] regem Anglie, qui dudum captivus inter eos extiterat, at aliqui ducem Suavie atque alii ducem Saxonie[1], qui tunc temporis in expeditione Ierosolimitana habebatur cum archiepiscopo Maguntino[2] et cum duce Luvane[3]. Sed rex Ricardus, diviciis et consiliis callens, tantum egit muneribus et xeniis[d] suis erga archiepiscopum Colonie[4] et erga proceres imperii, quod, omnibus aliis omissis, Othonem, nepotem suum ex sorore, filium Henrici ducis Saxonie, mire strenuitatis et elegantis corporis adholescentem, eligerent atque hunc in solio regni Theutonici apud Aquisgrani sublimarent, expulso duce Suavie, qui se ibidem cum fautoribus suis violenter intruserat; pluribusque preliis inter se habitis, nequaquam[e] deditioni[f] eius se dederunt. . . . . . .

1200. . . . Temporibus Ludovici regis Frantie, qui genuit regem Philippum, cum error quorundam hereticorum[5] qui vulgo appellantur Publicani per plures provincias Gallie proserperet, . . . ubique exquirebantur et perimebantur, sed maxime a Philippo comite Flandrensium, qui iusta crudelitate eos immisericorditer puniebat. . . . . .

1201. . . . Caput et dux militie suscepte peregrinationis effectus est Bonefatius marchisius de Monte-ferrato, frater eiusdem marchisii[6] qui ab Hauzasis peremptus est. Hic autem cum pluribus capitulum Cisterciense devote adiens, eorum se orationibus commendavit et quendam abbatem regionis sue ordinis Cisterciensis, scilicet abbatem de Lucelane[7], in comitatu assumpte peregrinationis humiliter expetiit et obtinuit. . . . Comes etiam Flandrensis Baldewinus cum comitissa sua[8] cruce signati in comitatu suo obtinuerunt abbatem de Los. . . . . . .

a) *deest* 3. b) S. O. *in rasura* 1. c) *deest* 4. d) exeniis 4. e) *in rasura* 1. f) ditioni *corr. Stev.*

1) Henricum comitem palatinum. 2) Conrado. 3) Henrico. 4) Adolfum I. 5) Sequitur narratio de magistro Gervasio Tilleberiensi, de qua v. infra p. 359. 6) Conradi. 7) Lützel in Alsatia superiore. 8) Maria.

Innocentius papa misit in legationem in Alemanniam episcopum Prenestine civitatis[1], qui extiterat abbas Cistercii, ut omnes episcopos et proceres totius imperii compelleret ad submissionem regis Othonis, ut in imperatorem promoveri posset, omnesque rebelles eius anathematis vinculo innodaret. . . . . . .

1202.[a] Cum quedam concordia composita esset inter Philippum regem Gallie et inter Iohannem regem Anglie, absente comite Bolonie, qui se regi Anglie in amicitia obligaverat, sicut regi Ricardo iam pridem fecerat simul cum comite Flandrensi, confestim rex Iohannes cepit acriter expugnare comitem de Marchis, scilicet Hugonem cognomento Brun. . . . . . .

1204 . . . . Rex Bavarie[2] in Alemannia dedit quendam locum episcopo Prenestinensi ad abbatiam construendam ordinis Cisterciensis, cum legationis offitio in Alemannia fungeretur. Defuncto Willelmo Remensi archiepiscopo, successit episcopus Prenestinensis, qui prius extiterat abbas Cisterciensis.

Episcopus Londoniensis[3] in legationem directus est a rege Iohanne in Alemanniam ad regem Othonem, nepotem suum. Idem autem Otho, cum iam per septennium contra ducem Suavie multociens dimicasset multasque provintias sibi subiugasset, tandem in quodam certamine, quod habiturus erat contra predictum ducem, a germano suo, scilicet duce Saxonum, per proditionem derelictus[4] et militibus undecumque conductis orbatus, fuge presidium querere compulsus est, sicque auxilio eorum in quos speraverat[b] ex insperato destitutus, multa de adquisitis amisit. Siquidem dux Suavie promiserat duci Saxonie quendam comitatum et ducatus Saxonici redintegrationem, qui a tempore illo, quo pater suus contra Fredericum imperatorem rebellaverat, numquam redintegrari cum suis pertinentiis potuit, quare[c] imperator non aliter Henricum ducem Saxonie, nepotem suum, superare potuit, nisi prius maximam partem ducatus archiepiscopo Coloniensi[5] et aliis potentibus viris largiretur, ut sibi in auxilium forent. Archiepiscopus Coloniensis[6] atque dux Luvane, cuius filiam parvulam[7] rex Otho affidaverat, se ab auxilio Othonis subtraxerunt et cum duce Suavie pacificati sunt. Unde factum est, ut eorum fretus auxilio apud Aquisgrani dux Suavie ab archiepiscopo prefato coronaretur; pro qua coronatione postea a papa Innocentio suspensus est ab offitio suo.

Dux Luvane hominium fecit Philippo regi Gallie et concordatus est[8] cum comite Bolonie; qui comes reddidit ei ex precepto regis annuum redditum suum ex comitatu Bolonie, quem diutius retinuerat, scilicet quingentas libras Parisiacensium; insuper et adiecit centum libras. Rex vero pro homagio suo contulit ei redditum quadringentarum librarum. Predicte vero quingente libre ex hereditate uxoris sue[9] ex iure ei[d] competebant, que extiterat filia Mathei comitis Bolonie. Reginaldus vero comes Bolonie aliam filiam[10] duxerat cum comitatu predicto. Mater[11] autem istarum fuit filia regis Stephani et regine Mathildis. Pacificati igitur ad invicem dux et comes simulque in amicitia sub iureiurando confederati, in presentia regis Philippi iuramento se constrinxerunt. . . . . . .

De comite Flandrensi imperatore facto. . . . Obiit comitissa Flandrensis apud Achon; ex qua comes Baldewinus postea imperator unicam habuit filiam[12], que nata est eodem anno quo pater eius iter Ierosolimitanum arripuerat. Hec comitissa extitit filia Henrici comitis Trecensis. . . . . . .

1205. . . . Frater[13] ducis Venecie consecratus est in patriarcham Constantinopoleos a papa Innocentio cum magna solempnitate; quod multis retroactis temporibus non contigerat. . . . . . .

1206.[e] Obiit magister Willelmus[f] episcopus Lincolnie[g]. Obiit regina Francie[14], mater regis Philippi, filia comitis Theobaldi[h], qui fuit frater regis Stephani.

a) *atramentum et altitudo characterum variantur* 1. b) speravit 4. c) quoniam *potius scribendum fuisset.* d) *inter lineas add.* 1. e) *fol.* 109. *insertum atque manu alia coaeva exaratum* 1. f) Blesensis *add.* 4. g) Lincolniensis 4. h) Theodbaldi 4.

1) Guidonem. 2) Otto IV. a nostro hoc nomine designatur. 3) Willelmus, cui 26. et 27. Mart. pecuniae apud mercatores Colonienses attribuuntur, Rotuli lit. claus. ed. Hardy I, p. 39[b]. 40. 4) V. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben und Otto IV', I, p. 330. 5) Philippo. 6) Adolfus. 7) Mariam. 8) Mense Februar. apud Paciacum; cf. Delisle, 'Catalogue des actes de Philippe Auguste' nr. 909. 9) Mathildis. 10) Idam. 11) Maria. 12) Error. Iohanna iam nata erat, cum Maria a. 1202. filiam minorem Margaretam peperit. 13) Thomas Maurocenus. 14) Alix.

Cod. 1.

1207. Obiit domnus Thomas, abbas quintus de Cogeshal; cui successit domnus Radulfus, monachus eiusdem loci, qui hanc[a] cronicam a captione sancte crucis usque ad annum[b] undecimum Henrici regis III[2], filii regis Iohannis, descripsit ac quasdam visiones, quas a venerabilibus viris audivit, fideliter annotare ob multorum edificationem curavit.

Magister Stephanus de Langhetune a domino papa Innocentio in archiepiscopum Cantuariensem consecratur. Conventus Cantuariensis a rege Iohanne expellitur, et omnia bona eiusdem ecclesie confiscantur[7].

Henricus, primogenitus regis Iohannis de regina sua[10], filia comitis Engolismi, nascitur.

1208. Tota Anglia et Wallia sub interdicto generali ponuntur. Pridie annunciationis[c] beate Marie predia, redditus ac mobilia cleri ac religiosorum confiscantur.

Rex Anglorum misit Romam et se satisfacturum per omnia Deo et sancte ecclesie ac domino pape spopondit; sed minime tenuit.

Cod. 4.

Litere transmisse sunt regi Iohanni ex parte beate Marie. Rex Iohannes cum exercitu gravi in Aquitaniam applicuit et per biennium regi Francorum treugas dedit[1]. Cancelarius domini pape[3] in Angliam venit.

Ecclipsis solis particularis apparuit. Otho rex Romanorum in Angliam venit[4]. Facta est generalis exactio tercie decime reddituum et catallorum tocius Anglie[5]. Mastini[6] omnes per forestam occiduntur per totam Angliam. Procella venti ac nivis et grandinis per totam Angliam ingentia robora per nemora, silvas et pomaria maxime radicitus subvertit.

Magister Stephanus de Langetone Rome in archiepiscopum Cantuariensem consecratus est a domino papa. Conventus Cantuariensis expellitur, et omnia bona ecclesie Cantuariensis confiscantur[7]. Eboracensis archiepiscopus[8] clam in Galliam transfugit. Abbas Cisterciensis[9] ex mandato domini pape contra Publicanos cum aliis coabbatibus suis legatione fungitur. Henricus, primogenitus regis Iohannis de regina sua[10], nascitur. Inundationes insolite super terram cum multorum dampno et periclis excreverunt.

Tota Anglia et Wallia sub interdicto generali ponuntur. Pridie annunciationis beate Mart. 24.
Marie predia, redditus ac mobilia cleri ac religiosorum confiscantur. Ordo Cisterciensis solus divina more consueto celebrat. Exulant episcopi fere omnes. Philippus dux Suavie, qui regnum Romanum contra Othonem, nepotem regis Anglie, diu sibi vendicaverat, occiditur. Rex Otho in regnum provehitur. Concubine presbiterorum ac clericorum regio precepto sub redemptione capiuntur. Succanie[11] mulierum rusticanarum, rege precipiente, capiuntur. Rex secundam profectionem frustra parat in Aquitanniam[d]. Rex Dacie nobile xenium regi Anglie misit, gratias agens, quod emulum suum mari interceptum occiderit. Rex Anglorum Romam misit et se satisfacturum per omnia Deo et sancte ecclesie ac domino pape spopondit; set minime tenuit. Beatus Petrus, quondam Magalonensis archidiaconus, dum ex precepto domini pape contra Publicanos legatione fungitur, ab eorum fauctore comite Sancti Egidii[12] martirizatur. De vicinia Antichristi plures vaticinantur. Aeris

a) h. c. *in rasura* 1. b) annum *in margine*, undecimum *in rasura* 1. c) annuntianē 1. d) *sic c.*

1) Oct. 26. V. Rymer, Foedera I, p. 141. 2) 1226, Oct. 28. — 1227, Oct. 3) Iohannes Ferentinus diaconus cardinalis. 4) V. Pauli, 'Geschichte von England' III, p. 334—336, et Winkelmann l. c. I, p. 404—406. 5) Febr. 17; Rotuli lit. patent. ed. Hardy I, p. 72. 6) *Mâtin*, gallice canis domesticus sive pastoralis; cf. Diez, 'Roman. Wörterbuch' s. v. *magione*. 7) Cf. Ann. Waverl. a. 1207. 8) Gaufridus. 9) Arnaldus. 10) Isabella. 11) i. e. camisae, Ducange ed. Henschel, s. v. *soscania*. 12) Raimundo.

Cod. 1.

1209. Ricardus, secundus filius regis, nascitur.

1209. Febr. 11. Dux Saxonie Henricus, frater Otonis imperatoris, in Angliam venit[4]. In capite ieiunii, summo mane, sole oriente, prodigialis pugna nubium cum sole apparuit et ultra horam diei primam duravit. Regina apud Divisas includitur.

Rex Iohannes domos episcoporum, executorum interdicti, precepit subverti, nemora succidi, vivaria destrui. Otho in imperatorem consecratur ab Innocentio papa.

Dec. 28— 1210. Febr. 2.

1210. Rex Iohannes gravissimam inponit mulctam generaliter super omnes domos religiosorum totius Anglie, sed maxime Cistercienses oppressit nec ad annuum capitulum Cistercii abbates ire permisit. Inexorabilis discordia inter dominum papam et Othonem imperatorem exoritur. Rex in Hiberniam exercitum duxit, Hugonem de Laci de Hibernia expulit et omnem Hiberniam in deditionem accepit.

Cod. 4.

temperies ac rerum omnium fertilitas preterquam bonorum virorum habundavit. Rex Francorum et Anglorum treugas usque ad pascha proximum ineunt. Willelmus de Breuse de Anglia expellitur. Wintoniensis[1], Bathoniensis[2], Rovensis[3] episcopi ex precepto domini pape regem frustra de satisfactione cohortantur.

1208. Dec. 25. Rex apud Bristoviam nathale Christi celebrat, et Anglorum ebrietas festivitatem in mutuam concertationem et cedem commutat. Ricardus, secundus regis filius ex regina, nascitur. In pago Derbensi villa Malmesfled puer plus iam quam septennis formam alterius pueri de pectore suo nati pendulam circumfert, qui tamen instar pulmonis ossibus et ad tactum quemque, quem cum suo gerulo communem habuit, vere sensilis fuit. Walenses inane quid in Angliam molientes, federe firmo regi pacificantur.

Dux Saxonie Henricus, nepos regis Anglie, frater Othonis regis Romanorum, in Angliam venit[4]. In capite ieiunii, summo mane, oriente sole, prodigialis pugna nubium cum sole apparuit et ultra diei horam primam duravit. Regina apud Divisas includitur. Cisterciensibus in Anglia et Wallia commune interdictum mandato speciali domini pape imponitur. Rex iterum a domino papa per litteras de satisfactione commonetur. Bladium clericorum iterum a regis satellitibus diripitur et venum in mercatis exponitur, ipsis quoque clericis sub certo precio venundatur. Quatuor etiam homines de singulis villis, qui anno preterito mobilia clericorum custodienda susceperant, ex precepto regio nunc miserabiliter de custodia sua a bailivis regiis conveniuntur. Rex precepit, domos episcoporum, executorum interdicti, subverti, nemora succidi vel incendi, vivaria destrui. Otho in imperatorem consecratur. Iudei graviter infliguntur et ab Anglia expelluntur. Hyems asperrima inhorruit a festo innocentium usque ad purificationem sancte Marie.

Inplacabilis fere discordia inter dictum papam et Othonem imperatorem exoritur. Rex Anglie gravissimam imponit mulctam generaliter super omnes domos religiosas tocius Anglie, et maxime Cistercienses oppressit nec ad annuum capitulum Cistercii abbates ire permisit. Rex in Hyberniam exercitum duxit, Hugonem de Laci de Hibernia expulit et omnem Hyberniam in deditionem

1) Petrus. 2) Iocelinus. 3) Gilbertus. 4) V. Winkelmann l. c. II, p. 152. 153.

Cod. 1.

Iterum archiepiscopus Cantuarie[1] vocatur, sed minime venit, quia sufficientem conductum, ut rex ei spoponderat, non acceperat. Iterum pugna nubium circa solem mane apparuit. Willelmus de Brausia de Anglia fugatur; uxor eius et filii apud Windleshores[2] castrum occiduntur.

1211. Otho imperator et rex Anglie excommunicantur.

Vocantur omnes episcopi et clerici, qui in transmarinis agebant, per edictum publicum in vicecomitatibus.

Cod. 4.

accepit. Iterum archiepiscopus Cantuariensis[1] vocatur, sed minime venit, quia sufficientem conductum, ut rex ei spoponderat, non accepit. Iterum pugna nubium circa solem mane apparuit. Willelmus de Breusa de Anglia fugatur; uxor eius et filii apud Windleshoram[2] castrum occiduntur. 1102.

Otho imperator excommunicatur. Hyems gravis fuit a festo sancti Thome apostoli usque ad festum sancti Valentini. Successerunt inundationes pluviarum per tantumdem fere spacium. Albigenses heretici in Angliam veniunt, et quidam intercepti comburiuntur. Vocantur omnes episcopi et clerici, qui in transmarinis agebant, per edictum publicum in vicecomitatibus. Castrum Londoniensis episcopi[3] Strateford evertitur. Domus regis apud Writele[4] edificatur. Rex in Walliam contra Leonium[5], generum suum ex filia notha[6], ducit exercitum. Legatus domini pape[7] venit in Angliam. Iterum archiepiscopus et episcopi a rege vocantur[a]. Dec. 21 — 1211. Febr. 14.

Iohannes comes Brenensis apud Tirum in regem Ierosolimitanum coronatur.

1212. . . . Fretherícus rex Sicilie in Romanum imperatorem eligitur, Othone reprobato. Ferrandus, nepos comitisse Flandrie[8], natione Portugalensis, filiam[9] imperatoris Baldewini cum tota Flandria suscepit. . . . . . .

Fredericus rex Sicilie in Alemanniam contra Othonem iam reprobum imperatorem per Alpes cum paucis transivit et ab archiepiscopis et episcopis principibusque Alemannie cum solempni tripudio susceptus est. Alemanni in Othonem unanimiter insurgunt.

1213. Dux Lovanie Leodium vastat, et dominus papa eum excommunicat. . . . . . .

Rex Francie interim totam Flandriam occupavit, quia comes Flandrie cum eo transfretare in Angliam recusavit. . . . . . .

1214. Ferrandus[b] comes Flandrie venit in Angliam[10], et occurrit ei rex apud Cantuariam et recepit ibi rex homagium eius de tota Flandria et tam ipsi quam his qui cum eo venerant effudit munificentiam regiam in donariis largifluis auri, argenti et lapidum preciosorum. . . . Rex comitem Saresberie[11] cum multa pecunia in Flandriam ad succursum comitis Flandrie transmittit. . . . . . .

Commissum[c] est prelium inter regem Francorum et comitem Flandrie predictum cum complicibus suis, et cesa sunt castra Flandrensium a Francis, et capti sunt comes Flandrie et comes Bolonie et comes Salesberie, frater regis Anglie nothus, et maxima multitudo militum gradus inferioris. Actum est autem hoc prelium 13.[d] Kalendas Augusti, die dominica, iuxta Duay[12]. . . . . . .

1215. . . . Interim rex, misso Hugone de Bova, quondam exule regis Francie, cum literis domini pape — vel fictis vel veris incertum —, predicari fecit in Braibantia et adiacentibus provinciis, quatinus omnes armis bellicis instructi in remissionem peccaminum in Angliam venirent[13] et eam sine omni delectu ordinis, dignitatis, sexus et etatis exterminio darent, eo quod secundum falsidicam illam stropham omnes a fide catholica defecissent. . . . . .

a) *desinit* 4. *in calce fol.* 89. b) Ferrandus — preciosorum *et in rasura et in margine scr.* 1, *in contextu* 3. c) Commissum — Duay *alia iterum manu* 1. d) 6. *corrigendum esse, docet dies* dominica.

1) Stephanus de Langton, quem Innocentius ipse a. 1207, Iun. 17. consecraverat. 2) Windsor. 3) Willelmi. 4) Writtle prope Chelmsford in Essex. 5) Llewellyn. 6) Iohanna. 7) Pandulfus. 8) Theresae sive Mathildis. 9) Iohannam. 10) V. Pauli l. c. III, p. 391. n. 4; Winkelmann l. c. p. 365. 11) Willelmum. 12) Apud Bovines, Iul. 27. 13) Scilicet contra barones.

1216. Rex Iohannes, capto castello Rofecensi, exercitum suum divisit, cuius medietatem sub manu Savarici de Malo-leone Pictavini et Falconis Normanni et comitis Saresberie, fratris sui nothi, et Girardi de Sotengaine Flandrensis et Walteri cognomine Buc de Braibantia commendavit. . . . . . .

Iul. 16. Obiit Innocentius tertius 17. Kal. Augusti apud Perusium; cui successit Honorius. . . . . . .

1221. Exercitus christianorum post captam Damiatam . . . versus Babyloniam et Kahere . . . tandem admonitione ducis Bavarie[1], qui in loco imperatoris cum multo excercitu et cum literis eiusdem advenerat, cum episcopo Bathanensi[2] et cum aliis magnatibus, qui spoponderunt 40 galeas imperatoris cito in succursum adventuras, iter arripuerunt, postquam per 5 septimanas predictas galeas frustra exspectaverant. . . . . . .

1223. Terre motus factus est magnus in Italia, ita quod quedam civitates, id est [Brixa[a] cum aliis quibusdam tribus], subverse sint et absorte cum habitatoribus suis. . . . Per diem integrum in Italia in plerisque locis sabulum minutum e nubibus pluendo cecidit, quod collectum et in aqua missum speciem sanguinis pretendebat atque in pluribus locis pro admiratione deportatum est, quod[b] effusionem humani sanguinis portendere dicunt. . . . . . .

a) Brixa — tribus *in spatio vacuo ab alia manu* 1. b) quod — dicunt *in marg.* 1.

1) Ludovici. 2) Iocelino.

E GERVASII TILLEBERIENSIS OTIIS IMPERIALIBUS.

Gervasius Tilleberiensis, parentibus ingenuis, in oppido, ut videtur, Tilbury quod in comitatu Essexiae sinistrae Tamesis fluvii ripae adiacet, oriundus, operi praestantissimo multa de se ipso inseruit.

Sub Alexandro III. puer erat[1]. *Ex Anglia, cuius tamen regiones resque gestas satis cognitas habuit, iam adolescentulus discessisse videtur. Quodsi dicit*[2]*:* in concilio Veneto penitentem imperatorem ad sinum matris ecclesie regressum intuiti sumus, *intelligendum videtur, eum paci a.* 1177. *affuisse. Unde Stubbs*[3] *suspicatur, fortasse ad Gervasium nostrum ea recedere quae scriptor Gestorum Henrici, Hovedenius, Gervasius Dorobernensis coaevi de pace illa celeberrima iisdem fere verbis retulerunt. Priusquam autem Bononiae legibus operam dare ac magistri titulo insignitus ius canonicum docere incepit, adhuc iuvenis fuit* ex clericis *Willelmi iam, inde ab a.* 1176, *Remensis archiepiscopi, illustris affinis Ludovici VII. regis Franciae. Tunc moribus minus honestis addictus, puellam Publicanam corrumpere frustra conatus, iudici ecclesiastico eam indicavit, qui haereticam flammis concremari iussit; quae Gervasius ipse postea,* cum canonicus esset, *Radulfo abbati de Coggeshall*[4] *narravit. Quando vero Henrici (III) iunioris regis Anglorum, qui cum patre altercatus die* 11. *Iun.* 1183. *obiit, socius atque assecla fuerit, quamquam haud satis apparet, certe tamen ei amore sincero coniunctus, viventi* librum facetiarum[5] *hodie perditum, mortuo neniam*[6] *dicavit. Laudat etiam* regis iunioris concurialem, literatum illum nostri temporis virum, magistrum Radulfum Nigrum[7], *eodem tempore in Gallia exulem. Praeterea* in scholis et curia regis vetustioris Anglie non tam sanguine quam amore fuit propinquissimus *ei Philippus quidam, filius Patricii quondam comitis Saresberiensis, quem inopinate aestate a.* 1189. *Salerni repperit. Amici simul, ut cum Gervasio*[8] *loquar,* ad civitatem Nolanam, ubi tunc ex mandato domini mei illustris regis Siculi Guiliermi mansio erat ob declinandos Panormitanos tumultus et fervores aestivos, *via deverterunt in hospitium Iohannis Pinnatelli Neapolitani archidiaconi*, auditoris mei in iure canonico apud Bononiam. *Haud multo post, Willelmo II. rege iam a.* 1189. *mortuo, Gervasius, nescimus qua de causa, in Provinciam sive in regnum Arelatense transiisse videtur. Temporibus enim Ricardi regis Anglorum, uxore*[9]*, affini quadam Humberti a.* 1190—1202. *archiepiscopi Arelatensis ducta, in civitate Arelatensi palatium* propter ius patrimoniale uxoris *adeptus est; ubi Alfonsum II. Aragoniae regem et Provinciae comitem, qui iam a.* 1196. *obiit,*

1) Ed. Leibnitio p. 1000. 2) Infra p. 380. 3) Praef. ad Gervas. Cantuar. I, p. XLII. 4) Chron. Anglic. ed. Stevenson p. 122; cf. supra p. 353. 5) Infra p. 366. 375. Vestigia Facetiarum vel similis operis latere apud Radulfum Dicetensem, censet Stubbs I, 176; II, p. XXIII. 6) Ed. Leibn. p. 947. 7) Cf. supra p. 327. 8) Ed. Leibn. p. 964. 9) Cf. de eius gente infra p. 367.

hospes suscepit. Hanc regionem quasi alteram patriam habuit, ita ut mare mediterraneum saepius mare nostrum *appellaret*[1] *et eadem singulari locorum peritia in regno Burgundionum atque in Anglia et Apulia praecelleret. Demum Otto IV, qui a.* 1196. *a Ricardo avunculo comes Pictaviensis institutus, Henrico VI. imperatore defuncto, regna Germanorum et Burgundionum ambiebat, magistrum Gervasium, ab avunculo, ut opinor, vel matertera Iohanna, vidua a Willelmo II. Siculo relicta, commendatum,* marescallum[2] regni Arelatensis *renunciavit et palatium Arelatense* per sententiam curiae imperialis *ei reddidit. Cuius coronationi a.* 1209. *Gervasius forsitan interfuerit*[3].

Scripsit ante vel circa a. 1183. librum facetiarum *et in rebus divinis et ecclesiasticis eruditus* librum de transitu b. virginis et gestis discipulorum *sive* tractatum de vita b. virginis et sociorum et eorum transitu[4]. *Theodoricus de Niem*[5] *nostrum balnea calida Puteolana* in quodam libello metrico, *qui iam non exstat, descripsisse commemorat*[6]. *Dialogi autem de scaccario regis Anglorum et Tricolumni, libri cuiusdam chronicarum perditi, auctor minime fuit Gervasius, sed potius Ricardus filius Nigelli, episcopus Londoniensis*[7].

Exstat autem solum opus magnum, tribus decisionibus distinctum, quod in modum Facetiarum quas dixi, olim Henrico regi iuniori destinatum, postea nepoti et quasi haeredi Ottoni imperatori his prooemii verbis inscripsit: Quoniam igitur . . . domini avunculi vestri iudicio devotum opus servitutis mee subtrahitur, deliberavi celsitudini vestre id oblatum ferre, ut, qui ex divina dispositione digniorem locum imperii tenetis, illi in devoto tractatus mei servitio succedatis. *Nomen* Otia Imperialia[8] *num ipse libro suo indiderit, dubitari quidem potest; certe autem consilium operis compluribus locis ita exposuit:* nichil aliud agimus, nisi quod tue sollicitudinis seria ociorum parenthesi tempora temperamus[9]; opusculum quod ad ocium imperiale contexui[10]. *Quodsi codd.* 3 *et* 5 de mirabilibus mundi, alias solacium imperatoris *inscribuntur, mirabilia quidem mundi in sola decisione tertia tractantur, alter autem titulus, quem Winkelmann*[11] *'kaisertrost' vertit, tempori quo auctor opus finierit forsitan bene convenerit. Nam quamquam iam a.* 1211.[12] *et* 1212.[13] *a nonnullis partibus manum retraxit*[14], *cum alio loco*[15] sanctae memoriae regis Scotorum Guillermi, *qui a.* 1214, *Dec.* 4. *obiit, mentionem fecerit, sequitur, ut Ottonem in Saxoniam retrusum esse tunc noverit. Eo igitur transmisit librum cum epistola:* venerabili amico uni ex paucis Iohanni Marco, *imperatoris clerico, quem recte magistrum, sed minus accurate adhuc praepositum Hildesheimensem, quippe quo titulo hic non ultra a.* 1204. *vel* 1206. *gauderet*[16], *appellavit. Victum igitur, depositum, ab ecclesia damnatum imperatorem opere multifario consolari, oblectare, papae, ut omnium rerum summo arbitro*[17], *reconciliare voluit Gervasius.*

Decisionis primae capitula de origine mundi primisque hominum generibus plerumque ex Historia Scholastica Petri Comestoris desumpta sunt, quem tamen

1) Infra p. 365. 373; ed. Leibn. II, p. 766. 2) Theodoricus de Niem De Schismate II, c. 19. nostrum minus recte oratorem Arelatensem et cancellarium Ottonis IV. vocat; quodsi Ottonis Pueri ducis Luneburgensis notarium et praepositum Ebstorfiensem eum fuisse, s. XVII. vv. dd. Hoffmannus et Maderus finxerunt, id iam Leibnitius, SS. rer. Brunsvic. I, praef. § LXIII, refutavit. 3) Hoc Winkelmann, 'Kaiser Otto IV', p. 502. collegit ex verbis Decis. III. prol.: *vidi equidem, cum nuper Rome essem.* 4) Ot. Imper. I, p. 968. 976. 5) De Schismate II, 19. Sed fortasse Petri de Ebulo carmen de balneis Puteolanis nostro adscripsit. 6) Cf. Otia imp. p. 965. 7) Cf. Liebermanni dissertationem de Dialogo de scaccario p. 12. et supra p. 132. 8) Ita codd. 6 et 6ª et manu recenti 2 et editiones; *Ocia imperatoris* Theod. Niem l. l. 9) P. 987. 10) V. infra epilogum. 11) L. l, p. 290. 503. 12) P. 926. 995. res eo anno gestae narrantur. Tunc opus imperatori, utpote qui adhuc in Italia moraretur, transmissum esse, Winkelmann et Stubbs coniiciunt. 13) Wattenbach, 'GQ.' ed. 4. II, p. 375, a. 1212. opus confectum esse, censet. 14) Cf. infra II, 14. 18. 15) P. 987. 16) Cf. Winkelmann p. 503 sq. 17) Cf. Prooem. infra et p. 941. 944. 973.

nusquam nomine designavit. In libro secundo de divisione et situ terrarum, de rebus gestis regnorum et populorum narravit quae ex multis libris sacris et profanis collegit. Citat Lucretium, Vergilium, Horatium, Ovidium, Lucanum, Claudianum, Sallustium, Plinium, Orosium, Gildam, Baedam, Paulum diaconum, alios; atque eadem fide ac patres ecclesiae sequitur Galfridum Monemutensem et Pseudo-Turpinum. Provinciis ecclesiae sedibusque episcoporum enumerandis Romanae ecclesiae registrum[1], archivos domini papae[2], *regnis Francorum, Anglorum, Germanorum describendis Chronicon Moissiacense, libros Freculfi Lexoviensis, Hugonis Floriacensis, Radulfi Nigri adhibuit. Etiam Mirabilia urbis Romae et librorum Theodosii de situ Terrae Sanctae, circa a.* 520. *vel* 530. *compositorum recensio tertia*[3] *ei usui fuerunt*[4]. *Nonnumquam decreta ecclesiae Romanae, quibus Bononiae operam dederat, leges et constitutiones imperatorum, inprimis Friderici I. laudat*[5]. *In libro tertio denique mirabilia naturae, tot tantasque fabellas et traditiones populares, quas contendit se vidisse vel a fidis amicis audiisse, attulit, ut praestantissimis medii aevi mythographis ipse adnumerandus sit.*

Non miramur igitur, quare posteri, auctor Gestorum Romanorum, Martinus Oppaviensis, anonymus quidam, qui Speculum morale Vincentii Bellovacensis interpolavit, Theodoricus de Niem[6], *Boccatius de genealogia deorum farraginem a Gervasio compilatam magni habuerint. Iam a.* 1373. *versio Francogallica:* Oisivetez des empereurs *exstitit*[7]; *alia versio a Iohanne de Vigny composita in codice iam comitis de Ashburnham, olim Barrois nr.* 19, *saec. XIV, adhuc inedita latet.*

Codices permulti inveniuntur, sed nullus ante saec. XIII. ex. scriptus est. Plures mihi in usum fuerunt:

1) Cottonianus Vespasianus E IV. 4°, *saec. XIV. ineunte manu, ut videtur, Italica e codice eximio nunc perdito minus accurate descriptus, quocum Liebermann*[8] *pleraque excerpta nostra contulit. Si ineptos calami lapsus excipis, bonis lectionibus eminet; nec lacunae nec sententiae interpolatae lectoris animum offendunt.*

2) Parisiensis nr. 6488 *(olim Bigotianus), fol., saec. XIII. ex. in Gallia australi exaratus, ex quo Leibnitius lacunam editionis perlongam, Rev. Patre Le Long describente, explevit. Notae locupletissimae atque accuratissimae ex hoc libro iam quinquaginta ante annos pro Societate aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii aevi ab A. Chardin collectae mihi praesto fuerunt, ex quibus multa in codice manu altera erasa, mutata, in margine addita esse apparet. Tertia manus interpolavit nonnulla e patribus Latinis, praecipue e Gregorii Magni Dialogis sumpta. Tria folia libri tertii*[9] *excisa sunt.*

3) Olim Colbertinus[10] *iam Parisiensis nr.* 6703, 4°, *saec. XIV*[11], *benigne mihi transmissus, haud praestantiore cura exaratus, nec paucis aeque rasuris manus recentioris foedatus est. Multa scribam Romanensem produnt*[12]. *Fol.* 117′—128′. *exstant capitula quaedam interpolata, a Leibnitio II, p.* 779. *iam designata, quae Liebrecht p. XIV. e Speculo naturali Vincentii Bellovacensis deprompta esse probavit. Epistola ad calcem operis Iohanni Marco data omnino desideratur.*

1) P. 956. 2) II, p. 760. 3) Cf. Liebrecht et nuperrime Gildemeister, Bonnae 1882. 4) Praeterea alios fere 40 scriptores a Gervasio per partes e Petro Comestore laudatos enumerat Liebrecht, 'Gervasius' p. XII. 5) P. 956. 973; 904. 942. 6) Cf. Sauerlandi diss. Gotting. 1875. 'Dietrich von Nieheim', p. 62. 7) Cf. Liebrecht l. l. p. VII. 8) Cf. 'N. Archiv' IV, p. 19. 9) Ed. Leibnit. p. 969—971. circiter. 10) Cf. Leibnit. II, p. 751. 11) Michelant ap. Liebrecht l. l. p. XIII. minus recte: saec. XV. 12) Cf. *cisma, ciritheca, eunucus.*

4) *Olim monasterii Lectoriensis*[1], *iam* ***Parisiensis*** *nr.* 6489, *f.* 1—145, *saec. XIV. fol., initialibus discoloribus illuminatus, numquam adhibitus ideoque a me attentius exploratus. Convenit saepius cum* 3, *interdum etiam cum* 2, *sed tam negligenter exaratus est, ut non raro verba multa desiderentur; rasuris quoque et mendis superadditis depravatus est. Fol.* 145. *in calce legitur:* Exitus operis. Epistola de presentando libro domino imperatori. *Epistolae autem locum manus altera sic supplevit:* Finito libro sit laus et gloria Christo.

Praeter 2 *et* 3 *Leibnitio II, p.* 751. *Colbertinus alter et Regius in usum fuerunt. Insuper quatuor codices* ***Parisienses*** *saec. XV. et saec. XVII. apud Liebrecht, p. XIII. notatos invenies.*

5) ***Oxoniensis*** *Bodl. Canon. Miscell. nr.* 53, *saec. XIV*, 4°, *ut F. Liebermann, qui librum primum et secundi partem aliquam inspexit, mecum communicavit,* 3 *propior quam* 1.

6) *Codicem quondam in Anglia*[2], *tunc Helmstadii asservatum, iam* ***Guelferbytanum*** *nr.* 481, *saec. XIV*, 4°, *Leibnitius praecipue secutus est, ego maximam partem contuli. Cuius scriba, is quoque australis, multa compendia falso explicavit, verba, lineas, inter fol.* 22. *et* 23. *finem libri primi et secundi initium negligenter omisit. Propius ad* 1 *quam ad* 3 *accedit.*

6[a]) *Codicem Coll. Corp. Christi* ***Cantabrigiensis*** *nr.* 414, *saec. XIV. ex. scriptus, qui eundem hiatum ac* 6 *ostendit, iam pro Leibnitio collatum, F. Liebermann*[3] *denuo evolvit.*

7) *Codex* ***Vaticanus Christinae*** *reginae nr.* 707, *saec. XIV, ex quo Stevenson initium prooemii et nonnulla, quae in libris II. et III. ad Britanniam spectant, Chronico Radulfi de Coggeshall p. XXIX. p.* 419. *subiunxit, quae ad lectiones codicis* 1 *accedunt. Inspexit idem v. d. Romae codicem bibl.* ***Barberinae*** *nr.* 874, *nunc XXXIII*, 131, *saec. XV. in Gallia exaratum. Praeterea libri* ***Vaticani*** *nr.* 229. 993. *Gervasium continent*[4].

B) Codex Coll. St. Iohannis ***Cantabrigiensis*** *J* 11, *saec. XIV. med. in Anglia Henrico III. rege, titulo:* Imago mundi, *variis manibus male transcriptus vel potius excerptus et interpolatus est*[5]. *Lectiones propius ad* 5 *quam ad* 1 *accedunt.*

Praeterea Gervasii codices notantur alii, ***Cheltenhamensis*** *nr.* 18120, ***Bruxellensis*** *nr.* 1136, *fol. chart., a.* 1454. *exaratus,* ***Lugdunensis*** ***Bat.*** *nr.* 15, *fol. chart., saec. XVII.*

Primus V. Cl. Duchesne, Hist. Franc. SS. III, p. 363—374, *a.* 1640, *quae*

1) Lectoure (dép. Gers); ubi utraque epistola, quae f. 145. sequitur, altera a Iohanne comite Convenarum Carolo filio Bernabi Vicecomitis Mediolanensis 10. Aug. 1383, altera a priore quodam Cardinali Lemovicensi 1. Aug. 1383, data est. Fol. 146—171. pontifices Romani usque ad Iohannem XXII. secundum Martinum Oppaviensem descripti sunt, quibus (f. 172—174. vacuis et f. 174'. versibus lingua Provinciali compositis *(Peyrat me fetz)* occupato) f. 175. imperatores Romani usque ad Ludovicum IV. congruunt. F. 190. epistola longa a Iohanne archiepiscopo Remensi ad G. de Podio presbyterum Auxitanum d. 4. Maii 1372. data exstat. 2) Ibi ergo antiquarii s. XVI sq. nescio qui in folio vacuo nonnulla de auctore notaverunt. 3) Cf. 'N. Arch.' l. l. 4) Cf. 'Archiv' XII, p. 219. 229. 5) Cf. Paul Meyer, 'Romania' VIII, p. 336. et Liebermann, 'N. Archiv' l. l., qui nonnulla quae ab aliis libris differunt notavit. Ubicumque Gervasius de se ipso loquitur, scriba Galfridum de Tilliberia laudat, exempli gratia:

Leibnit. I, p. 997.	Cod. B.
Sacerdos arctioribus quaestionibus invigilat et, quia nobis plurimum extitit commendatus et familiaris, quaestiones varias illi proponit, ut solvat, ex cuius ore sub attestatione et divini nominis obtestatione scripsi quae dictito.	*Sacerdos arcioribus questionibus invigilat et, quia* ***vobis, imperator,*** *plurimum extitit comendatus et familiaris, questiones* ***magistri Galfridi de Tilliberia, tunc marescalli sub Otone IV. in imperio regni Arelatensis,*** *proponit, ut solvat, ex cuius ore sub attestatione scripsi que dictito.*

Interpolator de Anglia bello civili a. 1264. turbata dicit: *quod vix vel raro propter scisma erigetur in statum pristinum;* interitum quoque stirpis e Friderico II. imperatore relictae usque ad Carolum Andegavensem Apuliam adeptum prosequitur.

Gervasius in libro II. de Francorum Anglorumque regibus tradidit prelo submisit. Deinde Maderus, Gervasii Tilberiensis de imperio Romano et Gottorum, Lombardorum, Brittonum, Francorum Anglorumque regnis commentatio, Helmestadii 1673, 4°, prooemium, ex libro II. capitula de imperio Romano, de regnis praecipue Britonum et Francorum, epilogum e codice 6 desumpsit. Postea a. 1707. Leibnitius, SS. rer. Brunsvic. I, p. 881 sq. edidit Otia imperialia primo ex libris 6 et 6ª; tum collatione quatuor codicum Parisiensium facta, non pauca II, p. 751 sq. subiunxit quae in volumine I. defuerant. Quamquam vir ingeniosus tacite multa emendavit, nonnumquam auctoris sententiam e codicibus haud magni pretii ad literam repetitam vix intelligendam reliquit. Idem argute narravit de auctore I, praef. § LXIII. et III, Index p. 85. Editores SS. R. Gall. IX, p. 45. XI, p. 317. XIV, p. 13. nonnulla ex editione Leibnitiana selegerunt. Nuper denique Liebrecht, 'Des Gervasius von Tilbury Otia Imperialia' 1856, codices Parisienses adhibuit, sed praeter perpauca e decisionibus I. et II. collecta libri III. praecipue fabellas recensuit et explicavit.

Praeter editores de Gervasio 'Histoire littéraire de la France' XVII, p. 82, T. Wright, Biographia Britannica literaria II. p. 288, B. ten Brink, 'Englische Literaturgeschichte' I, p. 230, alii disseruerunt.

Dabam Gottingae m. Aprili 1882. *R. P.*[1].

IN NOMINE DOMINI[a] INCIPIT LIBER A MAGISTRO GERVASIO TILLEBERIENSI[b] EDITUS[c] ET INTITULATUR OCIA[d] IMPERIALIA. AMEN[e].*

Serenissimo[f] domino suo Ottoni quarto Romanorum imperatori semper augusto Gervasius Tilleberiensis[g], vestri dignacione marescallus[h] regni Arelatensis, humilis, devotus et fidelis salutem et[i] victoriam et[k] pacem, interiorem[l] et exteriorem.

Collatio[m] regni[n] et sacerdotii.

Duo sunt, imperator auguste**, quibus hic mundus regitur, sacerdotium et regnum. Sacerdos orat, rex imperat. Sacerdos[o] debita dimittit, rex errata punit. Sacerdos animas ligat et solvit, rex corpora cruciat et occidit. Uterque divine legis executor[p], suum iusticie debitum cuique tribuit, malos cohercendo et bonos remunerando. Quippe divisum[q] imperium cum Iove[r] Cesar habens[s], terrena moderatur et lutea figmenta iudicat[t], hec probans, ista[u] conterens. Sacerdos animas informat, spiritus[v] divini seminis[w] ubertate recreat. Dum[x] celum celi domino[y], terram autem dedit filiis hominum. Sane filios hominum decent arma et sagitte, filios Dei orationes, vota et sacrificia, ut carbones succendantur ab eis. Dum vita pastoris, doctrina pascualis[z] est ovibus[a], et rigor punientis pax est popularis. Porro sacerdocio regnum se noverit adesse, non[b] preesse, adici, non prefici, in execucionem dari per adiutorium, non in maioritatem efferri per dominacionis auctoritatem. Constituens enim Dominus in homine corpus et animam, in utroque per prevaricacionem suam sentiens[c] lesam maiestatem, corpori dedit legem talionis et anime satisfactionem contricionis cum adiuncta

*) Incipit liber de mirabilibus mundi, qui alias solacium imperatoris nominatur 3. 5; Incipit liber compositus per Gervasium Tilleberiensem, in quo orbis descriptio et mirabilia continentur ad recitandum Otonem imperatorem, *rubra* 4.
**) quicunque fueris *addit B.*

a) nostri Iesu Christi *add.* 6. 7. b) Tillesburi. 1; Tilleburi. 7. c) *deest* 2. d) int. Ottoni imperatori Romanorum 1. 7. e) *deest* 7. f) Ser. do. s. *des.* 6; Domino suo Dei gratia Ot. 3. 4. g) Tileburiensis 7. h) marescalcus 6. i) *deest* 2. 3. 6. k) *deest* 3. l) ext. et int. 4. m) De collacione 4. 5; *rubra deest* 7. n) sac. et r. 6. o) peccata et *add. L. tantum (ex 6ª?).* p) exequutor 5. q) est *add.* 5. r) bone *postea corr.* 3. 4. s) rex *add.* 4 *in rasura.* t) iud. — Sacerdos *des.* 6. u) illa *B. L.* v) spiritu *L.* w) sensus 4. x) cum *B; forsitan* Dominus *emendandum sit.* y) dono *B.* z) est pasc. *L.* a) ovis 2. 3. 4. 5. b) n. pr. *des.* 6. c) les. s. 2.

1) B. mem. R. Pauli prof. in. Societate Academica Gottingensi d. 6. Maii 1882. fusius de Gervasio egit; sed priusquam schedae 'Nachrichten' p. 312. absolutae sunt, ipse subita et immatura morte d. 3. Iunii absumptus est. F. L.

Rom. 6, 21. verecundia confessionis secundum illud apostoli: *Quem enim fructum tunc habuistis, in quibus nunc*[a] *erubescitis?* Sicut ergo prius corpus ex lutea formatur materia, et exhinc anima vasi infunditur, nec tamen anima[b], corporis inclusa carcere, corpori debet subesse, sed carnis opera regendo ad mensuram rationis disponere, ita rex, sacerdocium ante[c] tempora legis Mosaice in Belo[d] et Nino Assiriorum rege primo precedens, ad hominum studens oppressionem, non antefertur dignitate, sed etate. Forciusque[e] rex ille summus simul et sacerdos Christus secundum ordinem Melchisedech[f] suo sacerdocium consecravit imperio, sortem suam in clero constituens, cuius merito clerici, velut in sortem Domini vocati, nuncupantur. Utrorumque ergo creator et Dominus clericos in funiculum sue vocavit portionis et laicos in corporale venire voluit ministerium execucionis. Hinc est, quod[1] cum communi quadam Es. 9, 6. accione Aaron et Saul sacerdos et rex ungerentur[g] in capite, quando puer natus est nobis et filius datus est nobis, factus est principatus eius super humerum eius, et unctio sacerdotalis sicut unguentum in[h] capite descendit in regibus super humerum, ut portent onus vindicte, in fortitudine regentes populum, nunc in virga ferrea, cum dure is fuerit cervicis, nunc[i] in virga vigi- Ps. 110, 2. liarum[k], cum sunt cordis pigri, ast[l] nunc in virga virtutis, quam emittet Dominus[m] ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum, princeps sacratissime. Has quippe virgas regales innuit Ps. 2, 9. Ier. 1, 11. Ps. 110, 2. propheta, cum diceret: *Reges eos in virga ferrea;* et alibi: *Virgam vigilantem ego video;* et iterum: *Virgam virtutis tue emitte, dominare in medio inimicorum tuorum.* Verum[n] unctio sacerdotalis immutata semper et uniformis in capite persistit, ad virgam pertinet directionis. De qua rex ille et Ps. 45, 7. 8. propheta David: *Sedes tua, Deus, in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus*[o] *tuus oleo leticie pre consortibus tuis.* Quoniam igitur ad sacerdotalem pertinet[p] unctionem diligere iusticiam et odire[q] iniquitatem, ius suum unicuique[r] tribuendo et contra equitatem iuris naturalis nichil proprium affectando, cum per[2] iniquitatem quis hoc dixerit[s] meum, illud tuum ut c. 12, q. 1, c. 2. De qua iniquitate, que[t] est quasi contra communionem iuris[u] naturalis equitas depravata, dicit Dominus in Luc. 16, 9. euangelio: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,* quasi de diviciis contra equitatem iuris et communionis naturalis congregatis. Merito ab unctione capitis non descendit unctio sacerdotalis ad humerum, quia non in fortitudine viri beneplacitum erit Domino, sed super humilem et mansuetum[v] et trementem verba Domini requiescit spiritus eius, ut qui per- Es. 50, 6. cusserit te[w] in una[x] maxilla, prebeas ei et aliam secundum illud: *Dedi genas*[y] *meas vellentibus*[z] *et conspuentibus in me.* Ecce quod duobus rectoribus mundus iste subicitur, et tamen a manu sacerdotali rex principatus sui unctionem habet et ab utrorumque[a] domino uterque Ioh. 1, 42. suam recipit potestatem. Vicario Christi[b], Petro, dicitur a Domino: *Tu vocaberis Cephas,* Matth. 16, 18. *quod est*[c] *interpretatum* caput. Et adiungitur: *Tu es Petrus, et super hanc petram,* que ego sum et in cuius fide tu solidatus[d] es, *edificabo*[e] *ecclesiam meam, et porte inferorum*[f] *non pre-* Matth 16, 19. *valebunt adversus eam.* Et iterum: *Tibi dabo claves regni celorum*[g]*; quodcunque ligaveris erit* Luc. 22, 32. *ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis.* Et alibi: *Et*[h] *tu conversus confirma fratres tuos.* Sic ab ipso[i] ore dominico Petrus principatum et Aaron[k] sacerdocium optinuit. Sane regnum divina permissione[l], non a divina cepit institutione, quod oppressionem habuit pro[m] exordio, natura communis libertatis in ipso violentiam patiente[n], quasi eatenus humanum genus ritu pecudum vixerit et tunc primum[o] veluti ad Oros. I, 4. novam providentiam concussum excitatumque vigilaverit. Ninus enim, rex Assiriorum primus, ut scribunt historiographi, propagande[p] dominationis libidine arma foras[q] extulit cruentamque vitam quinquaginta annis per totam Asiam bellis[r] egit, a meridie et Rubro[s] mari surgens, sub ultimo septentrione Euxinum[t] pontum vastando perdomuit Scithicamque[u] barbariem adhuc tunc inbellem ac[v] innocentem torpentem excitare[w], seviciam[x] vires suas nosse[y] et[z] non lacte iam pecudum vivere, sed sanguinem hominum bibere, ad postremum vincere, dum vicit, edocuit.

a) tunc 1; non 4. b) tocius *add.* 3. c) inter 4. d) Bello 3. 6. e) Totiusque *L.* *(ex 6a?)* f) Melchisedec 2. g) unguntur 2; ungeretur 3. h) *sic* 1. 2. 3. 5. i) nunc — ast *des.* 6. k) vigilantium *L.* l) *deest* 1. 3. m) Dominum 1. n) Dum *L;* ut inunctio 5. o) Deus Deus 3; Dominus Deus te 5. p) pertinent 2. q) hodire 4. r) cuique 4. 5. 6. s) meum illud tuum dixerit 5. t) que est *des.* 1. 5. *L.* u) legis *L;* nat. i. equitate 3. 4. 5. v) quietum 3. 4. 5. w) tibi 4. x) *deest* 4. 5. y) gegenas 6. z) velantibus 3; valentibus 4. a) utroque 4. b) Petri 3. 4. c) int. est 3. d) consolidatus 5. 6. e) hedificabo 5. f) inferi 3. 4. g) et *add.* 3. 4, *qui etiam sententias a ceteris abbreviatas integras exscripserunt.* h) *deest* 2. i) ipso Domino P. 2. k) Atton 1. l) promissione 6. m) *deest* 3 *(ubi* habuerit*).* 4. n) pariente 2; quasi paciencie 5. o) *deest* 2; populum *in rasura* 4. p) propter agende 3. q) ferrea *in rasura* 4. r) bellum 3. s) m. R. *L.* t) Orixinum 2. u) Scoticamque 5 *et in rasura* 3; Scuticamque 6. v) et 5. *Oros.* w) excitavit *Oros.* x) sevicia 6. y) nosce 1; noscere 3. 4. 5. z) volentem *L.*

1) Fortasse Gervasius hoc loco formulae coronationis meminit. 2) *Per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, et alius illud,* Gratianus l. c.

Enimvero qui dat salutem regibus hic locutus est ad Moysem ducem et Aaron sacerdotem, Moysi peculiariter[a] loquens et per ipsum ad populum mandata sua transfundens. Moysi duci impeditioris[b] et tardioris[c] lingue Aaron iungitur, ut ponat verba Domini in ore eius. Notans ergo Dominus, quod utriusque potestas ab ipso sit, sine[d] livore paritatis[e] ait: *Ego* (2. Mos. 4, 15 16.) *ero in ore tuo et in ore illius, ut ostendam vobis, quod[f] agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad populum et erit os tuum. Tu autem eris ei in his que ad Dominum[g] pertinent.* Ecce quod Moyses prefertur levite et quod[h] preest dignitate. In sancta sanctorum non intrat neque sacerdocium accipit nec[i] orationes et sacrificium. Ipse tamen[k] Aaron in summum ungit sacerdotem eique vestimenta ornamentaque[l] pontificalia donat. Enimvero[m] Saul a Domino in regem eligitur et a Samuele inungitur. Si a propheta[n] vel[o] sacerdote regnum penderet[p], lex regis ab ipso, non a Domino prodiisset. Verum ab ipso Domino dicitur ad[q] prophetam: *Contestare eis[r] et predica ius regis, qui regnaturus est super eos. Hoc erit ius regis, qui* (1. Reg. 8, 9. 11–14.) *imperaturus est vobis: filios vestros tollet[s] et ponet in curribus suis et faciet sibi equites precursores quadrigarum suarum. Et constituet sibi tribunos et centuriones et aratores[t] agrorum suorum et messores[u] segetum et fabros armorum, filias quoque vestras unguentarias, focarias[v] et panificas. Agros vestros et vineas et oliveta[w] optima tollet et dabit servis suis. Greges vestros addecimabit[x].* Sicut ergo potestas[y] Petro datur ligandi et[z] sol- (Ib. 8, 17.) vendi super terram, ita regi ius regis[a] datur super populum, utrumque a Domino, utrumque ab eodem auctore[b] Deo. Constantini gesta si memoramus, ab ipso collata[c] legitur[d] potestas in partes Occidentales tantum Silvestro; Orientalis[e] regio facta est caput imperii; licetque[f] vicario[g] Christi Petro[h] eiusque successoribus imperator ius regis in Occidente constituisset, diademate cesso[i], ceterisque insignibus Silvestro collatis ad gloriam, non tamen imperii nomen vel[k] imperium ipsum transire voluit[l] imperator in Silvestrum, quod sibi successoribusque[m] suis conservavit[n] intactum, sola sede mutata, non dignitate. Unde primus Karolus Magnus a Grecorum dicione legitur recessisse monitu Gregorii iunioris[o] pape, ut in titulo de imperio[1]. Quis ergo maior in terrenis[p], qui dat, an qui[q] accipit? Profecto qui dat auctor est honoris quem[r] dat, non qui accipit. Deus auctor imperii, et[s] imperator auctor[t] papalis triumphi. Pontifex animarum capud est post Christum, imperator corporum dominus post Deum; quin immo per Deum, a quo ius regis[u] est institutum; Pilati nempe[v] potestas in Christum data desursum esse perhibetur[w]. Si[x] ergo qui potestati resistit[y], Dei ordinationi[z] (cf. Rom. 13, 2) resistit[y]; si ducibus est obediendum[a] tamquam a Deo missis; si reges venerandi sunt; (cf. 1. Petr. 2, 14.) si[b] que sunt Cesaris reddenda sunt Cesari, et que[c] Dei Deo; si descriptioni augustali (cf. Matth. 22, 21.) Christus matrem subici voluit; si staterem Christus pro tributo solvit: quis ambigat regnum divina auctoritate firmatum, si tamen a Christo petra[d], ut a[e] fidei fundamento, non separatur? Utriusque Deus auctor[f], sacerdocii et regni, utriusque protector, utrumque privilegio suo insignivit, dum, sacerdocium in se uniens[g] regno, constitutus est[h] rex a Deo super Sion montem[i] sanctum eius, et[e] predicans[k] preceptum Domini, factus est sacerdos[l] in eternum secundum ordinem Melchisedech[m]. Univit[n] in se regnum[o] et sacerdocium, tollens de inequalitate[p] invidiam et[q] de inparitate[r] calumpniam, dixit: *Qui* (Luc. 22, 26.) *maior est in vobis[s], fiat sicut minor[t]*, per hoc docens[u], nullam[v] inter eos habendam de dignitate maioritateque discordiam, quorum erat cor unum et anima una in Domino. Terrenis siquidem dictum est, quod: *reges dominantur eorum, et qui potestatem habent super illos* (Luc 22, 25.) *benefici vocantur.* Porro in sacerdocio equalitas mater est potestatis augende[w], nec illic queritur, quis maior sit, sed quis in dispensatione fidelior. Verumptamen in summo pontifice, velut primi Aaron successore summique sacerdotis Christi vicario Petrique herede,

a) specialiter 4. b) impediti oris 4; impeditionis 6. c) l. t. 2. 5. 6. d) non 3. e) puritatis 2. f) quid *L. et Vulg.* g) Deum 3. h) qui 2. i) in 1. k) enim 4. l) et ornamenta 3. 5. m) Cum vero 3. n) sac. vel a pr. 3. 4. 5. o) a *add. L.* p) impenderetur 4; procederet 6. q) per 4. r) enim 2. s) ponet et tollet 6. t) operatores 3. 5. u) messatores 1. v) fossarias 5. 6. *L.* w) oliva 1. x) ac decimabit 4. y) Petro d. p. 2. z) atque 1. a) regium 6. b) actore 4, *saepius.* c) leg. coll. 2. d) *deest* 4. e) orientium 2. f) licet 6. g) vic. Chr. *des.* 1. h) P. imp. eiusque succ. 1; Petro in tempore 5. 6 *(altera m.). L.* i) cesaris 6. k) aut 3. 4. 5. 6. l) i. v. 2. m) ac successoribus 3. 4. 5. 6. n) servavit 2. o) *deest* 2. 3. 4. 6. p) terris 2; iudicatur *in rasura* 4. q) *deest* 1. r) quem dat *des.* 3. 4. 6. s) *deest* 3. 4. 5. 6. t) actor 4. u) legis 3. 5. v) namque 3. 4. 5. w) prohibetur 3. x) Sic 3. 5. y) restitit 1. z) ordinationem 1. a) hob. 4. b) sic 5. c) sunt *add.* 5. d) petro 2. e) *deest* 1. f) et *add.* 2. g) vivens *corr. in marg.* uniens 3. h) ex 1. 3. 4. 5. 6. i) s. m. 6. k) eius *add.* 3. l) sacerdocium 3. 4. m) Melchisedec 2. n) Unitur 1. o) sac. et r. 2. p) equalitate 2. 6; equitate 3. 4. q) et de i. cal. *des.* 3. 4. r) impuritate 2. s) est vestrum 3. 4. 5. t) iunior 2; sicut minor fiat 1. u) docet 3. 4. v) i. eos n. h. 4. w) agendi 6.

1) Infra II, 16, p. 377.

plenitudo viget potestatis, et in alios per eum porcio transfunditur sollicitudinis. At[a] in paucis[b] fuit monarchia principibus, et post illos divisio fuit mater discordie minoratioque potestatis terrene. Omne ergo imperium aut celeste est[c], quod integrum est et non veterascit; aut subceleste, quia spirituale, quod Petro datum a Christo, glorificatum a[d] Constantino in Silvestro; aut terrenum, quod raro pacificum[e] et per multa tempora divisum. Duo
Cf. Es. 9, 7 ergo temporalia, primum eternum; duorum finis erit, primum sine fine, 'amodo enim[f] et usque in sempiternum'; rapine[g] namque terminus est, iusticie vero finis infinitas[h]; terrenum imperium cum carne cinis[i] erit et pulvis; quasi celeste vel subceleste militantis ecclesie est, que, dum ad triumphandum properat, cursum suum dirigit ad id quod est perfectum. Et quoniam apud nos sunt mutaciones et[k] vicissitudinum obumbrationes, nunc inter felicia letatur animus, nunc inter tristia[l] meditatur, semper movetur, raro quiescit. Enimvero in dilucidis intervallis imperialis maiestas nonnumquam[m] sono cythare David vexationem, a Saule a spiritu perturbante factam, amotam sentit aut emollitam[n]. Quia ergo[o] optimum nature fatigate remedium est amare novitates et gaudere variis, nec decet tam sacras aures spiritu mimorum[p] fallaci[q] ventilari[r], dignum duxi aliquid auribus vestris ingerere, quo humana operetur[s] recuperacio. Quippe ex animi mei voto pridem fuerat, post librum facetiarum, quem[t] ex mandato domini mei illustrissimi regis Anglorum, Henrici[u] iunioris[1], avunculi vestri, dictaveram, alium ad recensendam[v] eius benevolentiam libellum dictare[w], per tres decisiones[x] distinctum, in quo tocius orbis descriptio saltem in summa contineretur provinciarumque[y] divisio cum maioribus minoribusque sedibus, et sic singularia cuiusque provincie mirabilia subnectere, que fuisse[z] mirabile, audisse[a] apud ignorantes deliciosasque aures delectabile foret. Nec iam[b], sicut fieri solet, optimates per mimorum[c] aut ystrionum linguas mendaces percipiant Dei virtutes, sed per fidelem narrationem, quam[d] vel ex veteribus auctorum libris congessimus[e] vel ex oculata[f] fide firmavimus, cui cotidiana subest probatio, si loca singularia fuerint per descriptas provincias perscrutata. Quoniam igitur tam honoratissimi principis, domini[g] avunculi vestri, iudicio devotum opus servitutis mee subtrahitur, deliberavi celsitudini vestre id oblatum ferre, ut, qui[h] ex divina dispositione digniorem locum imperii tenetis[i], illi in devoto tractatus mei servitio succedatis, et quod ex officio marescalcie sub debito armorum ministerio[k] exequi teneor, acute[l] lingue gladio ducam in ministerium[m]. Id ergo precor apud imperialis[n] maiestatis benevolenciam, ut non ex vestra dignitate[o] iudicetis quod offero, sed ex affectione[p] offerentis, qui quod defuit in oblationis tantille pretio supplevit votivo ministrandi desiderio. Valeat in evum dominatio[q] vestra, sic feliciter regnans in temporali regno, ut conregnetis[r] in eternum cum Christo!

EXPLICIT PREFACIO. SEQUUNTUR TITULI CAPITULORUM OPERIS SEQUENTIS[s].

. . . .

Incipit prima libri[t] decisio de origine mundi et eius creatione[u], et quot modis dicitur mundus.

[1.[v]] Cum[w] uniuscuiusque rei principium eius pars[x] sit potissima, ad suscepte materie seriem et[y] contextum[z] arbitror pertinere inter initia descriptionis mundane primum pauca constituere de mundi creatione, dispositione et ornatu, quasi prolixioris tractatus preambula[a], more cursorum sic mediocriter temperata, quod materiam amplius inquirendi prestare poterunt sciolis et fastidium non debebunt generare perfecte scientibus. Enimvero[b] imperialem decet celsitudinem, ad instructionem[c] fidei laborantem, ut summatim noverit, quod in

a) ac 5; et 6. b) (initio) *add. L.* c) est *deest* 2. 6; est quod *des.* 3. d) *deest* 4. e) paccificum 3. f) *deest* 3. 4. 5. 6. g) primi na. ter. non est 1. h) *sic* 1. 2; infinitus *L.* i) e. c. 3. 5; pulvis erit et cinis 2. k) et v. ob. *des.* 4. l) tristicia 1. m) numquam vel raro 2. n) emolitam 1. o) igitur 2. 5. p) iuniorum 1; minorum 5. 6. q) fallaciis 3. 5; fallacias 4. r) venticulari 3. 5; ventilare 4. s) recreetur occupacio 2. 5. t) quoniam 2. u) *deest* 3. v) resensendam 1. 7. w) dictitare 1. x) dicisiones 2. y) provinciarum 1; et prov. 4. 6. 7. z) fortasse mirabilia 7. a) *deest* 3. b) Namque 1. c) miniorum 1; minorum 6. d) que 7. e) aggessimus 2. f) occulata 1. g) *deest* 1. h) que 1. i) tenens 2. k) misterio 4. l) accute 3. m) misterium 4. n) imperialem beniv. mai. 3. o) voluntate 6. p) affectu 7. q) v. dom. 2. r) regnetis 4. s) ut patet *addit* 7, Explicit prefacio Incipiunt capitula 3. 4. 5, Explicita est prefatio. Sequuntur capitula operis sequentis 6. t) *deest* 5. u) creatione, quot modis mundus accipitur 3. 4. 5. v) *capitulorum numeri edit. Leibn. sunt.* w) Dum 3. 4. 5. 6. x) sit pars potentissima 2. y) ac 1. z) materie contextum ad seriem 6. a) perambula 3. 5. b) Cum vero 3. 4. c) ministrationem 6.

1) Tertii nuncupati, Henrici II. filii, mortui a. 1183.

catholicis comprobet[a] et[b] confirmet et plantet, et[b] in hereticis[1] quod[c] reprobet, puniat[c] et evellat. . . . . . .

[10.] De quatuor monarchiis et quinque zonis et paradiso. Exposuimus de origine mundi et dispositione et[d] ornatu, prout a maioribus traditum accepimus, ut imperialis maiestas Creatorem suum agnoscat ex creatione, revereatur[e] ex operum dispositione, veneretur ex ornatu, utque[f] ex vilitate lutee materie, de qua sumus, et[g] celsitudine rationis, qua intelligimus, meminerit[h] imperator, quod pulvis est et cinis et in cinerem revertetur. *Fallax* enim *equus ad*[i] *salutem, et gigas*[k] *in multitudine virtutis sue* Ps.32,17.16.
non salvabitur[l]. Cum morietur princeps, non descendet cum eo gloria eius. Hinc est, quod Cf.Ps.48,18.
imperator pomum aureum[m] fert in sinistra[n], plenum favilla[o] et cinere, ut per auri fulgorem gloria notetur imperii, et per favillam levis glorie temporalis transitus designetur. . . . . . .

[15.] . . . Scio[2] equidem mihi pridem relatum veridica narratione, quod in Aquensi provincia, paucis ab Aquis miliaribus, est castrum Russetum[p], quod vallem Trezensem sub se missam respicit. Huius castri dominus Raimundus[q] nomine cum uno aliquo die[r] solus in equo vectitaretur[s], iuxta decursum interfluentis[t] Laris fluvii ex inproviso occurrit domina. . . . Consenciunt in matrimonium. . . . Miles, ut uxorem nudam videat, accedit[u], statimque domina in serpentem conversa, misso sub aqua balnei capite, disparuit. . . . Miles pro[v] maxima parte felicitate ac gratia minoratus, filiam illius[w] domine cuidam nostro affini ex nobilibus Provincie oriundo postea dedit in uxorem, que inter coetaneas et confines suas plurimum extitit graciosa et eius iam successio ad nos usque pervenit[3].

[16.] De gladio versatili. . . : Collocavit Dominus ante paradisum voluptatis Cherubin et flammeum gladium atque versatilem. . . . Huius gladii exemplo, serenissime imperator[4], gladius tuus utraque parte secare debet: eoque[x] misterio, ut qui per Deum castigator debes esse aliorum et alienorum punitor viciorum, primo seces tua vicia, et sic ab oculo tuo trabe criminacionis eiecta, festucam de corde subditorum educas. Sane alia racione ecclesiasticus domini pape gladius utrinque secat. Nam cum traditur[y] homo Sathane in interitum carnis, ut spiritus[z] eius secundum apostolum salvus sit in die iudicii, corpus 1.Cor.5,5.
affligitur per satisfaccionem exteriorem, et anima secatur per contricionem. Porro cum quis excommunicatur, duabus aciebus gladius artat peccatorem, dum et ipsi interdicitur aliorum communio, et aliis ipsius excommunicati precluditur participacio. Unde in domino papa utrumque efficit sentencia[a] lata per plenitudinem potestatis . . ., ut in decretis dist. 93,[b.5] c. *Si inimicus* . . . Non enim de eius sanctitate vel sentencia erit dubitandum, quem apex tante dignitatis extollit, ut dist. 40, c. *Non nos*[6]. . . . . . .

[20.] De inventione musice et multorum artificiorum[c]. . . . Quia vero primas rerum causas et eorum quibus utimur inventores[d] scire delectabile videmus esse nature hominum[e] libenter cuncta rimanti[f], breviter inventores[g] diversorum operum imperiali vestre celsitudini rememorabimus, ut non vaniloquis fabulis aures vestre exponantur, sed rerum veritate[h] licentius[i] delectentur. . . . . . .

Exhinc[k], felix semper auguste, doctrina tibi sumenda est de benedictione ante prandium danda a sacerdote. . . . Quid nostris temporibus intra fines vestri contigerit imperii, recensendum arbitratus sum. Cum enim in monasterio Sancti Rufi[l] apud Valenciam civitatem[m] a sanctissimo[m] papa Adriano constructo[n] celerarius eiusdem loci . . . orationibus vacare non posset, . . . diem clausit extremum[7]. . . . . . .

Hic duo tibi, princeps sacratissime[o], notanda sunt, quod boni regis est populum servare, non[p] dissipare[q], salvare, non[p] perdere, parcere, non servituti iugoque immisericordi[r] subiugare. Amandus enim est rex propter misericordiam, timendus[s] propter iusticiam,

a) aprobet 2. b) *deest* 6. c) *deest* 3. d) *deest* 1. 6. e) revereatur — dispositione *des.* 3. 4. f) atque 4. g) ex 6. h) memoret 2. 3. 4. i) in 2. 5. 6. k) gyas 1. l) non s. in m. v. sue 2. m) f. a. 4. n) sinistrum 1. o) faville 3. p) Russectum 1. q) Raym. 2. r) quodam *add.* 2. s) vecticar. 1; vectar. *L.* t) interluentis 2. *L.* u) ascenditur 1; accenditur 2. v) felicitate ac g. pro m. p. 2. w) filio 2. x) eo 2. *L.* y) trahitur *L.* z) spiritum 1. a) sentenciam latam 1. b) 24 1. c) aliorum 2. d) inventiones 2 e) homini 1. f) rimare 2. g) inventiones 1. 2. 3. h) virtute 2. i) libentius 3. k) Et 1. l) Ruffi 2. m) *deest* 2. n) constructam *L. et corrector Parisiensis II,* 753. o) mitissime princeps 3. 4; invictissime princeps 5. p) et *add.* 1. q) non diss. *des.* 2. r) in miseria 4. s) est *add.* 5.

1) Cap. 2. inscribitur: *confutatio Albigensium.* 2) Imperator monetur, ut poenitentiam agat. 3) Fabula Melusinae explicatur a Liebrecht p. 65. 4) Haec explicat Winkelmann 'Otto IV.' p. 290. 5) Gratiani I, c. 1, dist. 93. 6) Ib. c. 1, dist. 40. 7) Post mortem confratri apparens, *torqueri se asserit, quod psalmum misericordie psalmo breviusculo postposuit.*

horrendus[a] propter acerbitatem[b] et impietatem. Hinc est illud Tiberii[c] Cesaris laudabile Cf. Oros. VII, 4. memorandumque[d] responsum, cum quibusdam presidibus augenda provinciis tributa suadentibus scripsit: *Boni pastoris est pecus tondere, non deglebare*[e]. Secundo tibi considerandum[f] est, felix auguste, quod gentiles et immundi suis sacerdotibus, quin immo deorum nefandorum execrabilibus[g] ministris tempore famis ex orreis publicis[h] stipendia dabant, cum tempore[i] nostro principes et milites vestri[k] venerabilibus corporis[l] Christi consecratoribus id solum dimittant, quod[m] rapere nequeunt. Sola vita sine libertate relicta, altaribus corrosis, unicum[n] paupertatis habent solatium[o]: oblationes pauperum devorare, quia sine defensore facile rapiuntur. Patronos se nominant ecclesiarum, qui predones sunt et auctores nequiciarum. Et in caput Romani totum hoc redundat[p] imperii, cui[q] committitur custodia[r] altarium, ideoque, quicquid[s] a sibi subiectis multum delinquitur[t], ad penam perpetuam principis reservatur[u]. Profecto[v] multo consultius Romana res publica[w] defensabatur, quando electione, non successione optinebatur imperium, et quarumlibet provinciarum rectores[x] temporali regnantes officio, castigatius agebant, quia commissam potestatem de[y] facili occasione amittere[z] formidabant. Nunc[a] autem immaturos infantulos, inconstantes, truces[b], impios[c] et omnis levitatis auctores paterna vocat ad dominationem successio, nec ex Dei munere regnare[d] se credunt, sed ex nature debito. Satius igitur erat maturum et approbatum erigere[e], quam sub puerilibus actibus[f] senes et inveteratos contemptibiliter tabescere. . . . . . .

Esau, veniens ab agro lassus[g], parvipendens primogenita sua, vendidit ea[h] Iacob pro Cf. Petr. Com. I, 68. edulio[i] lentis et iuravit, talem venditionem se ratam[k] habiturum. Hinc est, quod Provinciales omnes contractus[l] indistincte sacramento corporaliter prestito[m] firmant[n], et maxime propter legem Frederici, que sanxit[o], sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter[p] observari. . . . . . .

[23.] De causa diluvii. . . . In Hystoria Britonum[1], ex quibus per matrem[2], venerande princeps, originem ducis, legitur, quod[q] Brutus, filius Silvii . . . ad Tirrenum equor pervenit. . . . Ad ultimos quoque vite[r] huius dies Karolus giganteis viribus non inmerito comparatur, de quo scribit Turpinus in gestis eius[3], quod octo pedes suos[s] longissimos haberet in longitudine, facies eius unius palmi et dimidii, frons unius pedis, oculi similes oculis leonis[t], scintillantes ut carbunculus. Supercilia oculorum dimidium palmum habebant, cingulum[u] octo palmos in succinctorio[v] preter ligulas. Militem armatum cum[w] equo ictu unico[x] a vertice capitis usque ad bases[y] separabat. Quatuor[z] ferreos[a] equinos[b] leviter extendebat, militem armatum erecte stantem super palmam sola manu a terra usque ad caput suum facile levabat. . . . . . .

Cf. Petr. Com. I, 32. [24.] De diluvio, arca et iri. . . . Porro arca ad modum corporis humani facta fuit[c] ad exemplum spiritualis imperii seu terreni. . . . Arca hec[d] ad ymaginem ecclesie pertinet, cuius Noe proretha[e] dominum papam significat. In qua ut in arca recolliguntur animalia munda et inmunda, dum in eadem orationis domo regenerati[f] per aquam et Spiritum Sanctum quidam[g] boni, quidam[h] mali, quidam electi, quidam reprobi[i], quidam in vasa contumelie, aliqui in vasa honoris transumpti. Arca bituminata ecclesia indissolubili fidei constantia glutinata[k.4] est, que bicamerata[l] et tricamerata est quasi per cenacula[m] et tristega[n].

a) horendus 5. b) attrocitatem 2. 4. c) Tyb. 2. 3. 4. d) que *deest* 6. e) deglutire 3. 4; deglubare 6; deglubere *Oros. L.* f) est cons. 1. g) exsecratoribus 3. 4. 5. h) pupplicis 1. i) n. t. 4. 5. 6. k) nostri 1. 6; et *add.* 4. l) cons. corp. Chr. 2. m) etiam *add.* 1. n) iniquum *corr.* 2. o) *corr.* salarium 3; salarium 5. p) redundant 5. q) hoc *add.* 5; qui 6. r) cura 2. s) *deest* 4. 5. t) delinquetur 4. u) *deest* 3. 4. 5. v) enim *add.* 5. w) res Rom. p. 3. 4. 5. x) auctores 1. y) *deest* 3. z) emittere 5. a) Tunc 5. b) crudos 4. c) impios — auctores *des.* 2. d) ordinare 4. e) et eligere *add.* 2; exigere 4. f) actis 4. g) lapsus 6. h) *deest* 1. i) edulo 4. k) ratum 1. l) esse coniunctos 2; tractus 3. m) prefato 2. n) firmatum 6. o) sancit 2. 6. p) non violabiliter 1; immobiliter 3. q) quidem 1. r) h. v. 2. s) l. s. 3. 4. 6. t) et *add.* 5. u) singulum 4. v) succintorio 1. w) c. e. *des.* 4. x) solo ictu et unico 2. 4. *L.* y) basses 6; bassos *L.* z) Quatuor — levabat *des.* 2. a) ferros 3; serros 6; ferraturas equorum *Turpin.* b) manibus *add.* 4. 5. c) et *add.* 6. d) hoc 5. e) protheta 3; prothecha 4; protheca 5; proreh[u] et 6; proregem et *B. L.* f) regnanti 5; regeneranti *B.* g) sunt *add.* 5. *L.* h) sunt *add.* 3. 5. i) reprobri 1. k) est gl. 3. 4. l) est *add.* 4. 6. m) senacula 1. 4. n) strega 4.

1) Galfr. Monmouth. I, 12. 2) Mathildam, filiam Henrici II. regis Anglorum. 3) Ed. Reuber p. 80.
4) Cf. Isidorum 'In genesin' 7. ex Augustino contra Faustin. X,II c. 14—24.

Dum[a] intermitteret mites et immites, fortes et debiles[b], quedam[c] sunt inter apothecas opportuna ecclesie[d] membra, quedam ad sentinam stercorariam[e] promenda. [Cf. Petr. Com. I, 32] Nec enim mirandum, si uno columbe cibario per os transumpto[f] intestina nutriuntur[g], ut decoquant[h], membra[i] vero exteriora calescunt, ut proficiant, et[k] ex eodem cibo[l] in uno[m] vase conglutinato delicatiora[n] transsumuntur[o], ut nutriant[p], viliora, ut sentinam[q] impleant. Sic et[r] in domo imperiali quidam[s] nobiliora tractant ministeria, quidam viliora prohiciunt[t], dum nobiles frusta[u] percipiunt, humiliores[v] exta[w] discerpunt[x]. Et cum ad imaginem et similitudinem sui creavit[y] Deus hominem conformitate rationis, non dimensione quantitatis, voluit tamen, ut in imperatore sit ratio[z] discernens, ut dominetur, et corporis pars sincerior[a], ut gloriam capiat et subiectorum[b] non superbiat. Porro arca erat[c] mensurata cubitis geometricis[d], sex [Cf. ib.] vel novem nostris[e]. Continet enim, ut ait Rabanus, noster pedem, continet et dimidium, qualis in arca federis esse describitur, cuius longitudo duos cubitos habebat et semissem[f], latitudo [Exod. 25, 10] cubitum et semissem, altitudo similiter cubitum et dimidium. . . . . . .

EXPLICITA[g] EST PRIMA DECISIO.

INCIPIUNT TITULI SECUNDE DECISIONIS[h].

[1.] De divisione filiorum Noe et[i] quatuor regnorum.
[2.] De divisione orbis tripartiti in summa.
[3.] De distinctione Asie maioris per[k] regiones et provincias a parte orientali.
[4.] De distinctione a parte meridiana.
[5.] De distinctione maioris Asie a parte septemtrionali.
[6.] De distinctione Asie Minoris.
[7.] De distinctione Europe a parte septemtrionali et eius provinciis et urbibus.
[8.] De Italia et eius provinciis et civitatibus.
[9.] De situ Rome.
[10.] Tituli particulares de[l] Gallia, Hispania, Britannia.
[11.] De Affrica.
[12.] De[m] insulis maris Mediterranei.
[13.] De mari et eius natura.
[14.] De regni Troiani excidio et ducibus populi Israel[n] et regibus Latii.
[15.] De regno Romanorum et regno Iudeorum et Medorum et Macedonum et Egipti et[o] Persarum.
[16.] De imperio Romanorum[p] et Gothorum et[q] Longobardorum[r] regno.
[17.] De regno Britonum.
[18.] De regno Francorum et eius ortu.
[19.] De imperatoribus Romanis ex[s] Alemannia creatis[t].
De[u] successione regum post Karolum in Francia.
[20.] De successione regum Anglie[v] a tempore Normannorum[w].
[21.] Epilogus[x] provinciarum tocius orbis[y], ac primum de Asia usque ad Terram Sanctam.
[22.] De situ Terre Sancte[z] secundum Theodosium[a] diaconem et vita filiorum Israel.
[23.] De situ[b] Terre promissionis et eius adiacenciis diffusius. Mappa[c] mundi.
De ortu provinciarum[d] et civitatum et sex etatibus seculi.

EXPLICIUNT[e] CAPITULA.

a) Dum intromitteret et miles 6; De inter mittes et muras 5. b) et fortes sunt debiles 3. 4. 5. c) quidam 1. d) ecclesiarum 6. *B.* e) stercoria 1; stercoraria 6. *B*; menbra quedam assentina stercorariam propinanda 3. 5. f) transsumpto 3. 4. g) nutriantur 3. 5. h) dequocant 5. i) membra vero *des.* 2. 3. 4. 6; in bravio 6; *lacuna L.* k) *deest* 3. 6. l) cibario 3. 4. m) eodem 1. n) Delicatoria 5. o) transsumentur 1. p) nutrient 3. q) sentinea inpl. 5. r) etiam *B.* s) quedam 5. t) *ita* 3. 4. 5. 6. u) frustra 3. 4. 5. 6. v) habiliores 4; viliores 6. *B.* w) extra 1. 3. 4. 5. 6. x) discrepunt 4. 5. y) De. cr. 3. 4. z) ut imperatore sic ratione 5. a) superioris 5. b) *ita* 1; abiectiorem 5; abiectior ne 6. c) e. e. m. 6. *B.* d) *deest* 2. 6. e) nostros 6; sex — nostris *des.* 1. 2. 3. 4. 5. *B.* f) semisse 4. g) Explicita — decisio *des.* 3. 4. 5. h) sec. dec. *des.* 1; Incipiunt — dec. *des.* 6. i) *deest* 1; divisione *add.* 3. 4. 6. k) partes *add.* 4. l) de — Britannia *des.* 3. 4. 5. 6. m) De Affrica et ins. 3. 4. 5. n) Hysmaelis 5; Ysmael 4. o) *deest* 1. p) imp. enim Goctorum 1. q) ac 4. 5. r) Lombardorum 6. s) et 6. t) *deest* 1. u) De succ. — Francia *des.* 6. *In contextu quoque Leibnitius p. 944. huic inscriptioni numerum non apposuit.* v) De successione in Anglia 4. w) Romanorum 1. x) De pilogiis 1. 5. y) urbis 5. z) *deest* 1. a) Theodocium 1. 3. 5. 6. b) sancte *add.* 4. c) *rubr. in marg.* 1; *deest* 6. d) civ. et prov. 1; *haec rubra deest* 6. e) *haec des.* 1; Incipiunt capitula 4.

[3.] De Asia orientali. . . . Habet et[a] India Agroitas[b.1] et Brachmanes[c.2], qui se ultro in ignem mittunt amore alterius vite. Sunt[d] alii[3], qui iam[e] senio confectos parentes mactant et eorum carnes ad epulas sibi[f] preparant[g], impio iudicato qui facere ista[h] negaverit. De istis meminit Aristotiles[4], cum dixit: *Bonum est mactare*[i] *patrem in Trivallis*[k]. Unde literatus ille nostri temporis vir, magister Radulfus[l] Niger[5], domini mei[m] regis[n] iunioris[o] concurialis[p], cum Topica Aristotilis et Elencos versibus glosaret, ait[6]:

Sunt loca, sunt gentes, quibus est mactare parentes,
Cum mors aut pietas aut longa supervenit etas. . . . . . .

[7.] De Europa a parte septemtrionis. Post decursam Asiam tam maiorem Oros. I, 2. quam minorem consequens est Europam describere, que a septemtrione incipiens, occidentali occeano terminatur[q], ubi apud Gades[r] insulas columpne visuntur[s] Herculis[t]. Civitates quoque specialius[u] Europe nominabimus, tum quia illarum certior[v] est noticia, tum quia frequentius in ipsa episcopatus et[w] metropoles nominatim distinguuntur. A montibus ergo Rifeis ac[x] Tanay fluvio Meotidisque paludibus, que sunt ad orientem, per latus septemtrionalis occeani usque ad Galliam Belgicam[y] et flumen Rhenum[z], quod est ab occasu, deinde usque ad Danubium, quem[a] et Ystrum[b] nominant[c], qui est a meridie et ad orientem directus, mari Pontico excipitur; ab oriente Alania[d] est[e], in medio Dacia, ubi et Guthia[f]. Porro dicitur Isid Etym. XIV, 4 Europa ab Europo[g] rege vel ab Europa, Agenoris[h] filia. In hac versus septemtrionem sunt montes Ib. XIV, 8. Rifei, a perpetuo flatu[i] sic dicti, nam rife[k] Grece[l] Latine sonat impetus. Sane inter montes Rifeos et occeanum regio lata propter solis absenciam infesto frigore premitur et[m] glacie perpetua[n], ideoque terra hec[o] inhabitabilis est[p]. Illic[q] circulus est septemtrionalis, a Grecis Isid III, 42. arctos[r] dictus et[s] septemtrio a septem stellis. A superiore Rifeorum montium capite[t] fluvius[u] Oros I, 2. Lentulus[v] exsurgens medius inter Alanos[w] et fluvium Thanaim[x], Meotidas implet paludes, que longe[y] post inferius a fluvio Tanay, a Rifeis quoque montibus descendente, postquam preteriit aras ac terminos Alexandri in Roboscorum[z] finibus sitos, immensa exundacione iuxta Theodosiam[a] urbem Euxinum pontum lacius ingrediuntur[b]. Unde usque ad Euxinum[c] pontum mare dulce[7] vocatur ab indigenis. Sic[d] ab Euxino[e] descendit mare Ponticum ex opposito versus occidentem; unde et illud[f] vulgare comparacionis abusivum prodiit[g]: 'Mare Ponticum[h] dulcius[i] est[k] Adriatico'; exhinc a flumine Isid XIII, 21 Lentulo et post hoc a flumine Alano lacius diffunduntur[l]. Est autem Tanays fluvius a Tano[m] rege Ib XIV, 4. dictus. A Tanay ergo fluvio prima Europe regio Scithia[n] inferior nominatur, que a Meotidis paludibus inter Danubium et occeanum septemtrionalem usque ad Germaniam porrigitur, cuius, ut diximus, prima pars Alania[o], post eam Dacia et Gothia[p]. Sane ex diverso Dacie versus septemtrionem est Scatanavia[8] occeani insula, cf Oros. VII, 32. de qua Burgundiones tempore[q] Tyberii[9] imperatoris egressi dicuntur, sic Burgundiones appellati, Isid. XIV, 4 quia burgos singulares primi fecerunt ad inhabitandum[r]. Porro a Danubio usque ad Alpes, ex quibus oritur, est Germania superior, a germinando[s] populos sic dicta. Hec versus occasum[t] Reno, versus aquilonem Albio[u] flumine terminatur[v], qui et ipse de Alpibus oriens[w], mare Ponticum ingreditur. Inter Germaniam et Meotides[x] paludes ab oriente Wandalorum gens ferocissima[y] habitat, inter quam et paludes Meotides[x] pereque Sarmate habitant, a quibus mare Sarmaticum dicitur, quod a fluvio Sarmatico et Wandalo, flumine Wandalorum, et[z] Danubio versus orientem impletur. In regione Germanie superioris est Suevia, a Suevo monte dicta[a], post hanc cf. Isid. Alemannia[b], a flumine Lemanno, unde Lucanus: *Tentoria*[c] *fixa Lemanno*[d.10]. Legitur tamen

a) in 4. b) Agybitas 5. c) Bragmannos 3. 4. 5. 6. d) et *add.* 1. e) *deest* 4. f) *deest* 4. 5. 6. g) parant 3. 5. h) neg. ista 4. i) mathare 5. k) Trivalis 1. l) Radulphus 4. 5. m) nostri 3. n) i. r. 6. o) *deest* 3. 4. 5. p) curialis 5; *deest L.* q) finiatur 3; finitur 4. r) Cades 1. s) videntur, *corr.* 2; insunt 3; inferuntur 4. t) Ulixis, *in marg.:* vel Herculis 2. u) speciales *corr.* 2. v) et cer. not. *L.* w) *deest* 2. x) a. *L.* y) Bellicam 1; Belligicam 5; Belgiam *B.* z) Renum 3. 4. 5. a) quod 1. b) Hystrum 3. *B;* Histrum 4. c) *deest* 3. 4. d) Alamania 5; Almania 4. e) *deest* 3. 4. 5. *B.* f) *ita* 1. 3. 4; Gothia *L.* g) Europa 1; ab E. *des.* 4; Porro ab Euro 2, *ubi in marg.:* dicitur Europa. h) regis Libie *in marg.* 2. i) inflatu 4. k) rifen 1; rifeus 3; rifey 4. l) *deest* 3. 4. 5. 6. *B.* m) ac 3. 4. n) perpetim 5. o) ista 3. 4. 5. p) *deest L.* q) Illuc 1. r) artos 2; arthos 3; sacros *corr.* sercos 5. s) ac 3; a septemtrione *corr.* 4. t) *deest* 5. u) flumen *corr.* 2. v) Lectulus 1. w) Albanos 2. 4. 5; Abanos *B.* x) Tanay 4. y) que sunt longe inferius 3. 4. 5. z) Tob. 1; Robostr. 2; Thobosc. 4; Thobost. 5. a) Teod. 2. b) ingreditur 4. c) Euximum 3. 4. d) Sicut 1. e) Euxinio 3; eximio 4. f) unus et idem 1. g) prodire 4. h) Ponticium 4. i) dulcis 2. k) *deest* 4. l) diffunditur 4. m) Cano 2; Taneo 3; Thaneo 5; tanto 4. n) Sithia 3. 4; Sitay 5. o) Alamania 3. 4. p) Giethia 3; Guthia 4; deinde Germania *add. inter lineas manu altera* 2. q) tempore — Burgundiones *des.* 4. r) habitandum 4. s) ad germinandos 4. t) occasum R. versus *des.* 2. u) alio 3. 4. 5; Albio *L.* v) versus occ. Rheno *hic demum habet L.* w) orientis 2. x) Meotidas 3. 4. y) fortissima 3. 4. 5. z) et — orientem *des. L.* a) et *inter lineas add.* 2. b) etiam *add.* 1. c) est emptoria 4; Teutonia terra *L.* d) Lemancio 4.

1) *Agriophagitas* Isidori Etym. IX, 2. secundum Plinium vel Solinum. 2) Cf. Plin. VI, 19. 3) Cf. Solin. c. 60. 4) Topic. II. XI, 5. 6. 5) Cf. supra p. 327. 6) Hos versus refert Radulfus de Diceto supra p. 281. ad Ricardum I. in Trifels retentum. 7) Cf. Isidori Etym. XIII, 16. 8) Ex Fredeg. Hist. epit. c. 65. 9) Cf. Oros. VII, 32; Isidori Etym. IX, 2. 10) *Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno,* Pharsal. I, v. 396.

in passione Thebeorum[a], quod lacus Gebennensis[b] Lemannus dicitur[c], quem Rodanus influit. Illic et Rethia[d]. In Suevia nascitur Danubius, qui et Yster*, unde poeta: *binominis*[e] *Yster*[1]. Hic sexaginta[2] precipuis[f] fluminibus cingitur[g], et septem ostiis[2] ut Nilus[h] divisus[i], mare Ponticum[2] ingreditur. Surgens enim[k] in Suevia[l] ab Alpibus, descendit per Bavariam et hinc per Austriam, exhinc per Huniam[m], a qua Alpes descendens[n], grande facit precipitium; exhinc terram Grabati[o.3] similiter[p] pertransit, divisionem capiens apud Brandiz[q.4] super Danubium. Illic[r] versus septemtrionem sunt Cumani, adorantes quidquid illis primo mane occurrit. Illic Gete et Coralli[5]. A divisione Danubii usque[s] Constantinopolim sunt 24 diete versus eurum. Primo enim occurrit desertum Bulgarie, quod est terra Blacti[t], ubi vicus Ravana[u.6] et vicus Nifa[v.7]. In fine deserti est civitas[w] Stralis[x.8], caput Romanie. Exhinc Philippopolis[y]; post quam Andrinopolis[z]; exinde[a] Constantinopolis. Apud Constantinopolim est Brachium Sancti Georgii, mare coartatum[b], a quo ad Iconium 12 diete et[c] exinde ad[c] Antiochiam pereque[d] 12. Est et in Germania superiore Noricus, que[e] et Bavaria[f]; inter quam et Ungariam vel Huniam est Austria, que vulgo dicitur Austrica[g]. Post Austriam est Bavaria; cui[h] et[i] Austrie iungitur[k] Boemia; quam tangit a septemtrione Saxonia[l], gens valida, et propter[9] sui fortitudinem et robur quasi saxorum sic appellatur[m]. Inter Saxoniam et Wasfaliam[n] est Albis[o] fluvius. Est autem Wasfalia[p], cuius gentes[q] Suevi dicuntur. Porro ab Albio[r] flumine usque ad occeanum Germania inferior nuncupatur, in qua est[s] Albia[t] regio, que[u] versus aquilonem occeano terminatur. In hac est terra Danorum[v.**] et Norveia[w]; sed terra Danorum proximior Germanie Saxonice. Post Daniam[x] Norveia[y.***]; post Norveiam[z] Russia versus septemtrionem, mari interposito, quod cum mari Britannico[a] et glaciali vicissim, insulis intercurrentibus[b], continuatur, unde per[c] mare de[d] una ad aliam[e] facilis, sed longus[f] est transitus. In istis occeani insulis girfalci[g.10.†] ex altissimis rupibus in mare[h.††] dependentibus eliciuntur artificiose. Sed et in Germania inferiore est Marcomannorum[i] terra, occeano a septemtrione, montibus a meridie clausa. Sunt autem omnium habitancium in Germania superiore et inferiore gentes[11] quinquaginta quatuor. . . . . . .

[8.] De Italia et eius partibus. . . . Secundum Longobardorum Historiam Paul II, 6.
Italia has habet provincias: . . . Sextam provinciam Italie Tusciam dicunt; in qua

Roma caput mundi tenet orbis frena rotundi,

et Aurelia et Umbria[k]. . . . Hec ab Hystoria Longobardorum decerpsi. . . . . . .

[9.] De situ Rome[12]. . . . Quia vero basilica[l] sancti Petri ad consecracionem domini pape et imperatoris speciali[m] sue dignitatis prerogativa pertinet, ut illic[n] successor Petri, vicarius autem[o] Christi, potestatem clavium Petro datam recipiat et ex[p] Constantini munere diademate imperiali coronetur, ubi executor Christi et apostolorum, imperator terrenus corona insignitur[q], aliquantulum[r] de situ et constructione ipsius basilice preloquamur[s].

*) 5 *addit:* Vocille[13], cistrum, peccen, speculum, calamistrum
Ultra trans Ystrum te dantur esse magistrum.
) Denemarchia vulgariter nominata *addit B.* *) que montuosa est et in mari sita *addit B.*
†) et austorii[14] *addit B.* ††) Multa mira sunt in partibus illis de avibus, piscibus, feris *addit B.*

a) Tebeorum 1. b) locus Gebenensis 2; Gedenciensis 3. c) dicatur 1. 3. 4. d) Illic arethia 4. e) binomius 3. 4. 5; Livonius 2. f) *deest* 4. g) emergitur 2. h) intrinsecus 2. i) divisis 4. k) *deest* 1. l) Suania 3. m) et exhinc per Hyniam 1. n) ascend. 5. *L.* o) Graban 1; *deest* 2. p) *deest* 1. 5. q) Brandis 5; Pranditum 3; Prandiz 4. r) Illinc 1. s) ad *add.* 4. t) Blacei 2. u) Ranavel 1; Ravanel 3. 5. v) iufa 3; ifa 5. w) cuncta 5. x) Stralim 2. y) Fraypopolis 1; Finipopulis 2. 4. 5; Fimpopulis 3. z) *ita* 1; Andronopolis 2. 3. 4; Adrianopolis *L.* a) exhinc 3. b) coatticum 2; cartans 3; coartans 4. c) *deest* 3. 4. d) per eam 1. e) *deest* 3. 4. 5. f) Baioaria 1. g) Austerica 3. 4. h) cui — Boemia *des.* 2. i) *deest* 4. k) iunguntur 1; mergitur 4. l) Saxonum 2. 3. 4. m) appellantur 1. n) Vaffaliam 2. o) Albus 2; Albius 3. p) terra *super lineas add.* 2. q) gens Sueva dicitur 3. 4. 5. r) Aspio 1. s) Albia regio est 3. 4. 5. t) Aspia 1. u) terra *add.* 3. 5. v) Daciorum 3. 4. w) Norveya 1; Norucia 4. x) Datiam 2; Dariam 3; Daciam 4. y) Norweya 1; Norucia 4. z) Norweyam 1; Noruciam 4. a) Scocico 5. b) intereminentibus 2. c) per mare *des.* 3. 4. 5. d) *deest* 5. e) alteram 3. 4. f) longius 1. 5. g) gerfalci 2; gilfalci 3. 5; girfasi 4. h) mari 1. 4. i) terra Marcomanorum 2. k) Ymbria 1. l) ecclesia 5. m) specialis 2. n) illuc 1. o) *deest* 2. 3. 4. p) hoc 2. q) ideo *in marg. add.* 2. r) aliquem titulum 1. s) prol. 2. 4; preloquemur 5.

1) *Stat vetus urbs, ripae vicina binominis Istri,* Ovid. Pontic. I, 8, v. 11. 2) Ex Isidor. XIII, 21. 3) Crobatiam. 4) Prope ostium Moravae. 5) *Litora subiecta Corallis ut effugiamque Getas,* Ovid. Pont. IV, 8, 83. 6) Ravanica. 7) Nissa. 8) Sardica, hodie Sofia. 9) Cf. Isidori Etym. IX, 2. 10) *Gyrofalco*, franco-gallice *gerfaut*, nostris 'geierfalk'. 11) Ex Oros. I, 2. 12) Plurima e Mirabilibus Romae desumpta sunt. 13) *Volsellae, pecten, speculum, calamistrum* e Plauti Curculione 4, 4, 21. 14) Astures.

Mir Romae. Infra pallacium ergo Neronianum[1] . . . est petra tumularis, in qua cinis Iulii Cesaris reconditus est. . . . Continet et hanc scripturam metricam, coriiambicam:

Cesar tantus eras quantus et orbis,
Sed nunc in modico clauderis antro[2]. . . . . . .

Ex[a] archivis domini pape. Nunc Europe flamines et archiflamines et civitatum suarum nomina subiungamus, quarum potestatem Romana noscitur[b] ecclesia tenere, quia ipsarum familiarior est noticia.

De Polonia. Polonia[c] archiepiscopum habet Kenesensem[d. 3], et hic habet suffraganeos Wredicilicensem vel[4] Wranslaviensem, Lubicensem[5], Cuiaviensem[e], Plocensem, Gracobiensem, Posnaniensem, Mazoviensem, Pomeraniensem. . . . . . .

De[a] Alemannia. Alemannia habet sex metropoles. Maguntinus hos[f] habet suffraganeos: Pragensem, Moraviensem[g] vel Olomocensem, Eistetensem[h], Erbipolensem vel[i] Wizeburgensem[k], Constanciensem, Curiensem[l], Argentinum, Spirensem, Warmaciensem[m], Verdensem[n], Ildesmensem[o], Alberstanensem[p], Paldeburgensem[q], Bavabergensem[r], qui est domini pape. Coloniensis Alemannie archiepiscopus hos habet suffraganeos: Leodiensem, Traiectensem, Monasteriensem, Mundensem vel Misinensem[s], Osemburgensem[t]. Bremensis Alemannie archiepiscopus hos habet suffraganeos: Bardvicensem[u. 6], Solesvicensem[v], Rasceburgensem[w], Alerzemiensem[x. 7], Michiliburgensem, Lubichensem[y], Rigensem vel Livonensem[z]. Maideburgensis Alemannie archiepiscopus hos habet suffraganeos: Halbeburgensem[a. 8], Bindeburgensem[b], Misensem[c] vel Misnensem, Menseburgensem, Cicensem[d] vel Numburgensem[e]. Salseburgensis[f] Alemannie archiepiscopus hos habet suffraganeos: Paitaviensem[g], Ratisponensem[h], Fusiensem[9], Gurezensem, Brixniensem. Treverensis Alemannie archiepiscopus hos habet suffraganeos: Metensem[i], Tulidensem, Verdunensem[k. 10]. . . . . . .

Nunc ad insulas occeani, que partes occeani Europam respiciunt[l], nos referamus. Dacia ergo habet metropolitam[m] Lundensem[n], qui hos[o] habet suffraganeos: Roschisdenensem[p], Othermensem[q], Slewicensem, Ripensem, Wiburgensem[r], Arosiensem[s], Burgalanensem. Norweia[t] habet metropolitanum Nidrosiensem. Et hic habet suffraganeos: Bergenensem[u], Stamangrensem[v], Hamarcopensem[w], Haslovensem[x], Harcadensem[y. 11], Subtrahiensem[z]. Suecia insula inter Daciam et Norweiam habet archiepiscopum Ubsalensem, cuius suffraganei[a] sunt Augustensis[b] vel Asvisensis[12], Straviganensis[13], Lingacopensis, Scarensis.

[10.] De[c] partibus Europe occidentalibus. Explicuimus[d] partes Europe a montibus[e] Rifeis ac flumine Tanay Meotidisque paludibus per partes septemtrionales a termino occeani usque ad flumen Renum et ab Alpibus Penninis usque ad mare Adriaticum et Tyrrenum[f] et Yonium, quorum alterum a Tyras, filio Iaphet[g], a quo Traces[14] exorti sunt quasi[h] Tyraces, Tyrrenum dicitur — quod Greci Yonium, Itali Inferum[15] nominant[i] —; unde Tyrrenia, pars Italie Etruria[k], ubi quoque Tyberis descendit in mare; quia illic habitasse fertur Tyrus[l. 14], Lydii[m] frater, Tyrrenium[n] nuncupatur vel Terrenum[o], quia multas interluit terras.

a) *rubra deest* 2. 3. 4. b) nascitur ten. eccl. *L.* c) Bononia 3. 4. d) Venensem 2. e) Cinav. 2; Cinam. 3. f) habet hos 2; Maguntinum cuius sunt 5. g) Modamensem 1; Montav. 4. 5. h) Ghistecensem 2. i) *deest* 4. k) Wiburg. 1; Wirz. *L.* l) *deest* 5. m) Warviaticensem 3; Warmaticensem 4. n) Werdensem 1. o) Ildesniensem 2; Ildemencem 4. p) Albertan. 4; Halberstatanum *L.* q) Paldebrag. 4. r) Babaverg. 1. s) Mundensensem vel Missinensem 5; Mundensiensem vel Miginensem 4; Mundensem vel Milmensem *B.* t) Oscerburg. 2; Ossemb. 3; Obsepburg. 4. u) Bardincensem 1. v) Solvicensem 3. w) Raiceburgensem 4. x) Alezennensem 3; Alezemiensem 4. 5. y) Lubithensem 3. z) Linonensem 2. 4. a) Haldeburgensem 1; Albeburgensem 3. 4. 5. b) Burdeburgensem 4. 5; Vindeburgensem 3. c) Misensem — Menseburgensem *des.* 3. 4. 5. d) Cisenburgensem 4. e) Mumburgensem 2; Nimburgensem 3; Minemburgeniensem 4. f) Aleburgensis 3. 4; Sal. Verdunensem *(l. 23) des.* 2. g) Pictav. 1. h) Raitisp. 4. i) Mercenensem 4. k) Verdin. 3. 4. l) respiciant 1. m) metropolim 2; metropolitanum 3. 4. In Dacia est *B.* n) Lundonum 5. o) *deest* 3; habet hos 4. p) Boschistensem 2; Baschidensem 3. 6. q) Occhem. 5; Oteniensem 2. 6. r) Wiberg. 4; Vinberg. 6. s) Avisensem 2. *B;* Anicensem 3. 4; Aviciensem 5. t) Norveia 2. 4; Noruehya 3. u) Bergensem 1. v) Stamangrenensem 1. w) Hamarcopenensem 1. x) *deest* 1. y) Haitad. 4. z) Subirah. 3. a) sunt suffraganei 3. b) Augustenensis 1; Agnustensis 2. c) *rubra deest* 1. 5. 6. d) explicimus 4. e) minoribus 3. f) Tirenum 3; Turrenum 4. g) Iafeth 2; Iafet 4. h) Tiraces 3; quasi Tyraces *des.* 6. i) inferunt 1. k) Etruxta 3; *fort.* Etrusca *emendandum.* l) Tyrrus 2; Turus 6. m) Ludii 1; Lidu 2. n) Tirenum 3; Tyrrenum 4; Turenum 6. o) Tiren. 3. 4; Tirren. 6.

1) Mirabilia Romae ed. Parthey p. 14. 2) His versibus incipit epitaphium Henrici III. imperatoris, ap. Will. Malmesbur., SS. X, p. 468, quod tamen ad alios quoque refertur; cf. Dümmler, 'N. Archiv' I, p. 179. 3) Gnesnensem. 4) Corrige *et;* Warschau, Breslau. 5) Lebus. 6) Error. 7) Aldeburgensem? 8) Havelberg. Brandenburg. 9) Frisingensem. 10) Sequuntur episcopatus Italiae (Leibniz II, p. 770). 11) Orcadensem. Sudreiensem. 12) Westerås. 13) Strengnäs. 14) Cf. Isidori Etym. XIV, 4. 15) Cf. Solin. c. 31: *Sinus Thuscus, quem Graeci Ionium vel Tyrrhenum, Itali Inferum vocant.*

Nunc etiam[a] Europe partes, quas Alpes et flumen Reni et mare hoc nostrum et occidentalis occeanus terminant[b], explicemus[c]. In hiis Gallia prius occurrit, a candore[1] sic dicta; gala[d.1] [Isid XIV, 4.] enim Grece Latine lac sonat. Hinc est illud[2] Ieronimi in vita beati Ylarionis: Candidatus Constantini imperatoris, [Frec II, 4. 5.] rutilus coma et candore corporis indicans provinciam, ab infantia demone obsessus est. Inter Saxones quippe et Alemannos gens eius[e] non tam lata[3] quam valida; apud hystoricos Germania, nunc Francia[f] dicitur. Sed et Galli[4] dicuntur sacerdotes matris deorum[g] ob hoc, quod[h] mos est eis apud Frigiam castrari, qui[i] omnia turpissima agunt. Gallos Cesar castravit, cum eos vicisset, in eorum scilicet[k] opprobrium. Porro Galli confinibus[l] suis candidiores sunt. Secundum enim diversitatem[m] aeris Romanos graves, Grecos leves, Affros versipelles, Gallos natura[n] feroces, Anglos ingenio potentiores, Teutonicos[o] robustiores videmus, quod natura climatum[p] facit. Gallia nunc Celtica dicitur, a quo[5] Celtiberi — a Gallis, qui prius Celtici dicebantur, et ab Ybero[q] Yspanie fluvio, ubi consederunt —, quorum ex nomine regio Celtiberia vocatur[r], includens[s] Aquitaniam et Guasconiam[t]; nunc[u] Germanica, que includit Lothoringiam[v] et Alemanniam; nunc Gallia Belligica a civitate Belgis[6] in[w] confinio Burgundie sita super flumen Sonam[x], habens a circio Lingonis urbem; que tercia pars Galliarum dicitur. Hec habet[y] ab oriente limitem fluminis[z] Reni et Germaniam, ab euro Alpes Penninas, a meridie provinciam Narbonensem, a circio occeanum Britannicum, a septemtrione insulam Britannicam. [Oros. I, 2.] Sed et Senones [Isid IX, 2.] Galli pro parte Burgundiones dicuntur, qui[5] antiquitus Zenones[a] dicebantur. Hiis cum duce Brenno[b], fratre[7] Belini[c] regis Maioris Britannie, restitit Manlius consul, voce anseris excitatus, [Oros. II, 19.] cum Romam captam incendere vellent. Porro antiquitas tres esse Gallias docuit: togatam[d], id est Longobardiam, ad instar Romanorum, comatam, id est Burgundiam, et Franciam braccatam[e], id est Teutoniam[f], a longis braccis[g]. Enimvero nomen Longobardorum[h] sic cepisse[i] legimus. Gens enim Longobardorum[h], priusquam hoc[k] nomen assumeret, exeuntes de Scatanavia[l] occeani insula, de qua Burgundiones[8] sunt egressi, que est inter occeanum et Danubium, cum uxoribus et liberis Danubium transmearunt[m], cumque transeuntibus Huni[n] parassent bellum, Longobardi mulieribus suis comam capitis ad maxillas mentosque[o] ligaverunt[p], quo pocius habitum virorum simulantes[q], [cf Paul. H Lang. I, 8.] plurimam hostium multitudinem simularent. Comis ad maxillam[r] barbam facientibus, fertur desuper vox[s] dixisse: 'Hii sunt Longobardi'. Ad hec Longobardi clamant: 'Qui instituisti nomen, concede victoriam'! Quo dicto, Hunos[t] superant partemque Pannonie invadunt. Nec post[u] multum tempus Narsis[v] patricius [ib. II, 5] minis Iustini imperatoris eiusque[w] auguste Sophie[x] perterritus, eo quod ipsa ei[y] apparatum muliebrem ex auro factum, quia eunuchus[z] erat, cum quo filaret, direxerat[a], dicens, ut pensa lanaria regeret, non populum —; at ille respondit: 'Filum[b] filabo, cuius finem Iustinus vel augusta non perficiet'. Tunc Longobardos a Pannoniis[c] invitans cum Alboeno[d] rege Italiam[e] introduxit. Porro Gallia, quam diximus Belgicam, particulares habet regiones: Neustriam seu Normanniam, Boloniam[f], Flandriam, Andegaviam, Turoniam, Bituricam, Britanniam, Armoricam, Pictaviam[g], Aquitanniam, Guasconiam, Narbonensem Provinciam. In harum medio Francia[h.9] est[i], a Franco rege dicta, qui de Troia, ut quidam[k] dicunt, cum Enea fugiens, populo nomen dedit. Sane in catalogo Romanorum et Francorum legimus et iudicum vel regum Israel, quia[l], cum Lapdon[m.10] de tribu Effraim regeret populum [Iud. 12, 14] Israel annis[n] octo, huius anno tercio capta est Troia ab Assiriis. Tunc Eneas et Frigius frater[o] a Troia fugiunt[p]. Eneas regnavit in Latio, Frigius vel Frigas in Frigia. Post huius mortem in duas partes Troiani[q] dividuntur: una pars Macedoniam petiit, ut suo potirentur auxilio; alia, que de Frigia progressa[r] est, per multas regiones pervagando cum uxoribus et liberis, electo sibi rege[s] Francione[t], a quo Franci dicuntur, multoque tempore cum plurimis gentibus gerens[u] pugnam, eo quod fortis esset in bello,

a) ad 1. 2. b) terminat 3. c) explicimus 1. d) Galla 2. 3. 6. e) *ita* 1. 2. 3. 4. *Frec.* f) Gallia 3. 4. g) domini 2. 3. 4. h) quia 3. 4. i) quia 1. k) *deest* 3. l) cum fin. 3; cum suis 6; consimilibus *L.* m) diversitates 2. 4. n) vero 1. o) Teot. 6. p) climatis 3. q) Hyb. 2; Hib. 6. r) in confinio Burgundie sita *add. iam hic et fortasse rectius L.* s) incl. — Guasconiam *des.* 6. t) Vasc. 2; Gasc. 4. u) nunc — Alemanniam *des.* 6. *L.* v) Toringiam 1. w) in — Ling. urbem *hic des. fortasse rectius* 6. *L.* x) Focinam 1; Rodani 3. y) He sunt 3. z) fluvium 2. 3. 4. a) Cenones 4. 6. b) Brennio 6. c) Helini 3; Belyni 4. d) totagam 1. e) bractatam 1. f) Teot. 6; Teutonicam 3. g) brachis 3; bracis 6. h) Lumbard. 3; Lonbard. 4. i) recepisse 6. k) n. hoc 4. l) Scannavia 3; Scaran. 6. m) transmeaverunt 4; transmearent 6. n) Himi 3; Hymi 4. o) mentumque 3. 4. 6. p) ligarunt 2. q) imitantes *L.* r) maxillas 2. 4. s) etiam *add.* 1. t) Himos 3; Hymos 4; Ynos 6. u) *deest* 6. *L.* v) Narcys 3; Narcis 4. w) quia eius 3. x) socie 2. 3. 4. 6. y) *ita* 6. *L.*; apparatu (ei *hic* 2) muliebri ex a. facto 1. 2. 3. 4. z) eunucus 3. 4. a) *ita* 6; dixerat 1; duxerat 4. b) filium 1. c) appennonis 3. d) Albeono 2; Albonio 3. 4. e) Yt. 3. f) Bononiam 3. 4. g) Pict. Aq. Guasc. *des.* 3. 4. h) est Fr. 4. 6. i) *deest* 3. k) *deest* 4. l) quod 2. 4. m) Lapridon 2; Lapton 3; Lapcon 4; Abdon *L.* n) 8 a. 4. o) fratres 2. p) exeunt 2. q) *deest* 4; Troiam dividitur 1. r) egressa 2. s) in regem 3. t) Francone 3. 4. u) p. g. 2. *L.*

1) Cf. Isidor. Etym. XIV, 4. 2) 'Quum multa desint verba, locus ex Hieronymo, Opp. I, p. 246, desumptus sensum non praebet', Grunauer, De fontibus Frechulphi Lexov. p. 47. 3) Cf. Hug. Flor. ed. Rottendorf p. 91: *Gallia non tam ampla quam inclyta.* 4) Fortasse ex Ovid. Fast. IV, 360 sqq. 5) Cf. Isidori Etym. IX, 2. 6) Beauvais? 7) Cf. Galfr. Monmouth. III, 1. 8) Cf. Fredegar. c. 65. 9) Quae sequuntur ex Fredegario et Gestis Francorum conflata sunt sive ab ipso Gervasio sive ab alio quem exscripsit auctore. Nonnulla cum Chron. Moissiacensi conveniunt. 10) *Labdon — Troia* ex Pauli Hist. Rom., Auct. ant. II, p. 6.

Asiam vastans et iter in Europam dirigens, super litus Danubii inter[a] occeanum et Traceam resedit; inter quos Priamus et Antenor, post Ilium destructum infamiam[b] verecundie fuga obtegentes, ripam Tanays fluvii adierunt, terminos Pannonie superioris[c] iuxta Meotidas paludes petentes, missisque per girum ex- (Chr. Moiss. Fredeg c. 2.) ploratoribus, reppererunt locum a communi hominum habitatione semotum[d], undis marinis circumseptum, ibique construxerunt civitatem Sicambriam[e] nomine. Consueta ergo[f] feritate expugnantes[g] confines suos, (Chr. Moiss. G Franc c. 2-4.) in armis cruentam vitam exercuerunt. Tandem tempore Valentiniani imperatoris, cum ipse strenuus gentem[h] Alanorum[i] superasset[k] et, eo quod[l] ad Meotidas paludes fugissent[m], fugientes capere non posset, Sicambri illa loca tamquam sibi nota invadentes, Alanos captos imperatori representaverunt. Sicque[n] peracta[o] victoria, imperator Sicambros omni libertate donavit eosque Francos in posterum nominandos esse[p] censuit. Porro iam decem annis post hoc elapsis, primarius quidam imperatoris Romani[q] venit a Francis[r] tributum exigere[s], qui grave servitutis nove iugum ferentes eligentesque[t] vita libertatem redimere, exactorem improbum immisericorditer[u] gladio[v] sociosque suos trucidarunt. Hiis auditis, imperator Francos invasit, Priamoque Francorum rege perempto[w], in fugam convertit. Maior itaque pars illorum fuga sibi consulens predamque huc illucque exercens, ripas Reni fluminis[x] adiit[y], illic in Germanorum[z] opidis figens tentoria. Reliquie vero Francorum Sicambrie manserunt, electo sibi rege nomine[a] Torquato, a quo gens Torquorum nomen accepit. Franci vero, erecto sibi in regem Feramundo[b], filio[c] Marchionis vel Marchomiri, filii Priami[d], civitatem ad instar Troie edificarunt[e]. Opus quidem ceptum, sed non[f] (G Franc. c. 5. Chr. Moiss.) consummatum. Defuncto Feramundo, Clodio[g], filius eius, in regem erigitur[h], in finibus Thoringorum[i], Dispergo castello habitans. Paucis tamen diebus Franci, nempe suspecti et dubii et in[k] incerto vacillantes, audientes Galliam terram esse nemorosam ac fertilem, illuc tendunt, vindictam sumpturi de Romanis, qui a Reno ad Ligerim et a Ligeri usque ad[l] Hyspaniam terram tenebant. Sed et Burgundiones[m] tunc Arriani habitantes secus Rodanum, quorum dux aut rex Alaricus favore Valentiniani imperatoris tunc (G Franc. Chr. Moiss.) Arrianus a Clodoveo[n] rege interficitur non longo post tempore. Sane Clodio[o] Carboneriam silvam ingressus, Tornacensem civitatem optinuit et exhinc Cameracum properavit. Illic trucidatis Romanis, Ambianensem civitatem cepit, ibi[p] regni sedem statuens[q]. Huic successit Merovicus[r]; cui successit filius eius Childericus, qui Agrippinam Coloniam civitatem regni cepit[s] et Treveris super Mosellam fluvium et Suessionem, Aurelianis et Andegavis. Childerico filius eius Clodoveus successit in regnum; cui, cum baptizaretur, dixit sanctus Remigius: 'Mitis depone colla, Sicamber[t], adora quod incendisti, incende quod adorasti'. Quo mortuo, quatuor eius[u] filii inter se regnum diviserunt Francorum, Theodorico[v] Metensem Lotharingie[w] urbem, Clodomiro[v] Aurelianensem, Childeberto Parisiensem, Clotario Suessionensem ad sedem regni eligente.

(cf. Caesar b. G. I, 1.) Distinctio[x] Galliarum. Iam[y] nunc ad distinctionem Gallie redeamus. Sunt ergo in Gallia, ut diximus, Belgica Belbicii[z], fortissima omnium[a] Gallorum[b] gens, quibus per- (Oros. I, 2.) petua[c] pene cum Germanis pugna est et altercatio, a quibus Reno tantum[d] fluvio dirimuntur[e]. . . . . . Narbonensis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cocias[f]; inter quas et mare et[g] Rodanum sunt he provincie: Arelatensis, que caput est regni, Viennensis, que cancellaria regni gaudet, Tarentasiensis, Ebredunensis et Aquensis et pro aliqua sui parte Lugdunensis (ib.) et[g] Bisuntina. Habet Narbonensis provincia ab occidente Yspaniam, a circio Aquitaniam, a septemtrione Lugdunensem, ab aquilone Galliam Belgicam, a meridie Gallicum mare, quod[h] est inter Sardiniam et insulas Baleares, habens in fronte, qua Rodanus fluvius exit in mare, Sticados[i, 1] insulas, quas vulgo Camargas[k] nominant, quasi caras marchias. In modum enim[l] insule, Rodano per tria ostia diviso, clauduntur: terra fertilis salinis excelse bonitatis, piscationibus stagnorum mariumque fluvialibus venationibus, cirogrillis[m, 2] et aucupationibus et pascuis incomparabilis. . . . Est et in capite ad ripam Rodani civitas Arelas, caput regni Burgundie, dicta quasi ara lata deorum. Illic enim quotannis solent[n] omnes[o] regni illius cum adiunctis provinciis, paganitatis ludibrio tenti[p], in Kalendis Madialibus[q] convenire et in omnium conspectu sacrificium tristis[r] amnestie[s] suscipere in loco suburbii que Rocheta dicitur; ubi, duabus immense[t] celsitudinis columpnis ara superposita, trium iuvenum illo die sanguis innoxius pro salute populi populo superspergebatur[u], quos velut suos, de communi emptos, per totum anni circulum ad nefandam victimam pascebant. Hec autem conspiciens Trophimus[3] . . . in melius commutavit. . . . . . .

a) inter Tr. et occ. 3. 4. b) infamie verecundiam 4. c) Pannoniorum 6. *L.*; *ubi* sup. *deest.* d) ampliavit *add.* 6. e) Cic. 1; Syc. 3. f) vero 2. g) repugn. 6. h) gentes 1; Al. g. 6. i) Alamanniarum 2. k) domasset 6. l) sup. eosque 4. m) fugisset 2. 6. n) Sed 3. 4. *L.* o) parta 4. 6. p) *deest L.* q) Romanus 1. 2. r) ad Francos 6. s) exigens 3. t) in *add.* 6. u) immisericordi 3. 4. v) gladioque suos so. *L.* w) interempto 3. 4. 6. x) fluvii 6. y) adhiit 4. z) Germaniorum 1. 2. a) *deest L.* b) Phara. *corr.* 2; Ferra. 4. c) etiam *add.* 1. d) vel Marcomini *add.* 4. e) edificaverunt 2. f) vero 3. g) Clodius 4. h) eligitur 3. 4. i) Thur. *corr.* 2; Tor. 6. k) *deest* 1. l) *deest* 6. m) Burgond. 4. n) Clodoveo 2; Clodoio 3. o) Clodoveus 4; Clovio 6. p) in 3. q) constituens 4. r) Meroveus 3. 5. 6. s) civ. Reni c. 2; civ. recepit 3. t) sic camber 1. u) f. e. 4. v) apud *add.* 6. w) Thoringie 1. 3; *corr.* Lothor. 2. x) De distinctione 3; *rubra deest* 6. y) Nam 3. z) Helb. 1; Belvicii 2; Belgicii 3. a) *deest* 4. b) g. Gall. 4. c) perp. pugna c. G. et alt. 3; cuius pugna perp. c. circiter G. et alt. 4. d) tamen 1. e) distinguntur 2. f) Cucias 2. 6. g) ac 6. h) etiam *add.* 6. i) Sicadas *L.* k) Casm. 6. l) *deest* 6. m) cirogis *L.* n) *sic codd. L.* o) in r. i. adi. pr. *L.* p) territi *L.* q) Martialibus *L.* r) tristi 2. s) Antiestie 3. t) universe 2. u) supersparg. 6.

1) Stoechades. 2) Chirogryllus, nostris 'igel'. 3) Primus Arelatensium episcopus.

Narbonensis provincia togata dicebatur, a longitudine togarum[a] sic dicta, quamvis, tempore mores hominum mutante, nunc inter omnes homines Narbonensis provincie viri et[b] mulieres more Yspanorum ac Guasconum arcius vestiuntur[c], itaque insuta pocius quam induta[d] corpora iudicantur, sicut[e] in libro Facetiarum[f.1], quem[g] ad imperium excellentissimi regis iunioris[h] Anglie Henrici[i], avunculi vestri et domini mei, lacius dixi, imperator et domine serenissime. . . . . . .

De provinciis et urbibus Gallie. Nunc[k] singulares Galliarum urbes enumeremus, Galliam in Franciam, Burgundiam[l] et Guasconiam more[m] Romane ecclesie distinguentes. Francia ergo septem[n] habet metropoles cum suis suffraganeis[2]. Lugdunensis, cuius titulus est[o] numismatis: *Prima sedes Galliarum*, hos habet suffraganeos: Heduensem[p], Matisconensem, Cabilonensem, Lingonensem. Remensis hos habet suffraganeos: Suessionensem, Catalaunensem, Cameracensem, Tornacensem, Morinensem, Atrebatensem, Ambianensem, Noviomensem[q], Silvanectensem, Belvacensem[r], Laudunensem. Senonensis[s], Francie archiepiscopus[t], hos habet[u] suffraganeos: Parisiensem, Carnotensem, Aurelianensem, Nivernensem, Altissiodorensem, Trecensem, Meldensem. Turonensis hos habet suffraganeos: Cenomanensem, Redonensem, Andegavensem, Nannetensem, Coriosopitensem[v], Venetensem, Macloviensem, Briocensem, Tregorensem, Leonensem, Dolensem. Rotomagensis[w] hos habet suffraganeos: Baiocensem, Abrincensem[x], Ebroicensem, Sagiensem, Lexoviensem, Constanciensem. Bituricensis hos habet suffraganeos: Claromontensem[y], Rutenensem[z], Caturcensem, Lemovicensem, Mimatensem, Albigensem, Aniciensem[a.3], qui est domini pape. Burdegalensis hos habet suffraganeos: Pictaviensem, Xantonensem, Engolismensem, Petragoricensem, Agennensem. Narbonensis, Guasconie[b] archiepiscopus, hos habet suffraganeos: Carcassonensem, Biterrensem, Agathensem, Lodovensem, Tolosanum, Magalonensem, Nemausensem, Ucetensem[c], Elenensem[d]. Viennensis[e], [Burgundie[f]] archiepiscopus et regni[g] cancellarius, cuius numismatis inscripcio habet: *Maxima sedes Galliarum*, que et ipsa carcer dicitur olim fuisse imperii, unde Poncium Pilatum[4] a Tyberio dampnatum in carcere tenuit, hos habet suffraganeos: Valentinensem[h], Vivariensem, Diensem, Gratianopolitanensem, Maurianensem, Gebennensem. Distat[i] autem Gebennensis civitas quatuordecim miliaribus a capite Lemanni lacus, quem influit Rodanus, et est inter Alpium iuga situs, de quo in vita Tebeorum legitur. Maximianus[k] imperator, circa Octodurum[l.5] itinere fessus, se tenebat, legio vero in Agaunensibus angustiis substitit[m], quas vulgo[n] Sanctum Mauritium de Camblais nominant[o]. Porro Solodorum, ubi quidam de legione ista[p] passi sunt, castrum est super Aruram[q] fluvium non longe a Reno. Guasconia duos[r] habet metropolitanos. Auxitanus hos habet suffraganeos: Aquensem, Lectorensem[s], episcopatum Convenarum[t], Consoranensem[u], Bigorrensem, Adurensem[v] vel Tarbiensem, Olorensem, Lascurensem, Basatensem, Baionensem. Aquensis, Burgundie archiepiscopus, hos habet suffraganeos: Aptensem, Regensem, Foroiuliensem, Vapincensem, Sistaricensem. Burgundia sex habet metropoles. Bisuntinus hos habet suffraganeos: Basiliensem, Lausanensem, Belicensem. Tarentasiensis hos habet suffraganeos: Sedunensem, Augustensem. Ebredunensis hos habet suffraganeos: Dignensem, Niciensem, Antipolitanensem, Glandevensem[w], Senecensem, Venciensem. Arelatensis, Burgundie archiepiscopus et caput regni, hos habet suffraganeos: Massiliensem, Avinionensem[x], Aurasicensem[y], Vasionensem, Cavallicensem, Tricastricensem, Carpentoratensem, Tolonensem. . . . . . .

a) vestium 2. b) ac *L.* c) vestiantur 2. d) inducta *L.* e) sic 4. f) facesciarum 1; facesiarum 6. g) quam 4; scripsi *suppl. videtur.* h) minoris 3. 4. i) Enrici 4. k) Cum 3. 4. l) Burgond. 3. m) etiam *add.* 1. n) h. s. 6. o) minusmatis est 2; ministratus est 6. p) Eduensem 2. 3. 4. q) *deest L.* r) Laud. Bel. 2. s) 2. *alium ordinem instituit, videlicet:* Narbonensis, Senonensis, Bituricensis, Burdegalensis, Viennensis, Vasconia, Rotomagensis, Turonensis, Auxitanus, Burgundia, Bisuntinus, Tarentasiensis, Ebredunensis, Aquensis, Arelatensis. *Alio modo* 4: Turonensis, Rotomagensis, Bituricensis, Burdegalensis, Vasconia, Narbonensis, Burgundia, Vienensis, Tarentasiensis, Ebredunensis, Aquensis, Arelatensis. t) *deest* 6. u) episcopos *add. L.* v) Coros. 2. w) Roth. 3. x) Abric. 2. 6. y) Claromontanum *L.* z) Buthenensem 2. a) Aniciensis 3. *L.*, *ubi* qui *deest.* b) Guasc. arch. *des.* 2. c) Uticensem 3. 6. d) Elvensem vel Arlensem 2. 6. e) Vienensis 1. f) *deest* 1. g) regis 6. h) Valentinum *L.* i) Dist. a. Geb. *des.* 2. k) Maximinus 6. l) octo dierum 2. m) substiterat 2. n) vulgus 2. o) nominat 2. p) eadem 2. q) Arulam 6. r) duas h. metropoles 3. s) Lact. 2. t) Convenarensem 2. u) Conser. 2. v) Aduresc. vel Tharm. 3; Adaur. vel Farin. *L.*; Adur., Bigorr. vel Tarb. *fort. legendum est.* w) Gaudecensem 2; Glandet. 3. x) Anion. 2. y) Aur. Va. *des.* 2.

1) Cf. supra p. 360. 2) Cf. Notitiam provinciarum Galliae, de qua v. supra p. 361. 3) Cf. Gall. Christ. II, p. 686. 4) Hoc fortasse legit noster ap. Hug. Flor., ed. Rottendorf p. 48. aut Petr. Com. Hist. Apost. 53. 5) Iam Martigny (Unterwallis).

Hybernia insula . . . a Scotorum gentibus pereque colebatur usque ad tempora illu-
1171. strissimi regis Anglorum Henrici, avi tui, princeps sacratissime, qui primus, expulsis obscenis Hiberniensium gentibus, terram Anglis possidendam feodis[a] militaribus distinxit. . . . In hac insula est . . . beati Brandani[b,1] . . .; de cuius[c] etiam pulvere[d] terre quovis asperso[e] venenifera[2] serpentum bufonumque genera perimuntur; cui simile scimus probatissimum esse, quod, si de terra castri superioris Parisius in quovis loco fiat pulverizacio, statim omnium nocivorum vermium pestis fugatur: est autem castrum hoc in provincia Viennensi uno miliario distans a ripa Ysare fluminis in confinio urbis[f] Gracionopolitane. . . . . . .

[12.] De insulis Mediterranei maris. . . . Sicilia ab Italia modico freto distinguitur, in quo Scilla est[f] et Caribdis, marine voragines[g], quibus navigia absorbentur aut colliduntur, quem locum Farum nominant. In hunc[h] referunt ex coaccione regis Siculi Rogerii descendisse Nicolaum Pipam[i,3], hominem de Apulia oriundum, cuius mansio fere continua[k] erat in profundo maris. Hic a marinis beluis quasi notus ac familiaris vitabatur[l] ad malum; maris sedulus explorator, currentibus in pelago navibus, nautis instantes tempestates prenuntiabat, et cum derepente a mari nudus prorumpebat[m], nichil preter oleum a transeuntibus postulabat, ut eius beneficio profundum[n] abissi maris speculacius intueri posset atque rimari. Hic in Faro nemorosam abyssum esse dicebat; ex arborum itaque oppositis obicibus fluctus[o] collidi invicem proponebat, asserens, in mari montes esse et valles, silvas et campos et arbores glandiferas. Ad cuius rei fidem nos quoque glandes marinas in litore maris sepe prospeximus[4]. . . . . . .

Unde iuxta fluenta[p] Rodani vigent flatus; et[q] homines generantur ventosi, inanes, inconstantes et in promissis suis maxime mentientes[r]. Qualis[s] enim materia talis materiatus, qualis[s] aer talis in humano corpore complexio; nec ad id solum effectum suum extendit[t] aer quod generat[u], sed et velut pix omnes[v] sua labe inficit[w] in totum vel in parte, quos[x] tangit. Unde est, quod tibi dico[y], princeps sacratissime et[z] domine, quod sacius[a] esset, imperium minui in dimensione terrarum, quam sic sine correptione[b] a sua iniquitate corrumpi propter[c] perpetue[d] defectum iusticie. Ecce enim, audacter loquor[e], fidelitate, qua tibi teneor, denuncio, quod inter omnes imperii[f] tui regiones non est angulus sic[g] imperio tuo commodus, sic omnibus confinibus tuis, regi Francorum, regibus Yspanorum, barbaris gentilium, Terre Sancte, Italie, etiam[h] tuo[i] regno Sicilieque dominio[k], conterminalibus tuis, terribilis aut opportunus[l] ac necessarius. Regnum enim[m] Arelatense, quod, ut[n] in[o] antiquissimis imperii registris[p] continetur, Bisuntina, Tarentasiensi, Lugdunensi, pro capite suo antiquissimo Viennensi[q], Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi provinciis circumcluditur, quasi nodus retinaculi[r] comminatoriam[s] facit sentenciam sua strenuitate[t] accessusque facilitate[u] regno Francorum, maritimo potenti adituque[v] facili terre Yspanorum ac gentilium Affricanorum; levi[w] ac brevi Alpium[x] Cotiarum[y] transitu multitudini Lombardorum[z], Ianuensibus, Pisanis ac Siculis aliisque tuo imperio subiectis adiutorium ex tua voluntate ferre potest aut ex contrario tuo motu nocumentum. Est enim gens quam Provincialem appellamus [consilio[a] perspicax,] promissis[b] fallax, opere cum vult efficax, sine armorum pondere bellicosa, pro sua paupertate in cibando[c] larga, in nocendo insidiosa, inter probra[d] taciturna; cum locus aut tempus suppetit, memorat[e] malefacta, bello navali circumspecta et victoriosa, caloris patiens ac frigoris, famis ac saturitatis; gens in substantia tenuis[f], quia vult, et[g] habundantia pacis affluens, quando vult. Si dominum continuum haberet[h], quem timeret, nulla gens cicius frangeretur ad bonum, nec ulla[i], quia non est a quo regatur, paratior est[k] ad malum. Terra pre omnibus fructuosa,

a) foedis *L.* b) Brend. *Stev.* c) huiusmodi *L.* d) t. p. *L. Stev.* e) asp. quaevis *L.* f) *deest L.* g) voraginis 1. h) hanc *L.* i) Papam 1. *L.* k) continuo *L.* l) nitebatur 1. m) et *add. L.* n) fundum *L.* o) fluctibus 1. p) fluentam 1. q) et ho. *des.* 4. r) metientes 2. s) Talis 4. t) ostendit 3. 6.; *deest* 4. u) gravat 3. 6. v) omnia *L.* w) infiscit 4. x) quod 6. y) pr. sa. dico 6. *L.* z) et do. *des.* 3. 4. a) sanctius 1. b) iniq. sua corruptione corrumpi 3. 4. c) *deest* 6; ob *L.* d) tue 2. e) et *add. L.* f) tui i. 3. 4. g) *deest* 6. h) *deest* 2. 3. 4. 6. i) tue 2. 3. 4. k) domino 3. 4. 6. l) asperrimus 3. m) *deest* 2. n) est *add.* 6. o) *deest* 1. p) regionibus 6. q) Vienensi 1. 4; Vian. 6. r) reciaculi 1. 3; retiaculi 2; renaculi 4; retiacli 6 s) comin. 1. t) strenuit ante 6. u) facultate 1. v) aditu 1. w) bre. ac le. 2. x) Alpiarum 3. y) Cuciarum 2; Cociarum 3. z) Longob. 3. a) *des.* 1. b) op. c. v. eff., prom. fallax 6. c) cibo 4. d) proba 4. e) ma. me. *L.* f) demus 1. g) ex 3. 4. h) *deest* 6. i) neque 3; n. u. *des.* 4. k) *deest* 3. 4.

1) A Galway versus occ. et mer. 2) De salubritate Hiberniae cf. Liebrecht p. 88. 3) De *N. Pipe* cf. Walt. Map. IV, 13, supra p. 72. et Liebrecht p. 94. 4) Sequuntur fabulae de monte Aetna; quas Liebrecht p. 12. dedit.

salibus, piscibus, carnibus, omnimodis venationibus, lapidiciniis[a], stagnis, montibus[b], lacubus, paludibus, fontibus, rivis, fluviis, nemoribus, silvis ac pascuis deliciosa. Cum in[c] omnibus abundet[d], in solo rectore[e] ac[f] principe bono[c] egena est. Tibi hoc[g] est, domine, quod imputetur, qui caput tenes imperii et, cum membra extranea moderaris, quod non minus esset commodum regere[h] ac moderari contempnis. Hec[i] hactenus; ad materiam[1] redeamus iam ceptam. . . . . . .

[14.] De ducibus[k] Israel et regibus Latii et excidio Troiano. Explicuimus iam tocius tripartiti orbis seriem, et quoniam, ut superius diximus, post Babilonium regnum orientale, Macedonicum a septemtrione et Affricanum a meridie novissimum monarchie locum Romanum tenet imperium, ad quod te, serenissime imperator, Deus elegit, illud unde prodierit quibusve ipsum conditionibus succreverit, breviter subiungamus. . . . . . .

[16.] De[l] imperio Romanorum et ortu Gothorum et Lombardorum. . . . Tiberius[2] . . . Burgundiones ex insula Scatanavia[m] burgos ultra Renum custodire coegit, unde et Burgundionum nomen ceperunt. . . . . . .

Cum a rege[3] Yspanorum Abdoraman[n] Burdegalis[o] obsideretur, civitasque Arelas cum sua provincia gentilibus premeretur, Karolus Magnus[p] rex Francorum ab Eodone[q] principe Aquitannie[r] in auxilium sue[s] defensionis accitus, in suburbio Pictaviensi paganos vincit[t] et fugat, cum triumpho[u] Franciam gaudenter regressus. Verumptamen[v] papa Gregorius minor[w] infestationem[x] paganorum in Arelatense civitate [pacienter[y]] non sustinens, post quadriennium[4] huiuscemodi tempestatis exactum, metuens, ne[z] ulteriores Romane dicionis partes gentilis furor invadat, Karolum, missis ei clavibus sepulchri apostoli Petri et vinculis eiusdem, muneribus tantis invitat, ut[a] a partibus imperatoris Grecorum recedens, Romani senatus patricius efficiatur. Quod humiliter ac devote suscipiens Karolus, in Romanum erigitur patriciatum, strenuissime pro fide pugnans et Romane rei publice curam gerens. Huic[b] successit Pipinus, filius eius, Karlomanno fratre monacho facto. Cui successit filius eius Karolus, qui duos habuit filios Karlomannum et Ludovicum. Karlomannum[c] Adrianus papa Pipinum[d] nominavit. Karolus autem, pro re publica pugnans, tandem nomen in ultimis vite sue terminis assumpsit imperii[e], ut, qui Romani defensor erat imperii, quin immo celestis regni patronus, pro tantis meritis et inter homines augusti nomen acciperet[f] et inter celestes aulicos[g] miles Christi fortissimus predicaretur. Extunc ergo apud Latinos est terminata Grecorum potentia, Romaque nomen recepit[h] amissum, non dominium. Modico enim contenta[i] territorio[k], non caput orbis, ut assolet, sed umbra vetusti[l] capitis dici potest, que sic ab omni potentia evacuatur, quod, que frena tocius orbis tenuerat, nunc sua muralia[m] cohibere non sufficit, nullique plus infesta quam suo imperatori, dum duos habere dominos contendit, inter pontificium posita et imperium, alterum excludit, alterum contempnit. Quid plura? Hoc efficacissimum excidii Romani fuit[n] argumentum, quod de imperio mutatur in pontificium. Sic enim regnum Iudeorum, a Deo firmatum sub regibus, lapsus sui vaticinium[o] habuit, statim ut transivit ad pontifices. Sic Roma, cum exuit principem, cineres suos respicere[p] iussa est. Dum enim non habet iusticiam, vastitas et iudicium[q] indicantur morienti[r].

Chr. Moiss. 732.

Chr. Moiss. 800.

Epilogus operis[s] continuationis. Excidium Troianum premisimus, et sic regnum Romanum[t] per successiones temporum nunc regibus, nunc consulibus, nunc tribunis, nunc imperatoribus, nunc pontificibus creditum[u], ad ultimum post multas irruptiones lacessitum per Gothos[v] et Longobardos, ad Alemannorum[w] atque Gallorum dominium pervenisse[x] sub nomine vetusti[y] imperii, docuimus. Et quoniam ex eodem Troiano excidio imperium Romanorum, cuius tenes dominacionem[z], princeps serenissime, regnumque Maioris Britannie, ex cuius utero prodiisti[a], matre tua, illustrissimi Henrici regis Anglorum vetustioris filia, regnumque Francorum, cuius pro parte Aquitannica[b] dominium gessisti, prodiere, felici trinitatis numero pro[c] patre[d] tribus regnis, ut tribus filiis, enascentibus,

a) lapidicinis 2. 4. b) la., mo. 6. c) *deest* 3. 4. d) hab. 3. 6. e) rege 3. f) bono ac pr. *L.* g) do. hoc 1. h) regem admoderari 1; r. aut m. 2; regnum moderari 6. i) Hinc 1. k) regibus I. et ducibus L. 2. l) Romanum incipit imperium 2, *ubi reliqua des.* m) Scatavia 6. n) Obd. 2; Abdoramati 3. 4. o) Burdegala 3. 6. p) *sic* 1. 2. 4. 6.; *deest* 3; Martellus *L.* q) Odone 2. r) Acquitanie 3. s) *deest* 4. t) vicit 2. u) trihumpho 4. v) Verum 2. 3. 4. 6. w) iunior 2. 6. x) infestinacionem 1. y) *deest* 1. 6. z) in *add.* 2. 4. 6. a) et 1. b) etiam *add.* 1. c) *deest* 1. d) n. P. 3. 4. e) imperatoris *L.* f) accepit 1. 4. g) amicos 4. h) accepit omissum 4. 6. i) contento 2; contencio 3. k) termino 2. 3. 4. l) mesti 3. m) mirabilia 1. n) fiat 6; sentitur 2. o) nativium 1. p) *deest* 2. q) iusticia iudicatur 3; iusticiam iudicantur 4. r) moventi 2. s) de o. continuatione *L. Stev.* t) Romanorum 7. u) est *add.* 1. v) Gotthos 3; Gottos 4. 7. w) El. 1; All. et G. 2. x) venisse 3. 6. y) venisti 3. z) dominium 2. a) prodisti 3. 4. b) Acquitanica 3. c) pro p. *des. L.* d) tempore 4

1) Scilicet Aetnam. Inde de Sardinia, Corsica, Balearibus continuat. 2) Cf. supra p. 370; similia iterum in hoc capite repetuntur. 3) Quae hic sequuntur infra c. 18, p. 940. ed. Leibn., iterum eisdem fere verbis occurrunt. Sumta sunt ex Chron. Moissiac., SS. I, p. 291. 4) *Per 4 annos* Chr. Moiss.

dignum fuit annectere seriem regum[a] Anglie, ut, qualiter cum imperio et regno Francorum connexum[b] sit, aut quibus casibus a tua Saxonia reges Anglorum cum ipsis Anglis processerunt, memorare possit imperialis tua maiestas. Magis quoque[c] accendetur[d] animus tuus ad diligendum, tuendum ac complectendum omne id, cuius radicem[e] apud tuos noveris extitisse. . . . . . .

[18.] De regno Francorum [et[f] eius ortu]. Decurrimus, ut brevius[g] potuimus, regnum Brittonum[h], quod usque ad Anglos e[i] Germania venientes, tunc Saxones dictos, protraximus; ex quorum stirpe ab utroque parente, princeps serenissime, descendisti, patrem habens illustrem[k] Henricum ducem Saxonie, avum[l] vero per matrem illustrissimum regem Anglorum Henricum. Et quia tua imperialis maiestas a Karolo Magno Romanum redintegratum[m] imperium tenet[n], et ex parte matris reges Francorum contingis, comite Theobaldo avo[o] regis huius Philippi existente eodemque[p] abavi[q] tui[r] vetustissimi regis Henrici nepote, regnum Francorum, quo stemmate[s] succreverit, breviter explicemus, qualiter a Troiano prodierit excidio[t] et ad Karolum usque pervenerit, edocturi. Quoniam igitur supra titulo de partibus Europe a Cociis[u] Alpibus et Penninis usque ad occeanum, unde regnum Francorum prodierit, diximus regesque usque ad Clodoveum distinctim[v] ordinavimus, ab ipso Clodoveo, qualiter per succedaneos[w] reges regnum transmissum sit, prosequemur[x]. . . . . .

Chr Moiss Anno ergo[y] Domini octingentesimo primo, cum apud Grecos nomen imperatoris vacaret, et feminis cessisset[z] imperandi[a] dominatio, Karolus, Rome[b] moram faciens, accepit a Leone papa et ab[c] universo populo Romano decretum, ut Karolus nomen imperatoris indueret et augusti, eo quod imperatores in Romana urbe sedem pridem habuissent, qui et augusti vocabantur. In[d] proxima itaque Christi nativitatis sollempni-
800. tate[e] Karolus cum consecratione nomen augusti imperiumque a papa Leone suscepit. Ex hoc igitur tempore Grecorum imperio [apud[f] Constantinopolim[g]] evanescente, nomen rediit imperatoris ad quasdam partes Occidentis; ex quo quedam Romani imperii facta est confusio, dum[h], duobus nomen unum tenentibus, divisio minuit potestatem; et sicut a solo Deo Grecorum pendet[i] imperium, ita a sede tantum Romana papa Occidentis asserit pendere imperium. Ecce enim[c] hec nova et inusitata[k] commutatio facit, ut papa solus insignia ferat imperialia, et imperator Romanus nomen imperiale teneat sub vulgaribus aliorum regum[l] insignibus. Papa dominum Urbis et imperialis sedis se monstrat, et imperator sub nomine dominationis pape minister dicitur, et in temporalibus[m] apostolorum executor hic[n], ille vicarius Christi et apostolorum successor nominatur. Ecce quam infelix Urbis permutatio, que sub unitate, ut dicit papa, dominis duobus servire dicatur[o], uni ex corona, alteri ex potentia. Verumptamen[p] in[q] hoc antique nobilitatis recordatur efferitatem, quod utriusque domina Roma utrumque dominum nominat, cum pro sue voluntatis arbitrio ipsa utrique dominetur[r], utrique molesta, utrique cervicosa, neutrum fugit et utrumque parvipendit. Apud principes Alemannie imperatoris est electio, apud papam electi confirmatio ac[s] consecratio, et nova discretione imperator nominatur ut dominus, consecratur ut non dominus. Nempe imperialia non accipit insignia, qui sibi soli papa collata[t] conservat, et ad altare modicum in dextro latere basilice[u] sancti[v] Petri consecratur a solo papa, cum e diverso papa imperatoris insignia teneat et ad altare tantum[w] sancti Petri inunccionem suscipiat. Sane Constantinopolitanus imperator, sede mutata, non dignitate, suo iure, non papali beneficio, imperialia gestat insignia, et velud profuse largitionis donator, donatarium suum[x] summum pontificem non evocat[y] in[z] adiutorium, domi habens sue dignitatis plenitudinem. Verumptamen[p] de hoc querelam[a] facere potest adversus[b] inbeneficiatum[c], quod, cum ex Constantini beneficio immensam receperit[d] cum singulari[e] honore dominationem[f], principi soli debitam, non debuit usurpare,
cf Ps 72, 9. ut alii conferret augusti appellationem; et nisi os viderer in celum ponere, constanter dicerem, aut imperium Romam[g] non posse cuiusvis imperatoris largitione[h] exuere, aut, si

a) regni 2; regnum 3. b) continentium 3. 4; connexa 7. c) Magisque 2. d) attendetur 1; attenditur 6. e) iudicem 3. f) et e. o. *des.* 1; eius *deest* 2. g) breviter 1. *L.* h) Brutonum 1. i) de 2. k) *deest* 4. l) alium 1. m) reintegratum 2. 3; ad integratum 4. n) tenes 3. o) Reodbaldoano 1. p) eodem 6. q) avo 4. r) tui ve. *des.* 4. s) stemate 3; scemate 4. t) exidio 4. u) Cuciis 2; ac 1, *ubi* Co. *deest.* v) distinctum 6. w) succredoneos 6. x) prosequuntur 1. y) igitur 6. z) fecisset 1; cessibus 2. a) imperanda 2. b) Roma 1. c) *deest L.* d) Et in p. Ch. 6. e) sollempniter 4. f) a. C. *des.* 1. g) Orientem 3; Occidentem 4. 6; Occidentales *L.* h) de 4. i) impendit 1. k) hec *add.* 3. l) regnum 3; regimen 4. m) temporibus 2. n) hinc 4; *deest L.* o) dicitur *corr.* 2. p) Verum *L.* q) in hoc *des.* 6. r) dominatur 2. 4. s) atque 3. 6. t) collota 1; collecta 3. u) basilici 1. v) sancti P. — altare tantum *des.* 3. w) s. P. t. *L.* x) *deest* 3. 4. y) revocat 4. z) *deest* 2. 4. 6. a) f. q. 2. b) versus 1; *deest* 3. 4. c) in beneficium 4. d) recepit 3; recipit 4. e) seculari 2. f) donationem 2. g) Romanum 3. 4. h) largitionis 2

potuit[a] ius imperii in[b] pontificem[c] mutare, non potuit in donatoris preiudicium donatarius augusti nomen, quod ipse[d] non habuit, alii conferre. Porro, quiescente contentione, in te videtur Deus, o princeps sacratissime, veteris imperialis dignitatis plenitudinem conflasse, dum, ex genere oriundus[e] imperiali[f], dupplicis electionis et papalis confirmationis stolam meruisti, dignoque Dei iudicio restitutus in regnum, sub cuius acquisitione pugnando diu vacillaveras, et hostem sine tuo consilio ex alieno dolo prostratum vidisti et ad antique 1208. celsitudinis redintegrationem monarchiam Constantinopolitani[g] vendicabis, vita[h] comite, imperii, que ex propinquitate tue debetur auguste[1]. Precor itaque, christianissime imperator, ut cum tuo consecratore nullam habeas controversiam, sed velud boni patris prudens[i] filius converte[k] gladium ad gentes, que te non noverunt. Et sicut ex sanctissimi Innocentii[l] Cf. Ps. 78, 6. pape tercii duplici gracia ultimum imperatoris nomen optinuisti, sic per bonam innocentiam 1209. tuam et eius graciam imperium novum et a Deo sub Constantino firmatum optineas[m], et gaudium tuum impleatur, dum nichil erit, quod deesse[n] tibi possit ad gloriam imperialem, hinc nomine tibi augustali dato, illinc[o] insignibus imperialibus, que non habes, obventuris, et utrobique dominationis augmento crescente.

[19.] De imperatoribus Romanis post Karolum. Regnum Francorum duximus usque ad imperium illi coagulatum. Et quoniam imperium modico tempore per successiones continuas a patre in filium descendit, breviter qui extunc in[b] imperio Romanorum imperaverunt annectamus. Dum[p] ergo Karolus strenue rem puplicam administraret, volens laudabilem fidei christiane defensionem ad suos successores transmittere, regnante in Yspaniis Abvilam[q], filio Etham[r], Sarraceno, Chr. Moiss. destinavit contra odiosam sibi gentem filium suum Ludovicum[s] regem Aquitannie. Qui, congregato exercitu Brittonum[t], Guasconum, Burgundionum atque Gotorum[u], Barcinonam 801. capit regnoque Francorum subicit. Videns itaque Karolus, sue strenuitatis heredem fore Ludovicum, consilio episcoporum [et[v]] ducum ac principum constituit Ludovicum imperatorem, tradens illi per coronam auream imperium, sicque feliciter migravit ad Dominum anno Domini 814[w], 15.[x] Kal. Februarii, regni 814. eius anno 47, imperii sui 12. Sane Ludovicus imperator, apud Aquisgranis[y] [in[v]] pallacio congregatis episcopis, ducibus et Francorum principibus, constituit, ut unus ex tribus filiis eius imperium post eum haberet, qui maior natu[z] erat, Clotarius[a]; cui per coronam auream tradidit imperii dignitatem. Hec graviter ferens Bernardus[b] rex Italie, Pipini filius et Ludovici ex fratre nepos, contra Ludovicum et filios eius insidias parat, sed a Francis preventus et captus, iussu imperatoris excecatus est, et eius fautores iusto iudicio puniti sunt. Imperavit ergo Ludovicus[c] cum filio suo[c] Lotario, quem alii Clotarium nominant; ipsoque[d] mortuo, imperavit solus Lotarius et processu temporis filium suum 840. Ludovicum in imperatorem erexit. Cui successit filius eius[c] Karolus, secundus [in[v]] impe- 875. ratoria dignitate. Nempe ante Karolum, patrem Ludovici, patricii tantum erant Francorum reges senatus Romani, non imperatores. Karolo secundo successit Karolus tercius; cui[2] Ludovicus; cui Berengarius; cui Hugo; cui Berengarius secundus; cui Lotarius; cui Berengarius cum Adelberto[e] filio; cui Otto[f] primus[g]; cui Otto secundus cum Ottone filio. Mortuoque[h] Ottone secundo, solus imperavit[i] filius eius Otto tercius; post quem Henricus; post quem Conradus[k]; post quem[l] Henricus II; post quem Henricus III; post quem Henricus IV. rex[m] Teutonicorum[n]; a quo primo[2] anno eius imperii captus est Pascalis papa secundus, et factum 1111. est scisma, imperatore tuente antipapam Girbertum[o] et antipapam Gualterum[p], tempore Pascalis et Urbani secundi[q] perseverante scismate. Imperavit quoque[r] memoratus Henricus, sedentibus Gelasio secundo et Calixto secundo et Honorio secundo et Innocentio secundo. Cuius tempore moritur Henricus imperator, et[s] succedit ei Lotarius imperator, proavus 1125. tuus, princeps serenissime, qui, sicut ab Innocentio consecratus[t], ita devotus et innocens[u] erga Romanam semper extitit ecclesiam. Hic legem feodorum[3] primus instituit, sanctiens, ut nullus feodum vel partem feodi audeat vendere seu impignorare[v] vel quocumque modo

a) cuius *add.* 1. b) *deest* 2. c) pontifice 6. d) hab. non i. 1. e) oriundum 4. f) imperialis 3. 4. g) Constantinopolitanam 4. h) in te 6. i) f. p. 6. k) convertere 4. l) p. I. 3. 4. m) optinuisti 4. n) t. d. 6. o) illic 4; illuc 6. p) Unde 3. q) Abiulac 1; Abvilaam 3; Abvillam 6; Abdallam *L.* r) Otham 6. s) Lod. 3. 4. t) *deest* 2. 3. u) Gottor. 4. v) *deest* 1. w) octingentesimo tercio (decimo 2) 2. 3. 4. x) 10. 3. y) Aquis grani 2; A. gravis 3. 4; A. gratus 6. z) e. n. 6. a) Lot. 3. 6. b) Bernadus 3. c) *deest* 6. d) eoque 4. e) Alb. 2; Aldeb. 4. 6. f) Octo 1. g) secundus 4. h) Mortuo quoque 2. 4. 6. i) imperator 1. k) Cunradus 3; Cunranus 4. l) etiam *add.* 1. m) *deest* 4. n) Theot. 2; Tet. 6. o) Guibertum 2; G. et *des.* 4. p) Galterium 3. 4. q) *sic codd.; deest L.* r) ergo 2. s) et s. ei L. i. *des.* 4. t) consecratur 2. 4. u) Romanus *add.* 3. 4. v) inpugn. 1.

1) Beatrici, filiae Philippi quondam Romanorum regis atque Irenes Mariae, quae Isaaci Angeli imperatoris Constantinopolitani filia fuerat. 2) Quae sequuntur confusa esse, non est quod moneam. 3) V. constitutionem Friderici I. datam Runcaliae 5. Dec. 1154, LL. II, p. 96.

alienare sine permissione maioris domini, ad quem feodum spectare[a] dinoscitur. Huic sane
constitutioni, quia futuris tantum et non preteritis[b] formam dabat negociis, Fredericus im-
perator addidit[c]: *Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in poste-
rum, sed et[d] omnes huiusmodi prius factas alienationes cassamus et in irritum ducimus[e],
nullius temporis prescriptione impediente;* quod et michi et meis[f] contulisti. Piissimo
1137. Lotario successit Conradus, vir quidam[g] strenuus; qui et ipse, iuncto sibi piissimo rege
Francorum Ludovico, patre regis huius Philippi, ultramarinam fecit peregrinationem, comi-
tatus nepote suo milite strenuissimo Frederico, cuius miliciam et audaciam Damascus
1152. testatur. Conrado succedit Fredericus, plus ad hoc operante strenuitate sua quam electione
Teutonicorum[h]. Hic cum regnasset tempore pape[i] Eugenii, genere Tusci[k], necnon Ana-
stasii III, Adriani quoque, genere Angli, Rufensis canonici, ab ipso Adriano in imperatorem
consecratur. Cumque[l], mortuo Adriano, papa Alexander succederet[m] tercius, genere[l] Se-
1159. nensis, Fredericus scisma longissimo tempore suscitavit ac defendit. Verumptamen[n], ut[o]
erat Alexander[p] vir summi ingenii et inter constancie et paciencie semitas discretissimus,
dum potuit exhortando, dum locus fuit gladio spirituali feriendo, omnia pro tempore susti-
nens et[q] pro tempore vindicans, ad ultimum imperatorem vicit; et quem atrocissimis mor-
sibus in gregem dominicum sevientem vidimus, in brevi vinctum[r] conspeximus catastis[s]
1177. regni celestis; in concilio siquidem Veneto penitentem imperatorem, ad sinum matris
ecclesie regressum intuiti sumus, cum summa[t] humilitate stolam[u] per manus sanctissimi
pape Alexandri, quam dedit pater penitenti[v] filio, recepisse. Tunc Mediolanum in manu
1162. forti diutina obsidione pressum, lassatum ac deditum, in plures vicos distinxerat, deiectis
turribus et quassatis[w] munitionibus; tribusque magis Coloniam Agrippinam[x] usque[y] per-
latis, quasi[z] fugiens victor Italiam declinavit. Verumptamen[n] in Italiam rediens, resumptis
viribus, Alexandriam, quam[a] civitatem novam a Lombardis[b] constructam suo nomine
1174. Alexander papa Alexandriam nominans decoravit, obsidet, nec[c] impugnando proficit, quin
1176. immo inde rediens, in confinio comitatus Mediolanensis a civibus Mediolani gravem iacturam
conserto prelio sustinuit. Ideoque, ut premisimus, viribus humanis deficientibus, coactus
est immortali Regi indomita colla submittere. Quid plura? Tunc erecto in regem Teutoni-
corum, Arelatensium et Lombardorum filio suo primogenito Henrico, salutato summo pon-
tifice, cum innumera strenuorum militum multitudine Fredericus ad pridem consuetas paga-
1189. norum pugnas repetendas peregrinacionis iter arripuit, decursis[d] Hunis, transito Danubio,
1190. Meotidisque paludibus transactis, ubi se in mare Euxinumque[e] pontum deiciunt, ad Brachium
Sancti Georgii vulgo dictum, Iconium[f] venit. Ibique multiplici paganorum resistentium pugna
fatigatus[g], terram Antiochenam[h] ingressus, cum, sue felicitatis consummacionem iocundam
suscepturus, Terram Promissionis accederet, lavacrum in satis modico amne sui corporis
faciens, diem clausit extremum. Exactis ergo post Alexandrum papam sub regno Henrici,
filii[i] Frederici, summis pontificibus Lucio, Urbano tercio Mediolanensi, facundissimo[k] ac
in[l] animositate et constancia Mediolanum sapiente[m], Gregorio, qui cicius[n] se vidit morien-
tem fere quam pontificem, Clemente[o], tempore Celestini Henricus Rome coronatus, ab eo
1191. nomen suscepit augusti, dato Tusculano ad internicionem ob favorem senatus[q] adipiscen-
dum[p]. Erat autem Henricus vir apud moderatos modestus, apud rebelles atrocissimus,
hostibus invictus, contumacibus severus, proditoribus immisericors, literatis ipse literatior;
quod in armorum minus erat exercicio, supplebat [ingenio[r]], facundus, munificus[s] et gra-
ciosus[t] apud bonos, expositus apud simplices, contra superbos cervicosus. Animo patrem[u]
sapiebat, non gladio. Quoscumque seditiosos prava faciebat intentio, preveniebat consilio.
Hic legem instituit apud Teutones[v], ut milicie more Gallorum et Anglorum successionis
iure devolverentur ad proximiores[w] cognationis gradus, cum antea magis[x] penderent ex
principis gracia. Ideoque ad suum refundens commodum quod aliis impertitus est bene-
ficium, impetravit a subditis, ut, cessante pristina palatinorum electione, imperium in ipsius

a) expectare 1. b) poteritis 1. c) hoc *add.* 3. d) etiam 2; o. etiam 3; *des.* 4. e) duximus 3. f) nostris 3.
g) quidem 2; quoque 6. h) Theot. 2; Teot. 6. i) tunc *add.* 6. k) tristi 1. l) *deest* 1. m) succedit 1.
n) *ita* 1; verum *cett.* o) ut e. *des.* 6. p) *deest* 2. 3. 4. q) *ita* 1; et omnia pro t. indicans *cett.* r) victum 3. 4.
s) castigationibus *perperam correxit* 2. t) magna 1. u) *deest* 3. v) petenti 1. w) cassatis 4. 6. x) Agripinas 3.
y) quoque 3. 4. z) quo 6. a) quandam 1. b) Lumb. 3. 4. c) in *add.* 1. d) d. viis 4; decursu hyemis *L.*
e) Euxinum 4. f) Yc. 2. 3. 4. g) defat. 6. h) Antich. 1; Anthioch. 4. i) fi. Fr. *des.* 4. k) fecund. 3. 6.
l) *deest L.* m) capiente 2. 4. n) se c. v. 3. 6. o) Clementis quoque te. et 2. p) *deest* 6. q) ad inspicendum 3.
r) *deest* 1. 2. 6. *L.* s) *ita* 1; et m. *cett.* t) generosus *L.* u) partem 3. v) Theot. 2. 3. w) proximorum 2. 4. x) magna 1.

posteritatem distincta proximorum successione transiret, et sic in ipso terminus esset 1196.
electionis principiumque successive dignitatis. Hic regem Ricardum, non tam Anglorum regem quam fidei christiane defensorem, consilio Philippi regis Francorum, dum ab ultramarina peregrinacione post plurima incredibiliter ac strenue gesta rediret, capit et redemp- 1193.
tioni pecuniarie addicit, ut non timeat depauperatum, quem timebat affluentem. Recepit[a] imperator minus honeste redemptionis precium, non[b], ut arbitror, voto cordis assueto satisfaciens, sed instancie sue et necessitati consulens. Quippe, ut antiquitati cognitum est, pridem e Normannia venientes Robertus[c] Guiscardus et Rogerus fratres Campanie partem, quam Principatum dicimus, Capuanam aut Terram Laboris invadentes, pigritiam aut pusillanimitatem Longobardorum persecuti usque ad extremos cineres[d], auctore gladio doloque interdum intercurrente, Appuliam, Calabriam Affricamque superiorem sue dicioni subiciunt. Unde rex Rogerus in gladio suo inscribi iussit istud[e] triumphale ac apoforeticum[f]:

Appulus et Calaber[g], *Siculus michi servit et Affer*[1].

Hec indigne possessa indignanter sustinens magnanimus imperator Fredericus, quibus potuit modis imperio Romano terras illas reddendas vendicat. Verumptamen[h] strenuissimus rex Rogerus eiusque successores[i] reges Guillermi, paterno usi[k] consilio, semper, ut eos attemptat imperator, Longobardos[l], precio clam dato[m] corruptos, excitant ad arma in imperatorem movenda, ut illorum labor[n] eorum[o] sit quies, et eorum commotio[p] sit ipsorum inter suos fortitudo. Tandem exquisito Fredericus consilio amitam regis Guillermi, qui materteram tuam, princeps excellentissime, reginam Iohannam[2] duxerat in uxorem, Henrico, de quo res agitur, filio suo, copulat Constantiam, spe concepta[q], quod, deficiente prole legitima 1186.
ex rege Guillermo, amita tamquam propinquior succedens iura imperii redintegret[r]. Deficiente itaque[s] illustre rege Guillermo, per multos regulos sparsa dominatione tanti prin- 1189.
cipis, imperator Henricus amore querende pecunie, que[t] sumptus tante questionis[u] explicet, regem illustrem avunculum vestrum[v], ut premisimus, captum precio subiecit redemptionis. 1193.
Cumque per multos labores tristesque amnestias[w], post tam clericorum quam et[x] principum atrocissimas punitiones[y], quicquid cordi fuerat subiecisset imperio, familiari potatus veneno 1197.
positus est ad patres suos. Exhinc tua procedit electio, restituta tibi ex[z] proavi tui piissimi 1198.
imperatoris Lotarii successione debita imperandi dominatione. Sane successibus felicitatis tue invidit hostis antiquus; et licet conventione pridem cum principibus Teutonie[a] facta ab Henrico de successione imperii per sanctissimum papam Innocentium cassata, tum quia ius eligendi principibus ademptum per hanc fuerat, tum quia permutatio beneficiorum dampnosa fieri posset imperio, tum quia, si filius parvulus aut minus discretus iure successionis imperium vendicaret, pendente etatis[b] imperfecte consilio, tocius imperii ruina immineret, tum quia ius Romane ecclesie circa confirmationem imperatoris ac[c] consecrationem aut reprobationem pateretur diminutionem[3] — licet[d], inquam, tua in expedito[e] esset dominatio, metuens[f] rex Francorum Philippus, strenuitatem avunculi tui maiestate tue celsitudinis ad inarcessibilem[g] potiendi[h] paritatem adiuvari, Philippum, Henrici fratrem, ducem tunc Suevorum, velud sue cogitationis instrumentum, movit ad vendicandum regnum. Enimvero[i] post multos arridentis[k] tibi[l] fortune applausus et[z] victorias[m] de hoste possessas[n] iam rota tue prosperitatis ad deciduum[o] flecti videbatur, cum Dominus omnium moderator et rector fraude suorum preventum Philippum de medio exemit, dans iterata electione novaque do- 1208.
mini pape Innocentii confirmatione tibi[p,*] pendentis[q], quin immo iam prope labentis, domi-

*) *pergit B:* tibi, Ottoni quarto impendenti. Deinde successit Henricus[4]; deinde Fredericus, vir 1212.
nobilis et prudens, rex Sicilie et princeps Appulie, qui ob divicias et prudenciam vel pocius astuciam sevit[r] in lupum[r], ad pape nitentem[s] decrementum, quia a suo proposito pro nulla

a) Recipit 2. 3. 4. b) non ut arb. *des.* 4. c) Rotb. 4. d) fines 4. e) illud 2. 3. 4; illum 6; id *L.* f) apostorenticum 1. g) Galaber 6. h) *ita* 1; Verum *cett.* i) successor rex Guillelmus 6. k) usus 6. l) Lomb. 3. 6; *deest* 4. m) dum *L.* n) labor et inquies 3. 4. o) eius 1 *L.* p) s. c. 1. q) consumpta 2. r) reintegraret 3. s) quoque 3. 4. t) qua 2. 3. 4. u) s. constitucionis 1. v) tuum 2. w) *sic* 1. 4. 6. *L.*; animi molestias *super lineam* 2; angustias 3. x) *deest* 3. y) purgationes 4. z) *deest* 2. a) Theot. 2; Teutonicis 3. b) etatis perfectione 3. c) aut 4. e) dicet in qua 1. e) vi exp. 1; expeditio 2. 3; esset impedita tua *L.* f) intuens r. F., scilicet Ph. 3. 4. g) inaccess. 1. *L.* h) petendi 1; potendi 3; potenti 6; potentiam, *al.* potiundi *L.* i) Eminus *B.* k) arridentes 1. 6. l) et v. de h. p. *des. B.* m) victoriam 3. 4. n) poscebat 3; possessam 4. o) dendunum 3; residuum 4. p) ibi 6. q) precedentis 3. r) *ita B.* s) *fort. corrigendum:* nitens.

1) Cf. supra p. 333. 2) Filiam Henrici II. Anglorum regis. 3) V. de hoc loco Toeche, 'Kaiser Heinrich VI', p. 404. 4) Error.

nationis statum. Considera igitur[a], princeps sacratissime, quod ab Innocentio papa secundo[b]
1133. sanctissimo proavus tuus accepit imperium, quod longo tempore intermissum et post
1209. electionem confirmationemque relapsum pereque sanctissimus tibi reddidit Innocentius.
Utinam innocens Innocentio exhibearis[c] et sinceritatem tuam, quam presumo esse[d] in te, operibus pie devotionis probes tuo consecratori[e]! Nichil enim est, quo illum iuste offendas[f], nec quod tanto[g] merito dignum rependas[h]. Si credis, in aliquo illum minuere velle tui[i] ius imperii, cedas in modico ei, qui totum in te contulit imperium. Impugnare illum desiste, per quem expugnatores tuos devicisti[h]! Dator effici potest de donatario, si partem ei cesseris eius quod per ipsum totum accepisti. Profecto imperium tuum non est, sed Christi, non tuum, sed Petri. Non a[k] te tibi[l] obvenit, sed a vicario Christi et successore Petri. Non tibi perpetuabitur, quod[m] nec tu cum illo aut in illo eris perpetuus. Cum enim interieris[n] homo,
cf. Ps. 48, 18. non sumes omnia, neque descendet tecum gloria tua. Si times conscientiam tuam, quasi iniusticiam[o] propter sacramentum augustale patiatur, consule famam publicam, que tibi impingit[p] criminationem de ingratitudine. Si[q] conscientiam tuam metuis propter Deum, illam expone pape et Domino transmitte per eum. Ipse tibi et tuus iudex est, a nemine
Iob. 19, 27. mortali iudicandus. Si causam eius reponis in sinu suo[r], sacius est, si famam tuam redimis per iusticiam illi debitam, animum[s] factumque tuum contegendo. Nichil amittis, quod tuum est, si[t] dimittis Petro quod suum est. Petro Constantinus imperium Occidentis dedit, cui servierat regnum Francorum, regnum Teutonum[u], regnum Brittonum[v], quin immo totus[w] Occidens et totus circumfusus orbis. Hic Petro voluit sub Christo totum servire Occidentem. Beneficio pape, non suo, Roma tempore Karoli nomen recepit[x] imperii; beneficio pape Francorum regi confertur imperium; beneficio pape regi nunc[y] Teutonum et non Francorum debetur imperium. Nec cedit imperium cui vult[z] Teutonia[u], sed cui cedendum[a] decrevit papa. Enimvero bonus tibi erit papa, cause[b] communis arbiter, aut minus bonus, ne dixerim malus. Si[c] bonus, iusto eius iudicio, si iustam tenes causam, vinces. Si minus bonus, ipsum[d] in sua causa iudicem constituendo, te exonerabis a periculo fame ipsumque gravabis onere iusticie.

De successione regum Francie post Karolum. . . . . .

sentencia voluit recedere, immo clerum multis argumentis subpeditavit. Iste filium suum Hen-
1221. ricum gibbosum ad sui subsidium in regem Alemannie erexit; qui, utens consilio suorum, patrem
1235. invasit; qui indigne ferens, filium suum captivum devicit. Deinde iste Fredericus apud Wermasam duxit Alienoram[1], filiam regis Iohannis Maioris Britannie, in uxorem, ex qua procreavit quendam Henricum, quem Conradus frater suus ex alia uxore[2] interemit veneno[3], ut eo[e], quod ardebat, quod Dominus concederet ei hereditatem patris sui, quem dominus papa privare nitebatur.
1250. Demum Fredericus obiit, excommunicatus in generali consilio Lugudensi. Cui successit in regnum Apulie et Secilie[f] Conradus, filius eius senior, ...[g] (?) in patrimonium (?) ecclesie. Qui demum
1254. obiit, ut pater excommunicatus. Cui successit Meinfredus, frater suus ex concubina[4], terram vi et ingenio tenens, ratione filii[h] Conradi, sed severus tirannus perseverans, nupsit[5] filiam principis Macedonie et Grecie. Quem dominus papa Honorius, Alexander, Urbanus exheredare cupientes, unus ex papis[6] concessit Eadmundo, iuniori filio regis Henrici Anglie tercii, regnum
1255 Secilie; quod per consilium patris ac matris[7] suscipiens, misit[i] dominus papa Alexander legatos cum exercitu ad custus[8] terre Anglice super Meinfredum. Magna summa peccunie consumpta, negocium remansit non expeditum, et causa exposita fuit defectus peccunie. Sed interim electus
1248. fuit in imperatorem Gillelmus de Hollandia, qui rex Alemannie obiit. Et deinde eleccio fiebat
1265. de Ricardo, filio[k] regis Anglie Iohannis, fratre[l] predicti Henrici regis, qui nomen anno Domini 1265. regis Alemannie tenuit et in subscriptione sigilli: *Romanorum imperator semper augustus*. Sed anno supradicto Carolus comes Andegavensis, Provincie et Feugeres[9], frater regis Ludowici Francorum, cum magno exercitu[m] crucesignatorum ex gratia concessionis pape[n] Urbani et con-
1266. firmacione boni pape Clementis accessit ad partes Apulie et, devicto Menfredo principe, coronatus est rex Secilie. Hoc anno et duobus precedentibus destructum est regnum Anglie per nacionem suam propriam, quod vix vel raro propter scisma erigetur in statum pristinum.

a) *deest* 3; p. i. *L.* b) *deest* 3. 4. c) exhibeas 3. d) in te esse 6. e) consecratore 1. 2. 3. f) offendis 2. 6. g) tam 2. 3. 4. h) respondis 2. i) in cuius 3. 4; unius 6; *deest L.* k) a te *des.* 6. l) perpetualiter *add.* 6. m) quia 2. 3. 4. n) interierit 2. o) iniuriam 2. p) iniungit *L.* q) Sed — Deum? Illam *L.* r) tuo satis *L.* s) animi 3; crimen *L.* t) si — suum est *des.* 2. u) Theot. 2; Teot. 6. v) Britonum 3. 4. w) totum 3. x) accepit 2. y) Teutonicorum nunc 4. z) *deest L.* a) credendum 1. b) *deest* 4. c) Sed 1. d) quam 6; eum *L.* e) adipisceretur *vel simile verbum suppl. videtur.* f) Osil' *cod.* g) prē in prm̄ ecce *c.* h) filie *c.* i) m̄s. *c.* k) filii *c.* l) fratris *c.* m) exercitui *c.* n) papa *c.*

1) Potius Isabellam. 2) Isabella. 3) Error. 4) Blanca. 5) Helenam. 6) Innocentius IV. a. 1254. 7) Eleonorae. 8) 'kosten'. 9) Fortasse Forcalquier dicitur.

[20.] De regibus Anglorum a tempore Normannorum. . . . Regnavit ergo rex Henricus[1] in pace feliciter, cuius unico filio[2] in mari Britannico[a] naufragato, filia[3] filio 1109. imperatoris Romani nuptui[b] traditur. Hec[c] in tantum paternam sapienciam imitabatur, quod cum paucis non dicam[d] suppeditavit imperium, verum[e] et[f] ipsam Romam, que capud exstat imperii, dicioni voluntatique sue subiecit. Infra paucos annos viro defuncto, . . . 1125. ad patrem rediit in Angliam. . . . Dum ex eodem [rege[g]] Henrico[4] prodiit hinc ducissa Saxonie, cuius flos tu[h], serenissime princeps, ut bone arboris dulcissimum pomum[i] processisti cum illustri comite palatino Henrico et Willelmo Longa-spata, fratribus tuis utroque parente coniunctis, necnon nobilissima comitissa Alienora[5], germana tua[k], ex altera eiusdem[l] Henrici filia[6] novelle et insignes plantationes Yspanie pululant, filii illustrissimi regis Compostellani[m. 7], quorum initia, si medium et finem cepto prosequuntur auspicio, magis patrum preambuli videbuntur quam pedissequi. Ex tercia, quondam illustris regis Siculi coniuge, prodiit Raimundus dux Narbonensis, comes[n] Tolose et marchio Provincie; qui utinam utriusque avi[8] fidem, virtutem et constanciam imitabitur[o], ut sub ducis, comitis et marchionis nomine virtuti et strenuitati regum avito more equiparetur! Hucusque, excellentissime imperator, regum Anglie stemma stirpesque perduxi[p], veniam postulans, quia minus dixi, cum ad virtutem[q] strenuitatemque predecessorum tuorum recensendam nec[r] dies sufficere posset nec calamus. . . . . . .

INCIPIT TERCIA DECISIO
CONTINENS MIRABILIA[s] UNIUSCUIUSQUE[t] PROVINCIE,
NON[u] OMNIA, SED EX OMNIBUS ALIQUA.

. . . Propositi nostri principium est, mirabilia singularum provinciarum deliciosis auribus inferre, ut habeat imperialis celsitudo, cum dilucidum fuerit ei vacationis intervallum, quo suas recreet meditaciones secundum illud:

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Enimvero non ex loquace[v] ystrionum garrulitate ocium decet imperiale imbui; sed pocius, abiectis importunis fabularum mendaciis, que vetustatis auctoritas comprobavit aut scripturarum firmavit auctoritas aut cotidiane conspeccionis fides oculata testatur ad ocium[w] sacri auditus sunt[x] ducenda. Et quoniam humane mentis aviditas ad audiendas ac hauriendas[y] novitates semper acuitur, antiquissima commutari neccesse erit in nova, naturalia in mirabilia, apud plerosque usitata in inaudita. . . . . . .

Vidi equidem, cum nuper Rome essem[9], allatam a cardinale[10] magistro Petro Capuano corrigiam de coreo salamandre[11] amplam, velud cinctorium renum, et cum ex contrectatione[z] aliquas sordes contraxisset, in igne[a] ipsam vidimus ab omni inquinamento purgatam et in nullo consumptam[b]. . . . . . .

[2.] De sale Agrigentino. . . . Istud quoque in imperio tuo, venerande princeps, admirandum[c] censeo, quod apud Arelatensem urbem[d], regni Arelatensis caput, insula est undique Rodano marique Mediterraneo clausa, quam Sticados[e] arva Lucanus[12] nominat. In hac stagna sunt maritima. . . . . . .

[3.] De lapide asbeston[f]. Est in Archadia asbeston[f] lapis, qui semel accensus extingui non potest. Est et in Aquensi provincia, castro Baldimento[g. 13], rupes rubea ad instar coralli rubei, cuius fragmenta si fuerint accensa, ad instar candele lumen[h] et diutinam[i] lucernam faciunt ante materie consumptionem[k]. . . . . . .

[4.] De ficu Egypti. . . . Scio in Anglia, episcopatu Lincolniensi, inter Londonias

a) Brittannie 2. b) imperii 1. c) Hoc 1. d) dico 2. e) sed 7. f) etiam 2. g) *deest* 1. h) *deest* 6. i) beneficium 3. 4. k) *deest* 4. l) regis *add.* 2. 4. m) Conp. 4. 6. n) T. c. 3. 4. o) imitetur *superscr.* 2. p) produxi veniamque minus quia minus 3. q) *sic* 2; veritatem *cett.* r) nec dies *des.* 3. s) un. pr. mir. 3. 4. t) unicuique 2. u) non — aliqua *des.* 2. v) *ita* 2; loquatu 1; dicace *cett.* w) hortum *L.* x) d. s. 2. y) hauriandas 1. z) contractione 1. a) ignem 1. 2. b) consummatam 2; corruptam *L.* c) addi 3. d) civitatem 4. 6. e) Leucados 6. f) abeston 2. 3. 4; et similibus *add.* 4. g) Balduranto 6. h) faciunt *add.* 2. 3. 4. i) diuturnam 6. k) consummationem 2.

1) I. Angliae. 2) Willelmo. 3) Mathilda. 4) Scil. II. 5) Mathildis vel Richenza unica filia Henrici Leonis ex matre Mathilde Anglica, de qua novimus, appellata fuit, uxor comitis Perticensis et postea Engelramni Cuciensis, a. 1208. vel 1209. mortua. 6) Eleonora. 7) Alfonsi IX. 8) Cum Raimundus VI, maritus Iohannae, iam m. Ian. 1210. ab Innocentio III. propter haeresim condemnatus esset, Gervasius optabat, ut Raimundus (VII), eorum filius a. 1197. natus, potius avorum Henrici II. et Raimundi V. fidem sequeretur. 9) Fortasse cum Otto IV. coronaretur, ut Winkelmann p. 502. censet. 10) Presb. S. Marcelli. 11) 'Agitur de asbestino', Liebrecht p. 97, qui hanc historiolam p. 13. affert. 12) *Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis, Stoechadas arva tenens*; Pharsal. l. III, v. 515. 13) Castrum Baucinum?

et Norhamptonam, vico quem Aspele[a, 1] vulgus nominat, silvam esse cuius ligna si secta[b] fuerint, . . . redeunte anni circulo saxeam duriciem contrahunt. . . . Cui simile asserunt[c] evenire in regno vestro Arelatensi.

[7.] De tribus donis Terdone[d] civitatis. In Ytalia civitas est Terdona[2], sic dicta a tribus donis, quibus ab indigenis predita narratur. In vigilia pasche, cum iam hora baptismi venerit, fonte[e] baptisterii ebullit[f] perlucida[g] aqua, ad baptismum scaturiens, et limpidissima. Est et in urbe eadem ecclesia sancti Quincii, in qua quisquis[h] baptizatus fuerit, vita eius protenditur usque ad quadraginta annorum spatium[i]. Accedit[k] in eiusdem civitatis territorio mirabilius signum: quociens enim quivis loci illius paterfamilias infra annum[l] terminum mortis habet, sulcus terre illius, aratro[m] cum terra scinditur, sanguis[n] sub cultro emanare[n] videbitur. Unde ex antiquissima consuetudine dicunt institutum, quod, quociens incole bubulcos sub mercede annua conducunt, ipsos, tactis sacrosanctis euangeliis, iurare faciunt, tale indicium[o] mortis patrifamilias indicatum iri. . . . . . .

[8.] De cimiterio Fructuarum[p]. In episcopatu Taurinensi Italie est monasterium Fructuariense, antiqua religione celebre[q], in quo[r] iuxta ecclesiam sancti[s] Benigni ac sancti Tyburcii est cimiterium, in quo singulariter monachi sepeliuntur. Verum, si post triduum aperta fuerit sepultura, in ea nec ossa nec cinis[t] etiam[u] mortui comparebunt; quod multociens probatum et[v] compertum a monacho confine[w], viro religioso ac literato, accepi sub verbo[x] fide testificato.

[9.] De fenestra Camisse[y]. . . . In provincia Viennense regni Arelatensis ad confinium civitatis Gracionopolis[z] est prioratus Sancti Michaelis de Camissa, monasterio Sancti Theofredi[a] suppositus locus. Hic[b] ab antiquo veneranda religione pollet, situ amenus [in[p]] montis pendulo altius[c] ventis[d] expositus, ab omni hominum strepitu semotus et ex qualitate posicionis religioni[e] deditus[3]. . . . . . .

[10.] De domibus Podiensibus[f, 4]. . . . Rem expertam loquar. Est[g] in regno Arelatensi, provincia Aquensi, vicus[h] Bariolus[5] nomine, in quo canonica singularis[i] fundata est, antiquitate veneranda, possessionibus honorifice fundata, hospitalitate vicinis ecclesiis invidiosa. In hac est refectorium ab antiquo[k] edificatum, in quo nulla musca detineri potest. Huius rei novitatem michi per auditum cognitam ad probacionem per experimentum ducturus, accessi sedulus explorator. . . . . .

In Campania, civitate Neapolitana, scimus Virgilium arte mathematica muscam[6] erexisse eneam, que tante virtutis in se habuit[l] experimentum, quod, dum in loco constituto perseveraverit[m] integra, civitatem late spaciosam nulla musca ingrediebatur.

[11.] De nuce que simul[n] frondet[o] et fructificat[p]. Adicitur[q] mirabile mirabili[r], dum in pretaxato vico Barioli[s] aliquid novi[t] conspexi. Vidi quippe nucem grandem in orto[u] iuxta antemuralia, que, . . . adveniente sancti Iohannis baptiste sollempnitate, repentina[7] exultatione nascentis precursoris gaudio congaudet et ex improviso producit folia et fructum. . . . . . .

[12.] De carne imputrescibili [macelli[v]]. Iam nunc ad civitatem Campanie Neapolim redeamus, in qua macellum est, in cuius pariete insertum[w] perhibetur a Virgilio frustum carnis tante efficacie, quod, dum illic erit inclusum in ipsius macelli continencia, nulla caro quanto tempore vetusta[x] nares olfacientis[y] aut intuentis adspectum aut comedentis[z] saporem offendet[8]. Est [et[a]] in eadem civitate porta Dominica, Nolam, Campanie civitatem olim inclitam[b], respiciens, in cuius ingressu est via lapidibus artificiose constructa[c]. Sub huius vie sigillo conclusit Virgilius omne genus vermis[r] reptilis nocivi[d]; unde provenit, quod, cum civitas illa in ambitu plurimum spaciosa tota columpnis subterraneis[e] innitatur, nusquam[f] in cavernis aut rimis[g] interioribus aut ortis[u] infra urbis menia conclusis vermis nocivus reperitur. Tertium est, quod illic expertus sum, tunc quidem

a) iuxta Bedforde *add. man. s. XIV. in marg.* 1. b) sicca 1. c) in r. ve. ass. ev. *L.* d) T. c. *des. L.* e) fontes 1. 2. f) ebulli 1. g) a. p. *L.* h) quis 1. i) annos 1. k) Accidit 1. l) annuum 1. m) cum ar. *L.* n) sanguine s. c. manat *L.* o) iudicium *L.* p) *deest* 1. q) salubre 1. r) qua 1. s) sanctorum B. et Tib. *L.* t) cutis 3. 4. u) *deest L.* v) ac *L.* w) nostro *add.* 3. 4. x) fide verbi testificatum *L.* y) Camesse 1. z) Gracin. 6. a) Te. 2. b) Hinc 6. c) arduus 1. d) ventus 1. e) religione debitus 1. f) Ped. 1. g) Est in r. *des.* 2. h) vitis 1. i) *sic* 1. 2. 6; secularis 3. k) antiquitate 3. l) adherebat 1. m) perseveravit *L. Libr.*; perseveraverat 1. n) similiter *L.* o) frondit 1. p) fructificavit 1. q) Dicitur *L.* r) *deest L.* s) Bariolis 1. 2. t) novum 1. u) *id est* hort. v) *deest* 1; mac. 2 *semper.* w) infertum 1. x) vetustata 1. y) olfaciens 1. z) commed. 1. a) *deest* 1. b) inclinatam 2. c) str. 1. d) nocui *L. Libr.* e) subterrenis *L. Libr.* f) musca *L.* g) ruinis 1. 2.

1) Aspley a Bedford versus mer. et occ. 2) Tortona. 3) *In refectorii fenestra lucerna si ponatur, nullo flatu concutietur.* 4) Le Puy en Velais. 5) Barjoles. 6) V. Ioh. Saresber. supra p. 45. 7) V. Liebrecht p. 14. 98. 8) Idem refert Conradus Hildesheimensis, SS. XXI, p. 196.

ipsius ignarus; sed fortuito casu re ipsa[a] michi dante scientiam et probationem, coactus sum esse sciens eius, quod, si non preventus essem periculo, vix aliena relacione fieri possem[b] assertor. Nempe anno[1] quo fuit Acon obsessa, circa imminens[c] sancti Iohannis baptiste 1189. Iun. 24. festum cum essem Salerni[d], de subito supervenit michi hospes iocundus, cuius sincera[e] dileccio, cum cognacione[f], tum diutina in scolis et curia domini mei regis vetustioris Anglie Henrici[g], avi vestri, serenissime princeps, commansione firmata, non iam alterum a me, sed in ipso me alterum michi[h] obvenisse faciebat. Exultavit cor meum propter singularitatem[i] affectionis et propter rumores, quos recensiare michi tam fidelis nuncius poterat de nostrorum prosperitate[k] propinquorum, quorum omnium hic non tam sanguine quam amore fuit propinquissimus. Properantem ad transitum et transfretacionem, diu reluctantem vici[k] precum instancia. Philippus hic erat filius Patricii olim illustris comitis Saresberiensis[l, 2], cuius neptis ex fratre comitatum Saresberiensem[m] iure matrimonii transfudit in istum avunculum vestrum[3], domine imperator. Inter volentem et invitum meliore consilio trahitur amicus ad civitatem Nolanam, ubi tunc ex mandato domini mei illustris regis Siculi Wilermi mansio michi erat ob declinandos Panormitanos tumultus ac fervores estivos. Quid plura? Post aliquot[n] dies deliberavimus ad Neapolitanum mare accedere, si quo fortassis eventu paratior ac minus sumptuosa nobis illic[o] occurreret transfretacio. Civitatem advenimus, in hospicio venerabilis auditoris mei in iure canonico apud Bononiam Iohannis Pinnatelli, Neapolitani archidiaconi, scientia, moribus et sanguine illustris, nos recipientes. A quo iocunde recepti[p], causam adventus nostri[k] pandimus; ipse quoque[q], comperta voti nostri instancia, dum parantur epule, mare nobiscum accedit. Facto vix unius hore spacio, succincta brevitate verborum navis conducitur precio plus[r] quam optato, et [ad[s]] instanciam viatorum dies data ad navigandum accelerat. Ad hospicium redeuntibus sermo est, quo successu[t] quibusve auspiciis omnia nobis desiderata tam celeri manu occurrerint[u]. Ignorantibus et stupentibus nobis de tanta felicitate successuum: 'Heu', inquit archidiaconus, 'per quam civitatis portam intrastis?' Cumque, que fuerit porta, explicarem, ille perspicax[v] intellector adiecit: 'Merito tam brevi[h] manu vobis[w] fortuna subvenit; [sed[s]] oro, michi veridica relacione dicatis, qua parte aditus ingressi estis, dextra vel sinistra?' Respondemus: 'Cum ad ipsam veniremus portam, et paracior nobis ad sinistram pateret ingressus, occurrit ex inproviso asinus, lignorum strue honeratus, et ex occursu[x] compulsi sumus ad dextram declinare'. Tunc archidiaconus: 'Ut sciatis, quanta miranda Virgilius in hac urbe fuerit operatus, accedamus ad locum; et ostendam quod in illa porta memoriale Virgilius[y] reliquerit[z] super terram'. Accedentibus nobis ostendit in dextra parte capud parieti portali insertum[a] de marmore Pario[b], cuius rictus ad risum et eximie iocunditatis hilaritatem trahebantur. In sinistra vero parte parietis erat aliud capud de consimili marmore parieti[c] infixum, sed alteri valde dissimile; oculis siquidem torvis flentis vultum ac irati casusque infelicis iacturam deplorantis pretendebat. Ex hiis tam adversis vultuum ymaginacionibus duo sibi contraria fortune fata proponit archidiaconus omnibus ingredientibus iminere, dummodo nulla fiat declinacio ad dextram sive ad sinistram ex industria procurata[d], sed, sicut fatalia sunt, fato eventuique committantur[e]. 'Quisquis', inquit, 'ad dextram civitatem istam ingreditur, semper dextro cornu ad omnem propositi sui effectum prosperatur, semper crescit[f] et augetur; quicumque ad sinistram flectitur, semper decidit[g] et ab omni desiderio suo fraudatur. Quia ergo ex asini obieccione ad dextram deflexistis, considerate, quam celeriter[h] et quanta prosperitate iter vestrum[i] perfecistis!' . . . . . .

[13.] [De[k] orto Virgilii et tuba enea[4]]. . . . . .

a) *ita* 2; te ipsa 1; reapse *L. Libr.* b) posse assererem *L. Libr.* c) eminens *Libr.* d) Salernii 1. e) scinc. 1. f) *sic* 2; dignatione cum 6; cum co. *des.* 3. *Libr.* g) *deest L.* h) etiam *add.* 1. i) singularem 2. k) *deest* 2. l) incipit cum 2. m) Sarreb. 1. n) aliquos *L. Libr.* o) illuc *L.* p) suscepti *L. Libr.* q) ipseque *L.* r) p. q. *des. L.* s) *deest* 1. 2. t) succensu 1. u) occurrerunt 1; concurrerint *L.* v) prospicax 2. w) nobis 2. x) concursu 2. y) r. V. *L.* z) reliquerat 1. a) et *add.* 1. b) vario 1. c) *deest L.* d) procuratio *L.* e) commutantur 2; comitantur *L.* f) crescet 1. g) decidet 1. h) celebriter 2. i) *deest* 2. k) *rubra deest* 1.

1) A. 1189, quo Willelmus II. rex Siciliae mortuus est; v. infra l. 14. 2) Patricio Ebroicensi, comiti Saresberiensi a. 1167. occiso successit Willelmus filius, qui a. 1196. mortuus est. 3) Willelmum de Longa-spata, Henrici II. regis Angliae filium nothum, cui Ricardus rex Elam, Willelmi comitis filiam et haeredem, *dedit in uxorem cum comitatu Saresberiensi;* Rog. de Hoveden ed. Stubbs IV, p. 13. 4) Qua *Notus repulsus quassatur,* qui a Vesuvio *mense Madio in Terram Laboris pulverem calidum* transmittit; cf. Comparetti, 'Virgilio nel medio evo' II, 24. 49.

[14. De[a] faba versa et eius efficacia]. In huius sane[b] montis estuantis[1] ascensu crescit herba, quam vulgus fabam inversam nominat. . . . Si enim ipsam cum oratione dominica ter repetita genu flexo collegeris[c], orans ut, qualem vultum pretendis, talem gustans ex ea pretendas[d], sine dubio hunc ipsam[e] habere effectum conspicies. . . . Nec hiis fidem dedissem, si non ipse probassem, cum summo labore ardua montis illius petens; herbamque[f] reperi in caverna montis sub castro[g], quod indigene Summam nominant, quod regis speciale est, munitione firmissimum.

[15. De[a] balneis Puteolanis[2]]. . . . . . .

[16. De rupe incisa[3]]. . . . . . .

[17. De Iohanne episcopo[4]]. . . . . . .

[19. De[a] Averno]. . . . Huic simile in attractione[h] vidimus in regno Arelatensi in confinio civitatis Avinionensis, villa que Thorum[5] dicitur. Erat enim in loco, quo nuper ecclesia in honore[i] sancte Marie constructa est, lutum, tantam vim[k] habens attractivam, quod, si quodlibet lignum aut quamcumque solidam materiam aut manum aut pedem cuiusvis[l] animantis infixeris, nulla vi nullove artificio de cetero[m] sine succisione[n] potest extrahi[o].

[20.] De turre que non admittit vigiles. In regno Arelatensi, episcopatu Valentino, castro Liveronis[p, 6], est turris episcopi Valentini plurimum excelsa, que nocturnum custodem non admittit. Si quis autem custos ad vigilias[q] noctis in illa fuerit constitutus, in mane se senciet ad vallem subiacentem delatum, sine timore precipicii aut quolibet terrore deponentis in valle se casu[r] positum inveniet et nullius tactum[s] sentiet aut collisionem.

[21.] De[t] pugna scarabeorum. In Galliis, provincia Narbonense, episcopatu Uceciensi[u, 7], est castrum de Remolins[v, 8]. In hoc due sunt turres, ad quarum alteram quotannis[w] circiter diem sancti Iohannis baptiste convenit infinita multitudo scarabeorum, quorum corpora dimensiones aliorum scarabeorum excedunt, et plurimi sunt cornuti. Hii per octo dies tanto impetu[x] se mutuo flagellant, quod de mortuis et depulsis vix platee possint scopari[y]. . . . . . .

[24.] De alia figura Domini. Est[z] alia in lintheo Domini figura expressa, que, ut in Gestis de vultu Lucano legitur, hoc suum habuit inicium. . . . Dicunt tamen magistri nostri[a] et hoc tenet Romanorum tradicio, quod umbilicus Domini et prepucium circumcisionis eius[b] sunt in cruce de auro purissimo, adornata gemmis et lapidibus preciosis, que[c] sita est in quadam capsa cipressina, quam Leo tercius posuit in oratorio sancti Laurencii, quod est in sacro pallacio Lateranensi. Hec quoque crux uncta[d] est balsamo et quotannis[e] eadem unctio renovatur, quando dominus papa cum cardinalibus suis facit processionem ab oratorio illo in ecclesiam[f] sancti Iohannis Lateranensis in exaltatione sancte crucis. Econtra[g] tradunt Galli[9], quod prepucium Domini delatum est ab angelo Carolo Magno in templo Domini et ab eo apud Aquisgranis[h] primo reconditum, postea a Karolo Calvo fuit apud Carrofium[i, 10] translatum. . . . . . .

Si[11] quis autem, unde aut qualiter Lucanus[k] vultus usque[l] ad nos pervenerit, querit, audiat, ipsum tempore Karoli et Pipini a[m] Transalpino reverendo Gulfredo[n] Gallie presule repertum, Ierosolimis in domo Seleucii[o] in absconso positum. Hunc extrahens et in navi bituminata, desuper clausa, tabulato[p] operta, reconditum, sine remige ac remigio a portu Iope dimittit sicque, divina virtute preduce, per mare[q] navis advecta[r] ad plagam pelagi Lunensis applicare parat. . . . Lucensis antistes Iohannes[12] . . . navim . . . recipit. . . . Vultus sacratissimus cum inserto[s] thesauro Lucensium parti cedit; unicaque ampulla de duabus

a) *rubra deest* 1. b) sana 1. c) colligeris 1. d) *ita* 2; protendat 1; protrudas *L.* e) ipsum *L.* f) herbam *L.* g) cagro 1. h) contract. 1. i) honorem *L.* k) *deest L.* l) cum suis animatis *L.* m) centro *L.* n) sectione 3; successione *L.* o) contrahi *L.* p) Livornis *L.* q) vigiliam L. r) p. c. 2. s) *deest* 6. t) De turribus quotannis 2. u) Uticensi 2. 3; *deest L.* v) Emolinis *L.* w) quotamnnis 1. x) imperio 1. y) scobari 2. 6. z) et *add.* 2. a) *deest L.* b) *deest* 4. c) q. s. *des. L.* d) inuncta 4. e) singulis annis *L.* f) ecclesia 1. 6. *L.* g) Et contra *L.* h) Aquis gravis 3. 4. i) *ita* 3; Corrosium 1; Carrosium 2; Carosium 6; Carrocinum 4. k) vu. L. *L.* l) ad nos usque *L.* m) contransalpino *L.* n) *ita* 1. 3; Galf. 2; Gilfr. *L.* o) Silencie 1; Silentii 2. p) tabulatu 2; tabulata *L.*, *ubi* operta *deest.* q) maris aquas adv. *L.* r) advectam 6. s) incerto 1.

1) Vesuvii. 2) Quae a Virgilio constructa, a Salernitanis invidia corrupta sunt. 3) Posilipo. 4) Puteolano, qui *in concavitate montis sulphurei animarum lamentationes audivit* et [18.] *in lacu in confinio loci iam dicti portas inferni vidit.* 5) Le Thor inter Avignon et Vaucluse. 6) Livron (arr. Valence). 7) Uzès prope Avenionem (dép. Gard). 8) Remoulins. 9) Petri Comestoris Hist. Schol. Evang. 6. 10) Carrofum monasterium in episcopatu Pictaviensi. 11) Hunc locum explicat Ducange Gloss. s. v. *vultus;* quae supra I. 28. laudat Gervasius *Gesta de Vultu Lucano* fortasse sunt Translationis historia a Leobino scripta, cuius locum affert Ducange. 12) Sedit a. 780—803.

sanguinem ymaginis[a] Salvatoris continentibus Lunensibus addicitur[b] ad aliquod[c] miserie sue remedium, que etiam iam nunc ad proximum castrum translata[d]. Est autem castrum Lunensis[e] episcopi quod Sancte Marie de Sarcenai dicunt, ubi ampullam vidimus et tractavimus, ubi [etiam[f]] episcopatum in maledictionem Lunensium[g] translatum[1] audivimus.

[25.] De figura Domini que veronica dicitur[2]. . . . . . .

[31.] De herbis Egypti. De harum terrarum desertarum herbis aliqua succingamus[h]. Erat in provincia Aquensi et regno tuo, princeps, Arelatensis[i] miles strenuus et dominus castri Dalfini[k], iuncti castro Folcarcariensi[l, 3]. Hic Isnardus[m] nomine proposito melioris vite, nec filiis parvulis nec uxore iuvencula salutatis, transfretavit, id habens propositum, ut, qualis in solitudine antiquorum patrum esset convictus, ipse sue conversionis[n] experientia probaret. Iam per solitudinem septennis incesserat, cum in mentem venit cuidam ex originariis[o] suis, ut, quo devenerit dominus eius, circumeundo terram perquirat. Navigavit, et post multas hospitarum[p] perquisitiones tandem solitudinem intrans, repperit hominem quem optaverat, non minus agnitus quam agnoscebat. Salutationis verbis premissis, et transcurso propinquorum, affinium et filiorum statu, post horam debitam mensa parata succedit, herba sui ministerium prebente vice panis cotidiani. . . . . . .

[34.] De vento quem in cirotheca conclusit sanctus Cesarius[q]. Quia vero ventorum ac montium fecimus mencionem, asserentes, montes plerosque omnibus ventis esse alciores, illud[r] quoque annectimus, quasdam valles esse sic montium contiguitate conclusas, quod ad illas numquam aura pervenit. Ecce in regno Arelatensi, episcopatu Vasionensi[s], est castrum de Nionis[t, 4], multis colonis[u] inhabitatum. Hoc in valle circumquaque montibus circumsepta[v] positum est, in quam eo quod ventus nec levissimus subintraverat, usque ad tempora Caroli Magni sterilis semper vallis exstiterat omnique humano commodo prorsus inutilis. Verum infecunditatem ipsius comperiens archiepiscopus Arelatensis, sanctissimus vir, miraculis preclarus, Cesarius[5], mare civitati sue subiacens adiit[w] et cirotecam suam vento marino oppletam[x] strinxit. Accedens itaque [ad[y]] vallem, inutilem tunc habitam, in nomine Christi cirotecam vento[y] plenam scopulo cuidam iniecit ventumque perpetuum iussit emittere. Sicque factum est, quod statim rupes, facto foramine, per scissuram exhaustum ventum semper eructuat, quem Pontianum[z, 6] vulgus nominat, quasi a ponto illuc virtute divina translatum. Hic, inquam, impetuosus spiritus[a] terminos cuiusdam subterfluentis aque non transgreditur, omnia fecundat, omnia salubrat, et dum pretereuntes a fronte salutat, eos arciore[b] flatus algore flagellat, quos vallis confinium egressos, quasi prohibitus, ne datas sibi metas excedat, non approximat.

[35.] De[c] virgula arida[d] que per obedienciam floruit[7]. . . . Ex hiis apparet, serenissime princeps, meriti[e] quid habeat[f] sancti obediencia, que non minus terreno principi debetur in hiis que ad iura pertinent imperii, quam spirituali patri in hiis que ad Deum spectant. Vult enim Deus hominem homini subesse dupplici ratione, carnali domino, quia caro est, et spirituali, quia spiritus est; et sicut spiritus carni dominatur, a quo regitur, ita spiritualia precepta preferenda sunt carnalibus in hiis que militant adversus animam. Non solum autem[g] diiudicanda sunt mandata terrena, sed et ipsa spiritualis domini distinguenda sunt precepta. . . . Si vero imperator mandat, et id fieri papa vel episcopus vetat, profecto[h] circa terrena, cum in execucione mandati imperialis non subest contemptus divine legis, imperatori erit parendum; a quo tunc demum erit recedendum, cum aut certum est, esse contra Deum, aut dubitatur, an sit fidei[i] consonum, ut causa 23. q. 4[k]: *Quid culpatur in bello.* Si ergo mandat que iura[l] sunt imperii, obediam[m], inquam, non sacrilego principi, sed sacratissime[n] legi, non imperatori, sed imperio. Sic et pontifici malo non obedio, sed sedi,

a) *ita* 1. 2. 3. *Libr.*; [de] imaginibus *L.* b) adducitur 1. c) Et ad aliquid 1. d) est, episcopali sede illuc translata *add.* 2. e) Lunense *L.* f) *deest* 1. g) Lunensem episcopatum 1. 2. h) subiungamus 6. i) Arelatensi 2. 3. k) Dalph. 3; Talph. 4. l) Folcalc. 3. 4. 6; Frolcalc. *L.* m) Isnarcus 1; Ysnardus 2. n) conversationis 2. o) originalibus 6. p) hospitatim *L.* q) Cesarii 3; *deest* 6. r) illuc 1. s) Vision. 2; Vascon. *L.* t) demonis 1. 2; de Monis 3; Divionis 6. u) colonibus 1. v) circumcepta 1. 2. w) *deest L.* x) repletam 6. y) p. v. *L.* z) Pocianum 1. a) *deest L.* b) altiore *L.* c) De virtute obedientie et virga floratina 3. d) *deest* 6. e) q. m. *L.* f) s. habet *L.* g) inter 1. h) perfecto 2. i) Dei 2. k) 3. 1. l) intra 1. m) *ita* 1. 2; obedientiam habeo *L.* n) sacratissimo 1.

1) A. 1202. Walterus II. episcopus Lunensis sedem Sarzanam transtulit; de Luna Maledicta cf. supra p. 131. 2) *Romae in basilica s. Petri recondita.* 3) Forcalquier (dép. Basses-Alpes). 4) Nyons (dép. Drôme). 5) Obiit a. 542. 6) Secundum Liebrecht p. 112. adhuc *Pontias* vocatur. 7) Ap. Liebrecht explicatur p. 112.

non prelato, sed ecclesie, non pape, sed Petro, non homini, sed Deo, cuius legatione fungitur, ut causa 2. q. 7[a]: *Accusacio*[*]. Audi, lector, audi, quid beatissima Tebeorum legio erga[b] imperatorem egerit. . . . Attende igitur[b*], sanctissime papa, qui mandas, ne principi paream! Pareo libens in hiis que Dei sunt tibi ut anime custodi; parebo et principi in hiis que ius tangunt imperii. Fidem[c] servabo imperio[d], cui iuravi in imperatore; fidem Deo servabo, cui iuravi in baptismo. Utrumque Deo, quod illi debeo, solvam, si[e] tibi in spiritualibus et [in[f]] terrenis imperio obediero. Non veni pugnam constituere inter sacerdocium et imperium! Unita sunt in Christo, concordia sunt in christiano. Utrimque[g] invenies consonantiam, si[h] servaveris utrimque[i] debitam utrique[k] obedienciam. Principi legionis tuam, si miles es, debes obedientiam; quanto forcius imperatori parendum est, cui fidelitatem iurasti. Audi mirabilem obediencie transgressionem mirabili pene cruciatu punitam. . . . . . .

[39.] De prato[l] de Cerzeules. In regno vestro[m] Arelatensi, diocesi Vapincensi[n], est castrum Cerzeules[1]. In cuius castri territorio lacus alte profunditatis excrevit. Sane in lacus medio crusta pratum fecit, que per anni circulum ab hominum attactu libera, tempore herbe tondende[o] applicitis restibus ad terram trahitur lacui iminentem, et sic defalcata sectiones recipit. Inter plerosque[p] coheredes facta itaque congrua divisione, solutis funibus, crusta redit in id ipsum quo fuerat meditullium lacus occupatura.

[40.] De aquis marinis, que congelantur in sal[q]. In regno Arelatensi, comitatu Aquense territorioque urbis Arelatensis, aque nimio frigidissimorum flatuum rigore congelantur in glaciem, effectuque contrario pre nimio solis ardore sub Augusti fervore aqua salsa congelatur et condensatur in salis coagulum. Exhinc ergo sumi ratio potest, quare mare occeanum circuiri non potest discursu navigantium. Hinc enim frigore congelatum sub septemtrione, fit[r] rigidum[s]; illinc[t] nimio solis ardore spissatum, transeuntibus efficitur ab euro ad[u] austrum et meridiem inmeabile[2]. . . . . . .

[42.] De rupe que nominatur Equa[v]-illi. Solent adolescentie sectatores non
Eccle. 1, 2. minus figmenta venari quam vera, et cum vanitas vanitatum sit et omnia vanitas, vani[w]
cf. Ps. 61,10. filii hominum dum mentiuntur in stateris, inter matura precoquum aliquid decerpunt[x] et
non minus fabulis quandoque[y] delectantur quam rebus gestis. Ecce in regno Arelatensi et episcopatu Gracionopolitano, iuxta Diensis diocesis[z] confinium, est rupes[a] altissima in territorio, quod incole Treves[3] nominant, quam altera e vicino rupes[a] respicit, cui nomen Equa[b]-illi[4], eo quod sit equalis illi, sed inaccessibilis in sua altitudine. Ex opposita[c] ergo rupe conspicientibus apparet illic fons perspicuus[d], qui scopulosa[e] scabre[f] delabitur; et in summo[g] rupis apice ad modum prati herba viret, in quo nonnumquam panni superextensi candidissimi visuntur ad exsiccandum expositi, sicut lotrices in usu habent. Istud unde prodeat aut quid signet aut quo ministrante compareat, querere facile fuit, sed[h] invenire difficillimum[5].

[43.] De fenestris in quibus apparent domine. In regno quoque Arelatensi et provincia Aquense tradunt esse rupem, in cuius arduitate, ad instar parietis per fenestras intercisi, a longinqua via transeuntibus domine due vel plures apparent, invicem, ut[i] assimilant, colloquentes[k] ac mutuo risu sibi[l] applaudentes. Hee subsistentibus a[m] remotis videntur speciose, iocunde ac deliciantes, accedentibus autem visio penitus evanescit[n] in fabulam.

[44.] De natura beveris[6]. . . . In deciduo Alpium Apenninarum iuxta castrum Secusiam[7] in Taurinensi[o] episcopatu . . . ostensus est mihi[p] bever animal. . . . . . .

[48.] De aqua que numquam bullit. Est[q] in regno Arelatensi et castro de Pinaleno[r]

*) In vita sanctorum Tebeorum *rubro ins.* 1.

a) 6. 2; 5, c. 1. b) in *L.* b*) ergo *L.* c) S. f. *L.* d) imperatori 2. e) et 1. f) *deest* 1. g) Utrumque 1. h) sed 1. i) *deest* 2. k) *deest* *L.* l) puteo *L.* m) nostro *L.* n) Napinc. 1. o) tondente 2. p) plurimosque her. 6; plurimos *L.* q) salem 1. r) sit 6. s) nimium 1. 6. t) ill. n. s. a. *des.* 6. u) ad euroaustrum 1. v) Aequa villa *L.* w) v. f. h. *des.* *L.* x) decrepunt 6. y) *deest* 6. z) *deest* 6. a) rupis 2. b) Equa villa 6. c) opposito 1. d) prospicuus 2; perspiculus 6. e) scopula 1. f) scala *L.* g) summa 1. h) se 1. i) ut ass. *des.* 6. k) alloqu. 6. l) *deest* 6. m) a rem. *des.* *L.* n) evanisset 1. o) Tauriensi 1. p) b. m. *L.* q) *deest* 4. r) Puileii 2; Pinolem 3; Puilica *L.*

1) Céreste prope Forcalquier? 2) Ex c. 41: *In confinio Alpium Apenninarum, episcopatu Taurinensi, iuxta est mons*, ubi *requiescit b. Constantius de legione Thebaeorum, ad radices montis abbatia; in cacumine in Constantii festo apparent vexilla.* 3) Trièves. 4) Montes qui Gleichen vocantur prope Gottingam comparat Leibnitius. 5) Cf. Liebrecht p. 116. 6) 'biber'. 7) Susa.

aqua limpidissima, usui mortalium plurimum commoda. Huius miranda est[a] complexio, quod, cum ad plenum carnes[b] omnisque generis legumina decoquat[c], numquam tamen bullire potest. Unde provenit, quod ignoti et transeuntes, hec[d] ignorantes et aque bullitionem expectantes, post diutinos ignes longasque moras carnes aut pisces cacabo immissos repe-riunt sic comminutos et excoctos, quod minus sapidi ex nimia decoctione[e] redduntur. . . . . . .

[55. De[f] vermiculo]. In regno Arelatensi et confinio[g] maritimo[h] est arbor cuius sarcina pretium habet duodecim nummorum Mergoriensium[i, 1]. . . . . . .

[57.] De domina[k] castri de Espener[2]. . . . Erat in regni[l] Arelatensis finibus, episcopatu Valentino, castrum Espener[m] nomine. Huius castri domina in assiduam[n] consuetudinem duxerat, statim[o] inter missarum sollempnia post euangelium ecclesiam egredi; nec[p] enim poterat consecrationem dominici corporis presentialiter[q] sustinere. Cum per[r] multos annos id compertum vir eius, dominus castri, habuisset nec tante presumptionis causam sedulus[s] investigator invenisset, uno[t] aliquo die sollempni, finito euangelio, egrediens[u] domina per virum et clientulos eius invita ac renitens[v] detinetur, statimque, sacerdote verba consecratoria proferente, domina, spiritu diabolico levata, avolat[w], partemque capelle secum in precipicium ducens, ulterius[x] in partibus illis visa non[y] est. Sed et pars turris, cui[z] capella innitebatur, adhuc superstes rerum fert testimonium. Hinc tibi, felix auguste, doctrina sumenda est. . . . . . .

[67.] De Lirinensi[3] monasterio. Est in regno Arelatensi ad confinium episcopatus, in[a] maritima, maris[b] insula angusto intervallo a terra communi distincta, quam Lirinensem nominant, ubi ab[y] antiquissimis temporibus polluisse legimus monachorum religionem. In hanc maris insulam nullus umquam vermis ingreditur; quod[c] nescio[d] religioni tantorum sanctorum patrum debeatur, an ipsius soli complexioni attribuatur. . . . . . .

[82.] De pratis que moventur ad tactum pedum. . . . Ecce in regno Arelatensi, provincia Aquense, est castrum Podii Michaelis[4], et ad castri[e] confinium pratum[f] quoddam[g], quod statim, ut[h] primo attemptatur ingressu, totum ab extremis limitibus exsurgit[i] et contremiscit. Unde hanc indigene[k] cautelam contraxerunt, quod[l], quociens predonum[m] senciunt insultum, omnia animalia prato illi inponunt, et cum superveniunt hostes et[m] ad extrahendam predam accinguntur[n], statim[o] terre motatione territi[p] fugiunt. . . . . . .

[83.] De angelis percutientibus. . . . Nec miretur lector, si verborum[q] tantam vim esse[r] dicimus, ut fascinari lingua malorum possint subiecte bestie, cum ad ianuam nobis sit in civitate vestra[s] Arelatensi, princeps sacratissime, civis[t] de Buriano[u], cuius commendatio tam infectiva est, quod, si quem[v] equum[w] aut aliud animal domesticum laudaverit, statim aut mortem aut mortis periculum incurrit. Cui consentit poeta, cum dixit:

Nescio, quis teneros verbis mihi fascinat agnos[5].

Sed[x] in civitate Arelatensi cum ante non multos annos bone memorie illustris rex Aragonensis Ildefonsus[y, 6] presens esset, multa copia militum stipatus, et, ut moris est Yspanis et Provincialibus, milites in equis falleratis arma gestarent[z], dum in medio stadii cursorii quidam miles velocitate pennigera[a] transiret, adstans alius miles nobilis, gyrans faciem, ad-currentem ad verba subito dicta equum depulsum tanta celeritate coruere[b] fecit, quod nec a casu resurgere nec aliquem membrorum motum liberum habere potuit[c]. Respiciens ergo ascensor equi militem, quem vulgus huiusce fascinationis sciebat artificem, coram positis

a) erit 2. b) caro 1; carnem 2. c) dequoquat 1. d) hoc 4. e) coctione 6. f) *deest rubra* 1. g) etiam *add.* 1. h) Mantino 2. i) Wigorniensium *L.* k) dominica 6. l) regno Arelatensi 1. m) Espervel 6; Esperver *cett.* n) assiduanam 2. o) *deest* 6. *Libr.* p) non *L.* q) presentabiliter 2; *deest L.* r) post *L.* s) sed. — sollempni *des.* 6, *ubi tantum* sciret *habetur.* t) immo 2; in uno *L.* u) egredi volens 6. v) renuens 2; retinens *L.* w) advolat 2. x) ullatenus 2; nullatenus *L.* y) *deest L.* z) cum c. precipitabatur 6. a) *deest* 6. b) ins. ma. *L.* c) *deest* 2; et 6. d) an *add. L.* e) castrum confinii 6. f) occurrit *add. L.* g) *deest* 6. h) in pr. quod 1. i) exurget 6. k) indigine 1. l) et 1. m) *deest* 1. n) atting. 1. o) t. s. 2. p) f. t. *L.* q) ta. vim verb. 4. r) inesse 1. s) nostra 6. *Libr.* t) cuius 2; eius 3; ille 4. u) Burr. *L.; lacuna* 2. 3. v) quis *L.;* cuius *Libr.* w) equum — poeta *abrasa sunt* 2. x) et *add. L.* y) Yld. 4. z) gestaret 1. a) primigera 1. b) *sic* 1. c) poterit 1.

1) Agitur de cocco ilicis; cf. Du Cange v. *vermiculus.* Melgorium, hodie Mauguio, a Montepessulano orientem versus. 2) Espenel (dép. Drôme, arr. Die). Haec transscribuntur in Gest. Roman. c. 160; cf. Liebrecht p. 126. 3) Lerinae, Sancti Honorati monasterium. 4) Puimichel (dép. Basses-Alpes, arr. Digne). 5) *Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos,* Vergil. Bucol. III, v. 103. 6) Alphonsus II. a. 1162—1196, qui a. 1176. in insula Gernica inter Belquadrum et Tarrasconem cum comite Tolosano pacem fecit; v. Schäfer, 'Gesch. v. Spanien' III, p. 46.

nobilibus et dominabus[a], orat[b], ne in hoc[c] articulo suas ulcisceretur[d] iniurias de pridem[e] contractis inimiciciis. Pietate motus nobilis, cui satis erat publicate[f] vindicte habuisse testimonium, in alteram partem toto gyrato corpore, ad contraria verba eadem facilitate[g] equum restituit, qua deiecerat[h]; sicque equus, prehibito[i] dolore totus in sudorem solutus, beneficio malefici[k] dietam suam currendo victoriose perfecit.

[84.] De aucipite[l] regis Scotorum. Cum hec[m] et hiis similia tue celsitudini, princeps serenissime, memoramus, nichil aliud agimus, nisi quod tue sollicitudinis[n] seria otiorum[o] parenthesi[p] temperamus; que[q] licet vanitati linguose[r] possint adscribi, sustinenda tamen[s] sunt ex eo, quod non modicam ad multa prestare possunt doctrinam aut cautelam. Vidimus equidem illustrem sancte memorie Scotorum[t] regem Willermum[1], quem avus tuus excellentissimus, rex Anglorum Henricus vetustus, rebellem vicit et captum diu[2] tenuit iterumque debite sue dicioni subiecit, quendam secum habuisse aucipitem[u], qui solo verborum laqueo grues aliasve quaslibet aereas aves capiebat, ad pronunciationem verborum suorum prostratas.

[85.] De lamiis et dracis[3] et fantasiis. . . . In Rodani ripa sub continentia domus milicie ad portam borealem civitatis Arelatensis quedam fluminis abyssus est. . . . In hiis ergo locis profundissimis affirmant dracos sepissime de nocte lucida in specie humana videri. . . . . . .

[86.] De lamiis et nocturnis larvis[v]. . . . Audivimus quippe a viro nobili et per omnia christianissimo, domino Ymberto[w] Arelatensi archiepiscopo, affini nostro[4], sancteque[x] probate fidei presule et vite perfectioris[y], quod, cum lactens esset multaque parentum diligentia custoditus et[z] christianissima matre editus, nocte una in cunis positus et fasciatus ante lectum parentum circa medie noctis creperum[a.5] flere auditur. Subita expergefactione excitata mater, ad cunas manus apponit nec invenit infantem, quem apprehendat. Tacite rem considerans, [et[b] loqui timet] et silentia diutina non sustinet. Accensa candela, dum infantem per devia quesivit[c], ipsum in volutabro aque, que de ablutione pedum serotina effusa fuerat, repperit volutantem[d] sine ploratu, fasciatum et ad lumen matri parumper[e] arridentem[f]. Quid ultra? nutrici et marito rem ad oculum monstrat; et hoc ab alio quam a nocturnis fantasmatibus actum nemo cogitabat; nam et ubi[g] huiuscemodi fantasmatum solet esse discursus, a multis compertum habeo[h], infantes in mane ianuis clausis extra domos et cunabula in plateis esse repertos. . . . . . .

[89. De[i] fonte qui pluere facit]. Est in provincia regni Arelatensis fons quidam[k] perlucidus, in quem si lapidem vel lignum aut huiuscemodi materiam proieceris, statim de fonte pluvia ascendit, que proicientem totum humectat.

[90.] De cimiterio Elisii campi [et[l] illuc advectis[6]]. Insigne mirum ac ex divina virtute miraculum audi, princeps sacratissime! Capud regni Burgundionum, quod Arelatense dicitur, civitas est Arelas, antiquissimis dotata privilegiis. Hanc . . . Trophimus, Iesu Christi discipulus, comitante eum apostolo Paulo, cum transiret in Hispanias, ad fidem Christi convertit, et . . . deliberavit cimiterium sollempne ad meridianam urbis partem constituere. . . . Maxima potentum pars, que in Galliis aut circa Pireneos montes aut Alpes Penninas in pugnis[m] paganorum moriebantur, illuc sepulturam habent; et quidam in plaustris, alii in curribus, nonnulli in equis, plurimi per dependulum fluentis Rodani ad cimiterium Campi Elisii deferebantur; ubi Vivianus[n] et comes Bertranus et Astulfus[o] et innumerati[p] proceres requiescunt. Est ergo omni admiratione dignissimum, quod nullus in thecis positus mortuus ultimos civitatis Arelatensis terminos, quos Rochetam[q.7] nominant,

a) dominabusve 6. b) rogavit *L.* c) in *add.* 1. d) ulciscentur 1; ulciscerentur 6. *Libr.* e) c. p. *L.* f) publicete 2. 6; publice *L.* g) felicitate 6. *Libr.* h) degescerat 1. i) prohibito 6. *Libr.* k) malifici 1. l) ancipite 2; accipitre *L.* m) hoc 1. n) sollicitudini *L.* o) honorum 1. p) tempora *add.* 6. q) quelibet 1. r) litigiose 6. s) prout 2. t) Scott. 2; r. S. *L.* u) ancipitem 2. v) lamiis 1. w) Humberto *L.* x) sancte probateque *L.* y) perfectionis 2. z) ex *L.* a) crepundias 1. *L.* b) et lo. ti. *des.* 1. c) quesitat 6; quesierat 2. d) voluntatem 2; voluntantem 6. e) parumque 2. f) arid. 1. g) nisi 1. h) habetur *L.* i) *rubra deest* 1. k) quidem 1. l) et ill. a. *des.* 1. m) pugrus 1. n) Iovianus *L.* o) Aist. *L.* p) innumeri *L.* q) Rotham 1.

1) Willelmus Leo cognomine a. 1214, Dec. 4, mortuus est. 2) Inde ab a. 1174, Iul. 13, usque ad mensem Dec. Nostrum colloquio inter reges Angliae et Scotiae et Henricum ducem Saxoniae a. 1184. transacto interfuisse, contendere non audeo; cf. quae exposui 'Götting. Nachrichten' 1880, p. 147. 3) Id est daemonibus aquaticis. 4) Imbert d'Aiguières sedit inde ab a. 1190. usque ad a. 1202, Iul. 20. 5) Liebrecht p. 40. idem verbum invenit apud Symmachum Ep. 1, 7. 6) Ib. p. 42. 149. 7) Cf. supra p. 374.

potest[a] quantalibet vi ventorum aut tempestate compulsus preterire[b], sed infra semper subsistens[c], in aqua rotatur donec applicet. . . . Mirandis magis miranda succedunt, que oculis conspeximus sub innumera utriusque sexus hominum multitudine. Solent, ut premisimus[d], in doliis bituminatis ac entecis[e] corpora mortuorum a longinquis regionibus per aquam[a] fluminis Rodani dimitti cum pecunia sigillata, que cimiterio tam sacro nomine elemosine confertur.......

[91.] De nuce que sex aut septem facit nucleos. Est in regno Arelatensi, episcopatu Aquense, castro Ponteves[f. 1], nux quedam, quam[g] a cornice plantatam ferunt, sicut mos est avibus nucleos nonnumquam proicere[h] vel levatos deperdere. Nux hec in arborem grandem excrevit, et cum alie eius generis arbores fructificant, hec globum facit ad instar pomi vel pinee, quo fracto[i], sex aut septem aut decem quandoque[k] nuclei eliciuntur.

[92.] De equo Giraldi[l] de Cabreriis[2]. . . . Erat temporibus nostris in Catalonia miles, nobilissimis ortus natalibus, militia strenuus, elegantia graciosus, cui nomen Giraldus[m] de Cabreriis. Hic equum habebat in bonitate singularem, velocitate invincibilem et, quod sine exemplo mirandum fuit, in omnibus angustiis consiliosum. Huic nobilis indidit, ut bonus amicus vocaretur. . . . Erat miles in iuventute sua iocundus, hilaris, musicis instrumentis plurimum instructus, a dominabus invidiose desideratus. In pallacio nostro, quod ex vestro[n] munere vestraque gracia ad nos rediit per sententiam curie imperialis, princeps excellentissime, propter ius patrimoniale[o] uxoris nostre[p], in presentia pie memorie Ildefonsi, illustris regis quondam Aragonensis[q], et socrus vestre[3], que singulari laude precellebat, inter dominas sui confinii necnon in conspectu multorum[r] procerum miles saepe dictus violam trahebat, domine chorum ducebant, et ad tactum chordarum equus incomparabilibus circumflexionibus[s] saltabat. . . . . .

[93.] De fantasiis nocturnis opinionès[4]. . . . Vidimus equidem[t] in regno Arelatensi mulierem ex castro Belliquadri[u. 5] oriundam ex consimili causa inter medias Rodani undas cecidisse et usque ad umbilicum humectatam de nocte media absque vite periculo, sed non sine timore evasisse. . . . . .

[94.] De[v] arbore que siliquas facit. In regno Arelatensi ad confinium urbis Massiliensis arbor est que fructum facit ad modum fabarum, et in ipsa siliqua nichil preter lapides invenies.

[95.] De corvo de Claveno[w. 6] [et[x] eius sagacitate[7]]. . . . Ecce enim in regno Arelatensi corvus erat, qui tantam habebat discretionem, quod etiam[y] hostiles insidias explorabat, et transcursis montibus et castri[z] terminis, si quid erat repentinum aut insidiosum, loquebatur. Ad aleas peccuniam mutuabat et inter rupes[a] occultaverat. Hic cum dominam castri nimis familiarem cuidam comperisset, post multas domine denunciationes factas adulterium[b] domino prodidit, sicque factum est, ut ab adultero ictu sagitte percussus periret. . . . . .

[97.] De ovo corvino supposito ciconie[8]. Mira loquor et universo[c] civitatis nostre Arelatensis notissima populo. . . . Intuere, felix auguste, . . . quid igitur[d] infelicitas nostri temporis merebitur supplicii, ubi lascivia pro laude suscipitur, adulterium argumentosum probitatis indicium effertur, furtivos habuisse dominarum aut virginum amplexus militie insignis est incitamentum! . . . . .

[98.] De caseo putrefacto. Considera, semper felix auguste, quante labis sit crimen adulterii! . . . . . .

[99.] De mortuo qui occidit uxorem quondam suam. . . . Erat enim in regno vestro Arelatensi et provincia ac comitatu Aquense vir nobilis[e], genere illustris, moribus insignis et milicia privilegiatus, Willelmus de Mustiers[f]. . . . . . .

[100.] De hospitalitate cuiusdam[9]. . . . Erat in regno vestri[g] imperii miles strenuus, hospitalis et largus, ad omnes cum hospitalitate recipiendos expositus, circa familiam bene procurandam curiosus. . . . . . .

a) *deest L. Libr.* b) preterit *L. Libr.* c) existens 1. d) pretermissi 2; mortui *add.* 1. 2. *Libr.* e) euthecis *L.*; in thecis *Libr.* f) Pontenes 3. 4; Pontones 6; Pontonis *L.* g) quem 1. h) pohicere 4. 6. i) facto 1. 2. k) *deest* 4. l) Girandi 2; Girardi 6. m) Ger. 1. n) vestri 1. 2. o) impatr. 1. p) vestre 2. 3. q) Arogan. 1. r) p. m. 2. s) circumplexibus 2. t) equitem 1. u) Bellicadri 6. v) *dimidio fol. exciso, haec des.* 2. w) Claireno 1. x) et e. sag. *des.* 1. y) *deest L.* z) castris 2. a) ripas 6; rimas *L.* b) ad ultimum d. pr. adulterium *L.* c) universe 2. d) ergo *L.* e) nobili *L.* f) Muscieris 1; Mostiers 6. g) nostri 6.

1) Pontevès (dép. Var, arr. Brignoles). 2) V. Liebrecht p. 44. 154. 3) Irene (mater Beatricis, quam Otto IV. a. 1208. duxit), quae a. 1195. Philippo duci nupsit; Alfonsum II, a. 1196. mortuum, vix vidisse potest. Num Alienora Aquitana, avia Ottonis? 4) V. Liebrecht p. 45. 154. 5) Beaucaire (dép. Gard). 6) Clavaus (dép. Isère, arr. Grénoble). 7) V. Liebrecht p. 45. 155. 8) Ib. p. 46. 158. 9) Ib. p. 47. 158.

[101.] De baculo putrefacto ex[a] contactu veneni. . . . Erat in regno Arelatensi et castro Terrasconensi[b], ubi Christi hospita Martha, soror Marie et Lazari, requiescit, bubulcus. . . . . . .

[102.] De racemis de[c] Rocca-Madorum[d, 1]. Est in Rodano castrum de Roca-Maure, cuius corpus ad imperium iure fluvii, territorium ad regnum Francorum iure limitum pertinere arbitrantur. . . . . . .

[103.] De mortuo qui apparet virgini et mira dicit et[e] annunciat. . . .
1211. Erat anno Domini 1211, mense Iulii, anno autem pontificatus domini Innocentii [III.[f]] tercio decimo, imperii autem vestri[g] anno secundo, in regno Arelatensi, provincia ac diocesi Arelatensi, castro Belliquadri puella virgoque undennis, civibus[h] orta probis et copiosis, fidelibus et industriis. Huic consanguineus erat ex Aptensi civitate oriundus, iuvenis in prima adolescencia, [imberbis[i],] strenuus, amabilis; et pro quibusdam etatis sue lubrice excessibus exul a patrio solo factus, Belliquadrum veniens, non sua culpa, sed alieno infortunio vulneratur ad mortem. . . . Erat comes Raimundus, pater huius comitis Raimundi, quem propter consensum hereticorum Albiensium[k] Innocentius papa tercius crebris impulsibus legatorum suorum et ad ultimum cotidianis Francorum insultibus in cineres potentie sue exsufflandos induxit; eius[l], inquam, pater comitis illustrissimi Raymundi Tolosani vel, ut vulgus ait, comitis Sancti Egidii, nepos[2] ex nobili comite Ildefonso genitus, vir[m] quidem[n] in milicia singularis, consilio perspicax, urbanitate precipuus, magnanimitate operosus. Hic ab illustrissimo rege Anglorum[o] Henrico [vetusto[f]], avo vestro, imperator sacratissime, necnon insignissimo comite Barcinonense Berengario[p], regibus compare[q], comitibus ducibusque[r] maiore[s], per plurima tempora lacessitus ac semper invictus, sic omnes suo prevenit consilio, quod potentior victorias imminentes ingenio[t] eludebat, et[u] quibus utpote fortioribus resistere non poterat, astutia sua triumphum surripiebat. . . . . . .

[104.] De pullo strutionis[v] et vase vitreo[3]. . . . Sane temporibus nostris sub papa Alexandro III, dum puer eram, inventa est Rome fiala plena liquore lacteo; quo conspersa omnium lapidum genera sculpturam talem recipiebant, qualem manus insculpere volentis pertrahebat[w]. Erat autem fiala ex antiquissimo palacio elicita, cuius materiam aut artificium populus Romanus admirabatur. . . . . . .

[112.] De ossibus Ioseph et ove[4]. . . . Tempore regis Siculi[x] Rogeri quidam magister nascione[y] Anglus ad regem accessit, postulans aliquid a rege munifico dari. Cumque rex, illustris genere et moribus, arbitraretur aliquod a se beneficium peti, respondit: 'Pete quod vis beneficium, et dabo tibi'. Erat enim petitor summe literatus, in trivio et[z] quadrivio potens et accutissimus[y], in phisica operosus, in astronomia[a] summus. Ait ergo regi, se non temporalia[b] solatia petere, sed pocius, quod apud homines vile putatur, ossa videlicet Virgilii[5], ubicumque possent inveniri infra metas regni sui. Annuit[c] rex; et magister, acceptis literis regiis, Neapolim venit, ubi Virgilius[d] studium[e] ingenii sui in multis exercuerat. Porrectis literis populus obedienciam parat et ignarus sepulture libenter annuit, quod pro impossibili credebat existimandum. Tandem magister, arte sua ad manum ducta, reperit ossa infra tumulum in medio montis cuiusdam, ad quem nec signum scissure dignoscebatur. Foditur locus, et effoditur post longos labores tumulus, in quo invenitur continuum[f] corpus Virgilii et ad capud liber, in quo ars notoria[g] erat inscripta[h] cum aliis studii eius caracteribus. Levatur pulvis cum ossibus, et liber a magistro extrahitur. Ad hec[i] populus Neapolitanus[k] attendens specialem affectionem, quam habebat[l] Virgilius erga civitatem, timens, ne ex ossium subtraccione enorme dampnum civitas tota pateretur, elegit susceptum regis mandatum eludere, quam obediendo tante urbis excidio occasionem prestare[m]. Arbitrabatur enim, eo consilio Virgilium sibi in montis archano tumulum posuisse, ne[n] ossa eius evecta artificiorum suorum importarent interitum. Magister ergo[o] militum

a) e 2; ex c. v. *des. L.* b) Tarasc. 2. *L.* c) et 1. d) Maura *L.* e) *deest* 6. f) *deest* 1. g) nostri 2. h) quibus 6.; parentibus *L.* i) *deest* 1; in verbis 2. k) Albienc. 2. l) comes eius 2. m) ubi 2; erat 6. n) quidam 1. o) H. v. A. *L.* p) R[aimundo] Berigario *L.* q) *lacuna L.* r) qua *L.* s) *deest L.* t) inde omnino 6. u) etiam *L.* v) struccionis 1; struct. 2. w) protrab. *L.* x) secundi 1. y) *sic* 1. z) in *add.* 2. a) austron. 6. b) tempora 2. c) innuit 6. d) Virgilium 6. e) studia *L.* f) contineri 6. g) notaria 6[a]. h) scripta 6. i) hoc 1. k) Neop. 1. l) habuerat 6. *Libr.* m) prebere 6. *Libr.* n) ut 6. o) igitur 2.

1) Roquemaure (dép. Gard). 2) Potius Alfonsi Iordani filius erat Raimundus V, pater Raimundi VI. a. 1194 —1222. comitis. 3) Cf. Liebrecht p. 48. 158. 4) Ib. p. 49. 159. 5) Cf. Iohann. Saresber. supra p. 45.

cum turba civium ossa coniuncta copulant et in culleo reposita in castello maris[1] ad urbis ipsius confinium deferunt, ubi per medias crates ferreas intueri volentibus ostenduntur. Requisitus autem magister, quid de ossibus facturus erat, respondit, se per coniurationes effecturum, quod ad eius interrogacionem ossa omnem Virgilii artem ipsi panderent, quin immo satisfactum[a] sibi proposuit, si per quadraginta dies [ei[b]] ossium copia daretur. Asportato ergo[c] libro solo[d], magister abiit; et nos quedam[b] ex ipso libro per venerabilem Iohannem Neapolitanum[2], cardinalem tempore pape Alexandri, excepta[e] vidimus et probari verissima rerum experiencia fecimus. . . . . . .

[116.] De serpentibus ignitis et urentibus. . . . Sane in Tuscia est insula ad dominacionem spectans comitis Eldebrandini[f], in qua sunt vermes alati ad formam serpentum. . . . . . .

[120.] De hominibus qui fuerunt lupi. . . . Apud castrum Luch[g, 3] in confinio Vivariensis episcopatus et[h] Mynidensis[i, 4] est accola Calcenaria[k] nuncupatus, qui consimilis fati per mutaciones neomenie sorte[l] fatigatur. . . . . . .

[122. De[m] valle de Lentuscula[5].] Est in regno Arelatensi[n], provincia Ebredunensi, locus[o], quo per Alpium summa cacumina facili cursu in[p] estate et brevi, sed plurimum periculoso transitu, descenditur in Italiam. . . . . . .

[125.] De fonte qui tempore metendorum pratorum apparet. In provincia Narbonensi, Lodovensi[q] episcopatu, est fons apud Spamatum[r], qui tempore metendorum et adaquandorum pratorum ad pratum quoddam irrigandum scaturit affluenter et post eius[s] prati tonsionem statim arescit et non comparet[t].

[126.] De aqua [de[u]] qua sanantur gutturnosi. Est in provincia Ebredunensi, que est pars regni Arelatensis, castrum de Barles[6], in cuius territorio fons scaturit, ex cuius aque potu ac[v] lavacro curantur gutturnosi. Sunt et in regno Arelatensi plurimi[w] fontes qui estate fervente scaturiunt, hyeme [vero[b]] exsiccantur[x].

[127.] De fonte qui repente perditur et redit[y]. Insigne mirabile in regno Arelatensi, comitatu Aquense, villa Camps, territorio Argentino[z], est fons qui repentina ebullitione prodit. . . . . . .

[128.] De duobus fontibus. Est in provincia Narbonensi vicus Alingenius[a, 7] nomine, in quo duo sunt fontes, quorum unus numquam aliquid coquit, alterius aqua numquam bullit. In provincia Arelatensi ad confinium Massilie[b] est castrum Cesaresta, in cuius finibus est fons qui una tantum hora scaturiens cotidie, mare ingreditur.

[129.] De fonte qui nichil sordidum admittit[8]. Apud Narbonensem provinciam, episcopatu Ucicensi[c], est fons, in quem si quid sordidum miseris, statim fons scaturiginem suam mutat[d] et priorem locum deserit.

EXITUS OPERIS.

Epistola[e] ad magistrum Iohannem Marcum[f], secretarium domini imperatoris.

Peramabili[g] amico uni ex paucis Iohanni Marco[h], preposito de Ildeneshem[i, 9], unus ex precordialibus suis et devotis magister Gervasius, in regno Arelatensi imperialis aule marescallus[k], salutem et in activa[l] cum Martha[m] Marie optimam partem eligere. Cum mediator Dei et hominum Christus sic ordinaverit rerum seriem, ut non per rapinam arbitremur[n] nos divinam pertingere posse celsitudinem, sed quasi scala media Divinitatem contemplemur, mediante sue humanitatis beneficio, dignum est, ut nos Christi exemplo impe-

a) satisfaccio 1. b) *deest* 1. c) igitur 2. d) sola 2. e) per excerpta *L.* f) Eldebrandani 2. g) Luth 1. h) *deest L.* i) Mynd. *L.*; Mymdeum 3. k) *ita* 1; Calcevaira *cett.* l) sorti 1. m) *rubra deest* 1. n) et *add. L.* o) in *add. L.* p) in est. et *bis scr.* 1. q) Lodev *L.* r) Spinacum 1; Spaminacum 3; Spaniatum 6. s) eiusdem *L.* t) apparet *L.* u) *deest* 1; ex 2. v) et *L.* w) plurime 1. x) sicc. *L.* y) ridet 1. z) Argentivo 2. a) Aluiganius 1; Alviganus 2. b) Maxillis 2. c) Vicensi 1; Utic. 6. d) mitat 1. e) Epistola de presentando libro domino imperatori 4; *ubi tamen pro epistola alia manus subscripsit:* Finito libro, sit laus et gloria Christo; *in* 3 *quoque epistola deest.* f) Marchum 6; s. M. 1. g) Venerabili 2. 6. h) Marcho 6. i) Ildenesham 2. 3; Ildesham 6. k) mariscalcus 2. 6. l) amicitia *L.* m) et *add.* 1. n) arbitramur 2.

1) Castell dell' Uovo; cf. Conrad. Hildesheim., SS. XXI, p. 194: *Sunt in castro in supercilio civitatis undique mari incluso ossa Virgilii.* 2) De quo cf. supra p. 343. 3) Luc (arr. Mende). 4) Mende (dép. Lozère). 5) St. Martin Lantosque (dép. Alpes-Maritimes). 6) 'Dép. Basses-Alpes, arr. Digne'. 7) Alignan (dép. Hérault, arr. Béziers). 8) Cf. Liebrecht p. 52. 164. 9) Cf. Winkelmann 'Otto IV', p. 290. 503.

rialem non attemptemus maiestatem [pastorum[a]] sibilo, si non internuncium premisimus[b] ad graciam capescendam. Quoniam[c] igitur ad tante celsitudinis benivolentiam captandam[d] liberalitas vestra[e] velut mediatrix est, opusculum, quod ad ocium imperiale contexui, vestre dilectioni preoffero, ut, si videritis acceptum fore munusculum, a vobis probationem capiat et oblationem et secundum illud:

Ovid ex Ponto I, 2, v 117.

Vox[f], precor, augustas pro me tua[g] molliat aures,

non quasi in aliquo commeruerim[h], sed ut facilius, quod amplius erit, merear. Sit ergo inter dulcedinem principis et devotionem subditi liberalitas vestra[e] dextra mediatrix, ut, quod in me operatur pia devotio ad merendum, te mediatore operetur effusa principis largitas ad gratificandum. Profecto non modica vestri[i] meriti portio redundabit in nos[k], si graciam augustalem ex gracia vestre interpretationis senserimus augeri, cum[l] non multo[m] minor sit gracia suggerentis quam remunerantis. Etenim[n] [causa[o]] retribucionis multociens est instancia memorantis. Valeat dominus et amicus, liberalitatem consuetam[p] sine intermissione continuans apud devotum dominum[q] imperatorem!

a) *deest* 1. b) premiserimus 2. c) Dum ergo *L.*, Quoniam — ben. capt. *des.* 6. d) optandam *L.* e) nostra 2. f) Vos 2. 6. 6ª. g) mena 1. h) demeruerim 2. 6. i) nostri 2. k) vos 2. l) tum 2. m) *deest* 2 n) eternum *vel* etiam non 2 6ª; [Causa] vero *L.* o) *deest* 1. 6ª. p) consuetum 2 q) dom. imp. *des.* 2. 6.

E GIRALDI CAMBRENSIS OPERIBUS.

Giraldus Cambrensis, ab Anglis irrisorie Silvester vocatus, circa a. 1147, *ut ipse libro De rebus a se gestis ineunte dicit, in castello de Mainarpir sive Manorbeer non* procul ab oppido principali de Penbroc *natus est, iunior filiorum Willelmi de Barri, militis genere Normanni, ex coniuge secunda, scilicet* Angarath, filia Nestae, nobilis filiae Resi principis Sudwalliae. *Agnati ac fratres, ad labores belli impigri, inter illos fuerunt, qui primi in insula Hibernica dominia condebant. Giraldus, sanguine et paterno et materno exardescens, illis in armis sane non cessisset, nisi puer, iam scientiae amore incensus, a David avunculo, episcopo Menevensis ecclesiae Sancti Davidis cathedralis in Wallia, ut studio literarum se dederet, adductus fuisset. Cum tamen patria Wallensis, rudis et fere barbara, et libris et magistris omnino careret,* tres status annorum Parisius in liberalibus disciplinis fecit, *ubi tantam auctorum veterum notitiam acquivisit tantaque delectatione rei litterariae se dedit, ut ipse fecundo laetoque ingenio praeditus, illius aevi auctores omnes fere copia et amplitudine librorum editorum superaret. A.* 1172. *in Angliam reversus et mox ecclesiastica beneficia adeptus, a.* 1175. *a Ricardo archiepiscopo Cantuariensi legatus in Wallia constitutus, ut gentem decimas dandas pertinaciter denegantem in ditionem redigeret et clericorum mores corruptos corrigeret, archidiaconatum Brecheniensem (Brecknock) obtinuit. Paulo post m. Maio a.* 1176, *David episcopo defuncto, canonici Wallenses, sedi Sancti Davidis ius metropolitanum restituere atque hoc modo Anglorum iugum exuere vehementer desiderantes, inter alios inferiores Giraldum elegerunt, qui regi Henrico II. hac dignitate dignissimus praesentaretur. Sed rex, valde iratus et consilio archiepiscopi ipsius minime obtemperans, professus est:* non esse tutum, archidiaconum illum, quia Reso principi Suthwalliae et aliis fere cunctis Walliae maioribus sanguine propinquus erat, in cathedra Menevensi collocare, *Gesta I, c.* 10. *Petro de Laia igitur, priore conventus Wenelocensis, monacho ordinis Cluniacensis,* in camera regis, . . praecipiente more Anglicanae tyrannidis, *qui* super iure dignitatis ecclesiae Menevensis contra Cantuariensem non prosequendo sacramentum dedit, *episcopo constituto, Giraldus c. a.* 1177. se Parisius denuo studiis elegantioribus totis desideriis applicare curavit, *scilicet* imperialibus consuetudinibus *et* decretalibus, *de quibus etiam scholas ibi publicas habuit, Gesta II, c.* 1. 2. *Angustiis quidem impeditus, quominus Bononiam iret, circa a.* 1180. *in Angliam reversus, Petrum episcopum Menevensem acriter, verum frustra insectatus est, donec a.* 1184. *ab Henrico rege,* in Marchiae finibus ad Walliam pacificandam tunc agente, consilio magnatum suorum est vocatus, . . demum curiae sequela et clericus regis est effectus. *Sed quamquam* pluribus annis curiam sequendo fideliter serviebat et ad Walliam pacificandam et in pace tenendam

plurimum proficiebat, *tamen* nihil a rege praeter vacua veris promissa suscepit, *Gesta II, c.* 8. *Paschali tempore a.* 1185. *denique Henricus rex Iohanni filio in Hiberniam transmisso Giraldum socium seu tutorem adiunxit,* quia de primis expugnatoribus gentis illius magnum in Hibernia genus habebat, *c.* 10. *Qua in insula (quam, ut ipse in Expug. Hib., Opp. V, p.* 351, *refert, iam a.* 1183. *cum Philippo fratre adierat) per annum remanens, duos episcopatus ibidem, a Iohanne sibi oblatos, recusavit. In Walliam rediens, quaecumque inter Hibernos viderat ac de rebus et hominibus collegerat, in libris de Topographia et Expugnatione Hibernica sedulo descripsit, quorum primum vix absolutum, ut in Gestis II, c.* 16. *praedicat, a.* 1188. apud Oxoniam, ubi clerus in Anglia magis vigebat et clericatu praecellebat, tribus diebus recitavit. *Eodem anno ineunte Baldewino archiepiscopo in Walliam profecto, ut incolas cruce signaret eisque sub Anglis contra Saladinum militare persuaderet, opitulatus est, et* primus omnium . . . aliis exemplum praebens, . . crucem suscepit, *Gesta II, c.* 17. *Tota igitur terra natali perambulata, mox Itinerarium Kambriae literis mandare decrevit, cui paullo post Descriptio Kambriae adnexa est. A.* 1189. *archiepiscopum et Ranulfum de Glanvilla iusticiarium Angliae in Normanniam comitatus, Henrico rege defuncto, subito a Ricardo successore* ad servandam pacem in Walliae finibus missus, *incuria servi cuiusdam, priusquam mare transvectus est,* tabulas grandes, Itinerarium suum et laborem annuum nusquam adhuc alibi scriptum continentes, *quae libris scriptis cunctis hodie desunt, amisisse videtur, Gesta II, c.* 21. *Legati sedis apostolicae literis ab itinere Ierosolymitano liberatus, in Wallia commoratus est; ubi tamen episcopatus duos, Bangoriensem a Willelmo Eliensi et Landavensem a comite Iohanne, Ricardi I. absentis quasi vices gerentibus, oblatos, repudiavit. A.* 1194. *vel paullo post urbem Parisiorum rursus aditurus, sed bello inter reges Angliae et Franciae iterum exorto prohibitus, studii causa Lincolniae quiete longiore usus est (Gesta III, c.* 3) *et familiaritatem cum Waltero Mapo*[1] *eo fere tempore vel paullo ante contraxit. A.* 1198, *die* 16. *Iul. Petro episcopo Menevensi defuncto, denuo a canonicis S. David ecclesiae, quam solam sibi semper ambierat, episcopus electus est. Sed cum ei et Ricardus rex et Hubertus archiepiscopus acriter obstarent, neque Iohannes post fratris mortem rex Angliae coronatus, etsi saepe ei favisset, ut ecclesia Wallensis de potestate Anglica eximeretur, permittere vellet, Giraldus, ut familiares consuleret, in Hiberniam transvectus, deinde vero Angliam, Gallias, Alpes permigrans, circa festum sancti Andreae a.* 1199. *Romam intravit, supplex Innocentium III. aggressurus. Narrat in Gestis III, c.* 18, *se sex libros, quos* ipse studio suo compegerat, *pontifici Romano praesentasse,* dicens etiam inter caetera: 'Praesentant vobis alii libras, sed nos libros'. Libros autem illos papa, quia copiose literatus erat et literaturam dilexit, circa lectum suum indivisos per mensem fere secum tenuit et elegantia et sententiosa verba cardinalibus advenientibus ostentabat, deinde vero singulis cardinalibus singulos precario concessit. Gemmam autem sacerdotalem prae caeteris dilectam a se separari non permisit. *Nihilominus lite in curia annis fere quatuor pendente, Giraldus, qui hisce de rebus, de itineribus iteratis, de consuetudine cum pontifice habita in tractatu De iure et statu Menevensis ecclesiae postea prolixe disseruit, mense Maio a.* 1200. *ab Innocentio administrator quidem episcopatus Menevensis tam in tempo-*

1) Exp. Hibern. versus finem, Opp. V, p. 410, *W. Mapus Oxoniensis archidiaconus* laudatur, quod officium a. 1197. adeptus est; cf. supra p. 62.

ralibus quam in spiritualibus constitutus, in Angliam rediit; sed a. 1201. *secundo Romam profectus et, a.* 1202. *fere integro in placitis variis coram delegatis iudicibus exacto, die* 4. *Ian.* 1203. *Urbem tertia vice ingressus est. At die* 15. *Aprilis sententia adversa coram pontifice lata, mense Augusto in patriam reversus est, ubi, die* 10. *Nov. Gaufredo priore Lanthoniensi, quem Hubertus archiepiscopus ab initio designaverat, episcopo Menevensi creato, litem ulterius prosequi destitit. Paullo post archidiaconatu Brecheniensi Willelmo nepoti cuidam resignato, per annos fere septemdecim quasi in occulto, sed commode et diligenter in libros scribendos et rescribendos usque ad diem supremum circa a.* 1220. *incumbebat.*

Operum igitur Giraldi multorum, variorum, res gestas sui vel temporis ante acti insolito more referentium, series haec fuisse videtur. Primo (si versus excipis, quos iuvenis composuit) circa a. 1187. post biennalem lucubrationem Topographiam Hibernicam *delineavit et a.* 1188. Expugnationem Hibernicam Pictaviensi comiti Ricardo *inscripsit (cf. Opp. VI, p.* 7. 155*).* Itinerarium *et* Descriptionem Kambriae *iam a.* 1188. *composuit (unde in Itinerario I, c.* 12. *II, c.* 1, *in Exp. Hib., II, c.* 7, *in Topogr. Hib., in Descriptionis praef. I. iam utrumque opus laudatur), sed longum post tempus circa a.* 1214. *Stephano archiepiscopo Cantuariensi inscripsit. A.* 1193. *Vitam Galfridi archiepiscopi Eboracensis, filii nothi Henrici regis, a. circiter* 1197. Gemmam ecclesiasticam, *Innocentio pontifici traditam, scripsit. Quibus annis sanctorum Davidis Menevensis aliorumque vitas confecerit, haud satis constat. Primam Vitae Remigii Lincolniensis recensionem Lincolniae, ut videtur, scripsit, alteram una cum supplementis ac Vita sancti Hugonis Lincolniensis in volumine bipartito a.* 1214. *fere Stephano archiepiscopo dedicavit.* Symbolum electorum, *quo epistolas et epigrammata iam prius composita collegit*, Speculum duorum commonitorium et consolatorium *hodie perditum, libri* De Invectionibus, *quibus Hubertum archiepiscopum praecipue impugnavit, et* De rebus a se gestis inter ultimos fere labores *editi sunt.* Dialogus de iure et statu Menevensis ecclesiae, *quem etiam Stephano praesuli obtulit, ubi multa de se ipso sedem illam episcopalem contumaciter ambiente narravit, haud ante a.* 1216. *compositus esse potest. Postremo* Speculum ecclesiae, *monachos in primis Cistercienses impugnans et* Distinctiones tres de principis instructione *absolvit*[1].

Iam de tractatu, quem De principis instructione *Giraldus inscripsit, uberius dicamus, quippe qui plurimum in nostrum usum expediat. Non dubitandum est, quin auctor, qui Henricum regem filiosque bene noverat atque ortu et animo ipse Wallensis, acerbe oderat, quaecumque in curiis eorum vidisset et audivisset iudicio infesto concepta iam mature notare coeperit, sed cautus, ne quae scripserat praepropere in publicum emitteret — recensione prima tractatus, si quando exstitit, hodie deperdita — opus demum extremis vitae annis perfecerit. Hunc librum, quo virtutes boni principis exemplis adversis demonstrare valeret, prae omnibus Giraldum multos per annos in manibus habuisse, ex ceteris eiusdem libris satis apparet. V. Itiner. Kambr. praef. Opp. VI, p.* 8*:* libellum tibi De principis instructione promitto, *scilicet Stephano archiepiscopo; ibid. p.* 53*:* sicut in libro De principis instructione, Deo duce, propalabimus *(duo codices:* propalavimus); *ibid. p.* 66*:* sicut in libro De principis instructione, Deo propitiante, plenius ostendetur; *Descr. Kambr. Opp. VI, p.* 158*:* cum libello De

1) A quibusdam noster confunditur cum Girardo Cornubiensi; de cuius scriptis cf. Hardy 'Descr. Catalogue' III, p. 51. et Suchier in 'Literar. Centralblatt' 1878, Aug. 17.

principis instructione toties promisso; *De iure et statu Men. eccl., Opp. III, p.* 334, *ubi librorum suorum catalogum inserit:* Item et librum De principis instructione toties promissum, fere inter primos inchoatum, inter ultimos autem propalatum, diu nempe clausum et quasi sopitum, quando tutum prodire in publicum posset, tempora longa praestolatum; *cf. etiam Catal. breviorem librorum suorum Opp. I, p.* 423. *et Epist. capitulo Herefordensi directam, ap. Wharton, Anglia Sacra II, p.* 442. *Giraldus saepius sententias vel capita a libris suis iam prius completis ad verbum paene mutuatus est, velut Dist. III,* 5. 15. 30. *exempli gratia cum Exp. Hib. II,* 28. 29. 31. *congruunt. Fontibus et genuinis et spuriis vel fictis, imprimis Hugonis Floriacensis Chronico, Einhardi, quem (Rad. Dicetensem a.* 814. *secutus) semper Alquinum dicit, Vita Karoli, Radulfo de Diceto, in Dist. II, c.* 12. *Itinerario Kambr. I, c.* 6. *et Exp. Hib. I, c.* 39. *usus est. In Dist. III, c.* 17—21. *epistolas Friderici I. et Saladini et quae de imperatoris expeditione et morte narrantur ex Itinerarii Ricardi regis recensione A deprompsit, coarctavit, ampliavit; cf. supra p.* 199, *n.* 1. *Plurima de rebus Anglorum, Scotorum, Francorum, Flandrensium, Hannonensium, aliorum, de imperio et curia Romana (sed haud semper fide dignissima, cum fabulas et historiolas lepidas nimias intermiscuerit) ipse aut praesens aut saltem aequalis, cum Galliam, Burgundiam, Italiam saepe peragraret, observavit et in schedas retulit. Erat insuper, quod non omittendum est, linguarum variarum atque etiam scientiae etymologicae peritus et rerum naturalium geographicarumque indagator perattentus.*

Praemisi igitur quodcumque in tractatu De principis instructione ad Germanos spectare videtur. Asservatur in codice Cottoniano *Iulius B. XIII, saec. XIII. vel XIV. ineunte negligentissime exarato, ex quo editores SS. rer. Gall. XVIII, p.* 121—163. *multa primi sumpserunt. Edidit, multis omissis distinctionis prioris de moribus tantum praeceptis, v. d. J. S. Brewer Angliae Christianae associatae sumptibus a.* 1846. *Nuperrime editionem istam cum libro scripto denuo contulit nonnullaque insuper extraxit F. Liebermann socius (v. 'N. Archiv' IV, p.* 18). *Nonnulla, quae ceteris quibusdam Giraldi operibus excerpsi, ut appendicem subiunxi.*

Topographiam et Expugnationem Hibernicam, iam a Camdenio inter Anglica, Normannica, Hibernica et Cambrica a. 1603. *editas, nuper v. d. J. F. Dimock, Giraldi Cambrensis Opp. t. V. inter Rer. Brit. medii aevi SS. denuo accurate recensuit. Luculenter enim causas exposuit, quibus motus codices utriusque libri, quorum plurimos et praestantiores diligentissime investigavit, recensionibus tribus vel quatuor, ab auctore ipso continuo alia addente alia immutante institutis, distribuerit. Utrumque opus quoad res nostras illustrat cum codice quondam Sancti Augustini Cantuariensis, iam* Musei Britannici Regio 13 *B. VIII, c. a.* 1200. *nitide et accurate scripto pulchrisque imaginibus exornato, contulit F. Liebermann socius. Itinerarium Kambriae, iam a.* 1585. *Londinii excussum atque iterum cum Descriptione Kambriae a Camdenio a.* 1603, *librum Descriptionis secundum ap. Wharton II, p.* 447. *editum denuo idem v. d. J. F. Dimock Opp. t. VI. recensuit, libris scriptis adhibitis docens, auctorem Itinerarium ter, Descriptionem bis retractasse, utriusque libri postremam recensionem Stephano archiepiscopo obtulisse. Eidem viro docto sancti Remigii et sancti Hugonis vitarum, quarum primam Wharton, Anglia Sacra II,* 408, *publici iuris fecit, editiones eximias Opp. t. VII. debemus, quas, Dimock mortuo, amicus E. A. Freeman absolvit.*

Cetera opuscula fere omnia v. d. J. S. Brewer, quem etiam praematura morte abreptum lugemus, magno auctoris comis facilisque studio ductus, repetivit, videlicet Galfridi archiepiscopi Eboracensis Vitam e codice unico Coll. Corp. Christi Cantabrig. 190, saec. XIII, editione Whartonii assumpta, Opp. IV, p. 355; Gemmam ecclesiasticam, qua auctor absens clericos et officiales archidiaconatus sui instruere animo intendebat, numquam antea luci datam, e codice bibliothecae Lambethianae insigni, forsitan eodem, quem Innocentius III. Giraldo reddere cunctatus est, Opp. II; libros De rebus a se gestis, qui exstant in codice Cottoniano Tiber. B. XIII, saec. XIV, in fine detruncato — libri enim III. capitula 20—238, quorum tituli supersunt, desiderantur — post Whartonium (Anglia Sacra II, p. 457) Opp. I; Invectionum, in codice Vaticano Christinae reginae 470. inventarum et a v. d. C. J. Greith episcopo Sangallensi pro Monumentis historicis Britannicis ('Record Commission') transcriptarum, libros V. et VI. Opp. I, p. 133, libros I—IV. Opp. III; Symbolum electorum, e variis codicibus collectum, Opp. I, p. 197; Dialogum de iure et statu Menevensis ecclesiae e codicibus Cotton. Domitian. I. et Vitell. E. V, negligenter exaratis, quibus Wharton obiter usus est, Opp. III, p. 99; Speculum ecclesiae e codice Cotton. Tiber. B. XIII, multis locis praviter mutilato, quem Wharton II, p. 373. excerpsit, Opp. IV, p. 1.

Quae ex his operibus selegimus magnam partem cum codicibus iterum contulit F. Liebermann, ut infra suo loco notatum est.

Scribebam Gottingae m. Mart. 1881. *R. P.*

E LIBRO DE INSTRUCTIONE PRINCIPIS.

. . . .

Quam sint autem principibus appetibilia litterarum noticia liberaliaque studia, principum electorum exempla docent et ad hoc invitant[a] evidentissima, qui quanto litteratiores erant et eruditiores, tanto in rebus bellicis animosiores extiterant et strenuiores: veluti Macedonum dux Alexander egregius, Romanorum Cesar Iulius necnon et nepos eiusdem Augustus Octovianus, qui liberalibus studiis, presertim eloquencie in tantum incumbens[b], ut nullus neque in procinctu laberetur dies, quin legeret, scriberet, dictaret, et — ut ad propria respiciamus nostris diebus tempora longe[c] propinquiora — Francorum rex et Alemannorum Karolus Magnus, qui quidem, Alquino[1] testante, non solum iuvenibus annis inter arma marcia et imperialia negocia tanta, vero et in ipso senio dictum Alquinum precipuum preceptorem habens et eruditorem, libris et litteris animum applicare non cessabat, quicquid temporis arduis rebus agendis supererat id totum studio donans. Laus itaque virens et convenientia dicens, quod regni princeps, quo pre ceteris regnis[d] milicia viget utraque, tam armata quam togata, tam marcia scilicet quam litterata, studio floreat et precellat utroque. Illud quoque dignum est nota, quod philosophie milicieque se comitare semper studia solent, sicut in Grecia sub Macedone, sicut sub Cesaribus Rome, sicut et olim in Francia sub Pipinis, Karolis et sub eorumdem usque in hodiernum regia prole. . . . . . .

Ex Distinctione I.

Urbs Romulea primo per reges, deinde per consules, demum regi statuit [per[e]] dicta- fol. 49, col. 1.
tores; imperiale nimirum tam nomen quam omen sola sibi usurpavit ambicio. Numquam tamen Romana res publica per consortes in tantam excrevit amplitudinis gloriam sicut per unicam imperatorie moderacionis potestatem. . . . . . .

Citeriora quoque circa tempora longeque diebus nostris propinquiora Karolus Magnus, fol. 67a, col. 1.
qui et novissimorum principum maximus extiterat, litterarum similiter studiis laudabiliter

a) invitavit *c.* b) incumbebat *ed. Brewer.* c) longeque *ed. Br.* d) *deest Br.* e) *deest c.*

1) Rad. Dicet. Sigebertum secutus habet a. 814: (Karoli) *vitam Alcuinus (Einardus* Sig.*) descripsit.*

Einh. V c. 24. addictus fuerat, qui inter universa theologie volumina[a] Augustinum[1] de civitate Dei legitur legisse libencius et audisse. Preceptorem habebat hic virum eruditissimum de borealibus Maioris Britannie finibus oriundum, quem secum assidue, ne ullo tempore correctore careret, circumducebat, scilicet Alquinum; de quo legitur, quod, cum ad cenam aliquando coram rege sederet, mensa solum interposita, rex inter edendum hec illi, resolutus in iocum, ludicro dixerit: 'Quid distat inter Scotum et sotum'? — vocabulorum alludens annominacionem; cui Alquinus tale facetum quidem et eodem scemate, periculosum tum exasperans, nisi mansuetudinem principis nosset, responsum dedit: 'Tabula tantum'[2]. . . . . . .

fol. 83b Porro quoniam circiter hos dies Karolus rex Francorum a Leone papa, Rome execato
Hug. Flor. et ab Urbe eiecto, tandem tamen ad sedem suam per Karolum revocato, qui primo patricius
800 factus fuerat, iam [in[b]] imperatorem et augustum coronatus est et sublimatus, ad Francos et Germanos translato sic Romano feliciter imperio. . . . . . .

fol. 98. Translato[3] ad Franchos occidentali et Rome veteris imperio, ad ipsorum strenuitatem
Hug. Flor. pariter et devocionem stilum vertemus et a Karolo, Pippini filio, qui auctoritate Romani pontificis Zacharie ex prefecto palacii rex Francorum fuerat institutus, incipiemus. Ut igitur a Karoli Francorum regis, qui et Romanorum primo factus est advocatus, deinde patricius, demum vero imperator et augustus, forcia gesta depromenda enucleacius accedamus, de situ Gallie ortuque et progressu regum, qui primo Sicambri, deinde Franci sunt vocati, Alquini vestigia, doctoris Karoli, expresse sequentes[4], ordiemur. Gallie situs ad orientalem plagam confinia sui et Italie iuga moncium habet, ad meridiem vero fretum Mediterraneum, provinciam preterfluens Narbonensem, porro ad occiduum Hispanias et occeanum quod Gallicum sive Britannicum dicitur. Inde vero septentrionem versus protenditur usque ad Reni fluenta, qui supradictis Iovinis Alpibus Galliam dividit a Germanis. Hiisque Gallia limitibus sic circumcincta refertur; et cetera, sicut Alquini descripcio manifeste declarat. . . . . . .

fol. 98b. Qualiter autem quater[c] Romam profectus est, et qualiter ultima vice propter Leonem papam multis affectum iniuriis, etiam oculis sibi[d] erutis et lingua amputata, vindicandum et in sede locandum Romam venit et propter reformandum, qui nimis conturbatus, ecclesie statum per totum tempus hyemale moram ibidem fecit, ubi et tunc demum imperatoris et augusti nomen accepit; qualiter etiam ante decessum suum et quam catholice testamentum suum condidit et thesauros suos et gazas per ecclesias regni et imperii sui et monasteria pariter et senodochia necnon et elemosinarum multipharie largicionem nobili distribucione divisit; que eciam signa, quot et quanta, tam manifesta quoque et quam admiranda mortem tanti principis precesserant et prenunciaverant, qui singula plenius scire voluerit, ad Alquini scripta[5] recurrat.

Nunc autem de Lodowico, Karoli regis filio, de quo et prius pauca prelibavimus, ple-
Hug. Flor. nius dicemus. Lodowicus . . . Karolus vero Pius, qui et Davus est agnominatus, Franciam
875. Burgundiam et Britanniam optinuit solus. Nec longe post Romani quoque[e] imperii culmen est adeptus. Sed et Francorum, ut dictum est, ultimus[6] regnum simul et imperium obtinuit, celsitudine postmodum imperiali ad Baioarios translata. . . . . . .

f. 108b 11. . . . Lodowici, patris scilicet regis Philippi, sub quo Normannorum in Neustria evanuit gloria, gesta quedam memoratu digna recolemus. . . . Ante obitum suum[7], quid futurum postea per heredem suum fuerat, evidenter ei per visionem ostensum fuit[f]. Videbatur enim sibi videre, collectis in presencia sua tam Anglorum rege quam baronibus regni Francie maioribus cunctis, filium et heredem suum Philippum procedentem in medium et baronibus per ordinem, qui iura corone sue detinebant, humanum sanguinem in cipho aureo propinantem, . . . per comitem Flandrie Philippum consequenter transeundo, poculum
1180 usque ad Anglorum denique regem Henricum producentem. . . . Defuncto in brevi patre, singulos seriatim invasit et iura corone . . . revocavit; . . . sicut in subscripta libri distinctione tertia plane poterit inveniri. . . . . . .

a) volumine *c.* b) *deest c.* c) quaternum *c.* d) *postea insertum c.* e) quorum *c.* f) *deest Br.*

1) V. Giraldi epist. 15, Opp. I, p. 243: *Quid denique nostro Carolo? . . . Qui etiam, Alcuino testante, inter universas theologicas scripturas Augustini opera et inter ea librum 'De civitate Dei' longe libentius et diligentius audiebat.* 2) Fere eadem Will. Malmesb. G. pontif. § 240. et qui eum sequuntur (cf. supra p. 138) de Carolo Calvo et Iohanne Erigena tradunt. 3) Cf. Rad. Dicet. a. 801. 4) Haec neque apud Alcuinum neque apud Einhardum ita leguntur; cf. Gervasium Tilberiensem supra p. 374. 5) i. e. Einhardi Vitam. 6) Karoli II. et III. confunduntur. 7) Ludovicus VII. obiit a. 1180.

19. De principalium nominum expositione. . . . Dictus erat[1] et augustus ab augendo rem publicam. Non enim circa propria seu familiaria, sed circa publica commoda sollicitari debet in commune bonum[a], nec sibi, sed toti natum[b] se credere mundo. . . . . .

Ex Distinctione II.

1. . . . Nec solum ad Francorum, simplicis ac sancti viri Ludovici regis[2] abutens comoditate, verum eciam ad Romanum[c] imperium, occasione werre diutine et inexorabilis discordie inter imperatorem Frethericum et suos oborte, tam ab Ytalia tota quam urbe Romulea sepius invitatus, comparata quidem sibi ad hoc Moriane vallis et Alpium via, sed 1173. non efficaciter obtenta, animositate sua ambitum extendit[3]. Solet quippe, quoniam ex habundancia cordis os loquitur, animosum pariter et ambiciosum coram privatis suis nonnumquam verbum emittere: cf. Matth. 12,34. totum videlicet mundum uni probo potentique viro parum esse. Adeo siquidem per universum orbem nominis eius fama celebris extiterat, ut ipsa pre cunctis terre regibus ac principibus et fidelibus ad gloriam fuerit et gentilibus ad terrorem. Cuncti quoque terrarum principes, tam christiani quam gentiles, et sicut Almannicus[d] Frethericus et Manuel Grecus, sic Noradinus suo tempore et post Saladinus[e], et sicut Asye sic et Europe, Hispanie videlicet, tam fidei domestici quam infideles, eundem exeniis[f] et nunciis crebris honorare consueverunt et visitare.

2. De magnorum virorum isto regnante in Angliam adventibus. Confluxerunt[g] in Angliam isto regnante et ob eius maxime sublimitatis honorem de diversarum terrarum finibus viri preter solitum magni et magnifici multi. De Germanie regno preter comites et marchiones quam plurimos archiepiscopi Colonienses duo, animosus ille Reginaldus[4] et vir inclitus postea Godefridus[5], iste peregrinacionis obtentu, ille legacionis. 1165. De Francia vero preter alios tam comes Druensis, Ludovici regis frater Robertus, quam Blesensis Theobaldus et Theobaldi frater, archipresul primo Senonensis Willielmus[6], Phi- 1184. 1178. lippi Francorum regis avunculus et regi Henrico consanguinitate propinquus, famosus quoque et palatinus comes ille Flandrie tocius[h] Philippus, regis Henrici ex amita[7] consobrinus. 1184. Ad cumulum autem honoris tam regis quam regni tocius nobilis ille peregrinus Francorum rex, transmerso[i] Gallici maris brachio, Ludovicus advenit et ad martiris egregii tumbam Thome Cantuariensis humilis ac devotus accessit, et preter legatos Romanos et cardinalem[8] 1179. Hugucionem Petri Leonis et alios demum patriarcha Ierosolimitanus Eracleus, de cuius ad- 1185. ventu post dicetur. Reges Hispanie, Castelle[9] scilicet et Navarie[10], ad sedandas inimicicias[k] et discordias graves super terris quibusdam et castellis inter ipsos olim exortas, missis[l] in Angliam magnis iuris[m] peritis et advocatis, iudicium curie regis istius, in quem compro- 1177. miserant, reportarunt.

Tres filias suas, quas de nobili Alienora regina susceperat, ad tres Europe partes oppositas destinavit: Saxoniam primam et primevam Henrico duci Saxonum, Hispaniam secundam[11] et sequentem regi Toletano et Castelle Aufulso[9], Siciliam terciam et natu minorem Willielmo Siculorum regi, matrimonio copulandas. . . . . .

15. Littere concordiam regis Henrici cum Philippo rege protestantes. 1182. *Henricus Dei gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie, dilecto et fideli suo Ranulfo*[n] *de Glaunvilla*[12] *salutem. Quanto personam nostram Redemptor benignus respicere actusque nostros per misericordiam suam felicius dirigere dignatus est, tanto maiori devocione eius preconiis insistere eiusque preceptis obedire debemus. Noverit igitur dileccionis tue sinceritas, nos, gratia sancti Spiritus cooperante, licet nonnulli, quos nobis benevolos et familiares esse speravimus, in hac parte plurimum nobis adversantur, pacem firmam et honorabilem ad securitatem nostram et liberorum nostrorum cum domino rege Francorum et comite Flandrensi atque cum aliis adversariis nostris de partibus illis omnino ad voluntatem*[o]

a) bonus *c.* b) natura *c.* c) Romanorum *Br.* d) Alem. *Br.* e) Psaladinus *c.* f) exenuis *c.* g) Conflixerunt *c.* h) *deest Br.* i) *sic c.*; *fort. pro* transmeato; transverso *Br.* k) inimicias *c.* l) missos *c.* m) viris *c.*; viris magnis iurisperitis *Br.* n) Ricardo *c.* o) voluptatem *Br.*

1) Octavianus. 2) Ludovici VII. 3) Scil. Henricus II. rex Angliae. 4) A. 1165; v. Rad. Dic. supra p. 263. 5) Minime, sed Philippus a. 1184; v. Rad. Dic. supra p. 273. 6) A. 1178, sed tunc Remensis archiepiscopus. 7) Sibylla comitissa Andegavensi. 8) Diac. S. Angeli, a. 1175. 9) Alfonsus VIII. 10) Sancius. 11) Eleonoram. 12) Iusticiario Angliae et auctori tractatus de legibus Angliae.

1182. *et dispositionem nostram fecisse, quam, sicut nobis et familiaribus nostris videtur, per immensam clementiam Dei ad honorem nostri et securitatem sumus assecuti, ita quod omnes, qui dominio regni Francorum subiecti sunt, Dominus noster sua miseratione nobis pro beneplacito nostro reconciliavit glorieque nostre et exaltationi ac honoris nostri incremento plurimum adiecit*[1]. *Ad hec eciam successibus nostris accessisse cognoscas, nos dominam reginam Francie*[2] *et dominum Remensem archiepiscopum*[3] *et ducem Burgundie*[4] *et comitem Theobaldum*[5] *et comitem de Lato*[6] *et Reginaldum Merunensem pro voluntate et dispositione nostra ad nostrum eorumque omnium honorem et commoditatem domino regi Francie et comiti*[a] *Flandrensi et comiti*[b] *Hanuensi*[7] *feliciter reconciliasse. Noveris eciam, quod tam filii quam et homines nostri ad voluntatem nostram se habent, operibus nostris universis per gratiam [Dei*[c]*] procedentibus. Quod autem in nostro sedeat proposito, tibi quam cicius poterimus significabimus. Tu igitur nostris interim, sicut de te confidimus, negociis cum omni diligentia*[d] *intendere non cesses. Teste magistro Galtero de Constantiis archidiacono Oxenfordie*[8]*, apud Gisortium*[9].

16. Littere pacem et concordiam inter regem Francie et comitem Flandrie per regem Henricum factam protestantes. Idem rex Henricus *dilecto*
April. 4. *et fideli suo Ranulfo de Glaunvilla salutem. Scias, quod die clausi pasche inter Gelberacum et Curtiacum*[10]*, habito ibi colloquio, Dei gratia constituta est pax et concordia, plurimum interveniente opera et sollicitudine nostra, inter dominum regem Francie et comitem Flandrie et eos qui comiti adheserant, ita quod ipso die affidata fuit utrobique tenenda, sicut prolocuta fuit. Et ego insuper in manum cepi ad efficiendum, ut secundum quod divisa est procedat. Forma autem pacis talis est: Comes siquidem Flandrie et complices sui redire debent in homagium et ligianciam et servicium et fidelitatem domini regis Francie, sicut erant, antequam guerra inciperet. Et illi qui dissaisiti erant per guerram talem saisinam habebunt de terris suis, qualem habebant*
15. *die antequam guerram inciperent*[e]. *Et omnes qui capti erant ex utraque parte liberati et quieti erunt, excepto eo, quod redemptio, que data est, non restituetur nec reddenda persolvetur. Super comitatu vero de Perun et de Veromandia*[f] *res ita se habet, quod comes Flandrie publice recognovit, quod nil iuris sibi vendicat in terra illa de Veromandia nisi tantummodo vadium et suppositionem, quam misit in emendationem terre illius. Preterea comes Flandrie reddidit domino regi Francie Pitrefontam*[11]*, et rex idem castrum reddidit episcopo de Saissuns*[g.12]*, et episcopus domine Agathe*[13] *quod eam hereditarie contingat exhibebit. Comes vero Claremontensis*[h.14] *et Radulfus de Curtiaco*[15] *sunt ex toto in manu domini regis Francie liberi et quieti a comite Flandrie ex hiis que de ipso tenebant de feodo comitatus Viromandie. Quia vero dux Burgundie et comitissa de Campania*[16] *et qui eis adheserant non interfuerunt paci pre-*
April. 11. *dicte faciende, oportet, ut ego ad pacem consummandam sim*[i] *proxima dominica post clausum pasche inter Silvanectis*[k] *et Crespi in Valeis, quo ipsi advenient, ut quod de pacis consummatione restat ibi perficiatur, quatinus firma et stabilis permaneat. . . . . . .*

26. De verbis et monitis illius qui scripsit hec regi Henrico dictis in hoc casu eiusque responsis. Contigit interea, rege silvestri indulgente venacioni, cuius studio nimia delectari frequentia consueverat, cum apud Clarendun[17], id est Cla-
1184 rum-Montem, saltibus feras exire[l] pararet, genero suo Henrico Saxonum duce tunc forte cum ipso ibidem existente, [ut[c]] ille qui scripsit hec regem super adventu patriarche[18], multis audientibus, in huiuscemodi verba convenerit[m]: . . . . . .

a) comitis *c.* b) comitem *c.* c) *deest c.* d) et *add. c.* e) inciperet *c.* f) Vrrnandia *c.* g) Saissuas *c.* h) Glaremont. *c.* i) si in *c.* k) Silvavertis *c.* l) excitare *corr. Br.* m) convenit *c.*

1) De hac pace Silvanectensi cf. Gesta Henr. supra p. 103. et epist. sq. 2) Aliciam, viduam Ludovici VII. 3) Willelmum, prius Senonensem. 4) Hugonem III. 5) Blesensem. 6) Hunc locum valde corruptum, editores SS. rer. Gall. et Franc. vol. XVIII, p. 133. ita restituerunt: *ducem Burgundiae et comitem Radulphum Claromontensem, Radulphum de Coci pro voluntate* etc. Sed fortasse nihil nisi *Sacro-Caesaris* pro *Lato* et *Nivernensem* pro *Merunensem* emendandum est. — *Rainaldus de Nivernis, Theobaldus comes Blesensis, Stephanus comes frater eius,* scil. de Sancerre, occurrunt apud Gisleb. Hanon., SS. XXI, p. 579. 7) Balduino V. a. 1171—1195. 8) Qui Iul. 3. a. 1183. episcopus Lincolniensis consecratus est. 9) Gisors sur Epte (Seine-inférieure). 10) Apud Gerberoam, Gisleb. Hanon., SS. XXI, p. 536; v. quod ibidem v. d. W. Arndt de locis adnotavit. 11) Pierrefonds a Soissons ad orientem. 12) Neveloni. 13) Uxori comitis Suessionensis; v. Gisleb. p. 527. 528. 14) Radulfus. 15) i. e. Cociaco. 16) Maria. 17) De Henrico Leone in Anglia commorato egi 'Göttinger Nachrichten' 1880, p. 145. 18) Hierosolymitani Heraclii.

30. Notabiles in Anglia nostri temporis eventus[1]. . . . Reginaldi Colo- 1165. niensis episcopi[a] et imperatoris cancellarii ab imperatore Fretherico ad Anglorum regem transmissio[b], qui inter nepotem imperatoris, Henricum scilicet tam Saxonie ducem quam Baioarie[c] et primevam regis filiam Matillidem matrimonii contrahendi suasor efficax factus est et persuasor; cismatis quoque, quo tunc Alemannica exorbitabatur[d] ecclesia, factus incentor, non[e] obtentor. Contra Petri tamen cathedram Cantuarieque presulem[2] non longe post regio edicto publica per regnum peieracio. Nec mora, nuncii ducis, tam comes scilicet Guncellinus[3] quam alii prepotentes Saxonie viri, propter filiam regis in Angliam venerunt. . . . . . 1168.

Adventus Lodovici Francorum regis in Angliam, qui Cantuariam peregre profectus, . . . 1179. ut peregrinationis sue memoriam perpetua largicione muniret, astantibus rege[f] Anglorum Henrico, Flandrensium comite Philippo[g] necnon et loci eiusdem tam archipresule[4] quam conventus priore[5] cum aliis viris magnis, Cantuariensi cenobio centum vini modios annuatim impendit[6]. . . . . . .

Adventus Coloniensis[h] archiepiscopi Godefridi[7], cum Philippo Flandrensium comite 1184. Cantuariam peregre profecti. . . . . . .

Ex Distinctione III.

2. De terrarum a Philippo, Lodovici filio, iuxta patris supplicationem et visam inde prius visionem tam erga Blesenses et comitem Flandrie Philippum quam erga regem Henricum revocatione. Inprimis itaque post patris obitum, Philippi Flandrensium comitis precipue fultus auxilio — puta 1180. cuius neptem[8] ex sorore[9], filiam videlicet comitis de Henou[10], patre adhuc superstite et id procurante, in uxorem duxerat — proprios avunculos et matrem reginam, ducem quoque Burgundie, cognatum suum, totumque genus illud de Bleys, Flandrensibus infestum olim et exosum, armis impeciit, inprimis duci Burgundie Alexandro[11] consanguineo suo castella plurima, regine Ale[i], matri sue, dotalicium suum totum et propter nuptias donationem, comiti Theobaldo[12] Francie tocius seneschalliam aliisque munitiones et terras amplas auferendo. Cum autem comes Philippus, seneschallia Francie, quam ab uxoris[13] parte a[k] Viromannia oriunde adeptam comiti Theobaldo sub se quasi vicario iure concesserat, ad manum revocata, iam seneschallus per se — immo plus quam rex occupavit; ad cuius quippe nutum a rege cuncta fiebant — aliquamdiu fuerit, quoniam cor ante ruinam exaltari solet, comitissa cf. Prov. 16,8. Flandrie, filia scilicet Radulfi comitis de Perrona, per quam comitatui Flandrie Viromanniam viriliter adiecerat et ditionem suam in Franciam procul extenderat, subito casu et inopinato citra heredis solacium in fata descessit. Quod audientes avunculi regis et stirps Blesensis, 1182. idonea tam talionis et vindicte occasione captata, ad regem accesserunt, ius suum in Viromannia eidem, extinctis heredibus, aperientes[l], et, ut tantum honorem ad manus eius de iure devolutum, Anglorum regis Henrici fultus auxilio, ab iniusto detentore revocaret suoque dominio et mense regali potenter adiceret, persuadentes. Rex autem, quamquam etate puer, mente maturior et consilio, gratiaque precipue desuper adiutus, honoris sui et emolumenti monita non respuens, Anglorum regem tamquam pro patre suscepit eiusque in hoc articulo se consiliis ex toto submisit; unde et ad eius nutum inprimis seneschalliam iterum comiti Theobaldo et matri sue regine dotalicium suum integre restituit. Missis igitur regiis ad comitem nunciis, qui ius ipsius in Viromannia, mortuis heredibus, protestantes, ut comitatum cum castellis omnibus et municipiis sibi resignaret, preciperent aut despicatas eidem, nisi hoc fecerit, inimicicias designarent, tale a comite superbia pleno et indignatione datum est responsum: quod non solum ex parte comitisse ipsi ius[m] in terra illa contigerat, sed et patri suo comiti Terrico fuerat pro maxima peccunia patri comitisse olim mutuo concessa et in pignus data, et proinde hanc ei terram, nisi peccunia prius reddita et suppositione, cuius summam pro voluntate fecerat immensam, non relinqueret. Comes

a) archiepiscopi *Br. et ita Exp. Hib.* b) transmisso *c.* c) *ita Exp. Hib.*; Baluarie *c.*; Bavarie *Br.* d) exortabatur *c.* e) nec *Exp. Hib.* f) Anglorum rege et Flandrensium comite *Exp. Hib.* g) Philippi *c.* h) Golon. *c.* i) Adele *Br.* k) de *Br.* l) opperientes *c.* m) com. ipsum *c.*; *corr. Br.*

1) Iidem prorsus in Expug. Hibernica II, c. 31, Opp. V, p. 374, enumerantur. 2) Thomam. 3) Sine dubio comes Suerinensis, cuius rei nec Helmoldus, SS. XXI, p. 95, nec Annales Egmundani, SS. XVI, p. 466, mentionem faciunt. 4) Ricardo. 5) Alano; de quo v. inter scriptores Vitae S. Thomae supra p. 17. 6) V. Gervasium Cantuar. ed. Stubbs I, p. 293. 7) Immo Philippi de Heinsberg. 8) Isabellam. 9) Margareta. 10) Balduini V. 11) Minime, sed Hugoni III. 12) Scil. Blesensi. 13) Isabellae.

autem, ex contingentibus nichil omittens et tamen amittens, ad Anglorum regem Henricum, consobrinum suum, nuncios cum litteris suis direxit, rogans, movens[a] et supplicans, quatinus eum in hoc negotio tamquam sanguine tam propinquum contra[b] regem Francie iuvare non postponeret, offerens ei et sacramenta et securitates omnes necnon et obsides bonos, quod in cunctis agendis suis contra regem eundem de cetero cum ipso fideliter staret, multis in hunc modum suadens verbis, sed, quia genus illud se numquam invicem dilexit, immo, quanto sanguine fuerint proximiores, tanto in necessitatis articulo se semper reddunt 1183. deteriores, non persuadens. Convocatis igitur ad urbem Ambianensem exercitibus utrimque magnis, et rege Anglorum iuniore ad Francorum regem cum grandi et valida militum manu a patre transmisso, tandem citra martios[c] conflictus, proceribus Flandrie contra regem[d] Francorum ob fidelitatem et liganciam ei exhibitam congredi recusantibus, pace reformata, terribili 1185. cunctis Francie proceribus exemplo comitatu Viromannie privatus est comes et humiliatus[1].

1187. Anno vero sequente, postquam inter regem et comitem Flandrie pax reformata fuerat et confirmata[e], toto iam Francorum regno preter terras Anglorum regis ad libitum regis Francie complanato et fortunate redacto, suggestione Philippi comitis Flandrie, vindicis animi veneno infecti, Francorum rex in Henricum Anglorum regem arma sumere et Alverniam viriliter vendicare decrevit. . . . . . .

5. . . . Sicut autem ad comitis[2] exemplum reges, sic ad regum exemplar Romanus imperator Fretherícus necnon et ad monita venerabilis Albanensis episcopi et Romane[f] ecclesie cardinalis[3], illo cooperante, a quo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt 1188. Mart. 27. opera, ad *Laetare Ierusalem* in curia illa magna, quam curiam [Ihesu[g] Christi] vocavit, in nobili urbe Moguntina cum maioribus regni Teutonici ordinis utriusque viris crucem magnifice suscepit[4]. Sic itaque per universos propemodum Europe fines ad principum exemplum orbe composito, adeo Salvatoris iniuria singulorum animis alcius insedit, ut in quolibet hominum conventu respectu signatorum paucos videris non signatos. . . . . . .

6. Hanc autem perturbationem tantam et mundi commotionem philosophi nostri temporis et astronomici tam Toletani[h] similiter quoque et Appuli necnon et alii multi per annum ante vel amplius ex planetarum cursibus et motibus arte magica providerunt et predixerunt[5]. . . . . . .

12. Quare se nunc segnius quam olim Normannia defendit, questio facta et responsio data. Circa hec eadem fere tempora, cum de variis inter reges conflictibus et infestacionibus crebris sermone conserto mencio forte facta fuisset, ille qui[i] scripsit hec quesivit a Ranulfo de Glanvillis, qui seneschallus et iusticiarius Anglie tunc[6] fuerat, quo casu quove infortunio id acciderit, quod, cum duces Normannie, ducatu primum contra Francorum reges viribus et armis conquisito, terram eandem contra singulos reges, sicut historie declarant, tam egregie defenderunt, quod nonnullos eorum eciam turpiter confectos terga dare solumque fuge presidio salutem querere compulerint, nunc una cum Anglorum regno terrisque transmarinis tot et tantis sue dicioni adiectis minus potenter et insufficienter se defendere iam videantur. At ille, sapiens ut erat simul et eloquens, solita gravitate eloquentiam ornante, sub quadam morositate attencionem comparante, respondit: 'Duobus parum ante adventum Normannorum bellis, primo Pontiacensi inter Lodovicum regem, Karoli Magni filium, et Gurmundum, secundo vero longe post Kameracensi, Radulphi scilicet Kameracensis levitate pariter et animositate, adeo totam fere Francie iuventutem extinctam fuisse funditus et exinanitam, ut ante hec tempora nostra numerositate minime fuisset restaurata'[7]. Adiecit iis eciam qui scripsit hec, ipso[k] quidem assensum prebente, quod tempore ducum, priusquam reges effecti violento dominatu et insulari tyrannide Normannos sicut et Anglos oppresserant, libertate sublimes et validi longe ad propulsandas iniurias et animosiores extiterant et armis exercitatiores. Colla quippe nobilium tyrannorum atrocitate calcata, qualiter ad resistendum liberis Francorum armis animisque

a) monens *Br.* b) contra — iuvare *om. Br.* c) martio *c.* d) vocem *c.* e) infirmata *c.* f) Romani *c.* g) I. C. *des. c.; suppl. ex Chron. Reg. Col.* h) Tolerani *c.* i) cum *c.* k) ipse *c.*

1) V. quod de eadem controversia Gislebertus Hanon. retulit, SS. XXI, p. 535. 547. 2) Ricardi Pictaviensis iam Nov. 1187. cruce insigniti. 3) Henrici; de quo v. Chron. Reg. Colon. p. 138. 139. et Gisleb. Hanon. p. 555. 4) Verba *Sicut . . . suscepit* noster operi quoque De Expugnatione Hibernica inseruit; v. Opp. V, p. 366. 5) Cf. G. Henr. ed. Stubbs I, p. 324. 6) A. 1180—1189. 7) V. fabulas similes apud Walterum Map, De nugis curialium V, c. 5, supra p. 73.

ferocibus exsurgere possunt? Nichil est etenim, quod adeo corda virorum ad probitatem excitet, erigat et invitet ut libertatis hilaritas, nichil adeo deprimit et deterret ut servitutis oppressio. Facit ad hoc, quod eciam exquisito huic infortunio tam in patrem filii quam in se invicem fratres contra nature fedus tam frequenter insurgunt; quia scriptum est: *Omne* Matth 12,25 *regnum in se divisum desolabitur;* et alibi: *Concordia magne res crescunt, discordia vero* Sall. Iug. c. 10 *maxime dilabuntur.* Inde vero e diverso magno quodam fortune favore piissimi patris felicitas cunctos fere filii fortunavit eventus. Hoc quidem et hic notabile censui, quod Palladis[a] et Minerve studia, muse videlicet et milicie castra, tamquam iunctis dexteris firmatisque federibus, sese semper concomitari solent. Sicut in Grecia Macedonis Alexandri temporibus et Achillis, Rome vero cesarum tempore, nunc autem his nostris diebus et a tempore Pippini Karolorumque ac deinceps studium in Francorum regno floret utrumque. . . . . . .

15. De imperatore Frederico crucis negotium et votum peregrinationis assumptum viriliter interim et incunctanter aggresso. Interim autem Romanus imperator Fredericus, preparatis egregie tanto aggressui necessariis, ad festum sancti Gregorii, sicut primo statuerat, cum multis armatorum milibus iter in- 1189. Apr. 23. cunctanter arripuit. Sed[b] utinam cum favore plebeio popularique plausu, cum vie substantia iuste quesita, non extorta, larga liberalique manu et non contracta, pura et elimata[c] per penitentiam conscientia, prorsus invidia carente et arrogantia, principes nostri in huius expeditionis aggressu[d] proficisci meruissent! O quam mallem, his comitatos cum paucioribus[e] Deoque placentibus viris [iter[f]] laboriosum arripuisse, quam his sine de multis et immensis peccunie thesauris, sed undecumque congestis, de multitudine gentium infinita, sed non unanimi, non concordi, hoc in agone superbire! . . . Predictis itaque quatuor comitatus[g], ut credebatur[h], imperator Fretherícus[i], quamquam cisalpinorum principum in signaculi susceptione postremus, in operis tamen executione laudabili maturatione se primum exhibuit. Qui[k] tanto cumulatiore[l] tam in celis[m] palma quam in terris gloria se procul dubio dignum reddidit[n], quanto, regnis amplioribus rebusque relictis tantique imperii cura[o] posthabita, terminum primo statutum animosa constantia non preteriit.

16. . . . Imperator quippe Fretherícus, Ungarorum regno pacifice transcurso, per Grecorum fines sibi ex antiqua dominandi invidia ubique contrarios, ut erat strenuus in armis et animosus, nullas nisi sanguine fuso gaudens incedere vias, quoniam arma tenenti omnia dat qui multa negat, destructis urbibus et castris obrutis, fortia quoque confudit et aspera potenter complanavit. Set quoniam imperialis maiestas neminem citra defectionem impetit, set hostibus suis bella semper indicit, premiserat imperator ad Saladinum, priusquam iter arriperet, nuncios et litteras, diffiduciatas ei et despicatas inimicicias, nisi christianitati, quam leserat, satisfaceret, ad plenum denunciantes; quas litteras una cum epistola soldani responsoria sub eisdem verbis quibus et scripte sunt hic inserere curavi[1], quatinus ex istis animosa cesaris audacia, ex illis vero superbia tyranni et resistendi fiducia declaretur. . . . . . .

23. De imperatoris filio cum exercitus parte, set longe minore, de Anthiochia Tyrum, de Tyro Aconem inutiliter transeunte. Nec longe post dux Suavie Tyrum inde transiens et postmodum Aconem ad nostrum exercitum obsidentem pariter et obsessum a Tyro transvectus, in illa peste communi per aeris illius inclementiam patriamque pestiferam necnon et Teutonicam pre omnibus intemperantiam cum residuo suorum in brevi consumptus est. 1191.

Vide, lector, quemadmodum tantus exercitus, cuius moles christianis erat ad gloriam et gentilibus ad terrorem, occulto Dei iudicio, set numquam iniusto, iuxta visionis prescripte tenorem et vocis lugubris lamentacionem miserabiliter exinanitus evanuit! Notandum hoc eciam, quod vir tantus, ad Christi obsequium tam egregie tamque devote, prout videbatur, accinctus, tam ignominiosum et tam inopinatum una cum exercitu toto penitus ante pene deleto casum incurrit. Quapropter credi pro certo poterit, quod non usquequaquam Deo fuerit acceptus hic eius aggressus, quia vel brachio suo, non divine potentie seu miseri-

a) Pallidis *c.* b) Utinam igitur cum favore — preteriit *etiam in Exp. Hibern. II, c.* 29, *Opp. V, p.* 367 *(cf. Opp. I, p.* 393*) leguntur.* c) elemita *c.* d) aggressum *Exp. Hibern.* e) sed potioribus *add. codices plures Exp. Hibern.* f) *deest c.;* laboriosum hoc iter sed gloriosum *Exp. Hibern.* g) *deest Exp. Hibern.* h) creditur *Exp Hibern.* i) *sic Exp. Hibern.,* Freder. *h. l. c.* k) Quem *Exp. Hibern.* l) cumulatore *c.* m) celestis *c.* n) gloria dignum dixerim *Exp. Hibern.* o) circa *c.*

1) Omittuntur, cum fons unde prodierunt iam supra p. 197. exstet.

cordie, si quid ei in hoc itinere gloriosum acciderit, ascribere proposuerat, aut potius propter scisma vicennale, quo clerici laicique apostolorum limina petentes tot per eius tyrannidem mutilati, tot exoculati fuerunt totque necati, ecclesia quoque beati Petri in urbe Romulea et sede sua propria per Alemannos eadem tempestate combusta. Quia super hiis forsan tantis excessibus nec corde compunctus ad plenum fuerat nec confessione purgatus, divinam in terris cum exercitu suo, quoniam propter delictum principis populus plerumque punitur, ultionem incurrit. . . . . . .

1189. 25. . . . Anglorum rege procurante, qui pacis adhuc bona temptare volebat, cognatos suos, archiepiscopum Remensem Willielmum et comites Philippum Flandrensem et Thebaldum Blesensem cum aliis quibusdam ad ipsum intra castrum[1] accersivit. Videns autem Francorum rex, quoniam hostem suum iam ei Deus et fortuna secunda in manus dederat, nullum pacis verbum, priusquam rex Anglorum se misericordie sue in omnibus omnino supponeret, audire volebat. . . . Item ad argumentaque[a] future maiestatis immense facit et visio, quam vidit frater quidam de Vicenis, vir quidem simplex et rectus ac religiosus, parum ante ortum[2] dicti regis Philippi. Videbat enim puerum in cunis ab alto dilapsum et in Franciam demissum Francisque, regni heredem validum summo opere desiderantibus, tamquam a Deo datum, qui subito statim in tante excellentie tamque procere stature maiestatem, cunctis admirantibus, excrevit, quod duos principes excelsos, Alemannie scilicet imperatorem[3] et Anglie regem, ad latera ipsius, prout videbatur, constitutos, superpositis capitibus ipsorum palmis, adeo in terram opprimere deorsus visus est et deprimere, quod nichil ex ipsis aut valde parum tempore brevi visum est in terris comparere. Quam visionem quidem hiis nostris diebus satis aperte veritas subsecutiva comprobavit. . . . . . .

Item facit ad hec eciam evidentissime, quod in regis eiusdem regnantis ini io, patre felicissimo iam rebus humanis exempto, et ipso[b] adolescentulo adhuc exstante tenello,
1185. cum excercitum Francie apud urbem Ambianensem in comitem Flandrie Philippum coadu-
1182. nasset, qui Viromannie comitatum, comitissa et herede comitis sponsa absque liberis et herede defuncta, detinere presumpsit, consertis viribus et ad congrediendum hostiliter iam paratis, barones Francie, scientes iuxta comici[4] sententiam: *Omnia prius quam arma sapienti temptanda,* de pace tractatum habendum communiter censuerunt. Erant quippe quam plurimi vel prece[c] vel precio vel dilectione seu cognacione comitis parti, qui vir erat virium magnarum grandisque potentie, nimis fautores existentes[5].

Cum igitur super hoc tractando magnates iam consedissent, rege seorsum interim parumper amoto, sedebat ipse, virgam de corulo viridi manu tenens eamque dentibus[d] rodens et acriter undique circumspiciens. Quod cum barones conspexissent statumque iuvenis illius et gestum in hoc articulo cum admiratione notassent, dixit unus eorum, quod equum bonum illi daret, qui cogitatum principis ei revelaret. Quod audiens lecator[6] quidam, statim exiliens, ad regem accessit rogans et petens, quatinus mentis sue conceptum aperiendo equum sub tali tenore promissum sibi tamquam ex dono suo datum conferret. Rex autem illi, quem non ignotum habebat, ilico mentis archana sic aperuit: 'Volvebam hoc', inquit, 'animo, utrum ullo umquam tempore michi vel alii Francorum regi Deus hanc gratiam dare dignetur, quod Francie regnum in statum pristinum eamque celsitudinem et amplitudinem, quam tempore Karoli quondam habuerat, reformare queat'. Quo verbo regis baronibus relato, et protinus equo iuxta promissionem dato, statim in hec verba communiter omnes proruperunt: 'Pereat ergo, qui tali principi et tam magnanimo ad revocanda regni iura impedimentum opponit! Numquam hiis aut aliis iuribus[e] Deo opitulante defecerit'. Et sic nobilis ille Viromannie comitatus cum opibus et opidis cunctis, humiliato detentore[f] tanto, regi Philippo tunc iuvenculo citra bellicum conflictum omnem fuit absque difficultate et dilatione resignatus. . . . .

27. De origine[g] tam regis Henrici quam Alienore regine et radice filiorum omni ex parte viciosa. . . . Satis est notum de filiabus quoque, Sicula scilicet et Saxonica, quarum alteram sine liberis, alteram sine leticia, illam sine fructu, istam non absque luctu, constat finaliter decessisse. Ceterorum autem, ne per singula curra-

a) *ita c.* b) et *add. c.* c) precem *c.* d) dicentibus *c.* e) *emendavit Brewer;* biis autem aliis unquam *c.* f) decentorie *c.* g) regione *c.*

1) Azai prope Turones, m. Iul. in. 2) Philippus II. natus est a. 1165. 3) Otto IV. dicitur. 4) Terent. Eunuch. IV, 7, 19: *Omnia prius experiri quam armis sapientem decet.* 5) V. Gisleb. Hanon. p. 547. 548. 6) Scurra.

mus — quod aliquos forsan offendere posset —, tam de Hispanica prosapia quam Germanica necnon et tam Armorica Britannia quam gigantea residuos fructus et fines sequens poterit etas explicare. Poterit tamen de Hispanica ex felici copule maritalis adiuncto aliquid forsan boni proventurum, Deo propitiante, sperari. . . . Ad hec eciam, ut ostendatur, qualiter ex regis Henrici parte radix quoque propaginis viciata fuerit, sciendum, quod imperator Henricus[1], cui nupserat filia regis Henrici primi et mater secundi, nomine Matildis, qui, quia propter ambitum terrenum primo patrem suum carnalem captum in vinculis tenuit et postea spiritualem, papam scilicet Paschalem, imperium sponte reliquit, et in ultimis occidentalis Britannie versus Cestriam finibus heremum petens, ibique usque ad obitum suum sancte et religiose penitentiam egit[2]. . . . . . .

30. . . . Hoc autem et hic notandum dedimus[a], quod imperator Alemannicus trecentarum fere milium marcarum redditus annuos habet, cum tamen in utroque tam Theutonico quam Lotaringie et Burgundie regno prelati ecclesiastici urbes possideant fere cunctas. Respectu reddituum et gazarum imperatoris Greci vel eciam regis Siculi, ante utriusque, tam regni illius scilicet quam imperii, per Latinos destruccionem, modicum illud et quasi pro nichilo reputandum. Urbs etenim una Sicilie, Palernici scilicet, plus certi redditus regi Siculo singulis annis reddere solet quam Anglorum regi nunc reddit Anglia tota.

Dictum[3] autem regis christianissimi Lodovici, patris scilicet regis Philippi, Normannorum mallei, memoratu dignum et hic apponere preter rem non putavi. In eius namque presencia de variis regum et imperatorum diviciis factus sermo[b] quondam fuit, nulla prorsus de Francorum regno mencione facta, veluti Grecorum purpuris et pannis olosericis[c], gemmis[d] quoque pretiosis ceterisque opulentiis ipsorum multis et magnis, de Siculorum gazis gemmisque, metallis tam rutilis scilicet quam tumulis[e], quibus abundant copiosissimis, et Hyspaniensium, preter opes ceteras et auri pallentis copiam magnam, equis egregiis, quos[f] patria gignavit, et generosissimis, item et de Alemannicis armatorum viribus bellicosisque viris et robustis deque multitudine gentium et fortitudine virorum[g] experienciam solum ingrediendo[h] cupientium deque furore Teutonico primo in preliis impetu vix tolerando et Saxonibus longe[i] expeditissimis. . . . Rex prorupit: 'Inter cetera vero regna de Francia quoque nil dicetur?' statimque subiungens: 'Et nos certe panem', inquit, 'habemus et vinum et gaudium'. . . . . . .

E TOPOGRAPHIA HIBERNICA.

Dist. I, c. 26. De castore eiusque natura. . . . Unde et in Germania artoisque regionibus, ubi habundant beveres[4], caudis huiusmodi piscium[k] naturam, ut aiunt, tam sapore quam colore sortitis, viri etiam magni et religiosi ieiuniorum tempore pro pisce vescuntur. . . . . . .

Dist. II, c. 7. . . . Est et in Norwagia fons similis nature, sed tanto tamen efficatie maioris, quanto ad frigidam zonam magis accedit. In hoc enim non tantum ligna, sed et lina lineaque tela per annum imposita durissimum in lapidem congelantur. Unde et Waldemaro Dacorum regi, nostris diebus regnanti, quidam episcopus Norwagie mappale, quod anno preterito probandi causa ab eodem susceperat, nature iam retulit bipartite. Parte enim media fonti imposita, lapis erat, altera parte, que extra iacuerat, in sua natura permanente. . . . Est fons in Suevia provincia que Suitis[5] appellatur, in vertice montis excelsi, qui non nisi sole super orizontem elucente scaturigines emittit. Statim enim cum sol sub orizontem descenderit, quamquam diutius tamen quam corpus solare visui subiaceat, diei claritudinem

a) duximus *Br.* b) sermonum *c.* c) obsericis *c.* d) gemis *c.* e) numulis *emend. videtur.* f) quo *c.* g) virium *c.* h) congrediendo *Br.* i) longis *c.* k) piscinum ut aiunt naturam, *Itinerarium Kambriae II, c.* 3. *et Descriptio Kambriae I, c.* 5, *Opp. VI, p.* 118. 175, *ubi noster de castoribus iisdem verbis disserit.*

1) V. 2) Fabulam eandem, de qua cf. Hovedenium supra p. 140, tractat noster in libro VI. de Invectionibus, Opp. I, p. 186, et in Itin. Kambriae, Opp. VI, p. 136: *Imperatorem itaque Romanum Henricum se iactat haec urbs* (scil. *Cestria*) *habere sepultum. Qui quoniam suis diebus tam patrem carnalem quam etiam spiritualem, summum pontificem scilicet Paschalem, incarceraverat, demum penitentia ductus et ultroneus exul effectus, sanctam in eremo finibus istis vitam, ut fertur, consummavit.* 3) Nonnulla similia invenies apud Walterum Map V, 5, supra p. 73. 4) Cf. Gerv. Tilb. supra p. 388. 5) Schwyz.

donet, scaturire desistit. Mane vero, non tamen statim ut diescit, sed sole recens orto et super orizontem emerso, in magna quantitate aquas emittit, nocte tota, quamquam tamen noctis nature, que humida est et frigida, magis aque proprietas convenire soleat, nec stillam prebens. . . . In Teutonicorum regno, Cameracensi scilicet provincia, Galliarum parti contermina, est fluvius quidam, vadum habens duobus sepibus infra supraque ex transverso fluminis cancellatum, intra quos aque pote equis omnibus sunt pestifere. Utrimque vero trans sepem ad communem tam equorum quam animalium quorumlibet usum indifferenter accedunt. . . . . . .

c. 28. . . . In Italia quoque apud urbem nobilem Ravennam die solempnitatis sancti
Iul. 23. Apollinaris omnes undique corvi, cornices et monedule a cunctis Ytalie partibus singulis annis tamquam ex condicto conveniunt, quibus eodem die ex antiqua consuetudine equi unius cadaver datur. Si rei istius rationem queras, assignare non presumo, nisi forte longo
cf. Matth. 24,28. ex usu tractu temporis inolito et quasi in naturam iam converso, ubi corpus fuerit, ibi et avicule congregantur, vel potius aliquo sancti illius miraculo ista contingunt. Unde et quoniam ab hoc corvorum conventu Teutonica lingua prima Ravennesburch[a], id est corvorum urbs, est dicta, inde et Ravennam vocatam nonnulli coniectant. . . . . . .

Dist. III, c. 54. De Saxonica, Hispanica et Sicula. Qualiter etiam ab una occidentis radice fragilioris nature tres nobiles surculi[1] vel potius ab uno sole in occasu oriente lucidissimi tres radii tres alias et oppositas Europe partes illustraverint, presentis aree tenor annectit. . . . . . .

EX EXPUGNATIONE HIBERNICA.

Lib. I, c. 1. . . . Multis itaque patet rerum eventibus, tucius esse volentibus quam invitis imperare. Sensit hoc Nero, sensit Domitianus, sensit et nostris temporibus tam Saxonum quam Bavariorum[b] dux Henricus. Expedit a subditis principi cuilibet potius amari quam timeri. Expedit siquidem et timeri, dum tamen ex dilectione potius timor ille proveniat quam cohercione. . . . . . .

1172. c. 39. . . . Ipse[2] statim ad marchiam cum Francorum rege Lodovico colloquium habiturus accessit. Ubi et interventu proborum virorum et precipue Philippi Flandrensium comitis, a Sancto Iacobo iam tunc reversi, reformata est inter reges concordia super offensa, quam Francorum rex ob predictam martyris mortem contraxerat, puta quem Anglorum rex archipresuli[3] in Angliam redituro cum aliis magnis et potentibus viris fideiussorem donaverat. Cuius inite pacis occasione tam filiorum quam complicum suorum tanta in animo et tam clandestina concepta malitia usque in annum sequentem conquievit.

c. 40. De visione, immo verius visitatione regi Henrico[4] apud Kaerdif divinitus facta. . . . Astitit ei vir quidam, . . . qui et regem in hec verba quasi Teutonice[5] convenit: 'God holde þe cuning!' . . . . . .

1179. Lib. II, c. 20. . . . Interea sedit Rome famosum illud Lateranense concilium, presidente Alexandro tertio, Alemannorum ecclesia ad unitatem reversa, vicennali scismate iam cessante, et tribus antipapis divinitus extinctis. . . . . . .

EX ITINERARIO KAMBRIAE[c].

1188. Lib. I, c. 1. Anno igitur ab incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo octavo[d], apostolatus apicem regente Urbano tertio[6], imperante Rome Alemannorum rege Frederico, Constantinopolis Ysaakio, regnante in Francia Philippo, Ludovici filio, in Anglia Henrico

a) Ravenesburht *Ms. Reg.* 13 *B. VIII.* b) Bawariorum *Ms. Reg.; w interpungit et v supra scribit manus post.* c) *contuli cod. Cottonianum Domitianum I, saec. XIII. ex. F. L.* d) *ita codices omnes.*

1) Filiae Henrici II. regis Angliae. 2) Henricus II. rex Anglorum. 3) S. Thomae. 4) Scilicet secundo; haec narratio iterum occurrit Instr. Princ. p. 37; Itin. Kambr. I, 6. 5) Cf. infra II, 30: *Woch, woch Teutonica [Theut.* R.*] lingua quasi geminata dolentis interiectio est; idem ergo sonat acsi diceretur: Heu, heu!* Eadem repetit noster Instr. Princ. III, 17; bene igitur meminit linguae Anglicae originem Germanicam. 6) Error; iam Oct. 20. a. 1187. Urbanus III. mortuus est.

secundo, in Sicilia Willelmo[1], in Ungaria rege Bela, in Palestina Gwidone, anno scilicet 1188 quo Saladinus tam Egyptiorum quam Damascenorum princeps occulto Dei iudicio, sed numquam iniusto, publico belli certamine victoria potitus, Ierosolimorum regnum obtinuit, vir venerabilis et tam literatura quam religione conspicuus Cantuariorum archipresul[a] Baldewinus in salutifere crucis obsequium ab Anglia in Walliam[b] tendens, apud Herefordie fines Kambriam intravit. . . . . . .

c. 8. . . . Ut ait Priscianus[2], in quibusdam dictionibus pro aspiratione ponitur s: ut hal Grece, sal Latine; hemi semi; hepta septem; sel Gallice, mutacione a vocalis in e, a Latino; additione t littere: salt Anglice, sout Theutonice. . . . . . .

c. 11. . . . Erat autem gens hec originem a Flandria ducens, ab Anglorum rege Henrico primo ad hos fines inhabitandum transmissa. Gens fortis et robusta, continuoque 1111. belli conflictu gens Kambrensibus inimicissima, gens, inquam, lanificiis, gens mercimoniis usitatissima, quocumque labore sive periculo terra marique lucrum querere gens pervalida, vicissim loco et tempore nunc ad aratrum nunc ad arma gens promptissima, gens utique felix et fortis, si vel regibus, ut deceret, Kambria cordi fuisset, vel prestitutis saltem et prefectis iniuriarum dedecus animo vindice displicuisset. . . . Hoc autem mihi videtur hac de gente notandum, quod in armis arietum dextris, carne nudatis et non assis sed elixis, tam futura prospiciunt quam preterita et antea incognita longe respiciunt, tempore quoque presentia, sed loco absentia quasi prophetico quodam spiritu arte miranda cognoscunt, pacis et guerre signa, cedes et incendia, domestica adulteria, regis statum, vitam et obitum, rimularum quarundam et notularum indiciis certissime declarant[3]. . . . . . .

c. 12. . . . Similis huius in Datia nostris diebus casus accidit. Archiepiscopo[4] namque clericus quidam ignotus adhesit, qui sub obtentu obsequii, quia diligens et discretus esse videbatur, literarum etiam et hystoriarum omnium promptissimam habebat noticiam atque memoriam, magnam cum ipso familiaritatem in brevi contraxit. Quadam autem die, cum narraret archiepiscopo de hystoriis antiquis et ignotis rerum eventibus, unde ipsum libenter et frequenter audiebat, accidit, ut de tempore incarnationis dominice loqueretur; qui et inter alia et hoc subiunxit: 'Antequam Christus carnem sumpsisset, magnam habebant demones in genus humanum potestatem; sed in adventu ipsius valde diminuta fuerat eorum potestas, adeo quidem, ut a facie ipsius undique diffugerint et dissipaverint; alii namque in mare se precipitaverunt, alii in concavitates arborum et rimas petrarum, et ego ipse in fontem quendam insilii'. Quo dicto, quasi verecundatus erubuit, et surgens, statim exivit. Archiepiscopus autem et qui cum eo fuerant vehementer admirantes, ceperunt de verbo illo ad invicem inquirere et plurima coniecturare. Et cum moram aliquantam ille fecisset — putabatur enim statim reversurus —, precepit archiepiscopus cuidam suorum illum vocare. Ipse vero vocatus et quesitus undique, nusquam comparuit. Nec longe post duo clerici, quos archiepiscopus Romam miserat, reversi sunt. Quibus cum archiepiscopus et sui rem gestam et eventum illum retulisset, ceperunt illi inquirere diem eventus illius et horam. Quod cum audissent, dixerunt, quod eodem die et hora eadem obviaverat eis in Alpibus, dicens, se propter negocia domini sui, scilicet archiepiscopi, nuper emersa ad curiam Romanam fuisse transmissum. Sicque compertum est, demonem ipsos in humano corpore delusisse. . . . . . .

Lib. II, c. 13. . . . Porro occulto Dei iudicio, sed numquam iniusto, imperatori Romano[5] vie regibusque nostris discordie data sunt impedimenta, regi Siculo[6], qui pre cunctis terre regibus Terram Sacram annonis et alimentis in tante desolationis articulo sustentabat, mors 1189. inopinata et intempestiva et mortis sequela, [principum[c]] nostrorum gravis ob regni[7] iura decertatio et publice strate disturbatio, gravissima fidelium populi, transmarinis interea partibus fame et inedia miserabiliter afflicti, medios inter hostes expectacio. . . . . . .

a) archiepiscopus *Dom.* b) Gwa. *Dom.* c) *deest Dom. et omnibus codicibus praeter unum*

1) *Anno — Willelmo* cum exordio Itinerarii Ricardi regis fere congruunt. 2) De Arte gramm. XIII, 5, 25. Simili modo noster Descr. Kambr. I, c. 15. censet *notandum, quod verba lingue Britannice omnia fere vel Greco conveniunt vel Latino.* 3) Sequuntur exempla quaedam. 4) Agi videtur de Absalone Lundensi, qui saepius apud Anglos occurrit. 5) Friderico I. 6) Willelmo II. 7) Scil. Siculi.

E DESCRIPTIONE KAMBRIAE[a].

Lib. I, c. 6. . . . In australibus Anglie finibus et precipue circa Devoniam Anglica lingua hodie . . . originalis lingue proprietatem et antiquum loquendi modum magis observat. Cuius etiam rei non solum argumentum, sed et certitudinem inde habere potes, quod omnes libros Anglicos Bede, Rabani, regis Aelvredi vel aliorum quorumlibet sub huius ydiomatis proprietate scriptos invenies.

c. 7. Unde dicta sit Kambria et unde Wallia. . . . Saxones enim, occupato regno Britannico, quoniam lingua sua extraneum omne wallicum[1] vocant, et gentes has sibi extraneas Walenses vocabant; et inde usque in hodiernum diem[b] barbara nuncupatione et homines Walenses et terra Wallia vocitatur. . . . . .

c. 15. De loquendi audacia et securitate. Loquendi audaciam et respondendi fiduciam coram principibus et magnatibus cunctis communiter, etiam minimis in plebe sicut maioribus, in omni negotio natura dedit. Romanos et Francos hanc eandem nature dotem habere videmus, non autem Anglos, sicut nec Saxones, a quibus descenderunt, nec Germanos. Sin autem servitutem causaris in Anglis et hunc eis inde defectum assignas, in Saxonibus et Germanis, qui et libertate gaudent et eodem tamen vicio vexantur, ratio non provenit. Saxones igitur et Germani[c] a gelida poli regione, cui subiacent, hanc contrahunt et nature geliditatem. Angli quoque, quamquam olim a regione remoti, originali tamen natura tam exteriorem in candore qualitatem quam etiam interiorem illam geliditatis eadem ex causa, liquida scilicet et gelida complexionis natura, proprietatem inseparabiliter tenent. . . . . .

Lib. II, c. 8. . . . Flandrenses quippe, Normanni, Coterelli et Bragmani[2], quamquam suis in terris milites egregii sint et armis instructissimi, Gallica tamen militia multum a Kambrica sicut ab Hybernica distare dinoscitur. Ibi namque plana petuntur, hic aspera; ibi campestria, hic silvestria; ibi arma honori, hic honeri; ibi stabilitate vincitur, hic agilitate; ibi capiuntur milites, hic decapitantur; ibi redimuntur, hic perimuntur. . . . . .

E VITA GALFRIDI ARCHIEPISCOPI EBORACENSIS[3].

1191. Lib. II, c. 1. . . . Ceterum ipse[4] apud castrum de Ginnes[5] existens et audiens, per partes illas et portus se transfretare non posse, ad comitissam Flandrie[6] nuncios dirigens, diligentius inquirere cepit, utrum eius mandato factum fuisset, et facti causam. Que respondit, quod ad instantiam cancellarii Anglie et iusticiarii[7] hoc fecerat, cuius mandatis tamquam unius ipsorum ex utriusque precepto, tam regis Anglie scilicet quam comitis Flandrie, mariti sui, obtemperare tenebatur. . . . . .

c. 10. . . . Accidit eidem[8] quoque de Sicilia redeunti apud Lugdunum super Rhodanum res haud dissimilis. Cum enim a digniore ecclesie metropolitane post archiepiscopum[9]
Inn. 2. persona, quem senescallum vocant, die pentecostes cerva domestica ei mitteretur, et clamarent omnes, ut mos est: 'Ad coquinam, ad coquinam!' illa sola caput archiepiscopo semper inclinando mortem, quam alii minabantur, muta persuasione deprecabatur. . . . . .

1193 c. 17. Demum autem audiens[4], Anglorum regem Ricardum in Alemannie partibus, ut satis notum est, inique nimis et iniuriose detentum[10], ad ipsum occulte transiens et operas suas ingerens, ut erat immoderate vir ambitionis et arrogantie, semper audens et aggrediens aliquid novum giaris et carcere dignum, se ad obsidum exactionem in Angliam a rege remitti toto conamine procuravit. . . . Cum obsides instanter efflagitaret ad exem-

a) *contulit cum cod. Cottoniano Domitiano I, s. XIII. ex., F. L.* b) *deest Vitell. Dom.* c) Germanos *Dom.*

1) Anglosaxonice 'wälisc', nostris 'welsch'. 2) Vel Brabanzones, qui etiam Coterelli et Ruptarii vocati mercenarii vel praedones formidolosi fuerunt. 3) Ed. Brewer, Opp. IV, p. 355 sqq. 4) Galfridus archiepiscopus, Henrici II. filius nothus, qui, Ricardo rege in Orientem profecto, propter malas artes a sede et regno eiectus fuerat. 5) Prope Calesium. 6) Mathildem, Philippi comitis tunc in Palaestina absentis coniugem. 7) Willelmi de Longo-campo episcopi Eliensis. 8) Waltero Rothomagensi archiepiscopo. 9) Iohannem. 10) Ad Ricardum I. ab Henrico VI. captum faciunt Giraldi Epist. 22. 26, Opp. I, p. 263. 295.

plum regine[1], cui precipue tamen inniti videbatur, quia nepotem suum ex filia, Willel- 1191 mum[a] scilicet ducis Saxonie filium[2], statim ei dare recusavit, et omnes alii suos tam filios quam nepotes se nullatenus ei committere velle proclamarunt. Dicebant autem quidam: 'Filios quidem nequaquam, filias autem eius custodie, si voluerit, secure committamus', vitium illud detestabile, quo tam infamis extiterat, facetis ei sermonibus improperantes. . . . . . .

c. 18. Licet autem expulsus a regno totiens et exul effectus, penitiores tamen Alemannie quam Francie partes sub pretextu obsequii intus et in circuitu impie perlustrando, in Anglorum regnum et nobiles regni viros, tamquam Parthicis utens a tergo sagittis, innatam malitiam et vindicis animi nequitiam, occasione sigilli regii, cuius iterum officium, ut magis officere posset, sibi usurpaverat, exercere non cessavit. Inter quos Hugonem Covetrensem episcopum, virum magnificum et disertum, in Cantie partibus per nocturnas suorum irruptiones, qui in castello Dovorie in insidiis adhuc latitabant, equis et thesauris, quos versus Alemanniam regi deducebat, ausu sacrilego spoliavit. . . . . .

E VITA S. HUGONIS[b] LINCOLNIENSIS EPISCOPI.

Dist. I, c. 1. Vir igitur hic et vere virorum vir perpaucorum de remotis imperialis Burgundie finibus, haut procul ab Alpibus[3], originem duxit. Qui a parentibus militaris ordinis, generositate quoque non infimis, legitime natus[4] et ad Dei cultum educatus, in etate tenerrima literarum studiis addictus, iuxta mentis vehemenciam ad hoc applicatam Deique favorem et gratiam suis et se diligentibus in bonum per omnia cooperantem iustaque suorum vota foventem et promoventem in brevi quidem tempora multa conplevit. Cum autem iam quasi cf. Sap. 4, 13. decennis[5] existeret, pia patris providencia in loco qui Villa-Benedicta[6] vocatur, cenobio conventuali et canonico, discipline regularis habitum simul et animum suscepit. Ubi et pater ipsius paucis postmodum annis, habitu suscepto secularique militia pro celibe et celesti prorsus abiecta, laudabili conversacione vitam feliciter terminavit. . . . Puer autem noster, a patris puritate et devotione non degenerans, vitam canonicam viribus totis et nisibus amplexatus, a studiis tamen litteralibus et maxime theologicis animum loco et tempore non relaxavit. . . . . .

Cum autem etatis sue quintum decimum[7] iam annum ageret, . . . in cella domus sue que Sancti Maximi dicitur prior est effectus ceterisque prefectus. . . . Videns itaque nimiam mulierum ad locum illum ex antiquo patrie more frequenciam, qui de facili vel absque scandalo deleri vel absque periculo gravi sustineri non posset, cum fugiendus sit hostis huiusmodi et arte magis quam marte vincendus, austerioris vite causa et arcioris religionis gratia Cartusiam, non procul inde distantem, se felici proposito transferre curavit[8]. . . . Cum igitur ordinis austeritati tante rigorem etiam in se, quantum potuit, vir Deo ex toto datus adiceret, et tamquam inter nebulas glorie solare lumen erumpens, Cartusiense cenobium sanctissima conversacione sua iam aliquamdiu feliciter illustrasset, ad cellam quandam ordinis eiusdem, ab Anglorum rege Henrico secundo nuper in Anglia fundatam, in australibus scilicet insule partibus[9], cui loco vel a candore Witham vel a sapiencia[10] Witt-ham, littera geminata, barbara quondam lingua nomen inposuit, prior eiusdem et preceptor 1175 est transmissus. . . . Quoniam igitur unguentum effusum nomen eius, cum non solum do- Cant. 1, 2 mum suam, sed etiam australem Britanniam totam doctrina ipsius et moralitas plurimum irradiasset regisque noticiam, qui frequenter eum visitabat et libenter ipsum audiebat, fami-

a) Willelmi *ed. Brewer.* b) *contuli cod. Coll. Corporis Christi Cantabr. 92, c. a. 1220. scriptum, F. L.*

1) Alienorae, viduae ab Henrico II. relictae. 2) Qui, a. 1184. in Anglia natus, ibidem educabatur, v. Mag. Rot. Pipae a. 1. Ric. I. ed. 1844, p. 6. 197. 223. 3) Gratianopoli. 4) *De Burgundia natus, ingenuis de ordine militari natalibus ortus*, Giraldi Vita Remigii Lincolniensis c. 26. Sedes paterna, quam postea Willelmus frater obtinebat, *castrum de Avalun* prope Pontcharra fuit; v. Adami V. s. Hugonis supra p. 319. 5) *ferme octennis*, rectius ib. p. 317. 6) Hodie Villarbenoit. 7) *Annum . . . ingressus nonum decimum . . . gradum invitus ascendit leviticum*, ib. p. 318. 8) *arctissimis Cartusiensis observantiae regulis se mancipavit*, Vita Remigii l. c. 9) In pago Somersetensi. 10) *Mansio sive habitatio sensus*, Adami V., ed. Dimock p. 67

1186. liaritatem plurimam et dileccionem sibi comparasset, in Lincolniensem antistitem cleri et capituli consona et canonica quidem electione populique tocius applausu necnon et principis assensu est sublimatus[1]. . . . . . .

1194. c. 8. De rege Ricardo ab Alemannia reverso, graviter in episcopum causam Dei tuentem exacerbato. Accidit enim, quod rex Ricardus post iniuriosam ipsius in Alemannia capcionem . . . in Anglicanam cepit ecclesiam duris exactionibus debaccari. . . . . . .

1200. c. 11. . . . In urbe Londoniensi apud Vetus Templum in hospicio suo, . . . morbo urgencius invalescente, vir sanctitate conspicuus rebus humanis exemptus, feliciter ab hac vita migravit ad Dominum, anno scilicet etatis sue quasi quinquagesimo[2], anno ab incarnacione Domini 1200, presidente Rome papa Innocencio tercio, regnantibus in Francia Philippo, in Anglia Iohanne. . . . . . .

E GEMMA ECCLESIASTICA.

Dist. I, c. 9. . . . Item exemplum de Urbano papa, tercio ab Alexandro III, qui de
1185. archiepiscopo Mediolanensi in apostolatum sumptus[3], vir eloquens, ecclesiastici rigoris
1187 atque iustitie zelum habens, cum in mortis articulo decubuisset[4], sedit quasi ad exequias eius mulier, sicut fama ferebat, instinctu demonum, prestolans eripere viaticum de ore ipsius, quod assumptum non transmiserat vel debilitate nimia vel de causa nobis incognita.

999. Item exemplum de Gereberto[5], qui papa creatus, quotiens celebrando corpus Christi sumere debuerat, illud in perula quadam a collo dependente clam deponebat. Quo tandem per confessionem eiusdem comperto, statutum est in ecclesia Romana, ut summi pontifices se hora communionis versus populum vertant. De hoc Gereberto legitur, quod penitentiam egerit et membra singula, quibus se diabolo dederat ac devoverat, sibi vivens etiam amputari fecerit. Dicitur etiam, quod tumba ipsius marmorea contra imminentem pape interitum guttas aque grandes desudat. . . . . . .

c. 11. . . . Apud Ferarium in Italia hiis nostris diebus hostia in die pasche in portiunculam carnis conversa fuit; ad quod episcopo loci illius vocato et sermone ab ipso facto, cives urbis illius, qui[a] fere omnes Paterini fuerant et male de corpore Christi sentiebant, ad veritatem sunt reversi. . . . . . .

In Francorum itaque regno, urbe videlicet Atrabatensi, que comitatus Flandrie caput esse solet, die quodam paschali, matrona quedam hostiam consecratam . . . reposuit[6]. . . . In illis mundi partibus . . . heretici illi nostri temporis, qui Patari seu Catari dicuntur et circa hunc precipue articulum, scilicet de corpore Christi conficiendo, enormius errare noscuntur, scilicet in Flandrie finibus, magis abundant. . . . Contigit etiam, ut infra octo dies postquam id acciderat, per locum eundem transirem, urbe adhuc recenti miraculo plaudente. . . . Accidit etiam, ut . . . episcopus urbis eiusdem hostiam illam ad cathedralem ecclesiam deferri fecisset et honorifice reponi. Unde et epistolam pape Alexandri III, cuius hoc tempore[7] contigerat, . . . ipsi episcopo super hoc missam . . . hic apponere dignum duxi: ***Plene***[8] ***nobis innotuit***. . . . . . .

Nostris quoque diebus in Alemannie partibus accidit, quendam eucharistiam sibi datam vel fidei defectu vel diffidentia in arbore quadam horti[b] sui concava reposuisse. Qui cum, aliquanto temporis elapso, pauper plurimum et inops, rebus quibus abundaverat per infortunia perditis, subito factus fuisset, causas infelicitatis sue secum excogitans, tandem ad se reversus, depositum adiit, veniensque ad arboris concavitatem et introspiciens, invenit,

a) quae *ed Brewer.* b) hortus *Br.*

1) *Transmissus postmodum prior in Angliam in cellula de Witham, regis Henrici secundi, qui forestam, ubi sita est cellula, venandi studio frequentare locumque ea occasione atque priorem visitare consueverat, familiaritatem in brevi et favorem adeptus, in Lincolniensi ecclesia est sublimatus*, Vita Remigii l. c., cuius c. 28. notatur *illud pape Alexandri tertii: 'Filios episcopis Dominus abstulit, nepotes vero diabolus dedit'*. Cf. tamen Obituar. Lincoln. c. a. 1200. scriptum et Giraldi Opp. VII, p. 162. annexum: 10. *Kal. Novembris . . . obiit Gentilius, nepos Alexandri pape tertii, canonicus* (Lincolniensis?) 2) Anno fere sexagesimo quinto, ut videtur. 3) Electus d. 25. Nov. a. 1185. 4) Mortuus d. 20. Oct. a. 1187; eadem fere verba habet Rad. Niger, supra p. 336. 5) Similes fabulas habes supra p. 72. apud Walterum Map, a quo ut amico noster fortasse eas desumpsit. 6) *Inventa est hostia cruenta.* 7) Giraldus, se Alexandro III. papa in Italiam profectum esse, alibi non dicit. 8) Jaffé, Reg. nr. 8834.

ibidem apum examen tamquam in alveario mellificasse. Ascitoque ad hoc spectaculum presbitero suo, fractis favorum crustulis et extractis, cum ad interiora transpenetrasset, invenit tamquam in medio operis congesti ecclesiam ceream, nulla tamen omnino mellis gutta perfusam, turrem habentem et tintinnabula, altare quoque et calicem desuper cum corporalibus et patena, tantum quoque thesaurum minus ante discrete reconditum, quam pro loci natura honestius poterat, non solum apicularum officio, sed etiam angelorum ministerio, Deo auctore, in calice repositum. Pie nimirum credi potest, quod Dominus in hoc articulo per angelos, angeli vero per apicula operati sunt. Hec itaque fabrica tam favorabilis, continens videlicet et contentum, episcopo et diocesiano, ab episcopo vero archiepiscopo, ab archiepiscopo autem imperatori, ab imperatore vero pro tante novitatis ostento summo pontifici est presentata. . . . . . .

c. 18. . . . In Italia, quoniam ibi demoniaci abundare solent, interrogato demoniaco, utrum paganos diligeret, respondit: 'Diligo paganos'. . . . . . . Item fuit et nostris diebus in Italia, urbe Placentia demoniacus, ad quem cum inter alios vir bonus accederet, cui nomen Huginus, dixit ei: . . . . . . In Italia nostris similiter diebus . . . diabolus . . . dixit, quod Eusebius Verzellensis episcopus[1] eum eiceret. . . . Profecti sunt illi Verzellum, et iuxta verbum illius contigit eis, et mulier statim ad tumulum viri sancti curata est. Item fuit et in Italia nostris diebus puella nobilis a demone possessa. . . . . . .

c. 31. Item exemplum de Iudeis, qui Rome Lateranense palatium intrantes, semotis tunc forte custodibus, cum dominice maiestatis depictam imaginem supra ostium, quo intratur ad sancta sanctorum, intuerentur, unus eorum, assumpto lapide pugillari, proiecit et imaginem in fronte percussit; statimque sanguis exivit. . . . Vulnus autem in fronte maiestatis et sanguis . . . desiccatus usque in hodiernum apparent. . . . . .

c. 48. Quod non sunt euangelia multiplicanda. . . . Dominica quadam sacerdote Parisius sic sub uno canone[2] quasi duas proponente, vel potius unam quam fartam vocant extendente, cum multi forte scolares divinis audiendis tunc adessent, propter causas decretales prope tractandas, quibus, sacramento completo, interesse volebant, Teutonicus[a] quidam in publica audientia dixit: 'Nimiam hic moram facimus; fugiamus hinc, quia diabolus iste semper duas proponit ut unam!' . . . . . .

c. 49. De missis non duplicandis. . . . Ad hunc autem morbum multiplicem ab ecclesia expellendum . . . summum remedium, a Gregorio VIII. deliberatum, esset amotio oblationum preterquam ter in anno: die scilicet natalis, pasche et pentecostes et preterea in die sollempnitatis patroni ecclesie et presente cadavere defuncti et in die anniversarii cuiusque vel purificationis. . . . . . .

c. 51. . . . Item exemplum de beato Bernardo[3], qui verbum Domini Teutonicis faciens lingua Gallica, quam penitus ignorabant, tantam eis devotionem incussit et compunctionem, ut ab oculis eorum lacrimarum affluentiam et ad cuncta que suadebat vel facienda vel credenda facillime cordium eorum duritiam emolliret; cum tamen ad interpretis sermonem eis lingua sua singula fideliter exponentis nichil omnino moti fuissent. . . . . . .

Dist. II, c. 6. In presbiteris autem nullum omnino remedium, nulla dispensatio locum habet, nisi forte per generale concilium a summo pontifice et cardinalibus, consensu quoque totius ecclesie de desponsandis unicis et virginibus more Grecorum statueretur. Sicut de Alexandro tertio dicitur, quod id statuere propter pericula, que in occidentali ecclesia ex voti illius emissione cognoverat tanta, procul dubio proposuerat et firmiter animo decreverat; tota ecclesia Romana in hoc consentiente preter abbatem cancellarium[4], qui vir erat singulari quadam austeritate notabilis, qui et postmodum, tamen tertius ab Alexandro, est papa creatus et Gregorius octavus[b] vocatus. Ob cuius dissensum solius tam utile tanti patris tamque discreti propositum, peccatis exigentibus, non fuit effectui mancipatum. . . . . .

Hostis enim ille antiquus adeo humana perditione letatur, ut in magnis machinationibus suis effectui mancipatis nequitiam suam interdum quasi iactando vocali quoque prolatione depromat. Sicut in coronatione imperatoris Alemannie[c] inter barones et principes imperii super dignitatibus suis et privilegiis ob hoc militum 40 vel plurium strages facta

a) Tetonicus *c.* b) quartus *ed. Brewer.* c) facta *sine causa suppl. Br.*

1) Scilicet sanctus qui saec. IV. floruit e corpore daemoniacae mulieris. 2) Scilicet missae, ut oblatio augeretur. 3) Eadem fere repetuntur infra p. 415. 4) Albertum presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

fuisset, demum lite sopita, et missa usque ad sequentiam inchoata, post ultimi versus modulationem, huius scilicet: *Hunc diem gloriosum tu fecisti*, priusquam euangelium pronunciaretur, in illo silentii intervallo insidiator ille alta voce simili modulatione proclamavit: 'Hunc diem bellicosum ego feci'; et sic evolando magnam partem tecti ecclesie secum avellens asportavit[1]. . . . . . .

c. 27. . . . Papa Alexander III. facetum hoc, ut fertur, verbum emisit: 'Filios episcopis Dominus abstulit, nepotes autem diabolus dedit'[2]. . . . . .

EX LIBRIS DE REBUS A SE GESTIS[a].

Lib. I, c. 3. . . . Statim vero Walenses omnes, monitis salubribus[3] obtemperantes, decimas illas dandas concesserunt cunctique patrie tocius preter Flandrenses de Ros[4] et complices suos. Qui cum tempore non modico sub interdicto conclusi fuissent, per regis Anglorum Henrici secundi, quem ob hoc adierunt, instantiam sententie date relaxationem ab archiepiscopo predicto ad instancium pariter et instantis dampnationem ad tempus impetrarunt. 1189. Unde, non multo post tempore rege defuncto et minus honeste rebus humanis exempto, Walenses, qui lane decimam ad monita viri boni sponte dederunt, Rosensem provintiam depredantes ovesque lanigeras cum reliqua preda hiis qui Deo et ecclesie sue lane decimam dare renuebant omnes abstulerunt et abduxerunt. . . . . . .

c. 4. . . . Videns Giraldus[5] propter mandatum regis et archiepiscopi Rosensibus ad tempus relaxandis totam fere patriam ea occasione corruptam, quia Flandrenses, ubicumque in finibus illis fuerant, tam extra Ros quam intra, eadem immunitate gaudere volebant, et sic laborem suum mancum fuisse considerans, impetravit ab archiepiscopo litteras ad episcopum Sancti David[6] continentes, quod tantum habitantes in cantaredo de Ros et non alios ab interdicto relaxaverat, et illos ad tempus propter regis instanciam, et quod reliquos omnes decimas lane et caseorum dare renuentes sub interdicto priori firmiter concluderet. Quo facto, revocati sunt sub interdicti sententiam habitantes in cantaredo de Dugledu[7] et illi de Angulo, qui, licet habitantes in provincia de Penbroc, tamen, quia Flandrenses erant et simul cum Rosensibus sicut et illi de Dugledu ad immunitatem querendam sumptus fecerant, simili libertate gaudere volebant. Revocati sunt et illi de Talachar[8], qui, quoniam Flandrenses ex parte fuerant et ovibus longe pre ceteris habundabant, magis rebelles et renitentes existebant. Proinde nonnisi speciali mandato domini pape, postmodum a Giraldo perquisito, domari ad plenum poterant et informari. Facta est igitur in patria turbatio magna et Flandrensium in Giraldum exacerbatio, clericorum autem econtra, quorum honori et commodis invigilabat, dilectio grandis et affectio. . . . . . .

Lib. II, c. 1. De gestis virilis etatis et robuste. Hiis ita completis, Giraldus . . .
c. 1177. in Franciam transfretare seque Parisius denuo studiis elegancioribus totis desideriis applicare curavit. . . . Quadam autem die, cum fieret ad ipsum audiendum concursus undique magnus, finito sermone ipsius, et murmure multitudinis cum favore cunctorum et laude subsecuto, doctor quidam egregius, qui et Parisius in artibus legerat et diu Bononie in legibus studuerat, cuius nuncupatio magister Rogerus Normannus[9], qui et postea Rothomagensis ecclesie decanus extitit, palam in huiuscemodi verba prorupit: 'Non est sub sole scientia, si fuerit Parisius forte delata, que incomparabiliter ibi et longe excellentius quam usquam alibi procul dubio non prevaleat'. . . . . . .

a) *contulit cod. Cottonianum Tiberium B XIII, c. a. 1300. scriptum, F. L*

1) Similis fabula narratur a Willelmo Malmesbur. Reg. II, 192. 2) Repetitur V. Remigii Lincoln., supra p. 412, n. 1. 3) Giraldi, a Ricardo Cantuariensi archiepiscopo a. 1175. *ad ecclesiae supplendos defectus in Walliam legati.* 4) Menevensis episcopatus et Pembrocensis comitatus regio. V. Florent. Wigorn. a. 1111: *Rex Angliae Heinricus (I) Flandrenses, qui Northymbriam incolebant, cum tota supellectili sua in Waloniam transtulit et terram quae Ros nominatur incolere praecepit.* 5) Tunc archidiaconus Brecheniensis constitutus. 6) Petrum de Leia a. 1176—1203. ep. Menevensem. 7) Daugleddyv inter flumina Cleddy. 8) In com. Caermarthen. 9) 'Non est idem ac Rogerus Glossator'; Savigny, 'Gesch. des Röm. R.' IV, p. 186, qui p. 372; III, 347, 582. quae Giraldus ad historiam iurisprudentiae affert doctissime disserit.

c. 2. . . . Canonicus Parisiensis ecclesie[1], filius scilicet castellani de Monte-Mauricii, qui et paulo post in decanum eiusdem ecclesie promotus fuit, quia vir docilis erat et litteralis erudicionis appetitor, in discessu ab auditorio, ubi ipse cum aliis multis intererat, Giraldum secreto conveniens, quesivit ab eo, quot annis aput Bononiam legibus et canonibus studium impendisset. Et cum responsum acciperet, quod numquam Bononie fuerat, quesivit iterum, ubinam in iure studuerit. Et cum ab ipso audierit, quod Parisius tantum operam huic studio per triennium indulserit, cum admiratione recessit. Preceptor autem eiusdem in ea facultate, quem post prandium visitavit, tamquam applaudens et discipuli tanti glorie congratulans, hoc ei in audientia verbum emisit: 'Nollem revera pro placito centum solidorum' — ydioma namque Bononicum erat —, 'quin[a] hodie in tanto consistorio tantoque scolarium conventu tam egregie locutus fuisses, quoniam, ut ait Ieronimus, profectus discipulorum laus est et gloria preceptorum'. Contigit etiam, quod magister Matheus Andegavensis, quem in legibus et decretis tunc audiebat, vocatus a papa Alexandro III. ad Lateranense concilium, ut 1179.
cardinalis fieret, a sociis in auditorio suo licentiam accipiens, quatinus magistrum Giraldum loco ipsius auditorem et preceptorem haberent, cum multa ipsius commendatione monuit . . . . Tamen ipse . . . in proximo Bononiam causa maioris in ea facultate profectus ire proposuit. . . . . . .

c. 4. . . . Giraldo itaque versus Angliam iter agente[2], cum Atrabatum veniret in 1180.
septimana pentecostes et iuxta forum hospitatus esset, factus est tumultus in urbe magnus. Iun.8–14.
Comes enim Flandrie Philippus, qui tantus erat, in hac urbe sua tunc existens, in foro, quod tamquam in urbis medio spatium magnum in quadranguli modum optinebat, quintanam erigi fecerat, clipeum videlicet fortem posti firmiter appensum, ubi tirones et robusti iuvenes, equis admissis, militaria negotia preludendo, lanceas frangendo vel obstaculum transpenetrando, vires suas experirentur. Giraldus etiam ab alto hospicii sui solio cuncta prospiciens et utinam tamquam vana despicere valens, vidit comitem ipsum totque cum ipso viros nobiles, tot milites atque barones sericis indutos, tot equos egregios admitti, tot lanceas frangi, ut, cum diligencia magna considerans singula, vix satis admirari posset universa. Sed cum hoc quasi per horam unam durasset, totumque spacium illud grande tanta nobilitate repletum esset, comite Philippo subito discedente, cunctisque dilapsis, ubi tanta pompositas paulo ante visa fuerat, nec homo nec bestia iam comparuit, nec quicquam nisi forum omnino vacuum videretis. Argumentum quidem et indicium magnum, sicut ipse de hiis et similibus loquens dicere solet: omnia sub sole vanitati subiecta et quasi fantasmata celerrime pretereuntia et tamquam momentanea secularia cuncta.

c. 5. Procedens itaque et, mari Flandrie transnavigato, Cantuariam veniens, in die sancte Trinitatis cum monachis . . . comedit. . . . . . . Iun 15.

c. 18. . . . Preterea pro re miranda multi ducebant et obstupebant, cum archidiaconus[3] lingua tantum Gallica loqueretur et Latina, quod non minus vulgares, qui neutram linguam 1188
noverant, quam ceteri ad verbum ipsius flebant innumeri, et ad crucis signaculum plures quam ducenti concurrebant. Simile contigit in Alemannia de beato Bernardo[4], qui verbum Domini Teutonicis faciens lingua Gallica, quam penitus ignorabant, tantam eis devocionem incussit et compunctionem, ut et ab oculis eorum lacrimarum affluentiam et ad cuncta que suadebat vel facienda vel credenda facillime cordium eorum duritiam emolliret, cum tamen ad interpretis sermonem eis lingua sua singula fideliter exponentis nichil omnino moti fuissent. Ex quo patet, virtute divina Spiritu interius operante et corda perlustrante, tam hic quam ibi rebus quoque plus quam verbis actum fuisse. . . . . . .

Lib. III, c. 17. . . . Cum itaque propter werram grandem, que inter regem Francie Phi- 1199.
lippum et comitem Flandrie Baldewinum, qui regi Anglie Iohanni tunc adeserat[b], orta fuit, recta via per Franciam ire non poterat[5], longo circuitu per Flandriam profundam a sinistris et Henou per Ardenie grandis silvas hyspidas et horrendas, Campaniam laterans et Purgundiam[c] penetrans, ad publicam demum stratam cum peregrinis et mercatoribus itinerando pervenit. Mirum autem, quod 26 annis ante provisus fuit a quodam in somnis labor iste[6]. . . . Ardenia magna . . . terra silvestris est. . . . Et quia per Ardeniam magnam viam

a) quia *c.* b) *i. e.* adhaeserat. c) Purguniam *c.*

1) Herveus, filius Matthaei I. de Montmorenci, decanus Parisiensis, dici videtur. 2) A Parisiis redeunte. 3) Giraldus, qui cum Baldewino archiepiscopo in Wallia crucem praedicavit. 4) Quae sequuntur fere iisdem verbis iterat Giraldus, Gemma Ecclesiastica I, c. 51, supra p. 413. 5) Giraldus. 6) Videbatur Giraldus pro electo Ardeniae magnae susceptus; putabant, quod Ardenia magna Wallia fuerit, quia terra silvestris est ut illa.

1199. inviam et indirectam, vispilionibus et latronibus plenam tam periculose laborem tantum fuerat aggressurus, Ardenie magne dictus electus erat.

c. 18. Alpes itaque transcendens et Italiam ac Tuscaniam transcurrens, circa festum
Nov. 30. sancti Andree Romam pervenit[1]. . . . . . .

EX LIBRIS DE INVECTIONIBUS.

Lib. I, c. 4. . . . In Teutonico regno quotiens enormiter quis delinquere videtur, de natione quacumque quasi proverbialiter in suo vulgari dici solet: *Untriwe Sax*, hoc est: infidelis Saxo. . . . . . .

Lib. IV, c. 9. . . . Registrum[2] autem suum facit papa quilibet, hoc est librum, ubi transcripta privilegiorum omnium et literarum sui temporis super magis arduis causis continentur. . . . . . .

Lib. V, c. 5. . . . Ad hoc etiam regem Othonem, nepotem suum, qui valde favorabilis in curia Romana tunc temporis erat, in eundem modum contra magistrum Giraldum scribere procuravit[3]. Quippe qui ad nutum archiepiscopi[4] tam in hiis quam in aliis, qui et cancellarius eius et principalis consiliarius necnon et iusticiarius erat, cuncta faciebat. . . . . . .

c. 11. Sanctus[5] igitur adversarius et tam potens cum tot adminiculis et tantis, qui et reges secum complices habebat et coadiutores, tam Alemannicum scilicet quam Anglicanum, magistrum Giraldum in utroque iure tuendo, tam ecclesie sue quam proprio, absque defensione non invenit. . . . . . .

1203. c. 12. . . . Romam magister Giraldus . . . ut quarto peteret, incunctanter apposuit. . . . A festo nimirum epiphanie usque ad quadragesimam et per totum quadragesimale tempus, quo continue singulis diebus sunt stationes, sicut a beato Gregorio papa statute sunt et ordinate, necnon et basilicarum per urbem dedicationes multe tam a summis pontificibus quam et cardinalibus facte et relaxationes date usque ad clausum pasche, sicut scripto comprehendi fecit et annotari, annos relaxationis habuerat nonaginta duos; et ut centenarii numerus plene adimpleretur, et cum auctoritate hospitalis Sancti Spiritus, qui locus Scola Anglicana dici solet, ab Innocentio tertio, qui tunc prefuit egregie constitutus, se fratrem fieri procuravit. . . . Omnium ecclesiarum urbis Romulee totius et abbatiarum tam intra murorum ambitum contentarum quam in suburbiis adiacentium, quarum numerus quadringente quinque minus, missarum et orationum et beneficiorum omnium que in illis fiunt particeps fieri meruit. . . . . . .

Lib. VI, c. 25. . . . Nostris quoque temporibus vel parum ante Romanus imperator Heinricus — —[6] Cestrie finibus solitudinem elegit vitamque feliciter terminavit. . . . . . .

E GIRALDI VERSIBUS*.

. . . .

Pax datur[7] hinc profugis, timor hinc terrorque tyrannis,
Iuris libra viget, religioque viret.
Morum nobilitas ac morum gloria, cervix
Libera, cena sub his sobria, recta fides.
Sensit Otho tumidus, Patheri sensere, duoque
Reges, Arragonus[8], Anglicus[9], arma ducum.

*) *Epigr.* 34, *Opp. I, p.* 375, *e cod. Cotton. Vitell. E. V.; cf. epigr. XXII, p.* 368 = *Invect. I, c.* 9 = *IV, c.* 13: In laudem Innocentii III: . . . Imperiale decus et cleri culmen adeptus, . . . | Sicut Alexander sic tempora nostra beavit | Tertius innocuus. . . . *Epigr. XXIX:* De excidio urbis Romulee *finitur his versibus:* Roma fuit! | Urbs felix, si vel dominis urbs illa careret | Vel dominis esset turpe carere fide!

1) Quae sequuntur ad Innocentium III. et cardinales spectant. 2) Idem caput repetit noster Opp. I, p. 397. De *registro Eugenii pape* tertii cf. Invect. II, 1. et De Iure Menev. II, p. 180; de *registro ecclesie Romane communi, . . . enumerationibus sedium cathedralium in singulis regionibus* Invect. IV, 2. Cf. Gerv. Tilleber. supra p. 372. 375. 3) Iohannes rex Angliae; *regis Othonis erga papam et curiam supplicationem pro* Cantuaria contra Meneviam factam cap. 10. quoque notat noster; cf. infra p. 418. 4) Huberti Walteri, qui a. 1205. obiit, de quo cf. Stubbs, 'Const. Hist.' I², p. 579. 5) Ironia in Hubertum. 6) Vide Instr. Princ. III, 27, supra p. 407. 7) Ab Innocentio III. 8) Petrus II. 9) Iohannes.

Hyspani paveant, paveatque incredulus Affer,
    Damascus paveat, ense domanda ducum.
Sobria strenuitas Francorum, classis abundans,
    Anglica gaza reis causa pavoris erunt.
Urbs igitur cesset animos turbare feroces
    Prona, quibus quondam colla subacta dedit.
Illa laborat ad hoc, ut Christi sponsa tyrannis
    Serviat, et servi libera colla premant.
Mirum! que Rome[a] modicos sententia pape
    Non movet, hic regum[b] sceptra movere potest[c];
Que minimos minime censura coercet in Urbe,
    Sevit in orbe fremens celsaque colla premens;
Cui male sublatus Rome non cederet hortus,
    Nititur ad nutum flectere regna suum.

EX OPERE DE IURE ET STATU MENEVENSIS ECCLESIAE.

Dist. IV. . . . Mane vero versus Sanctum Audomarum, quo partem pecunie sue trans- 1199. miserat[1], cum acceleraret, ut pars terre nulla, per quam transiret, ei foret absque terrore, a peregrinis et aliis quos obvios habuit pro certo accepit, quod Anglici cuncti ibi inventi capiebantur et spoliati publice custodie tradebantur. Quibus auditis, mutato consilio simul et calle, in castro de Challi a boreali latere quasi per sex inde miliaria distante se suscepit. In crastino vero veniens ad ipsum canonicus Sancti Audomari, cui nomen Alexander, et cui notus fuerat et dilectus, secum eum apud Sanctum Audomarum secure conduxit. Cum igitur ibi cum amico, latenter tamen et non aperte, pernoctasset, recepto clerico suo, quem premiserat, et pecunia, versusque Duniacum[2] et Kameracum, quibus in finibus via commeantibus securior extiterat, Atrebatum, ubi capiebantur Anglici, longe a dextra relinquens, in crastino iter arripuit. Cum igitur, duabus apud Duniacum noctibus iacens, societatem, quam expectaverat, nullam invenit, mane die tertio versus Cameracum iter aggrediens et se fortune committens, cum per duo miliaria iam processisset, ecce serviens quidam Nevelonis illius nequissimi custodis Atrebati[3], qui cunctos spoliabat Anglicos et nulli parcebat, premissus a domino suo ad comitissam Flandrie[4], apud Valocenes[5], quo et ipse veniebat, archidiaconum, non directe obviando, sed a dextro latere quasi ex transverso veniendo, sicut fors obtulit casusque sinister, offendit; qui statim intuens pueros qui sequebantur, nuper vestitos, per habitus ipsorum et vestes Anglicos esse perpendens, archidiaconum cum his qui precedebant celerius est consecutus. Porro qualiter nec fuge presidio tutus nec ecclesie refugio securus ad gravem demum redemptionem est artatus; item qualiter Parisius veniens, . . . Burgundiam longis dietis transmetiens et Alpes transcendens, Italiam intravit; item qualiter insidias adversariorum, tam Parmam vitando quam Bononiam subito transpenetrando, premunitus evasit; . . . item qualiter Faentiam tertio ante natale die perveniens, Dec. 23. 20 marcatas auri, quod in obolis Mutinis a civibus Bononiensibus in nundinis Trecensibus emerat, vix et cum difficultate recuperavit; . . . item qualiter tertio natalis die per Bal- Dec. 27. neum Sancte Marie sub Alpibus illis iter arripuit, et fortune manibus se suosque committens, transmensis montibus arduis et preruptis, nivibus pariter et predonibus perhorrendis et periculosis, demum in valle Spoletana se suscepit, ubi mirabantur admodum et stupebant indigene, qui Alpes illas predonibus et periculis plenas sic indemnis cum suis omnibus pertransivit, liber De Gestis Giraldi totum explanat. Profectus itaque per partes illas dietis aliquot assignatis, biduo ante epiphaniam Romam pervenit. . . . Contigit autem, hiis diebus 1200. Ian. 5. papam ad Fontem Virginum, quo spatiandi causa loco et tempore competenti libenter atque frequenter ire consuevit, profectum esse. Erat autem Fons ille fons pulcherrimus, a Laterano non longo intervallo meridionali ex latere distans, limpidas et frigidas aquas ex se

a) Roma *ed. Brewer p. 377; sed* Romae *p. 374, ubi hi ultimi versus tamquam singulum carmen ex Lelandi Coll. IV, p. 114. imprimuntur.* b) subito *Leland.* c) facit *Lel.*

1) Giraldus. 2) Douay. 3) Cf. de eo SS. XXVI, p. 393. 755. 4) Mariam. 5) Valenciennes.

1200. fundens, Pariis lapidibus arte conclusus et rivum amenum et amplum ad campos emittens. Sane cum papam exiisse tam campana palatii, motionis ei nuncia, quam fama testante compertum fuerat, . . . papam archidiaconus e vestigio secutus est[1]. . . . . . .

Paschalibus[2] itaque diebus cum ad papam archidiaconus accederet, inter cetera dixit ei papa, id quod animo conceperat ex parte denudans, quod propter reges aut principes seu magnates, qui ipsi adversabantur, non oportuit ipsum in aliquo timere, quia nichil ei, nisi per exceptionem aliquam partis adverse repelli deberet, nocere poterat ad promotionem. Susceperat enim eisdem diebus, sicut et antea pluries, archiepiscopo Cantuariensi[3] procurante, literas tam regis Anglie Iohannis quam etiam nepotis eiusdem Alamannorum regis Othonis, quem papa tunc speciali amplexabatur dilectione, archidiacono adversantes, qui ambo inter principes terre favorabiles in curia nimis extiterant, unus propter imperii spem obtinendi, alter propter auri et argenti tam rem quam spem largiendi. . . . . . .

Dist. V. . . . Sumpta licentia, de Ferentino Romam per dietam unam, de Roma vero Bononiam quasi per dietas sex una cum ducibus et previis creditoribus suis adventavit. Ubi de die in diem creditores urgentius, ut eis pecunia solveretur, instabant. . . . Scolares Bononienses condixerant omnes et coniuraverant, quod ibi pro nemine vades fierent aut sponsores. . . . . . .

Dist. VII. . . . Super Giraldo Rome sublimando et in cardinalem etiam assumendo tam propter persone idoneitatem quam etiam literalis eruditionis copiam memoratum nonnumquam in curia fuit. . . . . . .

E SPECULO ECCLESIAE[a].

1215. Dist. II, c. 29[4]. . . . Nuper hiis ultimis nostris diebus in concilio Lateranensi a papa Innocentio III. cum multa solempnitate multaque tam episcoporum quam abbatum ab universo fidelium orbe convocatorum ad hoc et collectorum numerositate celebrato per capitula singulis in regnis semel[b] in triennio uno in loco tenenda, per visitatores annuo more officientium[c] ad singula cenobia destinandos salubre remedium per Dei gratiam est provisum. . . . . . .

1156. c. 30. . . . Notandum hic autem, quod nostris diebus, Adriano papa, qui proximus ante Alexandrum III. erat, papatum regente, qui Anglicus fuit et apud Sanctum Albanum originem duxit, abbas[5] et monachi loci eiusdem exemptionem ab ipso confidentius impetrarunt. Et quoniam papam causa localis originis favorabilem magisque propitium in cunctis agendis suis cunctisque petendis aut etiam non petendis invenerunt, ut etiam de monachis suis tam archidiaconos facerent, quos et sic nuncuparent, qui clericis terrarum suarum preessent capitulaque tenerent et litibus ac causis ventilandis et decidendis operam darent, quam senescallos quoque ad laicalia negotia tractandum et seculares causas audiendum et diri-
2. Tim. 2, 4. mendum obtinuerunt; cum tamen clamat apostolus, quia nemo militans Deo secularibus negotiis se debeat implicare. . . . . . .

Dist. III, c. 12. . . . Papa Alexander III, ut fertur, dicere consuevit, quia tres domos habebat pre ceteris plus dilectas, quas speciali cura protegere privilegiisque munire volebat: Templarios scilicet et Hospitalarios et Cisterciensis ordinis monachos. . . . . . .

c. 20. De Cartusiensium ordine, vite honestate et austeritate laudabili. Verisimile videtur, quod, sicut a Cluniacensibus causa religionis intensioris Cistercienses, sic et eodem intuitu postmodum a Cisterciensibus exierint ortumque contraxerint Cartusienses. Alii tamen aliter sentiunt et ex Cartusiensium ipsorum traditionibus assertive proponunt et dicunt, ordinem istum in hunc modum originem fuisse sortitum. Canonicus quidam Remensis ecclesie, scolarum magister eximius, cui nomen Bruno, cum sociis 6, presbitero scilicet uno clericisque tribus et laicis duobus, causa vite corrigende Deoque devotius et via tam artiore quam et altiore serviendi, relictis rebus ac reditibus cunctis, usque in Burgundiam ulteriorem, per dietas longas itinerando, transpenetrans[d], demum ad virum

a) *contulit cod. Cotton. Tiberium B XIII, c. a.* 1300. *scriptum, F. L.* b) simul *c.* c) affic. *c.* d) transpenetrent *c.*

1) Sequitur Innocentii III. cum Giraldo colloquium de causa Menevensi non sine iocis habitum. 2) Pascha erat Apr. 9. 3) Huberto; similia v. supra p. 416. 4) Quae de ordinibus monasticis, v. g. de Cluniaco II, 1. affert noster, potius ad historiam ecclesiasticam quam Germanicam pertinent. Verba de Lateranensi concilio fere eadem repetuntur infra III, 1. 5) Robertus; cf. G. Abb. S. Albani (auct. Matthaeo Paris.) ed. Riley I, p. 128.

venerabilem Hugonem Gracioponensem[1] episcopum accessit eiusque consilium super pro- 1086. posito suo sociorumque suorum effectui mancipando sibique locum ad Deo serviendum assignando postulavit et impetravit. Cumque quesisset episcopus, quot essent, et respondissent, quia septem, dixit episcopus, visionem suam, quam nocte precedente viderat, in eorum adventu completam esse. Vidit enim in sompno quasi septem stellas coram ipso in aere descendentes ipsumque precedentem ad locum sub Alpibus qui Cartusia dicitur e vestigio sequi. Unde et in crastino 7 illos, quasi per dictas 7 stellas designatos, ad eundem locum perduxit ipsumque ad Deum serviendum eis assignavit deque facultatibus suis, donec ibidem radicati essent, eos liberaliter exibuit et vite necessaria benignissime ministravit. Ordinem itaque suum eiusdem precipue consilio constituerunt totumque statum suum ad eiusdem dispositionem ordinaverunt; ipse quoque, qui rei totius ordinator fuit et auctor, ordinem eundem suscepit. Et quia vir sanctus erat et religione conspicuus, nisi per papam prohibitus fuisset, episcopali cura resignata, ad ipsos ex toto se conferre proposuit et preparavit. Annis autem 15, ut astruunt, ante Cisterciensium ortum hic ordo processit et precessit, cum quibus tamen plurima videntur habere communia, pluriora vero separata preferunt tamquam propria, duriora quidem et districtiora. Lineis enim non utuntur nec femoralibus sicut nec illi; carnibus non vescuntur vel sagimine, nec in egritudine positi, nec ullo tempore; palliis autem ex pellibus solum utuntur tamquam Alemannicis ante pectus clausis; talibusque palliis[a] utuntur in ecclesia et claustro, et non capis; femoralibus quoque non utuntur; sotulares habent canapo vel lino ligatos. . . . . . .

Dist. IV, c. 1. . . . Quod[2] quidem ob reverentiam apostolorum principis, qui super altare hoc dominicum celebravit sacramentum, hoc in dominicum et patriarchale sancti Iohannis Lateranensis stabilitum est altare, ut nullus super illud nisi Romanus pontifex missam audeat[b] celebrare[3]. . . . . . .

c. 12. Porro post divisum in orbe dominium, precipueque post translatum ad Theutonicos et Baicarios omine infausto Romanum imperium, quoniam regnum quodlibet in se cf. Matth. 12,25. separatum[c] desolationi semper obnoxium, diminuta iam plurimum regendi potentia, crevit statim in subditis aviditas. . . . Principes . . . non solum ecclesiam Romanam non protegunt, verum etiam ipsi palam et puplice bona ecclesiastica diripiunt[4]. . . . . . .

c. 16. . . . Pontifices itaque summi . . . patientissime cuncta pro Christi nomine sustinuerunt. Quorum etiam quidam[5] tempore Karoli regis, nondum tamen imperatoris, 799. a perfidis Romanis et pernitiosis ac scelerosissimis pius pater a filiis impiis afflictus attrociter fuit et exoculatus. Modernioribus quoque diebus et nostris fere temporibus alius 1111. pontifex[6] summus post irrogatas iniurias multas captus demum Theutonico furore fuit et, donec furibundis beati Petri patrimonia resignaret, incarceratus. Ideoque pape rubris[7] semper induti, quoniam et caritate fervidi igneque salutifere dilectionis medullitus accensi necnon et omnibus horis ad martirium prompti et ad sanguinis effusionem pro Christo preparati.[8] . . . . . .

c. 19. De Romani principis Henrici nostris diebus imperantis proposito[d] nobili, per quod et inopiam sedis Romane sublevare et cupiditatis notam purgare parabat. Propter has et similes suggillationes et insultationes curie sacre tam verbis quam scriptis minus discretis minusque circumspectis, salva tamen pace maiorum, irrogatas Henricus, Fretherici filius, qui Scicilie regnum et Apulie Romano nostris diebus imperio potenter adiecit et ad pristinam subiectionem, mediante nimirum matrimoniali vinculo et plurimum ad hoc opitulante, revocavit, filiali pietate pariter et dilectione, materne satis laudabiliter in hoc compassus erumpne, nisibus totis ac studiis in hunc modum delere curavit. Videns enim et animadvertens, propter patrimonium beati Petri, tam a principibus, qui id tueri deberent, quam a ceteris, undique direptum et penitus indefensum, dictam aviditatis et avaritie notam ex summa penuria et rerum usualium inopia

a) *bis scribitur c.* b) audiat *c.* c) super. *c.* d) posito *c.*

1) Grénoble. 2) Scil. ligneum altare priscorum paparum. 3) Capitibus quae sequuntur tractat noster *De ecclesiis in urbe Romana; de reliquiis in Lateranensi basilica; de ecclesia b. Petri; de numero basilicarum; de longitudine ecclesiarum.* 4) Sequuntur notitiae de moribus Romanis et versus in papas et Romanam avaritiam, qui Goliae ascribuntur. 5) Leo III. 6) Paschalis II. 7) *Romanus pontifex capa rubra induitur, quia totus igne caritatis accendi debet,* scripsit noster Epist. 24, Opp. I, p. 279, Waltero Mapo. 8) C. 18. de iure imperatoris in res saeculares et papae in spiritualia tractatur.

provenire, quia terras et opida prediaque perampla, a Constantino ecclesie collata et a decessoribus suis iniuriose sublata, restituere nec voluit nec alios per Ytaliam modernis diebus ad restituendum ablata universa propter ignaviam aut inpotentiam compellere valuit, saltem in ecclesiasticis et spiritualibus remediabile subsidium adhibere curavit. Considerans enim et mente revolvens, indecens valde et incongruum esse filias longe lateque [per[a]] orbem fid[eliu]m terrenis opulentiis abundare, matremque tamen inopem et egenam existere, menbraque divitiis affluere deliciisque florere, capud autem utriusque carens tamquam aridum et marcidum penitusque fere desolationi datum, animo disposuit statuendumque firma ratione decrevit, quatinus per imperii sui totius amplitudinem cunctis metropolitanis ecclesiis et singulis meliorem canonicam papa de cetero propriam haberet et iure perpetuo possideret necnon et in aliis ecclesiis pontificalibus, maioribus scilicet et opulentioribus, singulis singulas ad rerum temporalium copiam eidem honorifice ministrandam. Ad hoc etiam, ut in singulis ecclesiis simplicibus episcopalibus singulis cardinalibus iuxta gradus et ordinis dignitatem necnon et capellanis ac clericis in capella domini pape ministrantibus eiusque obsequiis iugiter assistentibus tot prebende tantique redditus annui specialiter assignarentur, quot quantique ad decus et decorem domus Domini basiliceque principalis et beati Petri cathedralis, quam Christus ipse gloriosam in terris tamquam sponsam suam pretioso sanguine suo redemptam et honorabilem in oculis hominum ac venerabilem esse volebat, ad plenum, ut decuit, sufficere possent. Ad instar autem imperii cetera per orbem regna catholica, convocatis ad hoc consiliis universalibus, et persuasibilibus magnorum virorum eloquiis, ad generalem dicto beneficio consensum applicandum[b] firmoque munimine roborandum citra difficultatis omnis aut dilationis obstaculum, Domino desuper inspirante favorem, indici possent. [O[c]] quam nobile factum quamque subtiliter atque salubriter excogitatum, si tamen felici fuisset effectui mancipatum, menbris nimirum minime gravatis aut nullum prorsus ob hoc in detrimentum datis, verum ex sociali tante celsitudinis solatio multum honoratis et emendatis, capite vero principali summoque menbrorum omnium vertice propter mundane opulentie pariter et excellentie gloriam tante maiestati, Deo disponente, dignam ac debitam decorato decenter et exornato. Porro dum princeps ad hoc propositum operis exhibitione complendum totis nisibus anelaret ad Urbem, matrem urbium omnium atque magistram, maturius ob hoc accelerando, infecto negotio tam utili quidem et tam honesto, omine sinistro quidem et infausto in ipsis viridis iuvente diebus et annis immaturis mortis intempestive morsu
1197. crudeli rebus, proh dolor! humanis exemptus est. Mirum autem mentibus humanis forte videri posset, quod ecclesie Romane, cui gloriam in terris quandoque contulit inmensam, tantum decus eidem inminens et tamquam in ianuis iam existens pius et misericors Deus Deique filius sponse sue, quam ex mera gratia et incomparabili clementia redemit sibi quoque[d] proprio pretiosoque sanguine fuso comparavit, tamquam minus in hoc articulo misericors, subitis huiuscemodi casibus et inopinatis deperire permisit, nisi quoniam nichil in terris stabile, nichil umquam perdurabile divina potentia stabilivit. Verum res humanas omnes nunc ab imis ad summa, nunc a summis ad ima quasi iuxta rote volubilitatem vicissim aut scandere videas aut descendere sursumque rupi subito seu demitti. Nec dissimiliter, quia sors hominis varia firmoque gradu stare nescia semper adversis pervertit prospera, semper amaris miscet et mutat dulcia. Unde etsi diuturni[e] . . . valle lacrim[arum] . . . licitas,
Prov. 14,13 iuxta Sapienti[s eloqui]um: *Semper extrema gaudii luctus occupat.* Circumspecte nimirum ille, qui conspicit omnia quique suaviter et sapienter disponit universa, manuum suarum ordinavit opera sicque a supernis civibus celestique militia distinxit et discrevit hec[f] infima, ut ibi cuncta stabilia, cuncta iocunda cunctaque perpetua et fine carentia, hic e diverso cuncta labilia, cuncta lugubria cunctaque transitoria et exitum amarum finemque letalem et lamentabilem expectantia; quatinus a mundanis istis momentaneis et amaritudine plenis ad eterna bona et gaudio plena, ubi nichil amarum, nichil adversum, nichil varium, sed inmutabile, sed delectabile, sed perdurabile totum, totis viribus et nisibus mens humana con-
Hebr 13,14. surgat. Et iuxta salutiferam Pauli doctrinam, quia non habemus hic manentem civitatem neque mansionem diuturnam, futuram inquiramus et permanentem. Unde et metricos

a) *codex enim multis locis incendio mutilatus est.* b) aplic. *c.* c) *litteras initiales scriba omisit ut variis coloribus exararentur.* d) sibique *corr. Brewer.* e) *iterum lacunae incendio ortae.* f) hic infirma *corr. Br.*

sapientis cuiusdam[1] versus hos, similem sententiam exprimentes, hic apponere preter rem non putavimus:

Semper adest homini quo pectoris ima gemiscant,
Ne possit plena pros[peritate frui].
[Gaudia] nunc [luctu, nunc mutat amara secun]dis,
Versans [humanas sors] inopina vices.
[Sola ve]nire solent et vix et sero secunda,
Et simul et subito semper amara fluunt.
Ergo, ubi nil varium, nil vanum nilve nocivum,
Sint ibi fixa tibi spes, amor atque fides.

Notandum hic quoque, quod his ultimis diebus[2] nostris in concilio Lateranensi a papa Inno- 1215. centio III. magnifice celebrato, ab universis nempe fidelium orbis finibus undique tam remotis quam propinquis cum diligentia multa convocato et prelatorum ecclesie maiorum, tam abbatum scilicet quam episcoporum, pre ceteris cunctis a tempore beati Petri consiliis fecundissimo, dictus papa ad relevandam[a] Romane sedis inopiam vigilantem, ut fertur, curam adhibuit, adeo ut de cunctis et singulis cathedralibus per orbem ecclesiis redditibus largitione fidelium ample locupletatis decimam partem ecclesia Romana perciperet[b] sibique in posterum irrefragabiliter appropriaret, totis nisibus elaboravit. Sed cleri universi conciliique parte maiori et magis auctentica consensum ad hec nullatenus prestare volente, minus in hoc profecit nec desiderium suum iuxta propositum et animi conceptum effectui mancipare prevaluit. . . . . . .

a) revelandam *c.* b) percipiet *c.*

1) Versus Giraldi ipsius, qui ex quatuor codicibus desumpti inter poemata inveniuntur Opp. I, p. 354.
2) Eadem fere verba habes supra p. 418.

EX CHRONICO EVESHAMENSI.

Thomas de Merleberge[1], *Eveshamiae*[2] *iam ante annum* 1190.[3] *monachus, a.* 1206. *vel paullo post decanus*[4] *ecclesiarum vallis adiacentis, tum sacrista, deinde a.* 1218. *prior, postremo a.* 1230. *abbas factus, obiit a.* 1236[5].

Scripsit inter a. 1213.[6] *et* 1227. *Vitam sancti Wigstani, nepotis regum Merciorum, a.* 850.[7] *occisi, quem Canutus Magnus* fecit transferri Eovesham[8]. *Postea*[9] *inter a.* 1223.[10] *et* 1227.[11] *confecit Chronicon Eveshamense. Cuius libris I. et II.* abbreviavit Vitam et Miracula sancti Egwini[12], *fundatoris a.* 717. *mortui,* edita a Dominico priore Eveshamensi[13], *cuius fit mentio apud continuatorem Florentii Wigornensis ad a.* 1125; *libro III. gesta abbatum inde ab a.* 714. *per quatuor saecula paucis perstricta, simulatque suum aevum attigit, fusius narravit. Imprimis quae ample exposuit de advocatis Bononiensibus atque de usu et consuetudine curiae Innocentii III, a quo a.* 1204 *sqq., ut monasterium e dioecesi eximeretur, impetravit*[14], *tam intime observavit, ut, quamvis historiam potius Italicam quam Germanicam spectarent, ea hic prorsus omittere nollem. Codicem* B o d l e i a n u m *Rawlinson A* 287, *manu vel saltem iussu auctoris usque ad a.* 1214. *nitide exaratum, postea saec. XV. usque ad a.* 1418. *continuatum, v. d. W. D. Macray pro Serie Rotulorum Publicorum libro qui* Chronicon abbatiae de Evesham, Lond. 1863, *inscribitur, notis uberrimis adiectis, accuratissime edidit; quem iterum ut evolverem haud supersedi.*

Berolini m. Febr. 1883. *F. L.*

Incipit[a] liber tercius de constructione Eveshamensis cenobii et benefactoribus et malefactoribus et abbatibus eiusdem ecclesie et operibus eorum bonis et malis, collectus et compositus a Thoma priore Eweshamie ex variis cartis et scriptis et factis manifestis.

1035. . . . Vir vero prudens Aelwardus[15] abbas, qui etiam sub Cnutone rege Londoniensis ecclesie episcopus effectus est, non tamen huius loci gubernationem deserens, . . . sanctissimas corporis reliquias fere omnes beati Odulfi[16] confessoris a mercatoribus eas Londonias por-

a) *rubra in marg.*

1) Marlborough in com. Wilts. 2) In dioecesi et com. Wigornensi. 3) *De conversatione Ade* (a. 1160—1191) *abbatis scripsimus sicut vidimus pro parte, pro parte vero audivimus;* Chron. Evesham. p. 102. 4) Ib. p. 196. 5) Cf. infra p. 425. 6) Randulfo a. 1213—1229. abbate; cf. Vitam Wigstani Chronico Evesham. subiunctam p. 336. 7) Florent. Wigorn. s. a. 8) Eveshamense, ait p. 325, *cenobium reges Dacie in tantum dilexerunt, quod apud Odeneseiam* [in insula Fünen] *primitias religionis Dacie monachos Eoveshamenses constituerunt; quod monasterium Dacie usque in hodiernum diem extat, totius Dacie religionis norma et sancte conversationis exemplum et forma.* 9) Vitam Wigstani suam laudat Chron. Evesh. p. 27. 10) Postquam Rogerus abbas depositus a. 1223. obiit; p. 253. 11) V. infra p. 423, n. 3. 12) Eiusdem episcopi Wigorniensis Vita multo vetustior exstat in codice s. X. vel XI; cf. Hardy 'Descr. Catal.' I, p. 418, et Giles 'Lives of Anglosaxons' pro Soc. Caxtoniana. 13) Chron. Evesh. p. 2 sq. 14) Haec causa per partes inter Gregorii IX. decreta recepta est; cf. Potthast, Reg. nr. 2681. 15) Hic a. 1039. *Heardecanutum, qui ea tempestate cum matre sua apud comitem Flandrie hospitabatur, futurum regem Anglie* accivit; Chron. Evesh. p. 37. 16) Translatio et Miracula s. Odulfi auctore Dominico (v. supra l. 9), Chronico Eveshamensi adiuncta, continent quaedam de sancto Friderico Traiectensi, quae inter scriptores Vitarum aevi Carolorum colligemus.

tantibus mercatus est digno pretio, id est centum marcis, atque ad istum locum, quem maxime dilexerat, transmisit, laudabiliter reservandas hic perpetuo. . . . . . .

Successit[1] Adam monachus Cluniasensis de Caritate. Iste ferme vixit triginta annos. . . . 1160.
Calicem etiam aureum in egritudine in qua decessit fieri fecit, quem Rogerus abbas postea 1191.
distraxit pro redemptione regis Ricardi. . . . . . . 1193.

Ego maxime verebar, ne, si episcopus in nos et monasterium nostrum plenam haberet 1204.
iurisdictionem, ad hoc omnimodis operam daret, sicut magister Willielmus de Verdun[2], summus consiliarius eius, sepe dicebat, quod episcopus abbas noster efficeretur. . . . . . .

Cum itaque intemperies aeris instaret, et moram fecissemus per sex ebdomadas, in 1205.
crastino octabarum pasce cum licentia et benedictione domini pape recessimus ab Urbe. Ex Apr. 18
consilio etiam domini pape et domini Hugulini cardinalis, postmodum episcopi Hostiensis[3], quem prius elegeram, quia iuris peritus erat, ecclesie nostre et cause nostre tutorem et protectorem, relictus sum ego Bolonie cum benedictione abbatis[4], donec relatio veniret, et ut ibi plenius de causa nostra instruerer; et moram ibi faciens per dimidium annum, revera multum ibi profeci, audiens cotidie leges et canones. . . . De causa nostra bene instructus
Bolonie, post festum sancti Michaelis recessi Romam; et in predictis octabis sancti Martini, Sept. 29 Nov. 18.
venit ad me relatio per predictum clericum abbatis; sed et adversarii[5] nostri venerunt. . . . . . . Igitur die a domino papa nobis constituta coram eo comparuimus. . . . Stetimus enim vallati advocatis nostris; conduxeramus enim nobis optimos advocatos, ego quatuor et adversarius quatuor, sed ego meliores. Preveneram enim adversarium et elegeram mihi de tocius mundi partibus meliores, magistrum videlicet Merandum Hispanum, quem postea tempore concilii[a,6] vidi episcopum, qui nulli mortali simul in utroque iure tunc temporis habebatur secundus — hunc, cum regeret scolas Bononie, dominus Wintoniensis[7] Romam adduxerat; et stetit ibi pro domino rege et episcopis Anglie contra monachos Cantuarienses super iure eligendi Cantuariensem archiepiscopum —, et alium quendam, videlicet militem Papiensem Bertrandum nomine, dominum legum, qui nulli totius Lumbardie post dominum Assonem[8] in iure civili habebatur secundus. Hunc monachi Cantuarie adduxerant, et stetit pro eis in predicta causa contra dominum regem et episcopos Anglie. Et cum hiis duobus locutus fui Bononie, antequam Romam venirent. Habui etiam magistrum Petrum Beneventanum, capellanum domini pape, postea[9] cardinalem et episcopum Portuensem, qui primus habebatur inter advocatos curie, sed et magistrum Willielmum Provintialem, clericum domini cancellarii; hac usus cautela, ut per istos duos aliqua secreta curie discerem; quod et ita factum est. Et dedi primo qualibet die consistorii quinquaginta solidos Proviniensium[10], secundo et tertio quadraginta, quarto viginti. Et cum conquereretur adversarius noster, quod subtraxissem ei copiam advocatorum, respondit dominus papa subridendo: 'Numquam defuit alicui copia advocatorum in curia Romana'; et precepit, ut dicerem. Tunc ego iam pridem cognoscens, quia curia breviloquio gaudebat, flens et eiulans dixi: . . . Et dominus papa conversus ad cardinales, subridendo vulgariter loquens dixit: 'Iste omnia aufert episcopo et postea dicit: „Habeat episcopus residuum"!' . . . . . .

De responsione magistri Roberti: . . . 'Carta et stilus, filum et bulla privilegiorum Constantini[11] penitus in terra nostra ignota sunt'. . . . Et dominus papa propriis manibus tractavit ea et traxit per bullam et cartam, si forte posset bullam a filo amovere, et diligentissime intuens ea, tradidit cardinalibus intuenda, et cum per girum venissent

a) consilii *c.*

1) In abbatia Eveshamiae. 2) *De consilio magistri Willelmi de Verdun* egit Malgerius episcopus Wigorniensis iam a. 1202; Chron. Evesh. p. 120. Willelmus, aut e gente de Verdon, quae cum Conquestore Angliam intravit, aut civitate Lotharingiae oriundus, a Malgero a. 1200. archidiaconus Gloucestrensis factus, obiit a. 1210. 3) A. 1206—1227, postea papae Gregorii IX. 4) Rogeri II. Eveshamensis. 5) Nuntii Maugeri episcopi Wigorniensis. 6) Lateranensis IV. a. 1215; cf. infra p. 205: *cum essem Rome in concilio generali*; p. 223: *quando fuimus in generali concilio.* Melendus erat episcopus Uximensis (Osma, prov. Soria) a. 1210—1225. 7) Petrus, episcopus Romae Sept. 25. a. 1205. consecratus, pro rege Iohanne apud papam id egit, ut monachorum electio tolleretur. 8) Azo glossator legit ius Romanum Bononiae s. XII. ex. et s. XIII. in., de quo cf. Savigny, 'Gesch. des Röm. Rechts' V. — Bertrandus et Melendus eodem fere tempore ib. III, p. 584. laudantur; sed nescio, an ille Papiensis fuerit. 9) Petrus iam inde ab a. 1198. usque ad a. 1211. episcopus Portuensis occurrit; Potthast, Reg. p. 462. 10) Provins (dép. Seine-Marne); cf. Du Cange Gloss. s. v. *Campaniae moneta.* 11) A. 709. 713, Jaffé, Reg. nr. 1648 sq., a nostro p. 171 sq. transcribuntur.

1205. iterum ad dominum papam, ostendens privilegium Constantini, dixit: 'Huiusmodi privilegia, que vobis ignota sunt, nobis sunt notissima, nec possent falsari'. Et ostendens indulgentias, dixit: 'Iste vere sunt'; et restituit mihi omnia. Sed qualiter mihi et ecclesie et cause nostre timuerim, cum per girum viderent privilegia cardinales, et cum dominus papa ita dure ea tractavit, supersedeo dicere, quia non possem vobis edicere. . . . Circa privilegia Constantini omnia mihi ignota erant. . . . Et cum iam esset hora prandendi, precepit dominus papa, quod recederemus. . . . . . .

Prohibuerat enim, ne advocati loquerentur de facto, nisi de iure tantum. . . . Conversus ad advocatos dixit: 'Ecce instructi sumus de facto per procuratores; nunc autem instruatis nos de iure'. . . . Quasdam leges, quas a domino Assone, tunc temporis legum dominorum domino, Bononie non sine pretio didiceram, induxi. . . . Et dominus papa: 'Discedite, et scribite nobis summatim allegationes vestras, et detis nobis hac die, et confidite
Dec. 22. in Domino, et per gratiam Dei in brevi habebitis sententiam'. . . . Erat autem feria quinta,
Dec. 24. dies scilicet Iovis ante nativitatem Domini. . . . Sabbato vero summo mane accessi ad curiam, et cuiuslibet cardinalis ingredientis pedes tenens, magis lacrimis quam verbis motum animi mei indicavi. . . . Circa horam diei nonam exivit de thalamo dominus papa cum cardinalibus. Et cum sedisset, vocati sumus 'procuratores Eveshamie et Wigornie'. Et confortatus sum eo quod preponerent me adversario meo in casu illo, quamvis fere semper ita consueverint[a] apparitores; multociens enim benefeceram eis, ut liberiorem haberem ingressum; idem enim ibi sunt apparitores et hostiarii. Et cum staremus, sicut consuevimus, ex adverso ad invicem, dixit dominus papa: '. . . Causam . . . recitari volumus'. Et surgens magister Philippus primus notariorum, postea[1] Troianus episcopus, dixit: '*Abbati*[2] *et fratribus Eveshamensis cenobii*' etc. Et cum audissem, quod scriberet nobis, revixit spiritus meus; novi enim modum scribendi domini pape per moram quam feceram in curia, quod multum profuit cause nostre, quia non scriberet nisi victori. Unde cum episcopus habeat eandem sententiam quam et nos, procurator eius non potuit impetrare, ut in sententia episcopi scriberet episcopo, sed nobis sicut et in nostra. Et cum legisset sententiam latam pro nobis, ivimus ad pedes domini pape tam victus quam victor, ut mos est, gratias agentes, et cum inclinarem me ad osculandum pedes domini pape, tum pre gaudio tum pre ieiunio defecit spiritus meus. . . . . . .

1206. Ian. 18. Cum itaque talem sententiam apud nos 15. Kalendas Februarii haberemus bullatam[2], propter varios huius seculi casus timens tanti thesauri amissionem, cupiens habere duplicem, quamvis ad hoc exactissimam adhibuissem diligentiam nec profecissem, tamen caute feci, ipsam sententiam et non sine magno labore executioni a capite usque ad finem interseri, et sic propositum habui. Dum hec agerentur, bis intra nativitatem Domini misit mihi dominus papa senia de venatione sua. . . . . . .

Cum iam rediissent ad Urbem mercatores Romani, qui iverant in Angliam cum abbate nostro pro quadringentis quadraginta marcis, quas abbas mutuo acceperat, nec recepissent eas sicut convenerat, et ego iam expendissem quinquaginta marcas, quas mutuo acceperam, non inveni qui aliquid mihi mutuo daret; immo me ipsum observabant Romani, ut caperent et mitterent in carcerem, donec universum debitum solveretur, sicut prius fecerunt Ermesfredum monachum[3], qui in eorum custodia mortuus est. Cum itaque hac de causa non haberem unde advocatos conducerem, invocantes auxilium de celo, in nos ipsos pondus litis[4] suscepimus. . . . . . .

Dixit magister Robertus[5] . . . adversarius: 'Pater sancte, nos didicimus in scolis, et hec est opinio magistrorum nostrorum, quod non currit prescriptio contra iura episcopalia'. Et dominus papa: 'Certe et tu et magistri tui multum bibistis de cervisia Anglicana, quando hec didicistis!' Et cum magister Robertus adhuc idem affirmaret, iterum idem audivit responsum. . . . . . .

Papa . . . post paucos dies dedit nobis dominum Gualam diaconum cardinalem[6], inter cardinales in iure civili peritissimum, super interruptionibus prescriptionis nostre auditorem. . . . . . .

a) *corr. ex* consueverant *c.*

1) A. 1212. 2) Bullam, ap. Potthast, Reg. nr. 2660, transscribit noster p. 179. 3) Eveshamensem, qui a. 1203. Romam missus fuerat; cf. p. 123. 132. 222. 4) Scilicet alterius de iure episcopali in ecclesiis vallis Eveshamensis. 5) De Clipstone, procurator Wigorniensis, papam iudicem allocutus. 6) Tit. S. Mariae in Portico.

Completis itaque, ut putabamus, omnibus negociis nostris, mandatum domini pape, 1206.
audientibus adversariis nostris, recepimus, ne ab Urbe cum privilegiis nostris recederemus. Igitur, quamvis omnes infirmi essemus, locuti tamen sumus ad invicem, ut aliquis nostrum, maiori simulata infirmitate, cum executione recederet. . . . Cognito autem recessu magistri Ade[1], comminati sunt nobis adversarii nostri et Romani mercatores. Et videntes Romani, quia presumptuosi eramus, qui hec contra prohibitionem domini pape feceramus, observaverunt nos, donec obtinuissent, quod ex precepto domini pape omnia privilegia nostra et instrumenta eis tradidimus loco pignoris pro quadringentis marcis quas eis debebamus. Postea vero, cum adversarius noster diceret, se adhuc habere causam contra me, cui respondere non possem, indignatus sum, et quamvis nescirem, quidnam loqueretur, more litigantium audacter et presumptuose respondi, quod ad omne, sicut ex premissis iam mundo innotuit, ei responderem, et vigilantius insidiatus sum ei. Cum igitur dominus papa, ut erat curialissimus, more suo liberalissimo oppressos consolans, ne victus adversarius noster dolens recederet, multas speciales indulgentias adversario nostro indulsisset, quadam die, cum in publica audientia legerentur, obieci me adversarium et omnibus contradixi. . . . . . .

Post aliquot ebdomadas circa mediam quadragesimam, cum iam inciperet aeris in- Mart.
temperies, et plenissime constaret mihi, quod licentiam recedendi non impetrarem, nisi prius dominum papam et cardinales, sicut decet victorem, visitarem, nec unde eis satisfacerem haberem — unde satis dolendum est, quia, si eos visitassem, omnium privilegiorum nostrorum innovationem et etiam novorum capitulorum adiectionem et litteras de expensis nobis ab episcopo refundendis et quecumque alia de iure vellem impetrassem —, accepta licentia a sanctis apostolis Petro et Paulo et aliis patronis Urbis sacre, et cum benedictione apostolica cum populari multitudine accepta clam recessi, per quinque vel sex dietas semper timens, ne revocarer. . . . . . .

Interim factum est generale interdictum tocius Anglie. . . . Rex etiam pro predicto 1208.
facto admodum turbatus, fecit omnes Romanos quotquot erant in Anglia comprehendi et omnibus bonis que secum habebant spoliatos de terra sua fugari. Inter quos et creditores nostri, qui tunc temporis venerant pro pecunia sibi debita, omnibus instrumentis suis et privilegiis nostris a domino rege spoliati sunt. . . . . . .

Missus est in Angliam a domino papa dominus Nicholaus Tusculanensis episcopus, 1213.
apostolice sedis legatus, qui, archiepiscopo[2] iam revocato, generale solvit interdictum. Venerunt etiam Romani creditores nostri, qui petebant a nobis quadringentas marcas nomine sortis, septingentas vero nomine penarum et expensarum, super hiis literas domini pape deferentes ad dominum Pandulfum, domini pape camerarium. . . . Tandem composuimus in vigilia omnium sanctorum apud Walingeford[3], quod deberemus dare eis quin- Oct. 31.
gentas marcas pro sorte, penis et expensis. . . . . . .

CONTINUATIO[a].

. . . Secundo anno abbatis Rondulphi[4] ivit idem decanus[5] cum eo Romam ad concilium[b] 1215.
generale, ubi de eius consilio et industria confirmacionem disposicionis reddituum et multa alia necessaria impetraverunt. Secundo vero anno reditus a curia factus est sacrista. . . . 1217.
Hec omnia fecit infra unum annum, et relicto officio omnibus bonis pleno, factus est prior. 1218.
. . . Post prioratum fecit magnum breviarium, quod melius tunc fuit in monasterio, et Haymonem[6] super Apocalipsim, et vitas et gesta patronorum et abbatum Eveshamie[7] in uno volumine, et iterum easdem vitas et eadem gesta seorsum in alio volumine[c]. . . . . . .

Abbate Rondulpho defuncto, . . . statim elegerunt[8] Thomam priorem suum. . . . Bene- 1229.
dictionis munus in crastino translationis sancti Benedicti est adeptus[9]. . . . . . . 1230. Iul. 12.
Pridie Idus Septembris in Domino obdormivit[9], anno videlicet Domini 1236. . . . . . . 1236. Sept. 12

a) *quae sequuntur manu s. XV. exarata sunt.* b) consilium c. c) *ultimae hae pag. 184. lineae aceto, ut videtur, hydrosulphurico deletae sunt.*

1) Eveshamensis. 2) Stephano Cantuariensi. 3) Wallingford in com. Berks, ubi Nov. 3. rex ecclesiae Anglicanae damnorum compensationem obtulit. 4) Eveshamensis a. 1214—1229. 5) Thomas de Merleberge. 6) Episcopum Halberstadensem a. 840—853. 7) Opus quod supra excerpsi. 8) Eveshamenses. 9) Thomas.

EX ANNALIBUS SANCTI EDMUNDI.

Annalista Sancti Edmundi usque ad a. 1199. ex Annalibus Normanniae et Angliae Meridionalis librisque Radulfi Dicetensis, qui alibi etiam nunc integri inveniuntur, perpaucis tantum de suo monasterio Suffolkensi additis, magna cum socordia breves sententias excerpsit, inde autem ab a. 1200. usque 1211. ex eodem fonte uberrimo, quem Rogerus de Wendover nonnumquam minus accurate in suos quoque usus vertit, nos autem perditum dolemus, ample et diligenter hausit, postremo a. 1212, quo codex abrupte desinit, multas res maximi momenti simulatque eas novit solus inter coaevos notavit.

Codex inter Musei Britannici Harleianos nr. 447, Liber Sancti Aedmundi regis et martyris, *fortasse inde ab a. 1211. ab ipso auctore, certe saec. XIII. in. a pluribus monachis exaratus, a. 1879. inter 'Anglonormannische Geschichtsquellen' p. 98. praelo subiectus est.* *F. L.*

. . . .

1065. Leostanus obiit abbas Sancti Aedmundi; Baldewinus*, medicus Aedwardi regis et monachus Sancti Dionisii Francie, successit. . . . . . .

1098. . . . Obiit Baldewinus abbas Sancti Aedmundi. . . . . . .

Dec. 9. 1198. . . . Tonitruum horribile auditum fuit 5. Idus Decembris per universam Angliam et in ceteris terris omnibus usque Romam. . . . . . .

1202. . . . Comes de Flandria[1] cum comitissa sua[2] iter arripuit versus Ierosolimam. . . . . . .

1204. . . . Comes Flandrie Constantinopolim cepit et factus est imperator Constantinopolitanus. . . . . . .

1207. . . . Electus est in archiepiscopum magister Stephanus de Langetune presbiter
Iun. 17. cardinalis[3] et consecratus a summo pontifice Innocencio civitate Biterni[4] 15. Kal. Iulii. . . .

*) *Quae Baldewinus in Germania et Italia egit narrant Miracula s. Eadmundi, eo iubente ab Heremanno scripta, loco quem SS. XIII, p. 129. ann. 4. habes et alio 'Anglonorm. Gesch.-Q.' p. 257. edito:* Abbas Baldewinus Romam proficiscens[a, 5], secum de supradictis sancti[6] spoliis tulit. . . . Quibus pignoribus sacris in Italia in civitate quae Lucas dicitur quibusdam fidelibus impertitis, et Dei nomine Christique testis [Eadmundi[b]] veneratione in porticu quadam aecclesiae[7] eximii confessoris Christi Martini consecrato altare, provenit gratia Dei invocatione martyris [Eadmundi[b]]. Erat enim in civitatis praefate vicinio predives quidam, pollens splendore divitiarum eximio, unius tantum filii cum uxore fretus solatio. . . . Infirmatur infans. . . . In beati aecclesia Martini ante martyris [Eadmundi[b]] altare, . . . decursa nocte, . . . sanum repperiunt. . . . Ita pueri recuperabilis exstiterat elegantia, ut rectus sedens congaudendo caperet manibus ambabus a pavimento thimi folia; fuerant enim haec tunc temporis illius aecclesiae stramina. . . . Relatores huius nobis fuere miraculi domnus Eadricus prepositus ac cum eo presbiter Siwardus, quibus Romam euntibus in memorata civitate retulit hospes eorum Petrus, affirmans, se vidisse puerum debilem, sicque prout referebat, postea verae[c] virtute martyris incolumem; gratia cuius miraculi populus annaliter eandem frequentat aecclesiam ad laudem Dei venerationemque nostri patrocinatoris.

a) proficiens *c.* b) *nomini aureo colore inscribendo vacat spatium c.* c) *ita c.*

1) Balduinus IX. 2) Maria, post comitem profecta. 3) Tit. S. Chrysogoni. 4) Viterbo, ut in Anglia saepius scribitur. 5) Anno, ut videtur, 1071. 6) Scil. Eadmundi. 7) Cathedralis Lucae.

Rex Otto venit[1] in Angliam, et colloquio habito inter regem Iohannem avunculum suum et ipsum apud Stapelfordam[2] in thalamo Samsonis abbatis Sancti Aedmundi, rediit in terram suam, acceptis 5 milibus marcarum argenti a domino rege. . . . . . .

1208. . . . Philippus dux Suavie[3], regis Ottonis adversarius, in propria camera occisus est. Archiepiscopi, episcopi, duces et ceteri principes Alemannie fidelitatem et homagia fecerunt Ottoni. . . . . . .

1209. . . . Dux Saxonie[4] Henricus venit in Angliam ex parte regis Ottonis colloquium habiturus cum domino rege. . . . Rex Otto profectus est Romam et ibi coronatus diademate imperiali 4. Nonas Octobris, die existente dominica. Oct. 4.

1210. . . . Orta est dissensio inter dominum papam et imperatorem. . . . Imperator Otto a domino papa Innocencio excommunicatus est, et omnes magnates Alemannie a fidelitate ei prestanda absoluti, quia regem Sicilie[5] orphanum et pupillum ac apostolice tutele relictum usque ad exheredationem persequi non cessabat. . . . . . .

1211. . . . Comes Bolonie[6] a rege Francie recessit. . . . . . .

1212. . . . Otto imperator, dispositis pro libito omnibus in regno Apulie et in insulis[7] adiacentibus, reversus est in Tusciam, ubi dum moram aliquandiu faceret, tractatum est[8] de pace inter dominum papam Innocentium et ipsum; sed infecto negocio Italiam[9] intravit excommunicatus. . . . Imperator Otto nuncios suos[10] in Angliam ad regem, avunculum suum, direxit Cunradum de Diche et alium Cunradum et[11] quendam senescallum suum; quibus negocia domini sui et causam legationis sue proponentibus, rex multa contulit in auro et argento, equis et vestibus variis; sicque reversi sunt. Comes Bolonie multis a rege Anglie ditatus pecuniis, in partes transmarinas reversus est, Hugone de Bove[12] nobile quodam transmarino et milite strenuo, ut dicitur, cum dicto comite iter agente. . . . Rex[a] Anglie nuncios suos direxit ad imperatorem, Walterum de Grai cancellarium suum, Saerum de Quenci comitem Wintonie, Willelmum de Cantelu dapiferum suum, Willelmum[13] Traigoz; qui in Allemanniam profecti, pre nimia commotione terre cum magno conductu vix ad imperatorem pervenerunt. Quibus ibidem commorantibus, imperator in expeditione existens, cum filia ducis Suevie Isabel[14] matrimonium sollempniter contraxit eamque carnaliter cognovit; que paucis diebus post optato fruens matrimonio, in fata cessit. . . . Godefridus[b] de Luvein[15] ex precepto regis per[b] Flandriam latenter iter faciens, ad ducem de Luvein iturus, a filio regis Francie Lodowico captus est. Prepositus Sancti Audomari de consensu burgensium reddit burgum cum pertinenciis et Arium[c, 16] cum pertinentiis Lodowico, filio regis Francie. Orta est dissensio inter Lodowicum et comitem Flandrie, rege Anglie inde gaviso et auxilium contra inimicos non modicum sperante. Sed astucia regis Francie discretione previa turbata sedavit. . . . Fama . . . apud quosdam predicavit, reginam[17] raptam, iuniorem filium regis[18] apud Merleberge[19] interfectum cum magistris et custodibus suis, castrum succensum, et omnia que in castro erant direpta; . . . hec omnia nil esse, rei exitus declaravit. . . . . . .

a) *litterae initiali rubro pingendae spatium vacat.* b) Fr. *id est* Franciam *add. c., sed deletum est.* c) *cum c. nomen loci maiuscula non distingueret, 'Anglonorm. Gesch.-Q.' p. 152. alucinatus sum de* aria, *sive* area.

1) Circa m. Apr.; cf. Ficker, Reg. imp. V. 1, p. 73, et Winkelmann, 'König Philipp' p. 406, qui Iohannis mandatum d. Mai. 8. (ap. Sudendorf, 'Welfenurkunden' p. 72) de 6000 (non 5000) marcis Ottoni solvendis ad hunc annum referunt. 2) Stapleford, in Essex prope Londoniam. 3) Ita ab Anglis ut Guelficis fere semper vocatur. 4) Comes palatinus 1000 marcas Mart. 24. recepit; cf. Iohannis breve ap. Rymer, Foedera I, p. 103. Otto rex et principes quidam Germaniae, ut Iohannes Stephanum archiepiscopum Cantuariam admitteret, tunc rogaverunt; cf. ib. 5) Fredericum II. 6) Reginaldus, cuius foedus a. 1212, Mai. 4. cum Iohanne ictum v. ap. Rymer I, p. 104 sq. 7) Siciliam Otto aggredi voluit, sed non potuit. 8) Apud Montefiascone; cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 283. 9) Id est Lombardiam. 10) Eorum mentio fit Iohannis epistola imperatori missa; cf. Winkelmann p. 354. 11) Nescio num *et* cancellandum sit. Senescallus enim, saepe nuncios inter Angliam et Germaniam transferens, erat Conradus de Wilre; cui Iohannes rex privilegium a. 1207, Mart. 24. dedit ap. Rymer l. l. 12) De quo cf. Winkelmann p. 353—440. passim. 13) *Robertum* hunc vocat Iohannes rex epistola Mai. 24. per eos Ottoni data ap. Sudendorf nr. 24 sq. 14) Beatrix, filia Philippi regis, apud Nordhausen Iul. 22. Ottoni nupsit et Aug. 11. obiit; cf. Winkelmann p. 354. 308. 15) Eius mentio fit litteris a Iohanne Henrico de Brabant Mai. 24. datis, ap. Sudendorf nr. 25. 16) Lodowicus (VIII.) sibi S. Omer et Aire, haereditatem matris, ut neptis Philippi Alsatiensis, obtingere contra Ferrandum contendit; cf. SS. XXIV, p. 754, n. 3. 17) Isabellam. 18) Ricardum, postea regem Alemanniae. 19) Marlborough in com. Wilts.

EX ANNALIBUS DE MARGAN.

Cistercienses abbatiae Marganensis in comitatu Glamorgan sitae annales ab Anglia per Normannos superata exorsi, primum Willelmum Malmesburiensem cum annalista Wintoniensi connexuerunt; deinde tenui, postea paullatim uberiore stilo eventus imprimis Walliae enarraverunt et, nonnumquam ex epistolis litterisque tunc late per confratres suos divulgatis[1], *res in ordine Cisterciensi, ecclesia Anglica et universali, praesertim bellis sacris, gestas inseruerunt. Anno* 1232. *opus abruptum est; quo fere tempore*[2] *compositum esse videtur. Posteriore aevo adhibitum est ab annalista Dorensi.*

Codex Collegii Trinitatis Cantabrigiensis O. 2, 4, *saec. XIII. distincte exaratus, olim erat Thomae Gale; a quo inter Historiae Britannicae Scriptores XV, t. II, p.* 1. *a.* 1691. *publici iuris factus, postea a v. cl. Luard in Serie quae vocatur Rotulorum, Annalium Monasticorum t. I, p.* 1. *a.* 1864. *iterum accuratius editus est. E cuius libro pauca tantum Germanica, inter quae notae de Friderici II. itinere sacro non contemnendae sunt, excerpta cum codice contuli.* ***F. L.***

. . . .

1084. Withbertus papa sedem accepit. . . . . .

Ann. Wint. 1087. Mai 9. 1088. Corpus sancti antistitis Nicholai de Mirrea civitate in locum qui Barum dicitur 9. die mensis Maii translatum est[3]. . . . . .

1096. . . . Urbanus papa concilium tenuit et iter Ierosolimitane expeditionis predicavit.

1097. . . . Beatus Anselmus tempore regis Willelmi secundi Romam primo perrexit, presidente tunc sedi apostolice papa Urbano. . . . . .

1121. . . . Papa Calixtus* cepit Gregorium antipapam. . . . . .

1125. Imperator Alemannie, qui in matrimonium filiam regis Henrici acceperat, obiit. . . . . .

1128. Obiit . . . Willelmus comes Flandrie, nepos regis Henrici. . . . . .

Febr. 14. 1130[4]. Hoc anno 16. Kal. Marcii defunctus est papa Honorius apud Sanctum Grego- Febr. 15. rium[5]; et in crastino, id est 15. Kal. eiusdem, electus est Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli in apostolatum, qui et Innocentius vocatus est, et sexta die, scilicet sequenti Febr. 22. Febr. 23. sabbato post proximum, ordinatur in presbiterum in die cathedre sancti Petri, et in crastino consecratus est in summum pontificem apud Sanctam Mariam Novam. Quo die et Petrus Leonis consecratus est in apostolicum apud Sanctum Petrum. . . . . .

*) *De Calixto* Liber Landavensis *a Galfrido, fratre Urbani a.* 1107—1133. *episcopi Landavensis, ad cuius dioecesim Margan pertinebat, ex instrumentis plerumque falsificatis, Vitis sanctorum fabulosis notisque historicis compositus, haec habet. (Ed. ex transcripto saec. XVII. a Rees pro Soc. Mss. Wallens.* 1840. 4⁰, *p.* 85. 90*):*

1119. Millesimo centesimo nono decimo anno incarnationis Domini concilium Remense a Calixto papa, et praesente Lodguino Franciae rege cum praesentibus centum baculis quinquies tam archiepiscoporum et episcoporum quam etiam abbatum, cum innumerabili copia clericorum et laico- Oct. 20. Oct. 29. rum, incoeptum 13. Cal. mensis Novembris, finitum vero 4. Cal. eiusdem Novembris. Cui interfuit Urbanus Landavensis ecclesiae episcopus, et renovato privilegio ecclesiae ipsius cum omni dignitate sua, datum sibi fuit privilegium[6]. . . . . .

Papa secundus Calixtus in concilio Remensi[7]: *Quae sanctorum patrum sanctionibus de pravitate Simoniaca stabilita sunt nos quoque Spiritus sancti iudicio et auctoritate sedis apostolicae confirmamus.* 1. *Si quis vero vendiderit* — — 5. . . . *communione careant christiana.*

1) A. 1103. Vita s. Thomae Cantuariensis, a. 1207, ad litem inter regem et papam habitam, Libellus de Symonia, a. 1212. epistola Arnoldi Narbonensis ad capitulum Cisterciense missa laudantur; v. quoque infra a. 1228. 2) Vix ante saeculum XIII, cum iam sub a. 1103. ad a. 1170, sub a. 1170. ad a. 1183, sub a. 1199. ad a. 1230. alludatur. Tamen a. 1229, quem v. infra, testes rei laudantur. 3) Eadem verba habentur in Ann. Wintoniensibus, ap. Liebermann, 'Anglonorm. Gesch. Q.', p. 75. 4) 'Haec accuratius quam reliqui scriptores narrat Marganensis' Waitz, SS. X, p. 484. 5) *Georgium* emendandum est. 6) *D. Suessoni* 17. *Cal. Nov.* 1119. 7) Haec saepe ab aliis canonum Remensium editionibus discrepant.

1136. . . . Tota Wallia in discordiam commota est, rupta pace inter Walenses et alienigenas, maxime propter Flandrenses[1], eos quasi ex medio affligentes. . . . . . .

1146. Imperator Allemannie et Lodovicus rex Francie cum innumerabili exercitu ad[a] terram Ierusolimam perrexerunt. . . . . . .

1181. Obiit Alexander III. Romane sedis apostolicus mense Septembri[2]; et substitutus [est[b]] Hubaldus Ostiensis episcopus, Lucius apostolicus postea dictus. . . . . . .

1187. . . . Comes quoque Flandrie Philippus cum aliis viris illustribus uno die uno in loco in transmarinis crucem et ipsi in humeris suis accepere dominicam. . . . . . .

1190. . . . Obiit Fredericus imperator. . . . . . .

1192. . . . Rex Anglie redire parans, captus est a duce Austrie, et postea imperatori Henrico traditus, cum summa diligencia custoditus est. Savaricus, filius Geldewini[3], factus est episcopus Bathonie.

1193. Rex Ricardus in Alemannia detentus est, donec pro redemptione sua centum milia marcas argenti persolveret. Ad hanc summam pecunie colligendam preter id quod a laicis exhibitum est singularum ecclesiarum redditus decimati sunt, aurum et argentum, lapides pretiosi abbatiarum et aliarum ecclesiarum distracta, cruces et feretra decrustata, sacra etiam vasa altaris direpta sunt. . . . . . .

1194. Ricardus rex rediens a peregrinatione, coronatur Wintonie 12.[4] Kal. Maii. . . . . . . Apr. 20.

1198. . . . Obiit Henricus imperator; successit Oto, nepos Ricardi regis Anglie ex sorore[5], Philippo duce Suavie, qui frater erat imperatoris defuncti, retentis munitionibus, fortiter resistente. . . . . . .

1199. . . . Iohannes . . . proditionem . . . fecerat cum rege Francorum, . . . dum rex frater suus fuit in peregrinatione et carcere imperatoris Alemannie. . . . . . . 1193.

1204. . . . Gwido Prenestinus et quondam abbas Cistercii factus est archiepiscopus Remensis. . . . . . .

1207. Electus est magister Stephanus de Langtone ad archiepiscopatum Cantuariensem, cum esset cardinalis Romane ecclesie, et Biterni consecratus. . . . . . .

1208. . . . Mense Ianuarii peperit regina Ysabel apud Wintoniam filium qui vocatus est Ricardus. . . . . . .

1214[6]. . . . [Celebrata[c] fuit synodus Rome in ecclesia Salvatoris que dicitur Constantiniana mense Novembrio, presidente domino papa Innocentio III, in qua concessit ordini Cisterciensi, quod de possessionibus habitis ante concilium et de novalibus ante et post acquisitis nulli decimas dare teneretur.] . . . . . .

1222. . . . Fuitque eodem anno terremotus magnus multis in locis in transmarinis partibus, ex quo urbes alique subrute sunt funditus cum hominibus in illis degentibus; inter quas erat quedam urbs in Longobardia nomine Brisa[7], ex qua pars maxima in nocte natalis Dec. 24. Domini subversa est cum ecclesiis, ubi quoque perierunt fere duo milia hominum. . . . . . .

1226. Quidam abbas cuiusdam cenobii ordinis Cisterciensis, quod in provincia Suevorum fundatur, ad generale capitulum venit; cui a Deo data est gratia sanitatum immensa. . . . . . .

1228. . . . Imperator[8] Allemannie Fredericus, nondum tamen domino pape reconciliatus, circa nativitatem sancte Marie galeis transvectus ad Tirum[9] applicuit; quo audito, fra- Sept. 8. tres Templi et Hospitalis cum populo civitatis Acon ei obviam venerunt, a quibus gaudenter in predictam civitatem deductus est. Post hec cito venerunt nuntii cum muneribus eximiis a soldano[10] missi, scilicet equis dextrariis, dromedariis, sellis aureis et aliis rebus quam plurimis, ut darent imperatori; ex quibus nisi prius habito concilio cum patriarcha[11] et episcopis, militibus Templi et Hospitalis qui ibi fuerunt, noluit accipere, quibus tandem consultis, munera recepit. Postea missus est Willelmus episcopus Exoniensis cum aliis nonnullis ad soldanum qui in Damasco morabatur ad reformandam pacem inter christianos et Sarracenos; et sic demum elaboratum est, ut in quinto mense, scilicet in cathedra sancti 1229. Febr. 22. Petri[12], terra Ierosolimitana christianis sit restituta ac inter christianos et paganos decem annis totidemque diebus pax confirmata.

a) per, *sed superscr.:* vel ad *c.* b) *inter lineas postea add. c.* c) *in marg. manu fere coaeva.*

1) Quorum colonia in comitatum Pembroke missa erat. 2) Potius Aug. 30. 3) Consanguineus Henrici VI. 4) Potius Apr. 17. 5) Mathilde. 6) Potius a. 1215. 7) Cf. Rad. Coggeshal., supra p. 358. 8) Hic auctor fortasse easdem litteras perditas quas Rogerus de Wendover adhibuit. 9) Sept. 7. apud Acon. 10) Elkâmil. 11) Geroldo. 12) Potius Febr. 18.

1229. Fredericus imperator Allemannie et patriarcha Ierosolimitanus[1], Petrus episcopus Wintoniensis, Willelmus episcopus Exonie et ceteri qui ibi aderant fratres Hospitalis et milites Templi principes multi, cum populo terre et peregrinis, qui iam longo tempore ibi expectaverant, venerunt Ierosolimam anno 42, postquam pagani eam quondam ceperant. Apr. 8. In dominica palmarum[2] cum gaudio civitatem intraverunt devoteque ibi solempnia eiusdem diei egerunt. Postea viriliter muros civitatis iam a paganis dirutos incipiunt reparare, ecclesias edificare, et in eis divina officia patriarcha et episcopi student celebrare. Attestati eciam nobis sunt qui ibi fuerunt peregrini, quod ante sepulcrum Domini more solito Apr. 14. descendit in vigilia pasche ignis de celo. . . . . . .

EX ANNALIBUS DE SOUTHWARK.

Canonici prioratus Sanctae Mariae de Southwark sive Overey, Londinii in Tamesis ripa dextra a. 1106. *conditi, in codice Cottoniano Faustina A VIII, f.* 119—212, *saec. XIII. in. et medio annales composuerunt, quos F. Liebermann primus plene transcripsit et hoc loco excerpendos benigne mecum communicavit.*

Initium operis usque ad a. 1207. *uno ductu scriptum Hugoni Floriacensi, catalogo Cluniacensi annalibusque Anglonormannicis*[3], *tum imprimis Ymaginibus Radulfi de Diceto, quae in eodem codice s. XIII. in. exaratae sunt, debetur. Postea canonici tres vel quattuor quae testes viderunt usque ad a.* 1240. *adiecerunt. Denique manus saec. XIV. in. paucas notulas inter lineas addidit.*

Auctor Cronicae maiorum Londoniarum[4] *usque ad a.* 1211. *et inter annalistas monasticos Wintonienses*[5] *certe usque ad a.* 1208, *Bermondseienses*[6] *certe ad a.* 1222, *imprimis autem Matthaeus Parisiensis*[7] *et qui Westmonasteriensis*[8] *dicitur opus Southwarkense adhibuerunt.* *R. P.*

1106. Hic[a] constitutus est ordo canonicorum in ecclesia sancte Marie de Suthewa[rke per[b] W. Gifford]. . . . . . .

Ann. Angl. Merid. 1110. Henricus rex dedit filiam suam imperatori[9]. . . . . . .

1115. 2. Kal. Iun. obiit Maria comitissa Bolonie. . . . . . .

Cf Ann. Anglosax. 1117. 3. N. Ian.[10] terre motus Longobardie; ceciderunt turres et monasteria multa et domus, et homines perierunt multi. . . . . . .

Angl. Mer. 1118. Obiit . . . Pascalis papa; successit Gelasius.

1119. Obiit Gelasius papa apud Cluniacum; successit Calixtus. . . . . . .

1121. Henricus rex accepit Adelisam ad reginam. . . . . . .

1131. Dedicatio Cluniacensis monasterii a domno Innocentio papa. . . . . . .

Rad. Dicet. 1159.[c] Adrianus papa; successit Alexander, Romane ecclesie presidet; scisma Alexandri et Octoviani scismatici; Romani legitimum, imperator fovebat scismaticum.

a) *rubra c.* b) per W. G. *add. man. saec. XV.* c) Obiit *supplendum est.*

1) Error. 2) Potius Mart. 17. 3) Ed. Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 34. 4) Ed. Stapleton, Liber de antiquis legibus, Lond. pro Soc. Camden. 1846. 5) Cf. Liebermann l. l. p. 103 178. 6) Annales de Bermondsey (cella de Caritate, iam pars Londinii) e cod. Harleiano circa a. 1433. exarato ed. Luard inter Ann. Monasticos III, p. 423. 7) Cf. Luard ad Matth. Paris. Chron. Maiora III, p. XIII. 8) Flores Historiarum prodierunt Lond. a. 1567. 1570, postea apud Wechelium a. 1601. fol. 9) Cf. Liebermann l. l. p. 47. 10) *On octab. S. Ioh. evang.* Ann. Anglos., SS. XIII, p. 118.

1160. Maria abbatissa, filia regis Stephani, nupsit Matheo comiti Bolonie. . . . . . . Rad Dic

1163. Veniens in Galliam papa Alexander, magnum concilium Turonis celebravit. . . . .

1164. Defuncto Octoviano, Fredericus alium ei substituit. . . . . .

1167. Obiit Matildis imperatrix. Matildis, filia regis, nupsit Henrico duci Saxonie. A. Angl M Rad Dic

1176. . . . Iohanna, iunior filia regis, Siculo regi nuptura, 6. Kal. Sept. transfretavit. . . . . . .

1177. Fredericus imperator venit ad pedes Alexandri pape; et sic scisma finitur. . . . Philippus comes Flandrensium et comes Willelmus de Mandevilla profecti sunt Ierosolymam. Rad Dic

1179. . . . Sinodus 310 episcoporum habita est Rome, media quadragesima scilicet et 14. Kal. Aprilis, in patriarchio Lateranensi a papa Alexandro tempore Frederichi imperatoris. . . . . . .

1186. Hugo prior de Kartusa[1] consecratus fuit in episcopum Lincolnie. . . . . . .

1189. . . . Fredericus imperator Alemannie versus Ierusalem cum magno[a] comitatu iter arripuit. . . . . . .

1190. . . . Obiit . . . Fredericus imperator. . . . . . .

1191. Rex Anglie et rex Francie profecti[b] sunt a Mesena ante dominicam palmarum. . . . Apr. 7. Celestinus episcopus 179. presidet Romane ecclesie in die pasche; feria secunda post Henricus imperator coronatus est ab eodem papa. Rad Dic.

1192. Hoc anno consecratus est Savaricus in episcopum Batoniensem apud curiam Romanam. Hoc anno Ricardus rex Anglie rediens ab Ierosolymis interceptus est in Alemannia a duce Austrie Limpoldo inter festum sancti Andree et natale Domini*, et retentus ab imperatore Henrico Alemannie et redemptus propter[c] marcas sterlingorum; ad quam redemptionem perficiendam universi calices per Angliam ecclesiarum confracti et conflati sunt preter eos qui redempti sunt cum aliis thesauris ecclesiarum. . . . . . . Nov. 30 Dec. 25.

1194. Hoc anno Ricardus rex Anglie liberatus est a potestate Henrici imperatoris Alamannie 2. Non. Febr. Hoc anno 3. Idus Mart.[2] apud Sandwiz[d] Ricardus rex, post feria quarta apud Lundoniam cum magno apparatu receptus est. . . . . . . Febr. 4. Mart. 13

1197. . . . Eodem anno captus est episcopus Belvacensis Philippus a Marchade et sociis ipsius apud . .[e]; item eodem anno facta est pax inter regem Anglie Ricardum et regem Francie Philippum.

1198. . . . [Hoc[f] anno incepit ordo fratrum Predicatorum in Italia.] . . . . . .

1209. . . . Hoc anno natus est regi Iohanni alius filius in vigilia epiphanie et nominatus est Ricardus. . . . Ottho factus est imperator Romanus die 4. Non. Octobris[g] apud Romam in ecclesia beati Petri. . . . . . . Ian. 5. Oct. 4.

1215. . . . Hoc anno celebratum est concilium Rome apud Lateranum pridie Idus Novembris in die sancti Martini, presidente domino papa Innocencio tercio, et cum eo fuerunt presidentes in predicto patriarche, primates et metropolitani archiepiscopi 61, episcopi 400 et 12, abbates et priores ultra 800. . . . . . . Nov. 12. Nov. 11.

1216. . . . Obiit papa Innocencius tercius apud Pelusam 17. Kal. Augusti anno papatus sui 18, mensibus 5, diebus 5. . . . . . . Iul. 16.

1225. . . . Baldewinus comes Flandrie, qui et imperator Constantinopolis, post annosam peregrinationem rediit in Flandriam, homagiis et fidelitatibus et dominiis plurimarum urbium prestitis et receptis. Filia autem eius et heres[4], regi Frantie Lodovico tanquam tutori adherens, multiplices molitur insidias, ut patrem extinguiret, et paternam detestabiliter abnuens cognationem[h], tandem comprehensum suspendio interrire[i] detestabilius fecit. . . . . . .

1226. . . . Ludovicus rex Francie cruce signatur super Albigeneses[i]. . . . .
Ludovicus[k] rex Francie, eversa urbe Avionun, morbo correptus, redire disponens, obiter obiit. . . . . . .

1227. . . . [Confirmatus[l] est ordo fratrum Minorum a domino papa Gregorio IX.] . . . . . .

1229. Hoc anno reddita est civitas sancta Ierusalem cum Betleem et omnibus finibus earum 8. Kal. Marcii domino Fretherico Romanorum imperatori; portavitque[5] coronam eiusdem Terre Sancte in die anunciationis dominice; et facte sunt treuge inter ipsum et soldanum per decennium; et reversus est cito in patriam suam propter discordiam inter dominum papam et ipsum motam. Eodem anno dominus Gregorius papa nonus accepit Febr. 22. Mart. 25.

*) in crastino S. Thome apost. *in margine codicis manu paulo recentiore adduntur.*

a) magna *c.* b) perfecti *c.* c) *supple:* centies mille. d) applicuit *e Rad. Dic. supplendum est.* e) *spatium vacat c.* f) Hoc — Italia *ad calcem paginae tempore Edwardi I. adduntur.* g) D. IIIIus N. oct. Octobris *c.* h) contiationem *c.* i) *sic c.* k) *manus mutatur c.* l) *haec add. m. s. XIII. ex.*

1) Scilicet Withamiensi. 2) 13. *Kal. April.* Rad. de Diceto. 3) Ex protocollo synodi. 4) Iohanna. 5) Ex Epist. in Ann. Waverl. a. 1229? Dies minus accurate dantur.

decimam partem omnium bonorum [mobilium[a] et immobilium] ab omnibus clericis per Angliam constitutis, tam a religiosis quam a secularibus, et etiam a quam plurimis provinciis ad guerram contra predictum imperatorem manutenendam. . . . . . .

1235. . . . Eodem anno nupta est Ysabela, soror domini regis Henrici tercii, domino Fretherico Romanorum imperatori. Eodem anno adiit dominus Petrus Wintoniensis episcopus curiam Romanam cum manu valida et forti ad subsidium domino pape contra Romanos conferendum, qui eo tempore contra eum pertinaciter insurexserunt; cuius ope et consilio ex magna parte compulsi, domini pape voluntati se subiecerunt. . . . . . .

1236. Hoc anno dominus Henricus tercius rex Anglie duxit uxorem filiam comitis Provencie nomine Alieanor, sororem regine Francorum, que desponsata est apud Cantuariam a domino Eadmundo Cantuariensi archiepiscopo et statim postea in reginam coronata
Ian. 20. apud Westmonasterium 13. Kal. Februarii. . . . . . .

1239. . . . Imperator Alemannie Fredericus nomine excommunicatus est a domino papa
Mart 20. solempniter in die palmarum, et postea in multis terris publicata est sententia. . . . . . .

1240. . . . Papa Gregorius quintam partem ecclesiarum de clericis transmarinis [accepit[b]]. . . . . . .

a) mobilium et immobilium *alia manus margini inseruit.* b) accepit *addit manus recentior*

EX ANNALIBUS MELROSENSIBUS.

Inter Cistercienses abbatiae de Melrose, in Scotiae australis comitatu Roxburghensi sitae, unus, ut videtur, auctor mox post aedem suam a. 1136. *conditam annales inde ab a.* 731, *quo Baeda desinit, Simeonis Dunelmensis chronicon*[1] *usque ad a.* 1129. *perductum et catalogos paparum regumque cum exterorum tum Scoticorum secutus, composuit. Quorum partes quae ad Annales Northanhumbrorum recedunt, cum iam SS. XIII, p.* 154. *adduxerim, hic repetere nolui; itaque nonnisi ab obitu Karoli Magni pauca quae ad historiam imperii faciunt, hoc loco excerpsi. — Haud vero levis momenti aestimanda est continuatio subiuncta, qua complures monachi inde a saec. XII. medio fere coaevi*[2] *res vel a testibus auditas vel e relationibus, imprimis inter confratres per orbem terrarum divulgatis litteris*[3], *cognitas memoriae tradiderunt. — Opus Melrosense iam a Rogero de Hoveden, non tamen ultra a.* 1169, *adhibitum, postea ab annalista qui monasterio Lanercostensi attribui solet, Iohanne de Fordun, aliis exscriptum, a Fulman inter Scriptores rerum Anglicarum, Oxoniae* 1684, *p.* 135. *praelo subiectum, nunc per Societatem Scoticam quae 'Bannatyne Club' vocatur, Chronica de Mailros inscriptum, cura J. Stevenson Edinburgi* 1835. 4⁰. *prodiit. — Ut Germanica hic colligeremus, codicem* Cottonianum *Faustina B IX, ex quo alter* Harleianus *recenti tempore descriptus est, plus semel inspeximus. In prima operis parte quae aliunde desumpta est quattuor manus saec. XII. med. aequales distinguendae videntur, quarum prima et secunda per vices priorem partem, tertia annos fere* 956—1016, *quarta, fortasse auctoris inde usque ad a.* 1171. *exaravit. Inde a saec. XII. ex. scribae varii narrationi fere coaevi*[4] *usque ad finem, scilicet a.* 1275, *Febr.* 4, *subsecuti sunt, quorum unus hic et illic annales priores notulis adiectis emendavit et auxit.* *R. P.*

1) Interdum Melrosensis meliores lectiones quam quae ab editore Simeonis lectae sunt habuit, itaque propius ad 'Historiam post Bedam', e prisco Simeonis opere haustam et ab Hovedeniano ad verbum receptam, accessit. 2) Cf. infra a. 1168; sed verba *a.* 1143. *natus est Willelmus rex Scocie* non ante a. 1165, Dec. 24, *quo est elevatus in regnum,* scribi potuerunt. 3) Cf. infra a. 1214 sq. 1219. 1241. 1244 sq.; ad a. 1187. epistolam Ianuensium Urbano III. missam (Gesta Henrici ed. Stubbs II, p. 11) adhibuit. 4) Cf. infra a. 1238. et tabulam qua editor p. 145. specimina scripturarum incudi fecit.

. . . .

813. Karolus Magnus[1] rex Francorum decessit; cui successit Ludovicus, filius eius....

841. . . . Ludovicus rex Francorum, Karoli Magni filius et successor, obiit; cui successit Karolus Calvus, filius eius. . . . . . .

878. . . . Carolus Calvus rex Francorum obiit. . . . . . .

880. . . . Ludovicus rex Francorum, filius Karoli Calvi, obiit.

881. Idem exercitus[2] veniens in Franciam, bellum intulit et invenit. His diebus multa Francorum monasteria desolata sunt; nam et fratres cenobii Sancti Benedicti[3] ossa ipsius de tumulo eruentes, huc illucque discurrebant. Simeo Dunelm

882. Idem exercitus venit per fluvium Mese in Franciam et ibidem hyemavit. . . . . .

883. Predictus exercitus occupans Cundoth[4], ibidem grassatur per annum unum. . . . . . .

885. . . . Eodem anno Karolus rex Francorum in venatione apri dentibus laceratur, qui Ludovico, fratri suo, succederat. Erat autem pater eorum Ludovicus, frater Iudithae reginae, quam rex Adelwlfus duxerat .

886. Paganorum exercitus de orientali Francia in occidentalem rediit, et per flumen Secanum pervenit Parisius, et obsidens civitatem anno uno, nichil prevaluit. . . . . . .

887. Paganorum exercitus Parisius deserens, ivit per Secanum usque ad Marnam, inde ad Caedzi[5]; ubi per annum grassantes, ostium fluminis Iorna[6] intraverunt, ibique per annum magno regionis dampno morati sunt.

Karolus rex Francorum ab Ernulfo, filio fratris sui, de regno expulsus, post 40 dies obiit. Tunc divisum est regnum Francorum in partes 5. Idem Ernulfus obtinuit regiones ad orientem Rheni fluminis, Rodulfus mediterraneum regnum, Odo occidentale, Brengar et Wido Longobardiam et omnes regiones ex illa parte montium. . . . . .

898. Rollo, primus Normannorum dux, Carnotum obsedit; sed episcopus eiusdem urbis Walzenlinus exiens et tunicam sancte Marie in manibus ferens, Rollone fugato, civitatem liberavit. . . . . . .

906. . . . Rollo, qui et Rodbertus, primus dux Normannorum, decessit; cui filius suus Willelmus Longa-spata successit. . . . . .

920. . . . Karolus[7], qui et Martellus, destructor ecclesiarum, rex Francorum, filius Ludovici, filii Karoli Calvi, obiit. . . . . . .

939. Radulfus rex Francorum, Conradi ducis Burgundie filius, obiit. . . . . . .

957. . . . Ludovicus rex Francorum, filius Radulfi regis, obiit; cui successit Lotarius....

987. Lotharius rex Francorum obiit; cui successit Ludovicus. . . . . . .

988. . . . Ludovicus Miser rex Francorum obiit; cui successit Hugo, filius Hugonis Capeht.

1000. . . . Obiit Hugo rex Francorum, filius Hugonis Capeth; cui successit Robertus, filius eius. . . . . . .

1017. Rex Cnutus, filius Suani, totius Anglie suscepit imperium. Postea, occiso Edwino clitone, germano regis Edmundi, filios eiusdem regis Edmundum et Aedwardum ad regem Swavorum occidendos misit. Qui nolens pueros innocentes perimere, eos ad regem Ungarie Salomonem nutriendos misit. Edmundus processu temporis ibidem vitam finivit. Edwardus vero Agatham, filiam germani imperatoris Henrici, in matrimonium accepit, ex qua Margaretam, postea Scottorum reginam, et Christinam sanctimonialem virginem et clitonem Aedgarum suscepit. Sim. Dun.

Cnutus rex duxit in uxorem Emmam quondam reginam, ex qua[a] Hardecnutum, postea Danorum et Anglorum regem, et Gunnildam filiam, que nupsit postea Henrico Romanorum imperatori. . . . . . .

1031. Rex Cnutus magno cum honore profectus, ingentia munera Sancto Petro in auro et argento optulit, et ut scola Anglorum libera esset, a Iohanne papa impetravit. . . . . . .

1036. . . . Rodbertus rex Francorum, filius Hugonis, obiit, hic sancto fine quievit; cui successit Henricus, filius eius.

1037. . . . Emma, quondam regina, immisericorditer ab Anglia expulsa, a[b] Baldwino Flandrensium comite honorifice suscipitur. . . . . . . Sim. Dun.

1039. . . . Hardecnutus rex Danorum Flandriam devectus, ad matrem suam Emmam venit. . . . .

1049. Leo factus est papa 145. Iste est Leo, qui novum cantum de sancto Gregorio fecit.

Henricus imperator innumerabilem congregavit exercitum contra Baldwinum Flandrensium comitem, eo quod apud Neomagum palatium suum combussisset pulcherrimum atque fregisset; in qua expeditione fuit Leo papa et de multis terris nobiles quam plurimi. Swanus etiam rex Danorum cum sua classe illi affuit et fidelitatem imperatori iuravit. Compulsus tandem comes Baldwinus pacem cum imperatore fecit.

Leo papa dedicavit ecclesiam sancti Remigii Remis; ubi et concilium postea tenuit. . . . . . .

1056. Obiit Henricus imperator; cui successit Henricus, filius eius. . . . . . .

1057. Clito Edwardus, Edmundi Ferrei-lateris regis filius, pro quo rex in Ungaria miserat, ut regem post se substitueret, obiit Lundoniis. . . . . . .

1058. . . . Aldredus Wigornensis[8], mare transiens, per Ungariam Ierosolimam profectus est.

1059. Nicholaus Florentine civitatis episcopus papa eligitur; et Benedictus eicitur. . . . . . .

1061. Obiit Nicholaus papa; cui successit Alexander 149. . . . .

a) genuit *suppl. e Simeone.* b) ab Aldw. c.

1) Fortasse haec quoque ad codicem Simeonis Dunelmensis integriorem eo qui editus exstat, sed s. IX. lacunis laborare videtur, recedunt. 2) Scilicet Danorum. 3) Videlicet Floriacensis. 4) 'Condé sur l'Escaut'. 5) Chézy. 6) Ionna. 7) Mirus error. 8) Scilicet episcopus.

Sim Dun. 1068. Duo pape in Roma facti sunt, id est episcopus Parmensis, qui expulsus est, et episcopus de Luca, qui papa permansit. . . . . . .

1074. Hiltibrandus, qui et Gregorius, Romanus archi . .[a], papa est electus et consecratus. Iste papa banno interdixit clericis uxores habere. . . . . . .

1075. . . . Gregorius papa precepit, ut nullus audiret missam presbyteri coniugati. . . . . . .

1080. . . . Henricus imperator Gregorium papam Magontie decrevit deponendum et Wibertum Ravennensem episcopum pro eo fecit antipapam[1]. . . . . . .

1081. Henricus imperator hostiliter Romam adversus papam adiit; oppugnans Urbem, adhuc non intravit.

1082. Multis homicidiis et predationibus inter Henricum imperatorem et papam Gregorium actis, in nocte
Apr. 17. palmarum multi sunt occisi. . . . . .

1083. Henricus imperator urbem Rome infregit et cepit et Wibertum antipapam intrusit. Gregorius vero Beneventum adiens, ibidem usque ad obitum deguit.

1084. Gregorius papa obiit. . . . . . .

1091. . . . Dissensio permaxima inter Urbanum papam et Wibertum antipapam predictum. . . . . . .

Apr. 10. 1099. Urbanus papa in ebdomada pasche magnum concilium Rome tenuit.
Iul. 15. Hierusalem capta est a christianis Idus Iulii, feria 6; et Godefridus Lothtarensis regnum suscepit.
Urbanus papa obiit; Paschalis in papam in sequenti die est consecratus. . . . .

1100. Wibertus antipapa obiit. . . . . .

1106. . . . Henricus imperator moritur; cui successit filius eius Henricus. . . . . . .

1110. Rex Henricus dedit filiam suam in coniugem Henrico regi Teutonicorum. . . . . . .

1111. Henricus Teutonicus Romam veniens, Paschalem papam cepit et in custodia posuit; sed postea statim reconciliati sunt. . . . . .

1114. Henrico imperatori desponsata est Matildis, filia regis Anglorum, Magontie et in imperatricem est consecrata. . . . . . .

1117. Apud Italiam magno terre motu 40 diebus durante, plurima edificia corruerunt, villaque quedam pregrandis de proprio loco mota est. . . . . . .

1118. Paschalis papa obiit; cui successit papa Gelasius. Henricus imperator Romam tendit et Burdinum Braccarensem episcopum, iam anno preterito a papa Gelasio[2] Beneventi excommunicatum, antipapam instituit. . . . . .

Gelasius papa Galliam venit, susceptus honorifice a rege Francorum et[3] ab universis personis regni.

Dominus Norbertus papam Gelasium adiens, officium ab eo predicationis accepit. . . . . .

Sim. Dun. 1119. Obiit papa Gelasius apud Cluniacum ibidemque sepelitur; in cuius locum cardinales aliique Romani Widonem Vienensem archiepiscopum eligunt eumque Calixtum nominant. Ecclesia gravi scandalo percellitur. Calixtus papa
Oct. 20. 13. Kal. Novembris generale concilium Remis constituit, in quo et Henricum imperatorem excommunicavit. . . . . . .

Dominus Norbertus auctoritate pape Calixti ordinem Premonstratensem instituit. . . . . . .

Sim. Dun 1121. Rex Henricus Aaliz, Godefridi ducis Luvanie filiam, sibi in matrimonium iunxit. . . . . . .

Calixtus papa, ab urbe Roma digressus, Suthrinam civitatem obsedit, et Burdinum antipapam capit et in Cavam[4] trudit in exilium.

Sim. Dun. 1122. . . . Calixtus papa et Henricus imperator reconciliati sunt. . . . . . .

1124. . . . Calixtus papa obiit; cui successit Honorius.

1125. Henricus imperator sine filiis obiit; cui successit Lotharius. . . . . . .
Imperatrix, defuncto marito, ad patrem suum in Normanniam rediit. . . . . .

1127. David rex Scotie et omnes archiepiscopi, abbates, comites et barones totius Anglie imperatrici regnum
Jan. 1. iuraverunt in circumcisione Domini apud Lundonias.

Karolus comes Flandrensis in orationem ad missam in quadragesima interfectus est; cui successit Willelmus Longa[b]-spata, filius Roberti Curthose in comitatum. . . . . . .

1128. . . . Willelmus comes Flandrensis letaliter vulneratus est; cui successit Theodorus. . . . . .

1130. . . . Obiit papa Honorius; cui successit Innocentius. . . . . . .

Mart 5. 1132. 3.[c] Non. Martii facta est abbatia Sancte Marie de Reivalle[5] die sabbati; et primus abbas Willelmus. . . . . . .

Mart. 23 1136. Facta[d] est abbatia Sancte Marie de Malros feria secunda pasche; et Ricardus primus abbas. . . . . . .

1138. . . . Obiit Petrus Leo antipapa. . . . . . .

1139. . . . Matildis imperatrix venit in Angliam, ut adquireret terram ad opus filii[6], quem rex David et multi alii pro legitimo herede habebant. . . . . .

a) *rasura, fortasse olim:* archidiaconus; archipapa *perperam Stevenson.* b) loga *c.* c) *rubr. c.* d) *haec rubro a quarto scriba, qui a.* 1171. *desinit, exarantur.*

1) *papam* Sim. Dun., qui minus canonice de *Hiltibrando,* omisso papali titulo, loquitur. 2) Falsum nomen addidit noster. 3) Haec noster adinvenit. 4) Inter Anglos Malmesburiensis solus habet, SS. X, p. 483: *Caveam — monasterium ita vocant.* 5) Monasterium Rievallense secundum regulam Cisterciensem in pago Eboracensi conditum, unde fratres Melrosenses exierunt. 6) Henrici II.

1143. . . . Obiit papa Innocentius; cui successit Celestinus. . . . . . .

1144. Obiit papa Celestinus; cui successit Lucius. . . . . . .

1145. . . . Obiit papa Lucius; cui successit Eugenius. . . . . . .

1147. . . . Henricus Murdac abbas de Fontibus electus est in archiepiscopum Eboracensem et consecratus est a papa Eugenio Treveris dominica secunda adventus Domini. . . . Dec. 7.

Eodem anno Eugenius papa magnum concilium Remis tenuit ad *Letare Ierusalem*. 1148. Mart. 21.

1148. . . . Civitas Olisiponis a christianis capta est. . . . . . .

1154. . . . Willelmus dudum Eboracensis archiepiscopus, quem suspenderat papa Eugenius, Romam in superiore anno profectus, gratiam ab Anastasio papa recuperavit et in imminente anno in suam honorifice receptus est sedem; sed non multo post proditione, ut dictum est, suorum clericorum post perceptionem eucharistie infra ablutiones, liquore letali infectus, exstinctus est. . . . . . .

1155. Obiit papa Anastasius; cui successit Adrianus. . . . . . .

1159. . . . Obiit Adrianus papa Kalendas Septembris; cui successit Alexander, cano- Sept. 1. nice electus et consecratus; et Fredericus imperator erexit sibi ydolum, Octovianum scilicet antipapam, quem in exsecrabili concilio et conventiculo sanguinum apud Papiam cum sua gente statuit adorandum; et scisma factum est in ecclesia, multo tempore perdurans. . . . . .

1162. . . . Malcolmus[1] rex Scotorum dedit sororem suam aliam Ade[2] comiti[a, 3] de Hoilande. . . . . . .

1163. Generale[4] concilium apud Turonem civitatem, quod Alexander III. papa tenuit, in quo excommunicavit Octovianum antipapam et ceteros scismaticos, imperatore[b] interim[c] excepto.

1164. . . . Obiit[4] Octovianus antipapa; et Wido Cremensis, secundus antipapa, ab predicto imperatore scismatico elevatus est. . . . . . .

1165. . . . Papa Alexander de Galliis Romam reversus est ibique cum magna gloria exceptus est; et universa fere Italia et Tuscia cum Mediolanensibus illum suscipiens, scismatici dominium spreverunt.

1167. . . . Fredericus imperator hostiliter ad iuvandas partes secundi antipape, id est Widonis Cremensis, Romam veniens, eundem scismaticum scismaticus et ipse in ecclesiam[4] sancti Petri vi et armata manu intrusit. Redeunte vero cum exercitu, statim pestis mortifera in populum eius grassata est et primates quosdam exstinxit; et ille Coloniensis electus, totius scismatis capud, in Alpibus exstinctus est, et ut ossa a carnibus disiungerentur et Colonie deferentur, totus in aquam coctus est[5]. Volebant enim primates sui electi, licet non episcopi, quantum ad ipsos honorabiles, quantum ad nos satis inhonoras et falsi nominis saltem habere reliquias.

1168. . . . Obiit Wido scismaticus et secundus antipapa; et quidam tercius antipapa[6], cuius nomen ignoratur, qui et ignorans ignorabitur, elevatus est. . . . . . . cf. 1 Cor. 14, 38.

1173. . . . Robertus comes Legecestrie[7] una cum coniuge sua in finibus Sancti Aedmundi captus est et custodia artissima positus. Sed et Flandrensium populus infinitus a finibus suis egressus, ut fines Anglie occuparent, in eisdem finibus quibus et comes cursum fixerunt et vitam finierunt. Benedictus Deus, qui perdidit impios, ne perderent cf. 2. Mac. 1, 17. pios! . . . . . .

1177. Fredericus Romanorum imperator ad christianam devotionem et sancte matris ecclesie unitatem rediit, et Venetiam veniens, domino pape Alexandro III. in ecclesia sancti Marci reverentiam quam debuit et spopondit et impendit, et in signum fidei et federis firmi susceperunt se invicem in osculo pacis. . . . . . .

1181. . . . 3. Kal. Septembris obiit pie memorie Alexander III. papa pontificatus sui Aug. 30. anno 23; cui successit Lucius III, qui et Hubaldus Hostiensis episcopus. . . . . . .

1182. . . . Henricus senior rex Anglie transfretavit et, Deo suffragante, pacem fecit inter regem Philippum Francie et comitem Filippum Flandrensem. . . . . . .

a) Florentio *add. Stev.* b) *manu saec. XIII. add.* c) tantum *Stev.*

1) Malcolmus IV, nepos David I. 2) Ada, filia Henrici et neptis David I. Scotorum regis, a. 1162. in maritagium accepit comitatum Rossensem; cf. 'Documenta illustr. hist. Scot.' IV. sec. 5, p. 20; Robertson, 'Scotland under her early kings' I, 355. 3) Florentio III. 4) Hinc quaedam cum Ann. Wigorn. et Teokesbur., infra p. 464 sqq., conveniunt. 5) Ficker, 'Reinald von Dassel' p. 114. 6) Calixtus III. 7) Oct. 16; cf. Gesta Henrici II. supra p. 89.

Imperator Fredericus nepotem suum, ducem Saxonie Henricum, generum Henrici regis Anglie, ob suam iniuriam in exilium ire compulit. Ipse vero necessitate compulsus cum suis ad regem Henricum in Normanniam tristis et merens venit[1]; quem rex honorifice suscepit et locum ei ad peregrinandum designavit[a]. . . . . . .

1185. . . . Obiit Lucius papa III; cui successit Urbanus tercius. . . . . . .

Oct. 21. 1187. . . . 4.[2] Kal. Novembris obiit Urbanus papa III; 12. Kal. eiusdem electus est
Gregorius VIII, qui fuit cancelarius, et ipse dicitur Pannosus secundum interpretationem . .[b]
Oct. 25. Dec. 17. abbatis[c], et 8. Kal. eiusdem consecratus. 16. Kal. Ianuarii obiit Gregorius papa VIII; et
Dec. 20. 14. Kal. eiusdem electus est Clemens IIII.[3] et in crastino consecratus.

1188. . . . Philippus comes Flandrie et archiepiscopi et episcopi et comites et barones et populus innumerabilis divitum et pauperum, utriusque sexus nobiles, interna inspiratione compuncti, signum salutis devote susceperunt. . . . . . .

1189. . . . Fredericus imperator obiit, in flumine submersus. . . . . . .

1190. . . . Philippus rex Francie et Ricardus rex Anglie et Philippus comes Flandrie et Baldewinus archiepiscopus Cantuarie et plures alii archiepiscopi atque prelati, principes et duces, nobiles ac divites et populus innumerabilis regna ac patrias et dignitates suas humiliter pro Christo relinquentes, Ierosolimam profecti sunt, et usque ad civitatem Messanam in Sicilia pervenientes, ibique tota hyeme usque ad mensem Aprilem perhendinaverunt. . . . . . .

1191. . . . 4. Nonas Aprilis[4] obiit Clemens IIII.[3] papa; cui successit in sequenti die[5]
Mart. 30. Celestinus III, qui et Iacinctus cardinalis. 3. Kal. Aprilis ascendit rex Francie naves suas,
transfretans in terram Ierusalem; et rex Anglie et comes Flandrensis conduxerunt eum cum
Apr. 10. magna gloria in galeis suis. 4. Idus Aprilis ascendit rex Anglie naves suas cum exercitu
suo cum 150 navibus terre sue et 6[c] et buccis 25, et duxit secum sororem suam Iohannam
et puellam[6] de Navare desponsandam. . . . . . .

1192. . . . Obiit Philippus comes Flandrie in terra Ierusalem; post cuius mortem Philippus rex Gallorum sine dilatione propter cupiditatem de Terra Promissionis in Franciam reversus est, et terras, villas, opida et castella regis Anglie in Normannia, dum esset in custodia imperatoris, . . . inique invasit. . . . . . .

1193. . . . Ricardo regi Anglie, cum reverteretur de Terra Promissionis mense Novembris post regem Francie, multi curiose insidiabantur per loca diversa, ut caperetur et traderetur. Tandem nutu divino ab hominibus Limpaldi ducis[d] Austrice capitur et invitus quo nollet ducitur et in custodia cum merore ponitur et postea domino Henrico imperatori Alemannie mittitur. Et ipse in sua potestate per annum et eo amplius eum reverenter servavit, donec obsides et redemptionem redderet. O qualis et quam miserabilis false dignitatis improvisa subitaque immutatio! O variabilis et instabilis labencium rerum et dignitatum infirma debilisque proteccio vel dilectio! O lamentabilis et flebilis secularis potestatis et proprie voluntatis ceca et feda ambitio vel elatio! Nunc rex nunc captivus, nunc potens nunc infirmus, nunc dives nunc pauper, nunc liber nunc famulus. Erudimini qui iudicatis terram, venite et considerate opera Domini, regem miserum, superbum humiliatum, divitem pauperem! Ubi est gloriatio et exaltatio tua vana et inanis humana elatio? Ecce ut fumus
cf. Iac. 1, 10. ascendit et mox evanuit et quasi flos feni emarcuit et defecit.

Mart. 13. 1194. Ricardus rex Anglie 3. Idus Martii die dominica ad vesperam apud Sandwic cum magna leticia de captivitate et peregrinatione, Deo gratias agente[e], venit in Angliam. . . . . . .

1197. Obiit rex Ierusalem et Fredericus[7] imperator Alemannie. . . . . . .

Ian. 8. 1198. Obiit Celestinus papa 6. Idus Ianuarii; cui successit Innocentius. . . . . . .

1204. . . . Baldewinus comes Flandrie factus est imperator Constantinopolitanus. . . . . . .

1207. . . . Apparuit angelus cuidam sancto heremite et dixit ei haec verba[8]: *Excitabitur*

a) destinavit *Stev.* b) *spatium vacat c.* c) *verbum desiderari videtur, fortasse* galeis. d) dicis *c.* e) *sic c.*

1) Ex antiquis Scotorum tabulis, quibus locum et annum notare nondum usitatum erat, unam *post adventum ducis Saxonie* datam citat Cosmo Innes, 'Lectures on Scotch legal antiquities', Edinb. 1872, p. 31. 2) Potius 13. 3) Potius III. 4) De die emortuali cf. Jaffé Reg. p. 886. 5) Potius Mart. 30; ib. p. 887. 6) Berengariam. 7) Potius Henricus VI. 8) Integra ap. Rog. Wendov. a. 1227. et Matth. Paris. a. 1109. exstant.

Romanus contra Romanum, et Romanus Romano substituetur Rome. Novus grex semper[a] *ad cumulum*[b]. *Allevabuntur virge pastorum, et onus*[c] *eorum erit in solacium. Non modica nubes incipiet pluere, quia natus est immutator seculi*. . . . . . .

1211. . . . Eodem autem anno facta est universaliter in omni regione strages hominum innumerabilis, incipiens ab oriente nec desinens usque in occidentem. Factum est enim, quod cum Otho, vir inter omnes coevos suos prosapia praeclarus, in omni acie miles statura eminentissimus, in omni exercitu militia propugnator probatissimus, a dompno papa in imperatorem promotus, inunctus et coronatus, innumeras orientalis plage sibi subiugasset provincias, cede tamen prius inestimabili peracta, nec adhuc humano sanguine saciatus, cruentas manus crudelissime in matrem propriam iniciens, apostolice sedis dignitates comminuens, proprias possessiones ab ipsa violenter nisus est extorquere. O quam insaciabilis ambitionis ingluvies, que quanto maiora devorat, tanto lacius hiando, fame inextinguibili semper nova devorando[d] eiulando deposcit! O quam improba terrene dignitatis aviditas, que nusquam honoris terminos attendens, semper ad alcioris magistratus apicem posse conscendere suis fautoribus pollicitans, eosque infra omnium vitiorum spurcicias latenter precipitans, manus plus quam sacrilegas in Deum etiam porrigere compellit! Hec et hiis similia non solum in predicto, sed etiam in omni qui presumptuose in sancte matris ecclesie possessiones manus extollit violentas de facili possunt comperiri. Quid plura? apostolica in eum publice et in propatulo lata est sentencia, qua promulgata, ex decreto dompni pape novus imperator substitui edicitur. Sed quo fine vel qua lege hec nimis inproba litis contestatio fuerit dirimata et determinata, sequens annorum series planius declarabit. . . . . . .

1213. . . . Dompnus Wido abbas Clarevallis . . . ex hac luce migravit; cui successit dompnus Conradus, abbas de Villiaco[1] [in[e] Braiban]. . . . . . .

1214.* . . . Commissum est prelium campestre inter Philippum regem Francie et Othonem quondam imperatorem Alemannie die dominica proxima post festum sancti Iacobi, Iul. 27. eo anno 6. Kalendas Augusti, in Flandriis inter Tornacum et pontem de Bovines. In illo autem conflictu, prout scripsit dompnus H.[2] abbas de Ursicampo dompno Arnoldo[f] abbati Cersterciensi, capti sunt ex parte Othonis comes Flandrie[3], comes Bolonie[4], comes Salisbirie[5], comes de Tenecebroc[6], comes Pilosus[7]. Capti sunt etiam barones et baronum filii de Flandria, de Alemania, meliores et nobiliores omnes milites egregii in acie provocantes, quos ipse abbas numerando nominavit fere scepcies viginti. Ex parte Othonis erant 30000 equitum et 200000[g] peditum, numerus militum captorum 220, interfectorum militum 70, peditum interfectorum 3000[h.8], de Francis autem tres milites tantum. De rege autem Francie verum est, quod de equo deiectus corruit inter inimicos suos crudelissimos, qui nichil aliud siciebant quam eius sanguinem. Sed divina miseracione et, ut ipse postmodum confessus est, Cisterciensis ordinis apud Deum intercessione protectus, et virtute militum suorum, quorum quidam super corpus ipsius interfici se permiserunt, in equum suum reiectus, illesus evasit. Nec pretereundum est de comite de Bolonia, cuius seditione totum bellum iniciatum est, quod, cum coram rege Francie prostratus veniam precaretur et diceret, se nichil in regem

*) *Melrosenses h. a. Willelmi regis Scotorum obitum commemorant. Praeterea manus saec. XIII. ex. in margine fol. 29'. versus nonnullos memoriales adiecit, quos cum editor omiserit, hic subiungimus:*

Flos regum regnique decor, decus omne virorum
Willelmus celum rex pius ingreditur;
Annis in regno iam quinquaginta peractis,
In Strivilino[9] mortuus ille fuit.
Pridie rex obiit Nonas in pace Decembris, Dec 4.
Qui Brodocensi[10] conditus almus humo.

a) serpet *Matth. Par.* b) tumulum *Stev.* c) solatium eor. e. in otio *Wend.* d) devoranda *fort. emend.* e) *add. man. post.* f) A. *c.* g) CC̄ *c.* h) III[a] millin (?) milium *c.*

1) Villers; v. SS. XXV, p. 198. 2) Inde ab a. 1212—1222. Iohannes I. Ursicampi abbatiae praeerat, quae ad Saram flumen in Suessionum dioecesi sita, hodie *Orcamp* dicta, filia erat Claraevallis; v. Gallia Christ. IX, col. 1131; Ianauschek, Orig. Cisterc. Tom. I, p. 17. Epistola non exstat. 3) Fernandus. 4) Reginaldus. 5) Willelmus. 6) Otto de Teklenburg. 7) Nostris 'raugraf'. 8) V. Chronicon de Lanercost ex Annalibus Melros. exscriptum; ed. Edinburg. 1839, p. 76: *peditum interfectorum* 3000; cf. Winkelmann, 'Gesch. Kaiser Friedrichs des Zweiten' 60. 102. 9) Stirling. 10) Arbroath in pago Forfarense.

deliquisse, ad hoc verbum rex indignatus exprobravit ei omnia beneficia, que illi sepe contulerat, et quomodo semper mala pro bonis ipse reddiderat, et fremens in eum: 'Tace', inquit, 'quia per ossa sancti Iacobi faciam tibi oculos erui, et scies, quia me vivente de carcere non exibis'. Iuramento etiam custodes constrinxit, quod nec propter mandatum nec propter litteras redderent eum, nisi in manibus eius. Denique in trunco grandi fecit duas catenas grossas et grandes infigi, quibus ligatus comes velit nolit factus est Perrone castellanus. . . . . . .

1215. . . . Hugo[1] dictus de Boves inestimabilem navium multitudinem [cum[a]] congregasset et eas etiam ad summum usque multitudine malignantium replesset, contigit, Sept. 26. ut ipse Hugo cum omni illa classica multitudine 6. Kal. Octobris versus Angliam vela ventis explicaret. Et ecce, elevatis ad imperium summi regis marinis fluctibus, tam ipse Hugo dux tanti sceleris quam ceteri scelerati subito submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus, ita ut ex omni illa multitudine navium nulla penitus optatum litus inveniret, sed tam nautas quam naves et ceteros transfretantes maris unda seviens avido gurgite deglutivit, exceptis paucissimis, qui . . . iter sanctum versus Ierosolimam devoverunt. . . . Nov. 1. Celebratum est concilium[2] generale apud Romam per 15 dies ad Kalendas Novembris; in quo concilio multa ad exstirpationem vitiorum et destructionem hereticorum, ad confirmationem etiam fidelium et emendationem morum, Spiritu sancto inspirante, sunt constituta[3]. . . . Fuerunt episcopi 400 et 12, inter quos exstiterunt de precipuis patriarchis 2, videlicet Constantinopolitanus[4] et Ierosolimitanus[5]; Antiochenus[6] autem gravi languore detentus non potuit venire, sed misit pro se vicarium suum Antidorensem[7] episcopum; Alexandrinus[8] autem sub Saracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se germanum suum diaconem; primates autem et metropolitani 71, ceterum abbates et priores ultra octingentos; archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum, capitulorum absentium non fuit certus numerus comprehensus; legatorum vero regis Sicilie in imperatorem Romanorum electi, imperatoris Constantinopolis, regis Francie, regis Anglie, regis Hungarie, regis Ierosolimitani, regis Cipri, regis Aragonie et aliorum principum et magnatum, civitatum et aliorum virorum tam ingens affuit multitudo, ut pre nimia multitudine magnatorum episcopus quidam suffocatus expiravit. Quod cum ad aures domini pape devenisset, iuravit per sanctum Petrum, quod mausoleum eius lapide marmoreo signaretur. . . . . . .

Iul. 16. 1216. . . . 17. Kal. Augusti pie recordationis dominus Innocencius papa III. ex hac luce, Domino vocante, secessit, anno pontificatus sui 19; cui successit vir venerabilis, tam scientia quam etate maturus, dominus Honorius episcopus et cardinalis 13. Kal. Iul. 20. Augusti[10]. . . . . . .

1218. . . . Eodem anno obiit Otho imperator Alemannie; cui successit Fredericus, dictus infans Pulie. . . . . . .

1219. . . . Civitas illa famosissima paganorum que Damieta dicitur, postquam fere per triennium ab exercitu christianorum obsideretur, a solo Christo capitur et christicolis Nov. 5. cum magno miraculo possidenda tribuitur Nonas Novembris, sicut in primo[b] folio voluminis huius plenius continetur.

Qualiter capta est Damieta anno gracie 1219. *L[eoni[c]] tituli Sancte Crucis in Ierusalem reverendo cardinali H[ermannus[d, 11]] humilis magister domus Teutonicorum in Ierusalem salutem. Sinceritatis vestre noverit dignatio, quod omnipotens Dominus, exercitui christiano diu fatigato clementer misertus, Damietam civitatem sine inflictu vulnerum aut pugna mirabiliter per pietatis sue graciam exulibus suis tradidit, ita ut nullius meritis, sed sue solummodo laudi possit vel debeat attribui. Sic autem noveritis ipsius Dei misericordiam evidenter pro nobis in illa civitate operatam. Tanta siquidem mortalitas hominum in ea emersit,*

a) *deest c.* b) *folium, in quo Hermanni magistri epistola exstat, hic, sed postea agglutinatum est; quondam fortasse primo codicis loco positum erat; v. ed. Stevenson p. 226.* c) L. *c.* d) H. *c.*

1) Cf. de Hugone de Boves Rad. Coggeshal. supra p. 357. 2) Est eadem 'longe propagata concilii notitia', quam habes SS. XXVI, p. 456. 3) Sequuntur statuta de itinere sacro. 4) Gervasius. 5) Radulfus. 6) Petrus II. 7) Antaradensem Petrum. 9) Nicolaus. 10) Potius Iul. 18. electus, Iul. 24. consecratus. 11) Hermannus de Salza, ut videtur, eo tempore in Terra Sancta degebat; v. Schirrmacher, 'Kaiser Friedr. d. Zweite' II, p. 63.

ut nec morientes tradere sepulture sufficerent. Superstites enim vite infirmitatis molestia gravi laborabant, ita quod, cum ipsam civitatem primo transiremus, plus quam tria milia mortuorum invenimus in ea more canum in plateis iacere. Homines siquidem nostri circa medie noctis silencium, consilio, ut credimus, quorundam de civitate, intromissi fuerunt; et legatus[1]*, missis nunciis suis, turres et homines perfide gentis captivavit quam plurimos. Alii multi ascendentes forciores turres, aurora lucente in eis prestolabantur. Exorta siquidem luce Nonarum Novembrium, omnes* Nov. 5. *se captivos Saraceni Damietam dederunt et civitatem totaliter in potestatem christianorum, quamvis inviti, tradiderunt. In primo vero motu capcionis civitatis multi nequam homines accurrentes, infinitam pecuniam furtive subtraxerunt. Domini autem exercitus, videntes que facta fuerant per Deum, coadunati, communi consilio omnem pecuniam auri et argenti communiter congregare decreverunt; et omnes qui aliquam partem inde subtraxerant dominus legatus vinculo excommunicacionis innodavit, nisi resipiscerent restituendo. Summam vero pecunie vobis scribere ignoramus, quia nondum pecunia congregata fuit, quando presens pagina scripta fuit, sed, sicut captivi Saraceni nobis dicunt et ipsi vidimus, inestimabilis thesaurus in ea inventus est, qui secundum arbitrium communitatis exercitus distribui debet. Timemus autem, quod amor pecunie multos faciet fures permanere. Sciatis autem, quod ante capcionem Damiete illi de civitate*[a] *nunciaverunt, quod viribus adnichilati ulterius civitatem retinere non potuerunt. Soldanus autem ut amicus Damiete condoluit, et eis succurrere volens, plures suorum periculo exposuit. Quingentos enim viros de exercitu suo meliores elegit et duobus diebus ante capcionem civitatis Damiete intrare ipsam civitatem misit. Qui venientes de exercitu soldani, exercitum nostrum apud machinam sancti Iohannis que Trebucheta dicitur intrare volebant, sed divina gracia eos errare compulit*[b]*. Ducenti quidem apud descensum regis Ierosolymitani*[2]*, fugatis custodibus fossati, qui vigiliis prefuerant, ubi intrarent, et gladiis et cultellis ferientes, viam ad civitatem preparare sibi armata manu nitebantur. Dominus siquidem rex cum suis in sabulo illa nocte manebat. Divina itaque gracia strepitu invalescente, vulgus commune peregrinorum accurrens, 140 eorum occidit et 40 captivavit; 130 abdicati civitatem intraverunt. Nam, sociis eorum interfectis, ipsi tercia die captivati in civitate miseri semper manebunt compediti. Ceteri vero, qui captivitatem et gladium evaserant, reversi ad soldanum, que acta fuerant narrabant. Prima igitur die cum capta fuit civitas Damiete, sequenti nocte soldani exercitus castra removens de loco suo, Nilum ascendit. Ubi maneant vel quid intendant, adhuc ignoramus. Preterea latere vos nolumus, quod ante capcionem Damiete nuncii soldani nobiscum colloquium habuerunt et omnem Terram Sanctam nobis reddere voluerunt preter duo castra Crac et Muntreal, de quibus etiam proventus annuatim christianis reddere voluerint, quamdiu pax duraret. Insuper omnes captivos christianos*[c]. . . . . . .

1221. . . . Eodem anno civitas illa famosa que dicitur Damieta, nuper a Christo christianis adquisita, sed ab eisdem nimis enerviter et negligenter custodita, iterum a paganis est obsessa et in vigilia decollationis beati Iohannis baptiste de potestate christianorum Aug. 28. penitus ablata. Quibus tamen meritis vel quo Dei iudicio hoc evenerit, ignoratur; maxime cum iam tunc in dicta civitate divini cultus excellentia magnifice ceperat exaltari. Novus siquidem episcopus in ipsa civitate ordinatus mille talentorum redditus habebat; preterea 40 canonici erant in eadem civitate, quorum quilibet centum talenta habebat per annum. . . . . . .

1227. Obiit venerabilis papa Honorius, pater et defensor ordinis Cisterciensis; cuius anima vivat in gloria! Cui successit papa Gregorius, antea episcopus Ostiensis. . . . . . .

1238. . . . Hoc anno oritur bellum lamentabile inter dominum Gregorium papam et Fredericum imperatorem, dictum puerum de Apulia, inter quos sancta ecclesia procellas inauditas fertur nostris temporibus pertulisse. Hic primo auditur in terra nostra, quod nefandus exercitus Tartareorum multas terras vastavit; quod utrum verum sit, in subsequentibus apparebit. . . . . . .

1240. . . . Dominus papa Gregorius ex omni regno christiane fidei quibusdam episcopis mandavit, ut personaliter Romam venirent et suam presentiam sibi in proximo pascha exhiberent. . . . . . .

a) soldano *suppl. videtur.* b) copulit *c.* c) *folio desinente, literae abruptae sunt.*

1) Pelagius. 2) Iohannes de Brienna.

1241. . . . Item dompnus Willelmus episcopus Glasguensis et dompnus David episcopus Sancti Andree repatriaverunt cum episcopis Francie et Anglie, facta prius appellacione contra legatos, qui eorum ductores fuere. Asserebant enim, se sine mortis periculo ad apostolicam sedem pervenire non posse. Illis ergo repatriantibus, legati eorum cum multis aliis viris magnisque religiosis iter per mare arripuerunt. Et quia longum est cuncta narrare, dignum duxi hic inserere litteras, quas dompnus Cisterciensis[1] abbati de Saviniaco[2] misit de imperiali carcere:

Venerabili patri Saviniaci de Cistercio, de Clara-valle[3] et de Pietate-Dei[4] abbates salutem. Noveritis, quod nos de evadendo salubriter cogitantes, miserabiliter incidere cepimus inter manus galeatarum imperatoris, qui nos rebus omnibus absque miserecordia spoliantes, nudos et discalciatos post multas tribulaciones marinas, quas per septimane circulum sustinuimus, ad civitatem Pisanorum, cum viginti dena galea[a], quas a Ianuensibus[b] extorserunt, cum tripudio reduxerunt. Modo eciam nutu imperatorie maiestatis, permanentibus sociis nostris aput Pisam, monachis et conversis in carcere, qui omnes per Dei graciam salvi facti sunt preter notarium[c] dompni Cistercii, qui, nobis videntibus et succurrere non valentibus, submersus est in mari, nos in castro Sancti[d] Miniatis, quod dicitur camera imperatoris, carceris incommodo mancipamur. Nobiscum vero in eadem dampnacione sunt dompnus Prenestensis[5] et dompnus Gregorius legati, qui sunt in vinculis, Burdegalensis[6] et Mithanensis[7] archiepiscopi, Cartomogensis[e, 8], Agathenensis[9], Noviomensis[e, 10], Tridiomensis[e, 11], Hystoensis[e, 12], Papiensis[13] episcopi, Cluniacensis[14] et Fugiacensis[15] abbates, prepositi et archipresbyteri et alii magni viri de diversis terrarum partibus, qui omnes vinculis tenentur ferreis, quod et nobis omnibus sine aliqua personarum accepcione fieri sine dubio in proximo certi sumus. Unde, quoniam de evasione vel reversione nostra nichil vobis mandare certum possumus, magis de mora presumentes quam de eius contrario, rogamus vos, quatinus equitaturas, conversos et totam familiam nostram absque dilacione, si poterit fieri, cum securo conductu ad domos, unde sunt, faciatis reduci, statum nostrum nunciantes nostris de plano conventibus, ut tanto fervenciores existant circa ordinis observanciam, quanto nos in maioris necessitatis articulo noverint constitutos. Vos vero pro nobis fieri speciales orationes procurare dignemini, ut presentes angustias cum futuris omnibus incommodis in omni mansuetudine et paciencia tolleremus. Speramus quidem, quod tota presens adversitas nobis in prosperitatem commutabitur, et quicquid patimur amaritudinis in dulcedinem convertetur. Vos igitur, quem Dominus de tanta procellarum voragine, sicut videtur, eripuit, sollicitudinem geratis et diligenciam, qualiter ordinis observetur integritas. Dompnus legatus Anglie[16] et archiepiscopus Rothomagensis[17], qui primo remanserunt aput Pisam, nunc de novo ad alios prelatos sunt translati de precepto imperatoris. Bisuntinus archiepiscopus[18] submersus est in mari, abbas Fiscanensis[19], qui erat in galea cum dompno Bisuntino, captus est vivus, et omnes prelati Hispanie evaserunt. Ita quod dompnus imperator non habet in carcere suo, exceptis tribus legatis, nisi tres archiepiscopos et sex episcopos; de abbatibus vero et procuratoribus ad presens non loquimur.

Aug. 22. . . . Obiit Gregorius papa 11. Kal. Septembris; cui successit Celestinus circa festum
Nov. 1. omnium sanctorum; qui sedit[20] per quindecim dies et sic diem clausit extremum; post cuius obitum papalis sedes remansit vacua, pace ecclesie turbata. . . . . . .

1243. . . . Omnes prelati, qui imperiali carcere erant mancipati, libere abire sunt permissi; qui Romam venientes, presenciam suam cardinalibus exibuerunt; qui mox ex eorum presencia exhilarati, Anagnie accesserunt, tunc dominum Synebaldum presbyterum
Iun. 25. cardinalem ad titulum Sancti Martini in Montibus in crastino nativitatis sancti Iohannis
Iun. 28. baptiste in papam elegerunt, qui dominica infra octavas apostolorum Petri et Pauli consecratur et Innocentius IV. nominatur. . . . . . .

a) *ita c.* b) Iamnensibus *c.* c) notarii *c.* d) sancte minacis *c.* e) *sic c.*

1) Bonifacius. 2) Stephano de Lexinton, qui evasit; cf. Matth. Par. Chr. Mai. IV, p. 125. 3) Willelmus. 4) Iohannes I. Pietati-Dei ('L'Espal' in dioec. Cenomannensi) tunc praefuit. 5) Iacobus. 6) Geraldus. 7) Amanienus Auxitanus. 8) Guillelmus Carcassonensis. 9) Bertrandus de Agde. 10) Arnoldus Nemausensis. 11) Petrus Tortonensis. 12) Humbertus Astensis. 13) Rodobaldus. 14) Hugo. 15) Fortasse (Iohannes) Pontiniacensis, quem inter captos enumerat Matth. Par. I. l. 16) Otto. 17) Petrus. 18) Gaufredus. 19) Willelmus III; de quo cf. Gall. Christ. XI, p. 210. 20) Oct. 25—Nov. 10.

1244. . . . Eodem anno[1] dominus Innocentius papa terram domini regis Francie intravit et apud Lugdunum perhendinavit. . . . Hoc anno destructa est terra Ierosolimorum, et hee littere, que venerunt domino pape:

Sanctissimo patri et domino Innocencio, Dei gracia sancte Romane sedis summo pontifici, Robertus, eadem gracia sancte Ierosolimis ecclesie patriarcha, apostolice sedis legatus, regina Cypri et baiulla regni Ierosolimitani[2], Tirenensis archiepiscopus[3], R[odulfus[a]] Acconensis, G. Sidonensis, R. Lidenensis[4] episcopi, frater Hermannus Petragoricensis magister milicie Templi, frater Willelmus magister domus Hospitalis Sancti Iohannis et preceptor domus Sancte Marie Teutonicorum, Odo de Monte Beligardo, dominus Tyberiadensis et constabularius regni Ierosolimitani, Philippus de Monteforti, dominus Teronensis pedum oscula beatorum cum subiectione perhenni. — — Actum apud Accon anno Domini 1244, in die sancti Mathei[b]. Sept. 21.

Viris religiosis in Christo Iohanni[c] et Andree ultra mare D. humilis archiepiscopus Ciren. etc. De flebilibus, miserabilibus, terribilibus, horribilibus et dampnosis rumoribus ultramarinis recurratis ad priorem Hospitalis Sancti Iohannis, qui portat regi christianissimo Francorum litteras non atramento, sed sanguine scriptas, ut fertur; non enim vidi ipsas, sed eos qui eas viderunt, dicentes rubeo conscriptas. In summa dicitur, quod magister Hospitalis[5] et totus conventus preter 15, totus conventus Templi, totus conventus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum, perpaucis evadentibus, tota milicia ultramarina, magnus populus christianorum armatorum et cum illis Nassarus soldanus Turci[6] et quidam alius soldanus captus a Corosminis et hominibus soldani Babylonie[7] interfecti sunt 17. die Octobris[8]. Dicitur tamen, quod comes Willelmus[8] et* Oct. 17.
dompnus Philippus capti sunt. Dominus patriarcha[9] et constabularius[10] evaserunt. Ecce luctus et lamentacio!

1245. . . . Intravit Innocencius papa IIII. terram regis Francie in adventu Domini[11]. . . . Sane eodem tempore Fredericus, imperator nefandissimus, audito de prefati regis[12] egritudine et crucis signacione, sub fraudis, ut creditur, intencione, istas litteras destinavit:

Fredericus[13], Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Scicilie rex, Ludovico, Dei gracia illustri regi Francorum, salutem et sincere dilectionis affectum. Pervenit ad audienciam nostram rumor infestus, rumor amaritudinem nuncians, qui personam regiam, requirente carnis fragilitate, ingravescentis egritudinis lapsum nuper edocuit incurrisse. Convertit tamen querelas nostras in gaudium et puncturam doloris intrinseci transtulit in medelam resumpte postmodum sanitatis auditus, qua vos divine potencie dextera, que misericorditer et medetur, quasi a mortis ianuis clementissime liberavit. Idem profecto visitacionis genus, ipsa rerum et temporis necessitudine requirente, de profundo consiliorum Domini tam salubri quam necessaria provisione creditur provenisse, quatinus, infidelium, pro dolor, recrudescente nequicia, fidei nostre varia strage, fidelium doloroso dispendio irrogato, divino tractu commotus novus pugil insurgeret et enormem iniuriam Dei nostri, vexillo crucis assumpto, que iam potissimum fidei nostre restat auxilium, athleta dominicus satageret vindicare. Huius quippe causati commoditas causam infirmitatis prenunciam merito convertit in gaudium, cum ex eo incommodo precedenti sequentis fructus commodum multiplex colligatur. Generalis primo, quod ex felici transitu regio ad patriam Domini de gladiis hostium viribus Gallicis eruendam, Saracenica pravitate destructa, fidei nostre detrimento consulitur, honor excolitur, in quo vos mirifica[d]. . . . .

Ad[14] apostolice dignitatis apicem, licet indigni, dignatione divina assumti — — sicut viderimus expedire. Datum Lugduni 16. Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno tercio. Iul. 17.

Fredericus, Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Scicilie rex, prelatis ecclesiarum, comitibus, baronibus, nobilibus et universis per reynum Anglie constitutis, quibus presentes littere ostense fuerint, salutem et omne bonum. Etsi cause nostre iusticiam

a) R. *c.* b) *linea quae sequitur erasa est c.* c) Io. *c.* d) *hic offendit lacuna linearum quatuor et dimidiae.*

1) Haec infra l. 23. minus recte ad a. 1245. repetuntur. 2) Alix. 3) Petrus. 4) Lydda (Diospolis). 5) Petrus. 6) *Craci* emendandum est. 7) Saleh-Nodgemeddin de Aegypto. 8) De proelio ad Gazam Oct. 18. commisso invenies epistolas flebiles apud Matthaeum Paris. ed. Luard IV, 307. 337. 8*) Walterus de Brienne? 9) Robertus Hierosolymitanus. 10) Philippus de Monteforti. 11) Potius 1244, mense Nov. ex. 12) Ludovici IX, qui mense Decembri a. 1244. et Ian. a. 1245. morbo gravissimo affectus fuerat. 13) Ficker, Reg. Imp. V, nr. 3461. 14) Sententia depositionis Friderici II. (quam v. Ann. Placent. SS. XVIII, p. 490) hic initio *(Innocentius* etc. *Sacrosancto concilio ad rei memoriam sempiternam)* caret. Apud Matth. Paris. IV, 445, 17. Kal. Augustidata est.

Iul. 31. *vulgaris fame preloquium — — materiam subministrat. Datum Taurini 2. Kalendas Augusti tercie indictionis*[1]. . . . . . .

1250. . . . Obiit Fredericus, qui fuit imperator. . . . . . .

1257 1256. . . . Ricardus, frater regis Anglie, ad imperium Alemannie eligitur. . . . . . .

1257. Coronacio regis Alemannie. . . . . . .

1264. . . . Ex hoc bello[2] frater regis Henrici Ricardus comes Cornubie, qui ante paucos dies diffidarat barones ad bellum, appellans illos regis et regni proditores, metu mortis perteritus, fugit in molendinum, quod vi ventorum dicebatur molere, claudens hostium super se. Ad quod, inclinato die belli ad vesperam, accesserunt barones, valide contra ipsum acclamantes: 'Descende, descende, pessime molendinarie! Egredere, egredere, molendini magister infauste!' Sed et timiditatem eius et vecordiam ulterius exprobrantes, adiungunt: 'Quid tibi opus erat fieri molendinarium per maximum infortunium, qui nos pauperes barones nuper diffidasti ad bellum, qui etiam non minori nomine, dum nos diffidares, voluisti te appellari quam regis Romanorum et semper augusti?' Fuerat enim paulo ante rex Allemanie, propter quod vocavit se semper augustum et regem Romanorum. Egreditur ergo Ricardus de molendino et abducitur a baronibus vinculis cathenatus, in firma custodia detinendus. Ex qua, quia pecuniosus erat valde, liberatus est post quinque circiter menses pro redemptione plurima, videlicet pro 17 milibus libris sterlingorum et quinque milibus libris auri disiderabilis thesauri. . . . . . .

EX ANNALIBUS MENEVIAE ET STRATAE FLORIDAE.

In ecclesia Sancti David Meneviae Annales Cambriae brevissimi a. 444—954, *qui Germaniam non spectant, transscripti, ex Beda et Galfrido Monmuthensi adaucti, a compluribus auctoribus fere coaevis usque ad a.* 1288. *perducti sunt. Quorum unicum exemplum saec. XIII. ex. una manu non sine mendis lacunisque*[3] *confectum inter Musei Britannici libros Cottonianos Domitianus A* 1[4], 8[0], *ab editoribus codex C, a nobis A designatur.*

Sed iam pridem Cistercienses Stratae Floridae[5] *in eadem dioecesi sitae Annales Menevenses tunc non ultra a.* 1203. *continuatos, priscis lectionibus passim accuratius quam apud posteriorem compilatorem Menevensem retentis, transscripserant. Quos deinde, suo 'Chronico Principum' Cambrensi*[6] *aliisque libris*[7] *usi, notis de historia universali, cum ecclesiastica tum Cisterciensi, auctos usque ad a.* 1286. *continuaverunt. Opus eorum, ab editoribus B vocatum, in foliis quae libro 'Domesday' Londoniae, quondam penes Rememoratorem Scaccarii, iam in Archivio Publico asservato, praefixa sunt, saec. XIII. ex. tribus columnis exaratum est.*

'Annales Cambriae' primus Petrie inter 'Monumenta historica Britannica' a. 1848. *edidit, Williams ab Ithel inter 'Rerum Britannicarum medii aevi scriptores' a.* 1860. *iteravit. Qui ad continuationum editionem principem subiungendam quamquam codice B quasi fundamento nisus est, tamen usque ad finem B cum codicis A auctario quamvis diverso commiscuit. Mihi liber B*[8] *alteri A, ut Menevensi, quem iterum evolvi, postponendus et inde ab a.* 1203.

1) Apud Matth. Paris. IV, 538, minus recte anno 1246. inserta est; Ficker l. l. nr. 3495. Eiusdem argumenti litterae inter Epp. Petri de Vineis regi Franciae scriptae sunt. 2) Apud Lewes, Mai. 14. 3) Numeri annorum desunt fere omnes, tamen initium cuiusque rubra littera designatur. 4) Unde Wharton Angliae Sacrae t. II. 'Annales Menevenses' extraxit. 5) Ystradflur in comitatu Cardiganensi a. 1164. fundata. 6) Quod v. infra p. 444; imprimis a. 1230—1256. multae sententiae ad verbum inde translatae sunt. 7) Velut Beda et Galfrido Monmuthensi. 8) Cf. eius errorem inter excerpta a. 1188.

prorsus separandus visus est. Pauca tantum excerpenda erant, nam 'Germani' qui ad a. 1098. *et* 1144. *vocantur sunt Norwegenses, et Saxonum nomine adhuc apud Celtas Angli designantur*[1]. *F. L.*

. . . .

1107. Flandrenses ad Ros[2] venerunt. . . . . . .

1160.[a] . . . Adrianus papa obiit; et factum est scisma in ecclesia Romana, Alexandro et Victorio creatis. . . . . . .

1166.[a] Henricus* rex Anglie movit exercitum contra duces Cambrie. . . . Sanctus[b] Thomas[3] transfretavit in Flandriam, iram regis devitans. . . . . . .

1169.[a] . . . Filia regis Anglie[4] data est duci Saxonie[5]. . . . . . .

1175.** . . . . . .

1179.[a] . . . Solutum est scisma Romane ecclesie, facta concordia inter Alexandrum et Victorium[6]. . . . . . .

1187. . . . Imperator Romanus Fredericus nomine, Philippus[c] rex Francorum, Henricus[d] rex Anglorum crucis signaculo se signari[e] fecerunt, similiter[f] archiepiscopi plures et comites et duces, barones et milites, necnon et capellani et clerici. . . . . . .

1194.[a] . . . Ricardus rex solutus de carcere imperatoris venit in Angliam. . . . . . .[g]

1213. Philippus rex Francorum ex precepto domini pape Innocentii tertii in Angliam ire proposuit, ut restitueret Stephanum Cantuariensem archiepiscopum ad sedem suam; collectaque navium multitudine apud Caleys, rex Iohannes galeas suas ultra mare transmisit, spoliataque classe regis Francorum, circiter octoginta naves combusserunt. Combusta igitur classe, rex Philippus Parysius rediit. Rex autem Anglie, timens iterum adventum regis Francorum in Angliam, ex consilio totius regni archiepiscopum et omnes episcopos, qui in exilio erant, revocavit. Qui redeuntes e[h] rege et ab omnibus honorifice suscepti sunt.

1214. Iohannes rex transfretavit in Pictaviam. Eodem anno Otho imperator cum comitibus Flandrie[7] et Bolonie[8] et comite Salesburie[9], fratre regis Anglie, cum magno exercitu ad debellandum regem Francorum ad terminos Francie venerunt. Quibus occurrens rex Francorum, eos devicit, et fugato imperatore, quatuor comites cepit multamque multitudinem baronum et militum; ceteros autem, in quantum potuerunt, occiderunt circiter 20 milia, ut perhibent. . . . . . .

Annus 1216, primus decennovennalis cicli, ab incarnatione Domini 1216, in quo[10] generale concilium Rome celebratum est sub Innocentio III. In quo omnes clerici per universum mundum aut inviti aut spontanei vicesimum denarium omnium reddituum suorum reddere coacti sunt per triennium quasi in subsidium terre Ierosolimitane. Laudatur ab hiis dominus papa, culpatur ab aliis. Plurima precepta fuerunt ibi promulgata, sed a paucis observata. Ibidem etiam fuit ordinatum de decimis Alborum monachorum. Innocentius obiit; et intronizatus fuit Honorius. . . . . . .

1224. Annus in quo Lodovicus rex Francorum expugnavit castra comitis Sancti Egydii, et precipue Avinum, et muros eius evertit. . . . . . .

1229. . . . Terra Sancta reddita est imperatori. . . . . . .

1235. . . . Henricus tertius rex Anglie, filius Iohannis, duxit in uxorem Elianoram, filiam comitis Provincie[11]. . . . . . .

1246. . . . Imperator Fredericus depositus est. . . . . . .

1264. . . . Captus fuit Henricus rex Anglie et Eadwardus, filius eius primogenitus, in bello apud Lewes, et rex Alemanie Ricardus, frater regis Henrici, et alii plures barones. . . . . . .

*) Henricus r. A. cum exercitu Anglie, Normannie, Flandrie, Andegavie, Pictavie et Aquitanie et Scotie ad Crucem Oswalt[12] usque pervenit, omnium Walensium meditans excidium[13] *B.*

**) Comes Leicestrie[14] apud Sanctum Eadmundum, Flandrensibus, qui cum eo de Flandria venerant, magna cede peremptis, ipse cum uxore et filiis captus est et incarceratus *B.*

a) *haec des. B.* b) Sanctus — dev. *des. B.* c) et rex Fr. Ph. *B.* d) Ricardus[6] A. rex *B.* e) signare *B.* f) similiter — clerici *des. B.* g) *quae sequuntur omnia in A solo exhibentur.* h) *ita A.*

1) Idem de 'Chronico Principum' dicendum est. 2) Hundretum in comitatu de Pembroke. 3) Archiepiscopus Cantuariensis. 4) Mathilda. 5) Henrico Leoni. 6) Error. 7) Ferrando. 8) Reginaldo. 9) Willelmo. 10) Potius a. 1215. 11) Raymundi Berengarii IV. 12) Oswestry in com. Salopiensi, a Shrewsbury versus sept. et occ. 13) Haec e Chronico Principum a. 1164. translata sunt. 14) Robertus.

1273. Celebratum fuit concilium generale apud Lugdunum sub Gregorio papa decimo circa festum nativitatis beati Iohannis baptiste[1]. Et fuit ibi statutum de decima omnium proventuum ecclesiasticorum reddenda per sex annos sequentes in subsidium Terre Sancte, et etiam commende perpetue revocate, et plura alia statuta restrictiva et penalia fuerunt ibidem edita. . . . . . .

E CONTINUATIONE STRATAE FLORIDAE[a].

Febr. 2. 1214. Rex Anglie circa purificationem beate Virginis Pictaviam intravit; cui in auxilium cf. Ps. 43, 7. cf. Es. 22, 22. cum Alemannis nepos suus Otho venit. Hec audiens rex Francie Philippus, non in arcu suo sperans et gladio, sed in Ipso qui aperit et nemo claudit, Othonis aciem invasit eamque dissipavit, dissipatam cedit, prostravit, pedibus equorum conculcavit; cepit etiam tres nobiles consules, Willielmum Longum-ensem, fratrem regis Anglie, et consulem Britannie[2], et consulem Flandrie[3]. Othone in fugam verso, rex Francie cum triumpho ad sua rediit. Unde Francia in gaudium versa est, Anglia in luctum. Rex Anglie in Angliam rediit, ubi postmodum crucis signaculo se insignivit. . . . . . .

Chron. Principum. 1235. Rex Anglie filiam comitis Brebancie[4] in uxorem accepit, et apud Londoniam, presentibus episcopis, comitibus, baronibus quam plurimis, nuptias splendide celebravit. . . . . . .

1241. Recessit Oto legatus de regno Anglie, qui cum magna multitudine archiepiscoporum, episcoporum, abbatum ceterorumque religiosorum ab imperatore captus fuit propter guerram diu existentem inter ipsum imperatorem et dominum papam Gregorium nonum. . . . . . .

1256. . . . Ricardus comes, frater regis, electus est in imperatorem. . . . . . .

1260. . . . Item eodem anno Tartari occupaverunt Ierosolimitanum regnum, destructis omnibus regnis Orientis, et interfectis omnibus Saracenis; venerunt etiam usque ad fines Romani imperii; quorum timor occupaverat omnem christianitatem. . . . . . .

a) *ex codice B.*

APPENDIX
E CHRONICO PRINCIPUM CAMBRENSI.

Libro qui Brut y Tywysogion, *id est Chronicon Principum, dicitur historia Walliae ab a.* 681, *quo Galfridus Monmuthensis desinit, usque ad a.* 1282. *lingua Cambrica perducta est. Constat autem opus duabus partibus, quarum prior Caradoco*[5] *de Llancarvan (loco a Llandaff occidentem versus sito), qui circa medium saec. XII. obiit, attribuitur. Qui initio Annales Cambriae saec. X. usque ad a.* 954. *Latine scriptos in sermonem Wallicum transtulit*[6]. *Sed etiam quae usque ad annum fere* 1100. *sequuntur cum illorum Annalium continuatore*[7] *plerumque conveniunt. Utrum haec a Caradoco composita postea in Latinum translata sint*[8], *an ille tantum auctorem Latinum in Wallicam linguam verterit, an ad communem fontem ambo accesserint, 'adhuc sub iudice lis est'. Certe autem ab a.* 1100. *usque* 1120. *narratione ampla et diserta et regum*

1) A. 1274, m. Maio sqq. 2) Error; de Reginaldo comite Bononiensi agi videtur. 3) Ferrandum. 4) *Provins* recte legit auctor nostri 'Brut'; sed lingua Wallica certis casibus litterae initiales p et v cum b mutantur. 5) Galfridus Monmuthensis Historiae Brit. capite ultimo annotat: *Reges autem illorum qui ab illo tempore in Gualiis successerunt Karadoco Lancarbanensi contemporaneo meo in materia scribendi permitto;* cf. de eius vita Williams 'Brut' praefatum p. xxiv. 6) A. 873. verba Ann. Cambr. *Nobis episcopus et Mouric moriuntur* oculo veloci percursa ita intellexit: Et est mortuus Meuruc episcopus nobilis. 7) De quo cf. supra p. 442. 8) Solo codice 3 a. 1096. Magnus rex Norwegiae *Mawrus,* id est magnus, vocatur; ex quo argumento versionem e Latino factam esse, vix probari potest.

Normannorum[1] satis studiosa tam late res singulae quarum nusquam alibi fit mentio explicantur, ut hi quoque annales sane famoso illo scriptore coaevo digni videantur.

Alterius operis partis initium a. 1120[2], quo forsitan Caradocus calamum deposuerit, manifesto deprehenditur. Hinc plures, ut videtur, scriptores plerumque suo argumento fere coaevi[3] et sermone et iudicio Celtico annalibus tradendis operam dederunt. Qui quamvis saepe[4] continuatoris Menevensis, quem supra tractavimus, ipsa oratione simillimi, tamen nequaquam eum legerunt[5]. Nomina quidem sua nobis non tradiderunt, sed certe ii qui librum per saec. XIII. continuaverunt, fuerunt Cistercienses Stratae Floridae[6]. Eiusdem ecclesiae monachi contemporanei suo Annalium Menevensium exemplari auctarium Latinum per partes e Brut translatum addiderunt, e quo pagina praecedente excerpta dedimus.

Codices sunt hi:

1. Liber ruber Hergestensis[7], iam in Collegio Iesu Oxoniae asservatus, membr. fol., s. XIV. in. sermone Demetiae, id est meridionalis Walliae, duabus columnis scriptus, fundamentum editionis praebuit.

2. Codex membr. 4°. min., bibliothecae a Roberto Vaughan a. 1666. mortuo in Hengwrt prope Dolgelley fundatae, quam nunc v. cl. Wynne in Peniarth possidet, circa a. 1300. eodem sermone quo 1 scriptus est. Libri initium desideratur; lectiones priscas et purissimas, ubicumque ab 1, cui fere omnino est similis, vel paulo deviant, Williams diligentissime adnotavit.

3. Codex quoque Hengwrtianus, membr. s. XVI. exaratus est. Scriba Venedotiae, id est Cambriae aquilonaris, sermone usus, verba quoque et sententias nonnumquam transmutavit. Terminum quidem prioris operis a. 1282. distinxit, sed annales usque ad a. 1332[8]. adiecit.

B 1. Codex Musei Britannici Cottonianus Cleopatra B V, membr. s. XV. narrationem praebet saepe offuscatam et corruptam, quippe qua historia Walliae cum Annalibus Wintoniensibus coniuncta sit. Eiusmodi commixtorum codicum ordo Brut y Saeson, id est Chronicon Anglorum, vocatur.

B 2. Codex membr., quondam Cisterciensium de Basingwerk in Flintshire, iam domini T. Griffiths Wrexhamiae[9], s. XIV. ex. inceptus, sed postea a Guthyn Owain, poeta historico et nobilium genealogo, stemmatibus auctus et ad a. 1461. continuatus, ex eodem Brut y Saeson atque B 1 haustus est; cuius a verbis quidem saepe, tamen ab argumento raro discrepat[10].

Editio princeps in 'Myvyrian Archaiology of Wales' cura O. Iones de Mywyr t. II. Lond. 1801. prodiit; postea initium operis usque ad a. 1066.

1) Walliae meridionalis partes ubi Caradocus vivebat tunc Robertus comes Gloucestriae, filius Henrici I, possidebat. Huic Galfridus Monmuthensis Historiam Britonum et poetae Wallici laudationes obtulerunt, quippe cuius mater ultimi regis indigenae filia fuisset; cf. Skene 'Four ancient books of Wales' I. p. 246. et 'Jolo Manuscripts' ed. T. Williams pro 'Welsh Mss. Society' p. 382. 2) Cum Gwentensis sive Glamorganensis Brut, qui 'Myvyrian Archaiology' t. II. prodiit, ab a. 1150. alteri auctori debeatur, et Ieuan Brechva, scriptor s. XVI, chronicon suum a. 1150. abrumpat, uterque autem se Caradocum adhibuisse praetendat, Williams, 'Brut' praef. p. XXVI, Caradocum usque ad a. 1150. scripsisse, putat. Mihi potius placet prius iudicium viri rerum Cambrensium peritissimi A. Owen. 3) Ad a. 1264. testes laudantur; tamen res a. 1275. commemorata non ante a. 1284. scribi potuit. 4) Cf. a. 1142 sq. 5) Potius Continuationes Menevenses e Brut translatas esse, iudicat Skene l. l. p. 39. 6) Cf. supra p. 442. et indicem editionis Williams s. v. 7) 'In Wallia meridionali, ubi est inventus' secundum Williams, aut 'in comitatu Herefordensi prope Kington ad confinium Walliae, ubi familia de Vaughan, pro qua hoc volumen collectum est, sedebat' secundum Skene, l. l. I, p. 3. II, p. 423. 8) Forsitan ei Musei Britannici codex Lansdownianus 418, qui, secundum Hardy 'Descr. Catal.' III, p. 220, versionem Brut Latinam ad a. 1332. continet, affinis sit. 9) In com. Denbigh. 10) Praeterea Hardy l. l. II, p. 142. III, p. 28. aliorum codicum mentionem fecit; cf. etiam supra annot. 2.

a H. Petrie inter 'Monumenta Historica Britannica' fol. 1848. *receptum est. Cuius ad usum Aneurin Owen totum Brut transscripserat et critice examinaverat. Laborem igitur optime ab illo praeparatum perfecit Williams ap Ithel, qui inter Rerum Britannicarum medii aevi Scriptores 'Brut y Tywysogion' praefatione, translatione Anglica, glossario, indice, codicum tabulis ornatum Lond.* 1860. *edidit.*

Contextum Cambrensem libro Williams desumpsi, ad calcem autem versionem Latinam adieci, qua tamen auctoris Wallici vim ordinemque verborum ad litteram exprimere quam colorem Romanum affectare malui. Hanc H. Zimmer Prof. Gryphiswaldensis benigne emendavit.

Berolini m. Dec. 1882. *F. L.*

1103. . . . Yny vlwydyn honno y gwelat seren enryfed y gweletyat yn anuon paladyr o heni yn ol y chefyn, ac o braffter colofyn y meint, a diruawr oleuat idi yn darogan yr hynn avei rac llaw. Kanys Henri[1] amherawdyr Rufein gwedy diruawryon uudugolyaetheu; a chrefydussaf vuched y Grist a orffowyssawd; ae vab gwedy ynteu gwedy cael llawer o enryded ac eistedua amherodraeth Rufein awnaethpwyt yn amherawdyr[2]. . . . . . .

1103. . . . *In anno isto est visa stella mirabilis visu, mittens radium a se retro a tergo, et grossitudinis columnae in quantitate et vastae lucis, in praesagium earum rerum quae erant iam ante manum. Nam Henricus imperator Romae post vastas victorias et religiosissimam vitam in Christo requievit; et eius filius post eum, postquam acquisivit multitudinem honoris et sedem imperii Romani, factus est imperator.*

1105. Y vlwydyn gwedy hynny ydanuonet neb un genedyl diadnabydus, herwyd kenedlaeth a moesseu—ny wydit py le yd ymgudyssynt ynyr ynys dalym o vlwynyded – y gan Henri vrenhin y wlat Dyfet[3]. Ar genedyl honno aachubawd holl gantref Ros gyr llaw aber yr avon aelwir Cledyf[4], gwedy eu gwrthlad o gwbyl. Ar genedyl honno, megys y dywedir, a hanoed o Fflandrys, y gwlat yr honn yssyd ossodedic yn nessaf ger llaw mor y Brytanyeit. O achaws achub or mor agorescyn eugwlat hyt yny ymchoelet yr holl wlat ar agkrynodeb heb dwyn dim ffrwyth gwedy bwrw o lanw or mor di ar tywot yr tir. Ac yny diwed gwedy na cheffynt le y presswylyaw; kanys y mor a diueuassei ar draws yr aruordired ar mynyded yn gyflawn o dynyon hyt na allei bawp bresswylyaw yno a achaws amylder y dynyon a bychanet y tir, y genedyl honno a deissyuawd Henri vrenhin, ac a adolygassant[a] idaw kaffel lle y presswylynt yndaw; ac [yna[b]] yd anuonet [wynt[b]] hyt yn Ros drwy wrthlad odyno y priodolyon giwdawtwyr, y rei agollassant eu priawt wlat ae lle yr hynny hyt [hediw[c]]. . . . . . .

1105. *In anno deinde missa est certa quaedam natio, ignota quod attinet ortum et mores — neque sciebatur, quo loco ea latuerit in insula spatio annorum — per Henricum regem in terram Dyved. Et natio ista occupavit totum cantredum Rhos prope ostium fluminis vocati Cleddyv, postquam eos expulerat omnino. Et natio ista, ut dicitur, procedebat e Flandria, terra quae est sita proxime ad mare Britonum, ea causa, quia occupaverat mare eorum terram, et sit perversa tota terra et diffusa sine procreatione ullius fructus, cum superiecisset aestus maris arenam in terram. Et (denique) ad finem cum non invenirent locum remanendi, quia mare vastaverat super maritimam terram, et montes erant pleni hominum, ut non possent omnes remanere ibi causa multitudinis hominum et exiguitatis terrae, natio ista petiit Henricum regem et rogaverunt eum obtinere locum remanendi sibi; et tunc missi sunt usque in Rhos per expulsionem inde peculiarium civium, qui ita perdebant eorum peculiarem terram et locum hunc usque diem.*

1107. . . . A rei[5] o nadunt dreilgweith a oedynt yn kadw fford yd oed henafgwr[d] or Flemhissieit yn dyuot idi, aelwit Wiliam o Vreban[e], ae gyferbynieit a wnaethant ae lad. . . . . . .

1107. *Et nonnulli eorum certo tempore erant observantes viam, qua erat senex e maioribus Flandrensium proficiscens, vocatus Willelmus de Brabant, et obviam ei processerunt et eum occiderunt. . . .* .

a) ac aadolygawd 2. b) *add. B* 1. c) *ex aliis codd. suppl. Williams.* d) hennefgwyr 2; esgob *(episcopus)* 3; primas *B* 1. e) Vrebam 2; Brabawd 3.

1) Henricus IV. obiit a. 1106. 2) Henricus V. a. 1111. coronam imperialem accepit. 3) Iam comitatum de Pembroke; cf. SS. XIII, p. 130. 135. ad a. 1111. et quae Archaeologia Cambrensis Novae Seriei t. I, p. 138. et Freeman, 'Norman Conquest' t. V, p. xxxix, p. 209. 271. 855. de 'hac ultima coloniarum e Germania in Britanniam deductarum' docent. Indigenis Celtis non subiectis, sed expulsis vel occisis, lingua terrae, immo locorum nomenclatio Teutonicae fiebant et restabant. 4) Cleddyv prope Haverford in Milford Haven effunditur. 5) Walenses, qui, duce Oweno filio Cadogani, terram de Cardigan, ab Henrico I. rege Iorwertho regulo eiusque fratri Cadogano ut vasallis restitutam, devastabant. Owenus postea a Flandrensibus occisus est, ut noster ad a. 1113. narrat. Qui contentionum, quas indigenae saepissime cum Flandrensibus habebant, ad a. 1112 sq. 1135. 1145. 1158. 1163. 1165. 1187. 1193. 1217. 1220. latam mentionem facit.

1118. Y vlwydyn rac wyneb y priodes[1] Henri vrenhin merch neb un dywyssawc[a] or Almaen kanys kyn no hynny gwedy marw merch y Moel Cwlwm y w eic a[b] aruerassei yn wastat o orderchu[c,*]. . . . . . .

1118. In anno deinde sequenti duxit Henricus rex filiam cuiusdam principis Germaniae, quia prius quam tunc post mortem filiae Malcolm, suae uxoris, consuevit constanter concubinatui.

1146. Y vlwydyn rac wyneb [y[d]] daeth Lowys urenhin Freinc ac amherawdyr yr Almaen[2] [y[d]] gyt ac ef a diruawr luossogrwyd[e] o ieirll a barwneit a thywyssogyon gyt ac wynt a chroes y Gaerussalem. . . . . . .

1146. In anno deinde sequenti ivit Ludovicus rex Franciae et imperator Germaniae cum eo et vasta multitudo comitum et baronum et principum cum eis et crux in Ierusalem.

1164. . . . A gwedy hynny ymchoelut[3] y Loegyr, a chynnullaw diruawr lu y gyt ac ef a detholedigyon ymladwyr Lloegyr a Normandi a Fflandrys ac Angiw a Gwasgwin a holl[f] Brydein[4] a dyuot hyt y Groes Oswallt[5] gan darparu alltudaw a difetha yr holl Vrytanyeit. . . . . .

1164. . . . Et post hoc rediit in Angliam et collegit vastum exercitum circa se electorum bellatorum Angliae et Normanniae et Flandriae et Andegaviae et Vasconiae et totius Britanniae et venit usque ad Crucem Oswaldi, praeparans expellere et devastare totum Britonum.

1171. . . . Ac yny vlwydyn honno y magwyt teruysc y rwg brenhin Lloegyr a brenhin Ffreinc amlad yr archescob[6]. Kanys brenhin Lloegyr a rodassei yn veicheu y vrenhin Freinc Henri tywyssawc[a] Bwrgwin[7] a Thybawt[g,8] ieuanc y vrawt meibon oed y rei hynny yr[h] Tibawt tywyssawc Bwrgwin[7], a iarll Fflandrys[9] a llawer o rei ereill pan wnaeth kymot ar archescob hyt na wnaei argywed idaw byth. . . . . . .

1171. . . . Et in anno isto orta est contentio inter regem Angliae et regem Franciae propter occisionem archiepiscopi. Nam rex Angliae pignori dederat regi Franciae Henricum principem Burgundiae et Theobaldum iuniorem, eius fratrem, qui filii erant Theobaldi principis Burgundiae, et comitem Flandriae et multos quosdam alios, quando fecit conventionem cum archiepiscopo, ut non faceret oppressionem ei unquam.

1173. . . . Ac yna aflonydu a oruc y brenhin ieuanc[10] ar gyuoeth y dat drwy nerth y whegrwn a Thybawt[g] iarll Bwgrwyn[11] a iarll[i] Fflandrys. . . . . . .

1173. . . . Et tunc disturbare coepit rex iuvenis potentiam patris auxilio soceri et Theobaldi comitis Burgundiae et comitis Flandriae.

1193. Y ulwydyn rac wyneb y delis neb un iarll[12] Rickert[k] vrenhin Lloegyr ac ef yn dyuot o Gaerussalem, ac y dodet ygkarchar yr amherawdyr[13]. A thros y ellygdawt ef y bu diruawr dreth dros wyneb holl Loegyr y gymeint ac nat oed yn[l] helw eglwysswyr[m] na chrefydwyr nac eur nac aryant hyt yn oet y carecleu[n] adotrefyn yr eglwysseu ar ny orffei y dodi oll ymedyant swydogyon y brenhin ar deyrnas wrth y rodi drostaw [ef[d]]. . . . . . .

1193. . . . In anno deinde sequenti cepit comes quidam Ricardum regem Angliae, cum hic est profectus a Ierusalem, et est positus in carcere imperatoris. Et pro liberatione eius erat vastum tributum super totam Angliam, tantum, ut non esset in thesauro ecclesiasticorum vel religiosorum neque aurum neque argentum usque ad ipsa vasa et ornamenta ecclesiarum, quod non debebat dari totum in possessionem officialium regis et regni, ut daretur pro eo.

1214. Y vlwdyn rac wyneb y mordwyawd Ieuan urenhin ac [diruawr[d]] amylder o ryfelwyr aruawc y gyt ac ef hyt ym Pheitaw. Ac ymaruoll ac ef aoruc iarll Fflandrys[14] a Bar[o,15] a Henawnt[16]. Ac anuon attunt awnaeth ieirll Sarur[17] y gyt ae vrawt ac anneiryf a uarchogyon, a gwahawd attaw Otho amherawdyr Rufein y nei, a chyfodi aoruc y ryfelu yn erbyn Phylip brenhin Freinc. Ac yna y magwyt diruawr ryfel y rygtunt. Otho amherawdyr Rufein ar iarll o parthret Flandrys yn ryfelu, ar Ffreinc a Ieuan urenhin, o parthret Peitaw yn aflonydu. Ac uelly o bop tu yd oedynt yn kymhurthaw y Ffreinc. Ac yna ydanuones Phylip arderchawc urenhin Ffreinc Lowys y uab y Peitaw a llu y gyt ac ef y ymerbynyeit abrenhin Lloegyr. Ac ynteu ehun ar[p] Ffreinc y gyt ac ef a dynawd tu a Flandrys ynerbyn yr amherawdyr. A phan welas yr amherawdyr ar iarll hynny blwg uu gantunt llauassu o vrenhin Freinc dynessau

*) hynny y buassei merch Moelculum yn orderch ydaw ac y buassei varw *(tunc fuerat filia Malcolm eius concubina et fuerat mortua) B* 1..

a) duc *(ducis) B* 1. b) yd 2. c) orderchadeu 2. d) *add.* 2. e) luoessyd 2. f) holl nerth ar Gogled *(vigoris Septentrionis)* 3. g) Theobaldus *B* 1. h) y 2. i) chyghorwr *(consulis) B* 1. k) Richard *B* 1. l) ar 2. m) eglwyssawr 2. n) caregyl 2. o) yarll Bolwynn[18] *(comes Boloniae)* 3. p) a 2.

1) Mathilde a. 1118. mortua, Henricus a. 1121. Adelam, filiam Godefridi ducis Lovaniensis, duxit. 2) Conradus III. 3) Henricus II; aestate a. 1165. 4) Britannia septentrionalis. 5) Oswestry in com. Salopiensi, a Shrewsbury versus sept. et occ. 6) Thomae Becket Cantuariensis. 7) Potius Campaniae. 8) Comitem Blesensem. 9) Philippum. 10) Henricus (III). 11) Potius Blesarum. 12) Leopoldus dux Austriae. 13) Henrici VI. 14) Ferrandus. 15) Theobaldus, cui a. 1214. in. Henricus successit. 16) Hannonia eidem comiti Ferrando cui Flandria subiacebat. 17) Willelmus Salisburiensis, Iohannis regis frater. 18) Reginaldus.

attunt, ae gyrchu yndic a orugant[a]. A gwedy yr[b] ymlad ef a syrthyawd y uudugolyaeth y urenhin Freinc, ac a yrrwyt yr amherawdyr ar ieirll ar ffo* o Fflandrys a Bar a Henawnt. A phan gigleu brenhin Lloegyr y damwein hwnnw ofynhau a wnaeth[c] gynhal ryfel a vei vwy, agwneuthur kygreir seith mlyned aoruc a brenhin Ffreinc[1], ac ymchoelut y Loegyr, a thalu llawer oe colledeu yr eglwysswyr. Ac yna y bu gyffredin ellygdawt yr eglwysseu ar hyt Lloegyr a Chymry. Y ulwydyn honno y bu uarw Geffrei escob Mynyw[2]. . . . . . .

1214. *In anno deinde velificavit Iohannes rex et [vasta] multitudo bellatorum armatorum cum eo usque in Pictaviam. Et confoederabantur cum eo comes Flandriae et Bar et Hannoniae. Et missionem ad eos fecit comes de Sarum et cum eo frater et innumerabiles equites, et invitabat ad se Ottonem imperatorem Romae, nepotem, et surrexit ad bellum contra Philippum regem Franciae. Et inde ortum est vastum bellum inter eos, Ottone imperatore Romae et comite a partibus Flandriae bellantibus, et Francis et Iohanne rege a partibus Pictaviae tumultuantibus. Et ita ab omni latere erant disturbantes Francos. Et tunc misit Philippus illustris rex Franciae Lodovicum filium in Pictaviam et exercitum cum eo ad opponendum regi Angliae. Et ipse et Franci cum eo adierunt partes Flandriae contra imperatorem. Et quando vidit imperator et comes id, indignatio erat apud eos, quod audebat rex Franciae appropinquare eis, et irati impetum fecerunt. Et post pugnam obtigit victoria regi Franciae et pellebantur imperator et comites in fugam, a Flandria et Bar et Hannonia. Et cum audivit rex Angliae eventum istum, metuere coepit sustinere bellum longius et fecit inducias septem annorum cum rege Franciae; et rediit in Angliam et reddidit multum amissorum ecclesiasticis. Et tunc erat universalis remissio ecclesiis per Angliam et Cambriam. In anno isto est mortuus Galfridus episcopus Meneviae.*

1215. . . . Y ulwydyn honno y kynhalyawd[d] y trydyd Innossens bap gyffredin gyghor or holl gristonogaeth hyt yn eglwys [Laterannis[e] yn] Rufein. Ac yno yd atnewydwyt kyfreitheu [a[f] gossodedigaetheu] yr eglwys, ac yd ymgyghoret am rydhau[g] Kaerussalem adaroed yr[h] Sarassinyeit y gywarsagu yr ysllawer o amseroed kynno hynny. . . . . . .

1215. *In anno isto tenebat tertius Innocentius papa universale concilium totius christianitatis in ecclesia [Laterani in] Roma. Et ibi sunt renovatae leges [et constitutiones] ecclesiae, et est consultatum de liberanda Ierusalem, cui contigit a Saracenis opprimi multum tempus ante hoc.*

1218. . . . Y ulwydyn honno y mordwyawd llud y cristonogyyn hyt yn Dametta[i]. Ac yny blaen yn tywyssogyon yd oed brenhin Kaerussalem[3] a phadriarch Kaerussalem[4] a meistyr y Demyl[5] a meistyr yr Yspytty[6] a thywyssawc Awstria[7]. . . . . . .

1218. *In anno isto velificavit exercitus christianorum usque ad Damiettam. Et in capite erant principes: rex Ierusalem et patriarcha Ierusalem et magister Templi et magister Hospitalis et princeps Austriae.*

1235. . . . Y ulwydyn honno y priodes Henri vrenhin verch[8] iarll[9] Prouins, ac y gwnaeth y neithawr yn Llundein y nadolic[10] gwedy [ym[f]] kynnullaw escyb a chanmwyaf ieirll a barwneit Lloeger y gyt. . . . . . .

1235. *In anno isto duxit Henricus rex filiam comitis Provinciae, et fecit nuptias in Londonia in nativitatis festo, postquam collegit episcopos et plurimos comites et barones Angliae coniunctim.*

1241. Y ulwydyn rac wyneb ydaeth Otto gardinal o Loeger, ac y delit ef allawer o archescyb ac escyb ac abadeu ac eglwyswyr ereill ygyt ac ef y gan Ffrederic amherawdyr, gwr a oed yn yskymun yn ryuelu yn erbyn Gregori bab. . . . . . .

1241. *In anno deinde sequenti recessit Otto cardinalis ab Anglia, et captus est cum multis archiepiscopis et episcopis et abbatibus et ecclesiasticis aliis cum eo a Frederico imperatore, viro qui excommunicatus bellavit contra Gregorium papam.*

1267. . . . Yny vlwydyn honno y lladawd Charles vrenhin Cisil Coradin wyr [y[f]] Ffredric amherawdyr a mab Ffredric[11] y mywn brwydyr ar Uaes y[k] Pwyl[12]. . . . . . .

1267. *In anno isto interfecit Carolus rex Siciliae Conradinum, nepotem Frederici imperatoris et filium Frederici, in media pugna super planitie in Apulia.*

1272. . . . Y ulwydyn honno gwyl Sein Denis yd etholet y decuet Gregori bap[13]. . . .

1272. *In anno isto, festo sancti Dionysii est electus decimus Gregorius papa.*

1274. . . . Y ulwydyn honno y gwnaeth y decuet Gregori bap kyffredin gwnsli yn Liwn[l] duw kalan Mei. . . . . . .

1274. *In anno isto fecit decimus Gregorius papa universale concilium in Lugduno die Kal. Mai.*

*) ar ffo adaly yarll Flandrys ayarll Bolwyn ayarll Sayrebus yn Vernwn[14] *(fugam; et capti sunt comes Flandriae et comes Boloniae et comes Saresburiensis in Vernon)* 3.

a) wnaethant 2. b) hir 2. c) oruc 2. d) kynullawd 2. e) *add.* 2. 3. f) *add.* 2. g) nerthu 2. h) y 2. i) Dannetta 2. k) yn 3. l) Liuwn 2.

1) A. 1214, Sept. 18; cf. Winkelmann, 'Otto IV', p. 376. 2) De Sancto David in com. de Pembroke. 3) Iohannes. 4) Lotharius. 5) Willelmus de Carnoto. 6) Guerinus de Montaigu. 7) Leopoldus VI, cum Andrea rege Hungariae iam a. 1217. profectus. 8) Eleonoram. 9) Raimundi Berengarii. 10) Potius a. 1236, Ian. 20. 11) Potius Conradi IV. 12) Pugnam a. 1266, qua Manfredus occidit, cum proelio a. 1268, quo Conradinus captus est, et cum nece eiusdem confundit noster. 13) Error. Gregorius X. a. 1271, Sept. 1. electus et a. 1272, Mart. 27. coronatus est. 14) Reginaldum Bononiensem in castello Le Goulet prope Vernon-sur-Seine mortuum esse, docet Auctar. Aquicinct., SS. VI, p. 437.

EX ANNALIBUS WINTONIENSIBUS, WAVERLEIENSIBUS, WIGORNIENSIBUS, TEOKESBURIENSIBUS.

Monachi Sancti Swithuni Wintoniensis et Sanctae Mariae Wigorniensis saeculo XIII. ineunte studium annalium conscribendorum, ad quod iam maiores, saeculis X. et XI. sermone vulgari, saeculo XII. Latina lingua usi, incubuerant, vigore novo excitarunt. Permulta cum monasteriis vicinis, regulae vel veteris ordinis Sancti Benedicti vel Cisterciensis addictis, et communicarunt et permutarunt; quo evenit, ut res gestas, quae memoratu dignae aut mirabiles e regionibus exteris confratribus Anglicis nunciarentur, etiam hisce locis remotis assidue adnotare possent.

Wintonienses praecipue laborem historicum fere ab ecclesia sua condita iam usitatum numquam quidem penitus interruperunt, sed usque ad saec. XIII. in libris alibi scriptis nisi sunt; nam nonnulla ex annalibus canonicorum de Southwark usque ad a. 1208. *sibi usurparunt; v. Liebermann, 'Ungedruckte Anglo-Norm. Geschichtsquellen',* 1879, *p.* 178—180. *Ex prima recensione Wintoniensi perdita prodierunt et Annales Wintonienses A, quos per fragmenta Wharton, Anglia Sacra I, p.* 288, *iam a.* 1691, *integros v. cl. Luard, Annales Monastici II, p.* 1, *a.* 1865. *edidit, et Annales B, a Liebermann Wentano-Waverleienses designati et enucleati, l. c. p.* 182. *Qui eandem stirpem, sed remotiore quodam affinitatis gradu et iam Teokesburienses et Waverleienses contingere, probavit.*

Codex A, Musei Britannici C o t t o n i a n u s *Domitianus A* 13, *membr., saec. XIII, inde ab a.* 519. *usque ad a.* 1202. *una manu, usque ad a.* 1248. *altera, usque ad finem a.* 1275. *tertia exaratus est. Prima operis pars usque ad a.* 1066. *e codice Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis accurate transcripta esse videtur, quem Luard haud sine causa eidem Ricardo Divisiensi monacho attribuit, cuius libellum de Ricardi I. regis gestis supra p.* 75. *excerpsimus. Quae sequuntur, si excipis nonnulla ex libris Willelmi Malmesburiensis, Florentii Wigorniensis, canonicorum Southwarkensium compilata, e fontibus Wintoniensium ipsorum emanarunt. Annis singulis non modo res ecclesiae cathedralis, episcoporum, conventuum vicinorum, rei publicae Anglicae, sed insignia quaedam, quae ad imperium et curiam Romanam spectant, inprimis per saeculum novissimum annotata sunt.*

Codex B, C o t t o n. *Vespasianus E* 4 *(de quo v. Luard II, p. XIX. XXXVIII. et IV, p. XXXVII. et Liebermann l. c. p.* 174*), saec. XIII. ex. uno ductu exaratus, annales a Christo nato usque ad a.* 1280. *continet. [Subiunxit altera vel etiam tertia manus duo auctaria — scilicet primo annales a.* 1281—1285, *deinde a.* 1274—1281, *quamvis iam supra e libro Wintoniensi aliter pertractatos —; quae cum Matthaeo qui dicitur Westmonasteriensi desumpta sint, huc non pertinent]. Operis quidem originem Wintoniensem indicant permulta, etsi dubitandum est, quin codex B apud Sanctum Swithunum exaratus sit. Plurima ad verbum per Wigornienses descripta, in horum annalibus a Luard typis minutis distincta prodierunt; alia Waverleiensibus, qui tamen interdum priscum quoque librum Wintoniensem perditum sequuntur, praesto fuerunt. Edidit igitur*

Liebermann ea tantum quae a Wigorniensibus aut differunt aut omissa sunt; quo fultus Annalibus Wintoniensibus A e codice B locos quosdam in dextra columna apposui, quos infra in excerptis Wigorniensibus et Waverleiensibus repetere nolui. Ubicumque A et B conveniunt, ibi certissimas habes lectiones libri Wintoniensis perditi.

Regulas tamen de annalibus scribendis codici B praepositas et inde in Annales Wigornienses transsumptas[1] *hoc loco inserere libet.*

Considerantes, pro multis causis in religione cronicas esse necessarias, istas vobis de cf. Ioh. 6, 12. vetustis rotulis neglectisque cedulis excerpsimus et quasi desub mensa Domini fragmenta collegimus[a], ne perirent. Non enim debet vestras urbanas aures offendere rudis et inculta Latinitas, qui soletis in scripturis magis sensui quam verbis incumbere, fructui potius quam foliis inherere. Nec mirandum, si liber is[b] annuatim augmentatur ac per hoc a diversis compositus, in alicuius forte manus inciderit, qui proloquens fecerit barbarismum. Vestri itaque studii erit, ut in libro iugiter cedula dependeat, in qua cum plumbo notentur obitus illustrium virorum et aliquod de regni statu memoriale, cum audiri contigerit. In fine vero anni non quicunque voluerit, sed cui iniunctum fuerit, quod verius et melius censuerit ad posteritatis notitiam transmittendum, in corpore libri succincta brevitate describat; et tunc, veteri cedula subtracta, nova imponatur.

Waverleiae in confiniis comitatuum Surreiensis et Hamptoniensis a. 1128. *Willelmus Giffard episcopus Wintoniensis abbatiam condidit. Monachi autem quos instituit erant Cistercienses, primi inter Anglos, qui posthac cum domibus eiusdem regulae in regnis Francorum, Anglorum, Scotorum usu continuo coniungebantur. Annales saec. XII. ex. instituerunt, qui in autographo codice Cotton. Vespasianus A* 16. *exstantes usque ad a.* 999. *uno ductu descripti sunt. Tunc manus altera, quamvis persimilis, annos a die paschali computans, usque ad a.* 1201, *manus tertia usque ad a.* 1219.[2] *successit; deinde complures coaevae postremos annales et inde ab a.* 1158. *varias notas inter lineas atque in margine addiderunt. Desinit codex abrupte a.* 1291, *documento quodam Francogallico haud finito. Exemplum alterum in codice Harleiano* 687, *chart. saec. XVII, singulari cura e Cottoniano transscriptum esse videtur. Waverleienses annales a Christo nato ex operibus Baedae, Annalibus Anglosaxonicis ordinis E, Sigeberti chronico (eoque exemplo quod in codice Harleiano* 651. *una cum additamentis Roberti de Monte usque ad a.* 1157. *perductis asservatur), Gilberti catalogo compilaverunt. Postea Radulfum de Diceto et alios saeculi XII. scriptores adhibuerunt vel interdum confuderunt. Saepe autem quae de conventibus ordinis Cisterciensis in regnum Anglorum emissis comperta habuerunt inseruerunt. Continuo libros Wintonienses in promptu habuerunt, quibus et multa ad priora tempora illustranda et complura saec. XIII. coaeva, praecipue annos* 1266. *usque* 1275. *ad verbum integros, et postea quoque quaedam frustula desumpserunt. Noverunt autem opus Wintoniense potius ex Annalibus illis priscis deperditis cum notitiis de Southwark intermixtis et ex compilatione Wentano-Waverleiensi, quam supra B vocavi, quam ex Annalibus Wintoniensibus quos A designavi*[3]. *Permulta denique, quae de rebus exteris, de imperio et curia Romanis, de expeditionibus in Terram Sanctam susceptis adnota-*

a) collegemus *Ann. Wigorn.* b) *deest Wig.*

1) Cf. 'N Archiv' III, p. 214; IV, p. 19. 2) V. a. 1218. 3) Cf. Liebermann l. l.; qui, annalistam codicis Cor- de Friderico II: *regnat prospere usque in hodiernum diem,* quod ante a. 1227. scriptum esse satis apparet. poris Christi Cantabrigiensis 59. cum Waverleiensi e communi fonte hausisse, affirmat.

verunt, societati suae per plurimas regiones occidentales late diffusae aut clericis Anglicis, utpote qui a. 1228. cum Petro episcopo Wintoniensi in Orientem profecti sint, debuerunt. Hosce Annales post mancam et incertam editionem Thomae Gale, Historiae Anglicanae SS. quinque, Oxoniae 1687. p. 129, v. cl. Luard l. l. II, p. 127. diligenter recensuit; cuius librum cum codice denuo contuli.

Sequuntur Annales prioratus Wigorniensis post fragmenta ap. Wharton, Anglia Sacra I, p. 469, excussa a Luard l. l. IV, p. 353. a. 1869. integri editi. Extant in codice Cotton. Caligula A 10, una manu saec. XIV. in. a Christo nato usque ad a. 1303. exarato, quam altera usque ad a. 1308. excepit; tertia de annis 1290—1377. notulas paucas addidit. Compilator, sicut iam praedixi et vv. dd. Luard et Liebermann optime disseruerunt, annalistam Wentano-Waverleiensem, quem supra B vocavi, erroribus quidem minime castigatis, annales autem qui in appendice B e Matthaeo Westmonasteriensi continuo subiuncti sunt, singulos singulis annis sparsim insertos, plane descripsit; cui saeculis prioribus pauca tantum e chronica Mariani a Florentio aliisque Wigorniensis ecclesiae suae monachis continuata, postea usque ad a. 1229. plura sed socordius ex Annalibus Teokesburiensibus addidit, nisi potius cum horum auctore e prisco opere Wigorniensi perdito communiter eum hausisse credideris. Certe enim quibusdam locis inter annos 1202—1219, codice B deserto, potius confratris cuiusdam, qui illo fere tempore vixerat[1], opus sibi vindicavit; sed postea rursus B secutus, inde ab a. 1261. usque ad finem ad verbum eum descripsit. Praeterea Annales Waverleienses adhibuit. Interdum multa, quae scriptorio Wigorniensi aut propria aut cum Teokesburiensibus solis communia sunt, excepit, alia etiam de se ipso narravit, unde Nicolaum de Norton, circa a. 1300. prioratus sacristam, codicis auctorem fuisse, v. d. Luard sagaciter coniecit. Posterior quidem manus nonnulla e Martino Polono annalibus inseruit; ipse tamen annalista saec. XIII. exeunte nullum librum historicum adhibuit; nam quae de annis 1293 seqq. adnotavit, ex eisdem litteris relationibusque atque Bartholomaeus cognomine Cotton hausit, minime autem ab hoc mutuatus est. Itaque sine dubio quae de rebus saec. XIII. in episcopatu Wigorniensi et in regno Anglorum gestis tradidit quodam modo scriptorii eiusdem gloriam vetustam renovarunt.

Teokesburiae denique monasterii in dioecesi Wigorniensi et comitatu Gloucestrensi iam a. 715. sancti Benedicti regulae dedicati liber Annalium, iam codex Cotton. Cleopatra A 7, manibus diversis saec. XIII. exaratus, ut assolet, res domesticas cum rebus ecclesiae et regni commistas praebet. Auctores libro Wigorniensi, quem modo dixi, perdito, qui interdum cum Chronico Melrosensi convenit, et, ut opinor, Waverleiensibus quoque Annalibus (v. a. 1228. 1229) usi sunt. Alia ex aliis percontati sunt, velut inprimis quae a. 1234. de Stethingis, a. 1235. de nuptiis Frederici II. imperatoris et sororis Henrici III. regis Angliae celebratis, a. 1240. 1241. de Tartaris tradiderunt. Librum, qui a. 1263, bello civili inter Henricum III. et barones iam exorto, in medio quodam documento abrupte desinit, v. d. Luard l. l. III, 1. a. 1864. solita diligentia recensuit, quam codice rursus evoluto confirmasse me iuvit. R. P.

1) Cf. a. 1219: *Terra matris mee traditur H. fratri meo.*

EX ANNALIBUS WINTONIENSIBUS.

A.

. . . .

1110. Hoc anno misit rex filiam suam Matildem imperatori Henrico desponsandam cum quindecim milibus marcis argenti et aliis multis donariis, cum esset puella 8 annorum et 15 dierum, iurata sibi prius[1] Anglia iure hereditario ab omnibus Anglie capitaneis. . . . . . .

1119. . . . Kalixtus papa tenuit concilium apud Sanctum Remigium et anatematizavit Henricum imperatorem. . . . . . .

1121. . . . Henricus rex duxit Adeliciam, filiam Godefridi ducis Luvainnie, que consecrata est apud Windlesore. . . . . . .

1159. Hoc anno facta est Rome magna dissensio, defuncto papa Adriano. Elegit enim canonice ecclesia Alexandrum; Fredericus autem imperator cum paucis fautoribus elegit quendam Octovianum nomine, et ut per eum ecclesia Romana imperatorie subiceretur servituti, scismaticum illum papatu anulo suo investivit. . . . . . .

1162. . . . Archiepiscopus[3] . . . venit ad concilium Turonense, quod papa Alexander ibi tunc convocaverat. . . . . . .

1165. . . . Rex Anglorum mandaverat regi Francie et comiti Flandrie[5] et multis aliis potentibus, ne reciperent Thomam quondam archiepiscopum, qui tamquam proditor de regno suo fugerat in terra sua. . . . Thomas moratus est in ecclesia Sancti Bertini apud Sanctum Audomarum. . . . . . .

1174. . . . Venerunt Brebanzones in Angliam, vocati in auxilium patris[6]. . . . . . .

1176. Hoc anno misit rex Henricus filiam suam[7] ad Siciliam, regi Sicilie[8] desponsandam. . . . . . .

1190.[b] . . . . . .

B.

. . . .

1109. Henricus rex dedit filiam suam Matildem Henrico imperatori. . . . . . .

1121. Rex Henricus duxit Adeliciam, filiam ducis Lovanie uxorem, que consecrata est a Radulfo Cantuariensi archiepiscopo. . . .

1122. . . . Calixtus papa Gregorium, quem Henricus[a] imperator papam constituit, monachavit.

1123. Calixtus papa venit Normannie, qui Remis concilium congregaverat. . . . . . .

1156. . . . Auditur vox sub Ethna monte: 'Accendite focum! Ecce Iohannes[2] cardinalis!'

1164. Obiit Octobonus imperator[4]. . . .

1174. Flandrenses vastaverunt Nortwiche. . . . Bresanzones venerunt in Angliam. . . . . . .

1177. . . . Item Fretbericus imperator venit ad pedes Alexandri pape, et scisma inter eos finitur. . . . . . .

1179. . . . Synodus 310 episcoporum habita est Rome. . . . . . .

1182. . . . Henricus dux Saxonum exheredatus est. . . . . . .

1184. Dux Saxonum venit in Angliam. . . . . . .

1191. Iacinctus papa effectus est et vocatus est Celestinus. Ricardus rex Anglie et Philippus rex Francie profecti sunt a Messana ante[9] dominicam palmarum. . . . . . .

*Apr. 7.

a) H. *c.* b) *folio perdito anni* 1190—1196. *des. A.*

1) Potius postea a. 1127. 2) Cf. supra p. 343. 393. 3) Thomas Cantuariensis. 4) *Octovianus papa* legendum videtur. 5) Theodorico. 6) Scil. Henrici II. 7) Iohannam. 8) Willelmo II. 9) Philippus II. Mart. 30, Ricardus I. Apr. 10. vela fecit.

A.

1198. Hoc anno decessit Celestinus papa; successitque ei Innocentius. Henricus imperator Alemannie viam universe carnis ingressus est. . . . . . .

1199. . . . Iohannes, filius regis Henrici et Alienor regine, frater vero Henrici et Ricardi quondam regum et Iohanne prius regine Sicilie, postea comitisse Sancti Egidii et comitisse Campanie, avunculus nihilominus Othonis principis Alemannie et Henrici[b] ducis Saxonie et Arturi comitis Britannie, factus est rex Anglie et coronatus apud Westmonasterium . . . in die ascensionis Domini, 6. scilicet Kal. Iunii*. . . . In crastino autem coronationis sue venerunt ad eum dux Lovanie[2] et comes Bolonie[3] et comes de Guines[4], exigentes ab eo iura sua, que tenentur habere in Anglia. . . . . . .

1200. Hoc anno applicuit rex Iohannes in Angliam apud Portesmue in die sancti Mathie*. Dux autem Saxonie Henricus[b] et Willelmus, frater eius, venerant[5] prius in Angliam eodem quidem mense et exegerunt a rege ex parte Othonis domini et imperatoris Alemannie, fratris sui, 25 milia marcarum argenti, quas Ricardus rex, avunculus suus, ei in decessu suo assignaverat. . . . . . .

1201. . . . Dominus papa audiens regem Francorum Philippum repudiasse legitimam uxorem suam[6], filiam regis Dacorum, et duxisse aliam, sororem scilicet ducis Suavorum[7], vinculo anathematis universum regnum eius obligavit. . . . . . .

1209. Philippo, fratre imperatoris Henrici, a quodam duce occiso, Oto ab universis Alemannie optimatibus in imperatorem electus est. Regina Isabella peperit filium nomine Ricardum in die epiphanie*. . . . Oto ab Alemannia Romam tendens, apud Sanctum Petrum in imperatorem coronatur 4. Non. Octobris*. . . . Oto, de quo prius facta est mentio, statim post coronationem suam cepit prosequi ecclesiam Romanam, quapropter dominus papa Innocentius excommunicavit eum die cene*[, 8]. . . . . . .

1214. Hoc anno transfretavit Iohannes rex in Aquitanniam post purificationem; cumque applicuisset, susceptus est fere ab omnibus magnatibus illius terre. . . . . . .

B.

1192. Celestinus episcopus presidet Romane ecclesie. Feria secunda pasche[1] Henricus imperator coronatus est ab eodem papa. . . . Hoc anno Ricardus rex Anglie rediens a Ierosolimis, in Alemannia a duce Austrice interceptus est et retentus ab imperatore Henrico Alemannie et redemptus est propter 150 milia marcas sterlingorum; ad quam redemptionem perficiendam universi calices per Angliam ecclesiarum confracti et conflati sunt preter[a] eos qui redempti sunt, cum aliis thesauris[c] ecclesiarum. . . . . . .

1194. Hoc anno rex Ricardus Anglie liberatus est a potestate Henrici imperatoris 2. Non. Februarii; item 3. Idus Maii[d] apud Sandwich applicuit. . . . . . . Febr. 4. Mart 13. *Mai. 27

1200. . . . Item Henricus dux Saxonum venit in Angliam. . . . . . .

*Sept. 21

1209. Philippo, fratre imperatoris Henrici[b], a quodam duce occiso[e]. . . . Octo, filius Henrici ducis Saxonum et Matilde ducisse, filie regis Anglie, coronatus est in imperatorem Rome aput Sanctum Petrum a papa *Ian. 6.
Innocentio tercio; qui statim persequi cepit ecclesiam Romanam. . . . . . .

*Oct. 4.

*1210 Apr. 15.

1214. Hoc anno Iohannes rex transfretavit Aquitanniam statim post purificacionem; Febr. 2.
cumque applicuisset, susceptus est fere ab omnibus magnatibus terre illius. . . . Item

a) propter *c. Ann. Wigorn.* b) H. *c.* c) thesaurum *c. Wig.* d) *sic c.* e) 2 *lineae vacant in c.*

1) Potius die paschae, April. 15. a. 1191. 2) Henricus. 3) Reginaldus. 4) Balduinus II. 5) Innocentio III. consulente; cf. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' I, p. 213. 6) Ingeburgam, sororem Canuti VI. 7) Potius Agnetem de Merania. 8) Potius Nov. 18. a. 1210.

A.

1215. Innocentius papa celebravit generale concilium apud Lateranum die sancti
Nov. 11. Martini. . . . . . .

1220. . . . Fretherieus rex Scycilie coronatus est in imperatorem ab Honorio papa. . . . . . .

1228. . . . Dissensio orta est inter papam Gregorium et Frethericum[a] imperatorem. Papa exegit decimam ab Anglica ecclesia. Imperator adiit Terram Sanctam et applicuit
Sept. 7. Acon in vigilia nativitatis beate virginis. . . .

1229. . . . Ierusalem recuperata est a christianis. . . . . . .

1230. . . . Pacificati sunt papa Gregorius[b] et Frethericus[a] imperator. . . . . . .

1235. Frethericus imperator accepit Isabellam, sororem regis Henrici, in uxorem. . . . Pacificati sunt papa Gregorius et Romani. . . . Henricus rex duxit in uxorem Alyenoram, filiam comitis de Province[1]. . . . . .

1239. . . . Orta est dissensio inter Gregorium, papam scilicet, et imperatorem. . . . . . .

1240. . . . Oto legatus recessit ab Anglia et captus fuit versus Romam[c] a Fretherico imperatore una cum legato Francie[2] et eorum sequacibus necnon et thesauro non modico. . . . . . .

Aug. 22. 1241. . . . Obiit Gregorius papa infra octabas beate virginis; cui successit Celestinus.

1243. . . . Synobaldus cardinalis factus est papa et vocatus Innocentius quartus. . . .
*Nov. 22. Ricardus, frater regis Henrici, desponsavit Sencheam, filiam comitis Provence, sororem regine Alienore. . . . . . .

1244. . . . Innocentius papa venit Lugdonum mense Ianuarii[3]. . . . . . .

1245. Innocentius papa celebravit generale concilium apud Lugdonum, ubi excommunicavit Fredericum imperatorem et degradavit, necnon Henricum de landgrave loco imperatoris instituens. . . . . . .

1250. . . . Obiit Fredericus imperator Romanorum. . . . . . .

1251. . . . Innocentius papa recessit a Lugdono. . . . . . .

B.

Philippus rex Frantie movit exercitum suum contra Ottonem imperatorem; cum quo confligens, cepit Saresburiensem, Flandrensem et Bononie comites. . . . . . .

1215. Innocentius papa tenuit generale concilium aput Lateranum die sancti Martini. . . . . . .

1228. . . Orta est discensio inter Gregorium papam et Frethericum imperatorem. Papa exegit decimam partem ab Anglicana ecclesia. . . . . . .

1229. . . . Item Ierusalem recuperata est a christianis. . . . . . .

1230. . . . Item pacificati sunt dominus papa Gregorius[b] et imperator Fretherieus . . . . . .

1235. Frethericus imperator duxit uxorem Ysobellam, sororem regis Henrici Anglie. . . . Item pacificati sunt Gregorius papa et Romani. . . . Henricus rex Anglie duxit uxorem Alienoram, filiam comitis de Provins. . . . . . .

1240. . . . Item Otto legatus transfretavit versus Romam; Frethericus cepit eum et legatum Frantie cum clero multo et magno thesauro. . . . . . .

1241. . . . Obiit Gregorius papa mense Augusti infra octabas assumptionis; cui successit Celestinus. . . . . . .

1243. . . . Ricardus frater regis duxit filiam comitis Provincie in uxorem, nomine Senchiam, in[d] die sancte Cecilie*.

1245. Innocentius papa celebravit generale concilium aput Lugdunum, in quo concilio excommunicavit Frethericum imperatorem; . . . et in eodem concilio degradavit Frethericum predictum, necnon Henricum landegrave loco imperatoris instituens. . . . . . .

a) F. *c.* b) G. *c.* c) transfretans *suppl. videtur.* d) item *c.*

1) Raimundi Berengarii IV. 2) Iacobo episcopo Praenestino. 3) Potius Nov. 29.

A.

1253. . . . Obiit Corradus, filius Frederici imperatoris.

1254. . . . . Henricus, filius imperatoris, nepos regis Anglie, veneno est extinctus. Innocentius papa perrexit in Apuliam et Calabriam. . . . Item mortuus est Innocentius papa in Apulea circa festum sancti Nicholai*[1]; *Dec. 6 cui successit Hostiensis episcopus et vocatus est Alexander. . . . . . .

1256. . . . Item mense Novembris electus est comes Ricardus in regem Allemannie. . . . . . .

1257. . . . In pascha Henricus rex Londonie fuit et multi magnates Anglie, eo quod Ricardus comes Cornubie, electus Alemannie, paravit se ad transfretandum in Alemanniam; qui coronatus est in regem Alemannie 16. Kal. Iunii apud Eyse-Capellam[2]. . . . . . .

1262. . . . Obiit Senchia regina Alemannie[3] et sepulta est apud Hayles. . . . . . .

1264. . . . 4. Idus Maii* apud Lewes dominus rex et Edwardus, primogenitus eius, et dominus Ricardus rex Alemannie ceterique proceres et consiliarii sui dominum Symonem de Monte-forti comitem Laycestrie et Gilbertum de Clare et ceteros eis assistentes defidaverunt et publicos inimicos eorum promulgaverunt in scriptis. Die sequenti* predicti comites homagia sua reddiderunt. Item pridie Idus Maii* factus fuit conflictus apud Lewes inter regem et barones. . . . . . .

1266. . . . Item Karolus, frater regis Francie, Bonevene[d] 14.[8] Kal. Martii in congressum[e] Manfredum, filium Fretherici imperatoris, interfecit. In quo congressu interfecti sunt[f], ut dicitur, 60 [milia[g]] homines et amplius. . . . Hoc[h] anno domino Edwardo natus filius nomine Iohannes, qui postea in[i] custodia Ricardi regis Alemannie anno 1272.[9] mortuus est. . . . . . .

B.

1256. . . . Item Ricardus comes, frater regis, electus est in imperatorem et regem Alemannie mense Novembris. . . . . . .

1257. . . . Item Henricus rex tenuit Apr. 8. pascha suum Londoniis et multi magnates cum eo. Ricardus comes, electus Alemannie, paravit se ad transfretandum in Alemanniam; qui postea 16. Kalendas Iunii aput Eys[2] in Mai. 17 regem coronatus est. . . . . . .

1262. . . . Item obiit Schenchia regina Alemannie. . . . . . .

1263. . . . Dominus autem rex et Edwardus, primogenitus eius, et Ricardus rex Alemannie et comes Cornubie et multi alii nobiles, domino regi consentientes, voluntati et instantie dicti comitis Leicestrie[4] et aliorum, dictas provisiones nolentes, contradicebant. . . . . . .

1264. . . . Item Ricardus rex Romano- *Mai. 12. rum et Edwardus, primogenitus regis, scripserunt baronibus in hec verba: *Ricardus Dei gratia rex Romanorum et Edwardus*[a], *primogenitus* etc.[b]. . . . . . .

Rex vero Romanorum et alii quam plurimi in bello capti diversis in locis custodiis sunt mancipati. . . . Regina[6] igitur Anglie *Mai. 13. in partibus Flandrie in portu qui[b] dicitur Swenesmuthe[7] copiam multitudinum navium *Mai 14. adunavit et fortem exercitum congregavit; sed Dominus[c] omnium, cui obediunt venti et cf. Marc. 4, 40 mare, non permisit dictum exercitum in Angliam transfretare. . . . . . .

1266. . . . Item apud Bovencum Manfredus, filius Fretherici, a Carolo, fratre regis Francie, in congressu interfectus est, ubi ceciderunt in campo 60 milia homines et amplius, numerati per manus sepelientium preter vulneratos, qui inde vivi evadebant. . . . . . .

a) E. *c.* b) quod *Wig.* c) Dom. om. *des. Wig.* d) apud Benevene *Ann. Waverlei., qui hinc Ann. Winton. perditos adhibent.* e) congressu *Ann. Wav.* f) fuerunt *Wav.* g) *deest c. Wav.* h) Item hoc a. n. est d. E. *Wav.* i) sub *Wav.*

1) Dec. 7. 2) i. e. Aix-la-Chapelle. 3) Sancha, filia Raimundi Berengarii comitis Provinciae, Ricardi regis uxor secunda, Nov. 9. a. 1261. mortua est. 4) Simonis de Monteforti. 5) V. Rymer, Foedera I, p. 440. Mai. 12. 6) Eleonora. 7) Ostium Zwin fluminis prope Sluys. 8) XIV, ut, videtur, pro IV, scilicet Febr. 26, quo die pugna Beneventana commissa est; cf. Mart. Oppav., SS. XXII, p. 441. 9) Re vera Aug. 1. a. 1271.

A.

Nov. 29. 1268. . . . 3. Kal. Decembris obiit papa Clemens. . . . . . .

Aug. 24. 1269. . . . Item 9. Kal. Septembris dominus Ricardus rex Alemannie[a] reversus applicuit et venit Wyntoniam[b]. . . . . . .

1270. . . . Quod[1] cum diu[c] tractatum esset, tandem compromiserunt omnes se posituros in ordinatione domini Ricardi regis Allemannie[d], ut quod ille pronuntiaret omnes tenerent; cuius pronuntiationi non consentiebant Gilebertus[e] comes Glovernie[f] et multi alii. . . . . .

Ian 13. 1271. . . . Post octabas[g] epiphanie magnates regni parliamentum suum tenuerunt Londonie, ubi per communem assensum domini Ricardi regis Allemannie[d], Gilberti comitis Glovernie, Philippi Basset[h] et aliorum exheredatis concesse sunt eorum[i] terre[k]. . . . Interfectus est[l] Henricus, filius regis Allemannie[d], apud Vyterbe[m] in ecclesia Mart. 12. sancti Silvestri ante altare 4. Idus Marcii per Symonem et Gwydonem[n] de Monte-forti; cuius corpus delatum est in Anglia[o] et sepultum Mai. 21. apud Hayles[q] 12. Kal. Iunii. . . . . . .

1272. . . . Archidiaconus de Leges[2], apostolice sedis[r] electus, rediens de Terra Mart. 11. Sancta, venit Romam in vigilia sancti Gregorii[3] et in media quadragesima[4] consecratus est in papam; Gregorius decimus vocatus est. Item obiit Ricardus rex Allemannie[d] apud Berkampstede[s] et sepultus est apud Hayles[q]; cui successit Eadmundus, filius eius, in hereditatem comitatus Cornubie. . . . . . .

1274. . . .[t] Convocatione omnium prelatorum christianitatis apud Lugdunum celebravit dominus papa, Gregorius scilicet decimus, magnum concilium suum a principio Iul 22. mensis Maii usque ad festum Magdalene mense Iulii, ubi quasdam fecit constitutiones. . . . . .

1275. . . . Hoc eodem anno Saraceni in Hispania[u], absente rege Castellie[v, 5], qui occasione regni Alemannie, quod suum per electionem de se aliquando factam esse dicebat, et extra[x] regnum suum tunc agebat apud Belkarre[y, 6], cum papa Gregorio tunc[z] tractaturus[a] de pace, portum transeuntes, magnam stragem[b] christianorum fecerunt, ubi[c] mortuus est, ut dicitur, archiepiscopus Aragonie[7],

B.

1270. . . . Quod cum diu tractandum esset, tandem compromiserunt omnes se posituros in ordinatione domini Ricardi regis Alemannie, ut quod ille pronuntiaret omnes tenerent; cuius pronunciationi non consentiebant Gilbertus comes Glovernie et multi alii. . . . . .

1271. . . . Post octabas epiphanie magnates regni parliamentum suum tenuerunt Londoniis, ubi per communem assensum domini Ricardi regis Alemannie, Gilberti[e] comitis Glovernie, Philippi Basset et aliorum exheredatis concesse sunt terre eorum. . . . Interfectus est dominus Henricus, filius regis Alemannie, apud Viterbe in ecclesia sancti Silvestri ante altare 4. Idus Martii per Symonem et Guidonem de Monte-forti; cuius corpus delatum est in Anglia et[p] sepultum apud Hayles 12. Kal. Iunii. . . . . .

1272. . . . Archidiaconus de Leges apostolice sedis electus, rediens de Terra Sancta, venit Romam in vigilia sancti Gregorii pape et in media quadragesima consecratus in papam, Gregorius decimus vocatus est. Item obiit rex Ricardus Alemannie apud Berchamstede et sepultus apud Hayles; cui successit Edmundus, filius eius, in hereditatem comitatus Cornubie. . . . . .

1274. . . . In principio mensis Maii Gregorius papa decimus celebravit magnum concilium Lugduni, ubi fecit multas constitutiones, quarum quedam redacte sunt in decretalibus, quedam vero non. . . . . . .

1275. . . . Item Sarraceni de Hyspania, absente rege Castelle[5], qui occasione regni Alemannie, quod[w] suum per electionem de se aliquando factam esse dicebat, et extra regnum suum tunc agebat apud Belkare, cum papa Gregorio rem de pace tractaturus, portum transeuntes, magnam christianorum stragem fecerunt, ubi archiepiscopus Arroganensis, filius regis Arroganie[8], interfectus est. At,

a) de Alemannia *add. Wav.* b) Wint. *Wav.* c) *deest Wav.* d) Alem. *Wav.* e) G. *c.* f) de Gloucestria *Wav.* g) octavas *Wav.* h) Basseth *Wav.* i) t. e. *Wav.* k) terra *c.* l) dominus *add. Wav.* m) Vit. *Wav.* n) Gwid. *Wav.* o) Angliam *Wav.* p) et s. *des. Wig.* q) Heyles *Wav.* r) legatus *add. Luard, nescio unde.* s) Berkhamstede *Wav* t) facta *add. Wav.* u) Item Saraceni de Hispannia *Wav.* v) Castelle *Wav.* w) qui *c.* x) tunc e. r. s. *Wav.* y) Belkare *Wav.* z) rem *Wav.* a) de p. tr. *Wav.* b) c. s. *Wav.* c) ubi archiepiscopus Aragonie, filius regis Aragonum interfectus est *Wav.*

1) Scilicet *iter crucesignatorum.* 2) Thedaldus. 3) Potius Mart. 13; Potthast Reg. p. 1653. 4) Mart. 27. 5) Alfonso X. 6) Beaucaire (dép. Gard). 7) Sanctius archiepiscopus Toletanus. 8) Iacobi.

A.

filius regis, sed bastardus. At postmodum prevalentibus christianis, succubuerunt usque[a] ad quinque milia bellatorum de Saracenis, ut dicitur. . . . . . .

1276. . . . Hoc[b] anno obiit dominus Iohannes Anglicus de ordine Cysterciensi, cardinalis Portuensis. Item obiit papa Gregorius decimus mense Ianuarii, scilicet infra octabas epiphanie[*,1]; cui successit Petrus Tarentacensis, cardinalis Hostiensis, de ordine Predicatorum, consecratus in papam 7. Kal. Martii[2] in Urbe, et vocatus est Innocencius quintus. Quo quidem defuncto 11. Kal. Iulii[3], ut dicitur, successit ei Octobonus diaconus cardinalis[4], qui legatus fuit in Anglia, et vocatum est nomen eius Adrianus; et per 35 dies superstes, non tamen consecratus, obiit. De quo quidam versificator ait:

Mortuus est Octobonus, ille valens simul octo,
Immo mille bonos. Heu, cito transit honos!
Quem prius optavi vita gaudere suavi,
Concidit, heu! subito fortuitoque cito.
Heu! pape solum vix nomen habens Adriani,
Intuit[e] alta solum vile cedrus Libani.
Nunc compensetur bonitas sua, glorificetur,
Orans ante Deum, qui bonefecit eum!

Illi[f] successit Petrus Hyspanus[g] episcopus Tusculanensis[h] cardinalis, de ordine[i] Predicatorum eorum[k], et vocatum est nomen eius Iohannes XXI; qui non multo post, ut[l] dicitur, quadam domo obrutus, interiit, mense[m] Maii anno subsequenti. . . . . . .

1277. . . . Quinto die mensis Maii[5] defuncto[n] papa Iohanne XXI, qui[o] obrutus fuit quadam domo, ut dicitur, successit[p] ei[q] circa festum sancte Katerine[*] Iohannes Gaythanus[r], titulo Sancti Nicholai in carcere Tuliano[s] diaconus cardinalis, et vocatum est nomen eius Nicholaus III. . . . . . .

B.

postmodum prevalentibus christianis, succubuerunt usque ad quinque milia Sarracenorum et amplius. . . . . . .

1276. . . . Obiit Iohannes tunc Sancti Laurentii Albet[c] cardinalis Portuensis de ordine Cisterciensis. Item obiit Gregorius papa decimus mense Ianuarii; cui successit[d] Petrus Tarentensis, cardinalis Hostiensis, de ordine *Ian. 13.
Predicatorum, et consecratus in papam 7. Kal. Martii, et vocatus est Innocentius quintus; qui anno eodem in fata decessit, videlicet 11. Kal. Iulii. Successit eidem Ottobonus Sancti Adriani diaconus cardinalis, et vocatus est Adrianus; qui per 35 dies tantum superstes fuit, non tamen consecratus, viam universe carnis ingressus est.

Cui successit Petrus de Hyspania episcopus Tusculanensis cardinalis, de ordine Predicatorum, et vocatum est nomen eius Iohannes XXI; qui non multo post quadam domo obrutus interiit mense Maii. . . . . . . 1277. Mai.

1277. Hoc anno, quinto die[d] mensis Maii obiit Iohannes papa XXI; cui successit Iohannes Gaitanus, Sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, et vocatum est *Nov. 25.
nomen eius Nicholaus. . . . . .

1278. . . . Robertus archiepiscopus Cantuariensis . . . a domino papa Nicholao in cardinalem Portuensem vocatus [est[t]]. . . . Obiit Robertus de Kynewarbi cardinalis Portuensis. . . . . . .

1280. . . . . Pridie[u] Non. Septembris[6] obiit Nicholaus papa tertius. . . . . . .

a) de S. usque ad q. m. et amplius *Wav.* b) Hoc — (*l.* 29) eum *om. Wav.* c) *ita B. Wig.* d) *deest Wig.* e) *ita c.*; induit *emendandum videtur.* f) Cui *Wav.* g) Hysp. ep. *des. Wav.* h) Tuscalan. *Wav.* i) fratrum *add. Wav.* k) *deest Wav.* l) ut dic. *des. Wav.* m) m. M. a. s. *des. Wav.* n) obiit p. Iohannes XXI. *Wav.* o) qui ob. — dicitur *om. Wav.* p) cui succ. *Wav.* q) ei — Kat. *om. Wav.* r) Gaitan. *Wav.* s) Tulli. *Wav.* t) *deest B. Wig.*; *suppl. ex Wav.* u) *ita quoque Wav.*

1) Ian. 10. 2) Potius Febr. 22. 3) Potius Iun. 22. 4) Tit. S. Hadriani. 5) Potius Mai. 20. 6) Potius Aug. 22.

B.

Febr 22. 1281. . . . Die sancti Petri in Cathedra electus[a] est dominus Symon de Turribus, tunc[b] Sancte Sabine[1] cardinalis[c], et die[d] dominica in media quadragesima proxima sequente[e] intronizatus et[d] vocatus est Martinus tertius[2]. . . . . . . (Mart. 23.)

EX ANNALIBUS WAVERLEIENSIBUS.

. . . .

Rob. Tor. Mai. 16.—20. 1122.[3] Anno 22. regis Henrici rex fuit ad natale apud Nordwic et ad pascha apud Norhamtun et ad pentecosten ad Windeshores 2 diebus, et inde ivit apud Westmonasterium et fuit ibi tota ebdomada illa, et post ivit ad Cantuariam et per totam Cent. Et ibi expectabat filiam suam reginam Alemannie[4], que mandaverat illi, se velle venire in Angliam; sed disturbata fuit, quod venire non potuit, sicut homines aiebant, per consulem Flandrie[5], qui prohibuit illi transitum per terram suam. . . . . . .

1131. . . . Rex . . . misit etiam mille marcas argenti pape Innocentio, cui favebat; receperat enim eum apud Carnotum, Anacleto subici recusans. . . . . . .

1143. . . . [Abbatia[f] de Boxleia[6] fundata est a Willelmo de Ypres.] . . . . . .

1145. . . . Robertus Pullus factus est Rome cancellarius.

1146. . . . Obiit Robertus Pullus. . . . . . .

1149. . . . Imperator Alemannorum reversus est cum exercitu suo fame et ingenti gladio pene consumpto. . . . . . .

1156. . . . [Matildis[f, 7], filia regis Henrici, nata est apud Londoniam.] . . . . . .

1159. . . . Obiit Adrianus papa; successit Alexander bonus; scisma factum[g] est per Octovianum.

Rad. de Dic. 1160. . . . Maria abbatissa, filia regis Stephani, nupsit Matheo comiti Bolonie. . . . . . .

1168. . . . Hoc anno Henricus II. rex dedit filiam suam Matildam Henrico duci Saxonie; qui genuit ex ea filios tres, Henricum, Otonem et Willelmum. . . . . . .

1174. . . . Factus est episcopus . . . Reginaldus Lumbardus Batoniensis. . . . Obiit sanctus Petrus archiepiscopus Tharentasiensis 4. Idus Septembris. . . . . . .

1177. . . . Hoc anno facta est pax inter papam Alexandrum et Fredericum imperatorem. . . . . .

1179. . . . Alexander papa celebravit concilium 300 episcoporum Rome. . . . Sinodus 310[h] episcoporum habita est Rome media quadragesima a papa Alexandro tempore Frederici imperatoris. . . . . . .

1184. . . . Henricus dux Saxonie exulatus de terra sua, venit in Angliam cum uxore et liberis suis. . . . . . .

Nov. 25. 1185. . . . Obiit Lucius papa in die sancte Katerine; successit Urbanus III. papa . . . Henricus dux Saxonie cum uxore et liberis rediit ab exilio in Saxoniam. . . . . . .

1187. . . . Obiit Urbanus papa; successit Albertus cancellarius et vocatus est Gregorius VIII; qui rexit ecclesiam 2 mensibus et dies 5 et mortuus est; cui successit Clemens papa. . . . . . .

1188. Anno 35. Henrici secundi regis signatus est Fredericus imperator Romanorum et Fredericus, filius eius, dux Suveie, et Philippus rex Francorum et Henricus secundus rex Anglorum et Ricardus, filius eius, comes Pictavorum, iuvenis bellicosissimus. Signati sunt etiam cum predictis principibus archiepiscopi nonnulli, episcopi quam plurimi, optimatum vero et plebis innumera multitudo. Per huius signationis occasionem sub auctoritate

a) el. est *des. Wav.* b) titulo *add. Wav.* c) electus in papam *add. Wav.* d) *deest Wav.* e) dom. qua cantatur 'Letare Ierusalem' *Wav.* f) *haec add. altera manu coaeva.* g) facta *c.* h) *postea eadem manu add. c.*

1) Lege *Caeciliae.* 2) Quamquam A a. 1277. desinit, tamen quae B usque ad a. 1281. continuo tractu scripta habet eidem libro Wintoniensi perdito qui ab A adhibitus est deberi videntur. Econtra auctaria a. 1281—1285. et 1274—1280. a posteriore scriba codici B e Matthaeo Westmonasteriensi adiecta hos Annales Wintonienses non contingunt. 3) Quae noster Roberto de Monte desumpsit, hic ex Huntingdonio, et hic ex Annalibus Anglosaxonicis hausit. 4) Mathildem. 5) Carolum. 6) Boxley in comitatu Kent, quo Yprensis tunc comes Cantiae Cistercienses misit. 7) Postea uxor Henrici Leonis.

Romani pontificis exorta est quedam decimatio ab omni Europa. In qua exactione multi et maxime pauperiores angariantur et affliguntur. Ab hac decimatione liber fuit ordo Cisterciensis. . . . . . .

1190. Anno 2. Ricardi regis Anglorum motio christianorum ad Ierosolimam. In qua motione primus et precipuus exstitit Fredericus imperator Romanorum et Philippus rex Francorum et Ricardus rex Anglorum; sed minime hoc anno illuc pervenerunt. Pervenerunt illuc Baldewinus archiepiscopus Cantuariensis et Hubertus episcopus Salesburiensis et Rannulfus de Glanvilla et multi alii principes et barones cum ingenti exercitu. Mortui sunt ibidem imperator et comes Robertus II. Legrecestrie et Baldewinus archiepiscopus et Willelmus comes de Ferariis et Ranulfus de Glanvilla[a]. . . . . . .

1192. Anno 4. Ricardi regis. Qui rediens ab Ierosolimis mense Decembri et per fines Alemannie transitum faciens, in terram ducis Ostricensis fortuitu appulsus; a quo et captus imperatori Henrico Alemannie offertur, oblatus custodie traditur, custoditus tutissime tenetur. . . . Obiit Franco, filius Geldewini, 3. Non. Octobris, et Savaricus[1], frater eius, factus est episcopus Bathoniensis.

1193. Anno 5. Ricardi regis. Detentus est Ricardus rex in Alemannia, donec pactam pro redemptione sua pecuniam, id est 100000 marcas argenti, persolveret. . . . . . .

1194. Anno 6. Ricardi regis. Hoc anno liberatus est rex Ricardus 2. Non. Febr.[b] Febr. 4. a captione sua circa purificationem sancte Marie, quam ei intulit dux Austricie redeunti de terra Ierosolimorum, relictis obsidibus pro se; qui veniens in Angliam 3. Idus Maii[2], receptus Mai. 13. est cum gaudio magno. . . . . . .

1197. Anno 9. regis Ricardi obiit Henricus imperator Alemannie. . . . . . .

1198. . . . Oto, iunior filius Henrici ducis Saxonie, nepos Ricardi regis Anglorum, electus est in imperatorem Alemannie. . . . . . .

1200. . . . Regina Francie[3], filia regis Dacie[4], recepta est thoro mariti sui Philippi regis Francie, et adultera superinducta, scilicet filia ducis Austrie[5], iussu apostolico repudiata est condigne. . . . Hoc anno electus est Wido abbas Cisterciensis in cardinalem Romane ecclesie et episcopum Prenestinum. . . . . . .[c]

1208. . . . Flagrante maleficio isto[6], venit Henricus dux Saxonie in Angliam[7] ad avunculum suum regem Iohannem, supplicans pro pace ecclesie reformanda et pro archiepiscopo[8] reconciliando. Postea scripsit rex Otho regi Iohanni et pro pace ecclesie et pro archiepiscopo reconciliando[9]. Postmodo vero misit rex in Alemanniam ad Othonem quatuor magnos viros[10]; post quorum reditum cepit rex animum suum aliquantulum mitigare et temperare versus ecclesiam. . . . . . .

1209. . . . Otho, filius ducis Saxonie, nepos regis Iohannis, proxima dominica post festum sancti Michaelis diademate imperiali coronatus est Rome a domino papa Inno- Oct. 4. centio III[11]; et cito inter ipsum et summum pontificem orta est discordia. . . . Mense Ianuarii apud Wintoniam peperit regina Ysabel filium secundum qui vocatur Ricardus[12]. . . . . . .

1210. . . . Otho imperator invadens regnum Sicilie contra Frethericum regem, tutele ecclesie Romane derelictum, et alia patrimonia eiusdem ecclesie contra iuramenta et scripta

a) Glan. *c.* b) 2. Non. Febr. *inter lineas manu recentiore, quae margini haec adscripsit:* Igitur quando rex coronatus est et quando crucem suscepit et quando exivit de terra sua et quando captus fuit in Alemannia et quando liberatus est, dies mala fuit. c) *inde ab a.* 1201. *altera manus incipit.*

1) Consanguineus Henrici VI. 2) Ricardus rex, d. 20. Mart. in regnum reversus, die 12. Maii in Normanniam transvectus est. 3) Ingeburga. 4) Waldemari I. 5) Agnes de Merania. 6) Scilicet a Iohanne rege in episcopos perpetrato. 7) Fere a mense Decembri usque ad mensem Martium exeuntem a. 1209; v. Winkelmann, 'Philipp u. Otto IV', II, p. 152. De expensis Henrici, filii ducis Saxoniae, in Anglia remanentis v. Rotulos de Liberate ac de Misis et Praestitis regnante Iohanne ed. Hardy p. 109 sq. 8) Stephano Cantuariensi cognomine Langton; v. Pauli, 'Gesch. v. England' III, p. 343–345. 9) Per nuntios Bernhardum de Horstmar et Conradum de Wilre Oct. 25. a. 1208; v. Hardy, Rotuli literarum patentium a. 1201—1212, I, p. 87. 10) Potius Willelmum comitem Saresberiensem, fratrem nothum, cum quatuor clericis; v. litteras, quas Iohannes rex Mart. 24. a. 1209. quibusdam principibus regni Germanici misit, ibid. p. 91[b]. 11) V. Rotulos de Liberate ed. Hardy p. 138: *Gerardo, nuncio Henrici de Suzentorp, qui primus tulit rumores de consecratione domini Othonis imperatoris de dono* 10 *marc. per regem;* cf. Winkelmann II, p. 496. 12) Postea rex Romanorum.

sua et alia munimenta, excommunicatur a summo pontifice; et hoc notificato principibus Alemannie, omnes a fidelitate ipsius absolvit. . . . . . .

1213. . . . Innocentius III. papa hoc anno constituit domum hospitalem in urbe Roma, quam Hospitale Sancti Spiritus appellari fecit, in loco ubi quondam peregrinantibus de Anglia domicilium erat edificatum et Anglorum Scola dictum, eamque ditavit opibus et redditibus et, ne quid ei deesset, misit predicatores cum literis suis tam per Angliam quam per alias terras, ut ex largitione divitum et donatione mediocrum magis ac magis ad omnem copiam habundaret. . . . . . .

1214. Hoc anno ante purificationem beate Marie Ferrant comes Flandrie et Iohannes[1] comes Bononie et quidam alii magnates de partibus illis appulerunt in Angliam et homagium Iohanni regi in civitate Cantuarie fecerunt. Qui benevolentiam et favorem regis captantes, festinanter cum Willelmo comite Saresberie, fratre regis, et comite Wilkin[2] in Flandriam remearunt, ut insidiarentur, quo modo regem Francie dolositate comprehenderent; et interim rex Iohannes thesaurum multum et arma multa in Pictaviam premisit. Sed et ipse mox cum grandi exercitu secutus est, ut quasi ex improviso undique preliaretur. Sed, Lodowico filio regis Francie occurrente cum multis, expensa pecunia sua ex magna parte et parum proficiens, post festum sancti Michaelis reversus est. Comites autem Flandrie et Bolonie et Saresberie cum Othone imperatore ipsum regem die dominica impugnantes, capiuntur cum multis, Othone vix evadente. Adiudicati sunt autem comes Flandrie et Bolonie numquam terram tenere debere de rege nisi de misericordia regis. . . . . .

1215. . . . Celebratum[3] est concilium Rome in ecclesia Salvatoris que Constantiniana vocatur mense Novembri, presidente domino Innocentio III. papa pontificatus eius anno 18; in quo fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt de precipuis duo, videlicet Constantinopolitanus et Ierosolymitanus, primates autem et metropolitani 71, abbates et priores ultra octingentos, legatorum vero regis Sicilie, imperatoris Constantinopolitani, regis Francie, Anglie, Hungarie, regis Ierosolimitani, regis Cipri, regis Aragonie necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum etiam aliorumque locorum ingens affuit multitudo. . . . . . .

Iul 16. 1216. . . . Obiit Innocentius III. papa apud Perusium 17. Kal. Augusti, ibidemque honorifice tumulatus est, anno papatus sui 18, mense 5, die 5; successit Honorius III. . . . . . .

1218. . . . Otho imperator Alemannie, nepos Ricardi et Iohannis regum Anglie, obiit. Hic, dum vixit, potens et inclitus erat; seditque sub Innocentio III. et Honorio annis 8. Qui, accepta
1209. corona a papa Innocentio, statim pugnam habuit cum Romanis et contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie,
Gilb rec. A (D 1) auferens illud et Fredericum, regis Sycilie filium[a], unde propter hoc excommunicatus est. Principes autem Alemannie per dominum papam quarto anno imperii sui Fredericum predictum in Romanorum imperatorem elegerunt. Qui veniens per mare usque Romam, a domino papa ac populo Romano honorifice suscipitur et in Alemanniam mittitur contra Othonem ibique mirifice triumphavit et regnat prospere usque in hodiernum diem. Fredericus hic sub
1220. Honorio omnino electus imperator et ab illo post mortem Othonis coronatur. . . . . . .

1226. . . . Lodovicus rex Francorum tam rogatu quam iussu summi pontificis profectus est cum exercitu grandi ad civitatem quandam vocabulo Avinhun et obsedit eam, que Romane ecclesie superbiendo vel potius apostatando inobediens erat et rebellis. Illi autem qui in urbe erant arbitrantes, non esse tutum diu tanto resistere principi, reddiderunt se summo pontifici. Legati vero apostolici, qui in exercitu erant, tradiderunt urbem predicto regi. Rex igitur, acceptis obsidibus ab his qui in civitate erant, muris etiam eiusdem urbis fortioribus in locis per girum destructis atque deletis, cepit reverti in terram suam; set in ipso itinere morbo correptus, ex hac luce vel potius caligine, subtractus est. . . . . . .

1227. . . . Obiit Honorius papa; successitque ei Hostiensis episcopus et vocatus est Gregorius. . . . Fredericus autem imperator Romanus, qui et ipse crucesignatus et, ut sperabatur, dux et princeps exercitus christiani, simulabat se cum ceteris profecturum. Sed corruptus, ut fertur, muneribus et xeniis paganorum, et de terra sua minime egressus, non mediocre intulit impedimentum exercitui christiano. Peregrini siquidem, qui in Siriam adventum eius iam prevenerant, audientes, quod dictus imperator secundum quod promiserat nequaquam veniret, plus quam 40 milia in eisdem navibus, in quibus transierant,

a) illud Friderico r. S. filio *Gilb.*

1) Potius Reginaldus. 2) Willelmo comite Hollandiae a. 1203—1222. 3) Ex protocollo synodi.

redierunt. Pro quo facto postea Rome multisque locis aliis solempniter excommunicatus est[1]. Gregorius papa, qui huius nominis nonus dictus est, orta dissentione inter ipsum et Romanos, tum propter imperatorem, quem excommunicaverat, tum propter alia quedam, que Romani non recte, ut sibi visum est, ab ipso exigebant, transtulit se Perusium, ubi non modico tempore moram fecit. . . . Fredericus imperator, adductis circiter 15 milia Saracenis in imperium, ecclesiam Dei conculcat atque perturbat. Confundit etiam miserabiliter negotium Terre Sancte et post innumera fraudum commenta contra Romanam ecclesiam publice prosilit, in persecutionem eius totaliter se conflando. 1228.—1230.

1228. . . . Fredericus imperator applicuit excommunicatus in Terram Sanctam circa nativitatem beate Marie semper virginis. Sept. 8

1229. Gregorius papa, directo nuntio in Angliam, exegit ab episcopis, abbatibus, prioribus aliisque ecclesiarum prelatis et clericis decimam omnium reddituum et proventuum ad sustentandum exercitus, quos sub amplis stipendiis miserat ad recuperandum patrimonium beati Petri et castella et terras a Frederico imperatore invasas, et ut dissiparet et minueret, ubicumque posset, potestatem dicti imperatoris, qui a Deo et Romana ecclesia videbatur aversus. Predictus igitur nuncius veniens in Angliam, dictam decimam tam per se quam per alios districtissime colligi fecit et adunari. . . . . . .

De statu Terre Sancte cunctos incertos cupientes reddere certos ad Iesu Christi laudem et nominis sui gloriam, christianitatis exaltationem et inimicorum crucis Christi confusionem, Sydonis et Cesaree castris ante adventum imperatoris in Terram Sanctam bene firmatis et, prout decuit, competenter munitis, et apud Iopen, que est porta Ierusalem, post predicti imperatoris in Terram Sanctam adventum quodam castro pulcherrimo et fortissimo firmato et fossato in magna parte pavato[a]*, sciatis, quod Kemel*[b] *soldanus Babilonie*[2]*, qui omnibus preest soldanis, multis per internuntios inter eos habitis consiliis et colloquiis, tandem per treugas inter eos per decem annos captas reddidit sancte christianitati sanctam civitatem Ierusalem et sanctum sepulcrum Domini et Bethleem et Nazareth civitates et cheminum usque ad flumen Iordanis cum quibusdam casalibus, dictis civitatibus et chemino predicto pertinentibus, necnon et civitatem beati Georgii*[3] *in Ramis*[4] *et planas de Ramis in parte et planas Sidonis in parte et Turonum Winfridi*[5]*; ita quod, Deo gratias, securum patet ire et redire omnibus peregrinis, tam illis scilicet qui modo sunt in Terra Sancta, quam illis qui in eandem infra treugas predictas processu temporis sunt venturi, ad peregrinationem suam faciendam ab Accon usque Tirum et Sidonem et usque Nazareth et usque ad sanctam civitatem Ierusalem et usque flumen Iordanis et usque Bethleem per antiquam stratam peregrinorum, sicut inter perpetue memorie dominum nostrum Ricardum, quondam regem Anglorum, et inter Saladinum, Damasci et Babilonie quondam soldanum, fuit prolocutum. Predictus etiam Fredericus imperator die dominica proxima ante annunciationem Domini portavit coronam regalitatis in civitate sancta Ierusalem.* Mart 18. *Quoniam vero soldanus Damasci, qui infans est*[6] *et malum habuit consilium, voluntati et sapientie predicti Kemel*[b] *soldani Babilonie in parte noluit et in parte voluit predictis treugis assentire, predictus soldanus Babilonie hoc moleste tulit et civitatem Damasci una cum Seraph*[7]*, soldano partium orientalium et fratre predicti soldani Babilonie et predicti soldani avunculo, cum centum et quinquaginta ammirallis potenter obsedit et etiam castrum del Crak*[8]*, quod est quoddam castrum fortissimum et ius christianorum. Ita quod in recessu latoris presentium in Terra Sancta a nobis fuerunt adhuc predicti soldani in obsidione predicta civitatis Damasci. Datum apud Acon 20. die Aprilis*[9].

. . . Fredericus imperator rediit de Terra Sancta.

1230. . . . Pax et concordia facta est inter papam Gregorium et imperatorem Fredericum. . . . . . .

1235. . . . Henricus rex Anglorum, filius Iohannis regis, maritavit hoc anno Ysabellam, sororem suam, Frederico imperatori Romanorum. . . . . .

a) panato *ed. Luard.* b) Keniel *ed. Luard.*

1) Anagniae Sept. 29, Romae Mart. 23. a. 1228; cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' p. 280. 286. 2) El-Kamil soldanus Aegypti. 3) Lydda vel Diospolis. 4) Rama vel Arimathia. 5) Toron, feudum Henfridi, prope Tyrum. 6) Ennâsir Dâud, filius soldani Elmuazzam. 7) El-Aschraf soldano regni Khelat. 8) Karak. 9) V. quod monuerunt de hac peregrini cuiusdam Angli epistola Kestner, 'Der Kreuzzug Friedrichs II.' p. 8. et Röhricht, 'Beiträge' I, p. 78 sq.

1238. . . Fredericus imperator exercens tirannidem, obsidet et impugnat civitatem Mediolani[1]; cui illi fortiter atque viriliter resistunt. . . . . . .

1239. . . . Fredericus imperator, qui quondam puer Apulie appellatus est, multa et magna mala fecit, sicut ex consequentibus[2] liquido potest lector advertere:

Ipse siquidem movit seditionem in Urbe, per quam intendebat Romanum pontificem et fratres suos a sua sede repellere et contra privilegia, dignitates et honores apostolice sedis libertatem ecclesiasticam conculcare. Item episcopum Prenestinum[3], *apostolice sedis legatum, ne in legatione sua procederet, cui in Albigensibus partibus pro corroboratione catholice fidei dominus papa vices suas commiserat, per quosdam fideles suos impediri mandavit. Item non permittit quasdam cathedrales et alias vacantes ecclesias in regno ordinari, et hac occasione periclitatur libertas ecclesie, perit fides, quia non est, qui ponat verbum Dei nec qui regat animas, deficiente pastore. Item clerici in regno capiuntur, incarcerantur, proscribuntur et occiduntur; ecclesie Domino consecrate destruuntur et profanantur. Item non permittit sacras ecclesias reparari. Item terras quorundam nobilium de regno, qui ecclesiam tenebantur defendere*[a] *ad manus suas, occupavit et devastavit. Quasdam ecclesias cathedrales bonis suis spoliavit. Item multe ecclesie cathedrales et alie ecclesie et monasteria de regno per iniquam inquisitionem fuerunt per eum fere omnibus bonis spoliata. Item tallie et exactiones contra formam pacis ab ecclesiis et monasteriis per ipsum extorquentur in regno. Item in regno prelati ecclesiarum et abbates Cistercienses et aliorum ordinum compelluntur per singulos menses dare certam summam pecunie pro constructione novorum castrorum. Item contra tenorem pacis hi qui adheserunt ecclesie bonis omnibus spoliati, exiliari coguntur tamquam proscripti, liberis, uxoribus captivatis. Item impeditur negotium Terre Sancte et reparatio imperii Romani.* Pro his omnibus et huiusmodi et multis aliis malis, pro quibus dictus Fredericus a papa Gregorio fuerat diligenter admonitus et frequenter, et parere non curavit, eundem Fredericum idem papa Gregorius excommunicationis et anathematis vinculo innodavit. Omnes autem qui iuramento fidelitatis ei tenentur astricti ab eiusdem iuramenti observatione decrevit absolutos, ne sibi fidelitatem observent, districtius inhibendo, quamdiu vinculo excommunicationis fuerit astrictus. Ceterum idem Fredericus de dictis et factis suis, multis et fide dignis clamantibus quasi per universum orbem, quod de catholica fide recte non sentiat, est graviter infamatus.

Imperator ad papam[4].

Fata monent, stelleque docent aviumque volatus:
Totius subito malleus orbis eris[b]*;*
Roma diu titubans, variis erroribus acta,
Concidet et mundi desinet esse caput.

Papa ad imperatorem.

Fama refert, scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita brevis, pena perennis erit.

Aug. 1241. . . . Obiit papa Gregorius circa festum sancti Bartholomei[5]; et tunc vacavit sedes Romana post multum tempus. Post eum circa festum sancti Michaelis[c. 6] electus et ordinatus novus papa, videlicet magister Gaufridus Mediolanensis; et duravit in papatu per 18 dies. . . . . . .

Iun. 28 1243. . . . Consecratus est papa Innocentius quartus vigilia apostolorum Petri et Pauli. . . . . . .

1244. . . . Dominus Bonefacius, filius comitis de Saweya, assensu capituli Cantuarie ad sedem Cantuarie canonice electus et a domino papa Innocencio quarto confirmatus,
Apr 22. 10. Kal. Maii venit primo in Angliam, subdiaconus tunc existens. . . . . . .

Eodem anno, cum inter dominum papam Innocentium quartum et dominum Fredericum imperatorem fuisset mota discordia, dictus papa dicti imperatoris timens insidias, eiectis tamen gentibus dicti pape per imperatorem, ab urbe Roma fugit timore perterritus

a) quas ecclesia tenebat *Matthaeus Paris.* b) unus erit *Matth.* c) Micah. *c.*

1) Minime, sed Brixiensem. 2) Quae sequuntur e sententiis Mart. 20. 24. a papa latis contracta sunt, quae apud Matth. Paris. III, p. 533. inveniuntur. 3) Iacobum de Pecoraria. 4) Similes versus habes in Matth. Paris. l. l. p. 551; Chron. Mant., SS. XXIV, p. 219; Gaufr. Coll., SS. XXVI, p. 618. 5) Potius Aug. 22. 6) Potius Oct. 25.

venitque circa festum omnium sanctorum Lugdunum, ibique per multum tempus, multa et varia mirabilia faciens, perhendinavit. . . . . . .

1251. . . . Obiit Fredericus quondam imperator Alemannie, qui sacrosanctam ecclesiam multis persecutionibus in omni vita sua graviter vexabat, ob quam causam a summo pontifice Innocentio IV. multoties fuerat excommunicatus et ante mortem per eius licentiam nequaquam absolutus. Cuius persecutiones cum idem summus pontifex iam per annos 7 devitando apud Lugdunum moram fecisset, tandem audito, quod tam immanem inimicum Romane ecclesie Dominus e medio abstulisset, Romam adiit et apostolicam sedem sicut prius obtinuit. 1250

1257. Ricardus comes Cornubie, frater domini regis Henrici III, factus est rex Alemannie. . . . . . .

1264. . . . Rex rescribens[1], salute omissa, mandavit, quod de eorum ministerio nihil curaret, sed tamquam suos adversarios eos reputaret et ut hostes publicos illos diffidaret. Edwardus etiam, regis primogenitus, et avunculus eius Ricardus, dictus quondam rex Alemannie, mandaverunt, quod destruerent bona eorum et suorum necnon et corpora. . . . . .

1265. . . . Symon iuvenis[2] . . . de captivitate carceris dimisit regem Allemannie, avunculum suum, et . . . alios, quos in custodia sua possidebat apud Kenilworze; et facta sunt hec 8. Idus Septembris. . . . . . . Sept. 6.

1266. . . . Item[a. 3] Karolus — — et amplius. . . . . . . cf. Ann. Winton.

1269. . . . Item 9. Kal. Sept. — — Terram Sanctam. . .

1270. . . . Quod cum tractatum — — multi alii. . . . . . .

1271. . . . Post octabas — — terre eorum. Interfectus — — Iunii. . .

1272. . . . Archidiaconus — — Cornubie. . . . .

1274. . . . Facta convocatione — — Iulii. . . . . . .

1275.[4] . . . Item Saraceni — — et amplius. . . . . . .

Item eodem anno obiit Gregorius papa X. apud Arescium civitatem Tuscie — — Innocentius papa quintus est appellatus. . . . . . . Auct. Went.-Wav. B.

1276. . . . Item[4] die sancti Albani martyris — — Adrianus papa quintus, qui[5] per 35 dies in papatu vixerat, non tamen consecratus viam universe carnis est ingressus 18. Kal. Septembris[6]; cui[3] successit Petrus Tusc. — — obrutus interiit. . . . . . . Went. B / Auct. Went. B

1277. . . . Item hoc anno 5. die mensis Maii — — Nicholaus tertius.

1278. . . . Item dominus Robertus — — Portuensem et cardinalem est promotus.

1280. Hoc anno 2. Non. Septembris obiit Nicholaus papa III. . . . . . .

1281. Die sancti Petri — — Martinus tertius. . . . . . .

1285. Hoc anno, videlicet 4. Kal. Aprilis, obiit Martinus papa quartus; cui successit Honorius papa quartus. . . . . . . Mart. 29.

1287. Hoc anno pridie Non. Aprilis in urbe Roma obiit Honorius papa quartus. . . . . . . Apr. 4.

Item rex Hungarie[7] in tantam cordis decidit cecitatem, ut, fide christianorum relicta[b], ad errorem gentilium cum quibusdam suis complicibus se transferret, magis eligens Makameto servire quam altissimo Iesu Christo. Qui tanta calliditate ad sui damnationem usus est, ut, fraudulenter convocatis terre sue potentioribus in quodam palatio suo quasi ad parliamentum cum eisdem habendum, et ecce ex improviso, sicut ipse rex preordinaverat, supervenit miraldus Saracenorum potentissimus cum 20 milibus fortium bellatorum, dictum regem una cum omnibus christianis ibidem congregatis in vigilia sancti Iohannis baptiste hostiliter cepit et abduxit. Sed omnipotens Dominus, qui suis in arto positis nescit abesse, captis sic et in comitiva gentilium itinerantibus, ecce terremotus factus est magnus circa horam diei octavam, et tenebre facte sunt per universam regionem illam, et tempestas grandisona multa milia illius gentis incredule interfecit, et christiani ab omni plaga illesi ad propria cum gaudio sunt reversi, solo rege cum Saracenis gradiente. Iun. 23.

a) *alia manu in calce paginae.* b) ut se *add.* c.

1) Baronibus. 2) De Monteforti. 3) Quae sequuntur cum A et B ad communem auctorem Wintoniensem recedunt; edita sunt supra p. 455 sqq. 4) Haec noster auctario annalistae Wentano-Waverleiensi in codice B adiecto, quod ex Matthaeo Westmonasteriensi haustum est, desumpsit. 5) Hinc noster ipsius Wentano-Waverleiensis contextui B adhaeret. 6) Dies iterum auctario e Westmonasteriensi descripto debetur, ubi tamen 18. *Kal.* [loco *die*] *Augusti* habetur. Noster, qui diem emortualem corrigere voluit, errorem in mense latere, opinatus est; obiit autem Hadrianus V. Aug. 18. Hinc auctor ad Wintoniensem aut perditum aut B revertitur. 7) Ladislaus IV. a. 1272—1290.

1288. Hoc anno, 15. die mensis Februarii[1] frater Ieronimus de ordine fratrum Minorum presbyter cardinalis in summum pontificem consecratur, et vocatum est nomen eius Nicholaus papa quartus; de quo quidam versificator sic ait:

Frater Ieronimus mundo Minor est modo primus.

Hic peritus fuerat in Greca lingua pariter et Latina.

Item in confinio Colonie Agrippine dux Brabantie, cuius filius nomine Iohannes Margaretam, filiam regis Anglie, postmodum duxit in uxorem, de comite Gerlie[2], viro utique nobili et in armis strenuo et dicti ducis adversario capitali, fortiter triumphavit. In quo conflictu[3] archiepiscopus Colonie[4] fuit captus et armatus carcerali custodie mancipatus. Insuper multi milites Teutonici perierunt gladiis et fustibus artificialiter preacutis. . . . . . .

1290. Hoc anno, mensibus Maii et Iulii Gilbertus comes Glovernie Iohannam de Acon et Iohannes, filius ducis Brabantie, Margaretam, virgines illustres, regis Anglie filias, in ecclesia conventuali apud Westmonasterium solempniter duxerunt in uxores. . . . . . .

Iun. 5. 1291. . . . Anno eodem, die Martis proxima post festum ascensionis Domini Florencius comes de Hoylonde, Robertus de Brus, . . . omnes isti singulare ius et hereditarium in regnum Scotie vendicabant et acclamabant; iurisdictioni et ordinationi ac etiam sententie domini Eadwardi illustris regis Anglie, tamquam summi domini prefati regni Scotie, consensu unanimi et concorditer se submiserunt sub hac forma:

Eadwardus . . . conventui de Waverle salutem. Mittimus vobis . . . transcripta . . .: A toz iceus qui ceste lettre verrunt ou orrunt Florence conte de Holande, Robertus de Brus . . . Cum nus entendums aver droit el reaume de Escoce, . . . volums[a]

EX ANNALIBUS WIGORNIENSIBUS ET TEOKESBURIENSIBUS.

Wigorn.

. . . .

ib. 1165. Alexander papa honorifice suscipitur a Romanis in sedem suam. . . . . . .

Teokesbur.

. . . .

1147. . . . Rex Francorum Lodovicus et imperator Romanus Conradus et comes Flandrensis Theodericus et alii plures Ierusalem profecti sunt. . . . . . .

1159. Adrianus papa obiit; succedunt duo, Alexander et Victor qui Octovianus dictus est; sed prevaluit Alexander. . . . . . .

1160. . . . Alexander papa a Francis et Anglis, spreto Victore, in summum pontificem susceptus est. . . . . . .

1162. . . . Alexander navigio venit in Galliam. . . . . . .

cf. Ann. Melros. 1163. . . . Alexander papa generale consilium tenuit Turonis. . . . . . .

1164. . . . Octovianus scismaticus obiit; cui succedit Wido cismaticus de Crema.

1165. Alexander papa honorifice suscipitur a Romanis in sedem suam. . . . . . .

1167. . . . Fretthericus imperator cum excercitu copioso Romam veniens, Widonem Cremensem[b] in ecclesia sancti Petri violenter intrusit; qui et altare destruxit et aliud erexit, missas celebravit, imperatorem coronavit; etiam pro hoc facto magna pars excercitus sui divina ultione percussa est.

a) *desinit codex, quibusdam foliis deperditis.* b) Cirenensem *c.*

1) Potius Febr. 22. 2) Reinoldo I. comite Geldriae. 3) Apud Worringen prope Coloniam. 4) Sigfridus de Westerburg.

Wigorn.

1169. . . . Terremotus magnus factus est in Scicilia, qui Cathiniam et alias 4 civitates subvertit[1]. . . . . . .

1176. . . . Willelmus rex Sicilie filiam regis Anglie[2] duxit uxorem. . . . . . .

1178. Alexander papa celebravit concilium apud Lateranum[a, 3]. . . . Kalixtus papa scismaticus veniens ad pedes Alexandri, absolutus est. . . . . . .

1179. Alexander papa concilium tenuit Rome. . . . . . .

1189. . . . Item imperator Fredericus cum exercitu magno perrexit Ierosolimam. . . .

1192. . . . Ricardus rex Anglie, audito in Syria, quod Iohannes[b], frater suus, Angliam in manu forti sibi subiugasset, treugas cepit cum Saladino pagano in tres annos; et rediens captus est ab imperatore Alemannie 12. Kal. Decembris[4]. . . . . . .

1193. . . . Facta est redemptio regis Ricardi.

1194. Hoc anno rex Ricardus Anglie liberatus est a potestate Henrici imperatoris 2. Non. Februarii. Item 3. Idus Maii[5] apud Sandwich applicuit. . . . . . .

1200. . . . Willelmus de Verdun factus est archidiaconus Gloucestrie. . . . . . .

1204. Comes Flandrensis[7] et dux Venitie[8], marchisius de Monte-ferrato[9] et comes de Sancto Paulo[10] profecti Ierusalem Constantinopolim ceperunt; et incarcerato imperatore, convenientibus viribus in unum, comes Flandrensis in imperatorem eligitur. . . . . . .

1207. . . . Otho rex Alemannie, mandatus a rege avunculo suo, venit in Angliam ante pascha*, sed, data pecunia a rege, post pascha rediit[11]. . . . . . . *Apr. 22.

1208. . . . Philippus dux Suavie, adversarius domini Othonis regis Alemannie, attracto fere ad se toto imperio, occiditur a quodam comite palastino[12]; et sic totum imperium suscepit dominum Othonem[d] in imperatorem. . . . . . .

Teokesbur.

1168. Dux Saxonum accepit in uxorem Matildam, filiam regis Anglie. Wido de Crema papa cismaticus obiit; cui successit Kalixtus cismaticus. . . . . . .

1169. . . . Terremotus magnus factus est in Sicilia, qui Cathaniam et alias quatuor civitates subvertit. . . . . . .

1176. Willelmus rex Sicilie filiam regis Anglie[2] duxit in uxorem. . . . . . .

1177. Concordia facta est inter papam Alexandrum et Fredericum imperatorem. . . .

1178. . . . Calixtus papa scismaticus veniens ad pedes Alexandri, absolutus est. . . .

1179. Alexander papa concilium tenuit Rome. . . . . . .

1186. . . . Die sancti Laurentii Hugo prior Cartusianus factus est episcopus Lincolnie. . . . Aug. 10.

1192. Ricardus rex Anglie, audito in Siria, quod Iohannes, frater suus, Angliam in manu forti sibi subiugasset, treugas cepit cum Salodino pagano in tres annos; et rediens captus est 13. Kal. Decembris[4] a duce Ostrensi, et traditus Henrico imperatori Alemannie. . . .

1194. Ricardus rex Anglie rediit in Angliam 3. Idus Martii, solutus a captione. . . . . . . Mart. 13.

1198 . . . . Celestinus papa obiit 8. Idus Ianuarii[6]; Innocentius succedit 5. Idus Ianuarii[6]. . . . . . .

1200. . . . Willelmus de Verdun factus est archidiaconus Glocestrie. . . . . . .

1204. Comes Flandrensis iter arripiens Ierosolimitanum, [in[c]] imperatorem Constantinopolitanum eligitur. . . . . . .

1206. Iohannes de Via Lata cardinalis Romanus venit in Angliam. . . . . . .

1208. . . . Petrus de Castro-Novo missus in Provinciam ad hereses eradicandas, occiditur ex mandato comitis Tolosani. . . . Philippus dux Swavie occiditur; et tota Alemannia suscepit imperatorem dominum Othonem, nepotem regis Anglie ex sorore. . . . . .

a) Laternum *c.* b) I. *c.* c) *deest c.* d) O. *c.*

1) Cf. Hoveden., supra p. 141. 2) Iohannam. 3) Hoc ex alio auctore repetitur rectius a. 1179. 4) Potius Dec. 21. 5) Emenda *Martii.* 6) Potius Ian. 8. 7) Baldewinus. 8) Henricus. 9) Bonifacius. 10) Hugo. 11) V. supra p. 427. 12) Ottone de Wittelsbach.

Wigorn.

Ian. 6. 1209. Regina Ysabella nocte epifanie peperit Ricardum, postea regem Alemannie. . . . Dux Saxonie Henricus, nepos regis Anglie, venit in Angliam, et facto homagio domino regi de quibusdam terris quas petiit, rediit in sua, relicto filio suo primogenito[1] cum rege. . . . Rex Otho[a], desponsata sibi filia Philippi quondam ducis Suevie, coronatus est Rome in imperatorem quarta die Octobris.

1210. . . . Otho[a] imperator, occupatis quibusdam terris et castris que papa tenebat, excommunicatur. . . . . . .

1211. . . . Otho imperator Romanorum sibi subiugavit Apuliam. . . . . . .

1212. Otho imperator, subiugatis sibi Apulia et Sicilia, rediit in Alemanniam. . . . Othone imperatore per dominum papam reprobato propter iniurias ecclesie Romane illatas, Fredericus puer Apulie eligitur et mittitur cum exercitu magno in partes Cisalpinas contra Othonem. . . . . . .

1214. . . . Imperator Alemannie Otho excommunicatus cum nostratibus et Ferrando comite Flandrie congreditur cum rege Francorum Philippo, imperatore tamen in prelio[c] non presente, sed longe retro existente[2]. Ibi capiuntur comes Flandrie, comes Bolonie, comes Saresberie et alii multi; multi etiam capiuntur, multi occiduntur. Imperator, licet invitus, suasione tamen suorum, fugere compellitur. . . . . . .

1215. . . . Generale concilium celebratum est Rome in ecclesia Lateranensi sub Innocencio III. papa. . . . . . .

1216. . . . Innocencius papa obiit 3. Iulii[d,4].
. . .

1226. . . . Ludovicus rex Francie cruce signatur super comitem Tholosanum et cum legato[5] et infinito exercitu proficiscitur post pascha, obsessurus Aveniun; at[e] frustra consumptis et opibus et opera, detritis etiam copiis suis militaribus, confusus revertitur in Galliam. Civitas autem Aveniun subdidit se domino pape sub spe misericordie; qui precepit menia dirui. . . . . . .

1227. Hugelinus episcopus Hostiensis cathedram Romane ecclesie in quadragesima ascendit, dictus Gregorius. . . .

Teokesbur.

1209. Regina Ysabel peperit Ricardum nocte epiphanie. . . . Rex Alemannie coronatur in imperatorem Rome. . . . . . .

1210. . . . Otho imperator, occupatis quibusdam terris quas papa tenuit, excommunicatur. W[illelmus[b]] de Verdun, archidiaconus Glocestrie, obiit. . . . . . .

1211. . . . Otho imperator excommunicatus subicit sibi Apuliam. . . . . . .

1212. Othone imperatore a papa Innocentio III. reprobato propter iniurias Romane ecclesie illatas, Fredericus puer cum exercitu magno mittitur in Alemanniam contra Othonem. . . . .

1214. . . . Nostrates congredientes in Flandriam cum Philippo rege Francie debellantur, et magnates capiuntur. . . . . . .

Nos incepimus divina celebrare 3. Non. Iulii[3]. . . . . . .

1215. . . . Generale consilium celebratum est Rome sub papa Innocencio III. . . . . . .

1226. . . . Ludovicus rex Francie cruce signatus hostiliter congreditur terram comitis Tolosani precepto domini pape, et obsessa Avenum post pascha, detritis ibidem copiis suis militaribus et consumptis opibus et thesauris, post autumpnum dedecorose revertitur. . . . . . .

1227. . . . Hugelinus Hostiensis episcopus canonice electus consecratur in quadragesima in summum pontificem Rome, qui et vocatur Gregorius IX. Honorius papa obiit. . . .

a) O. *c.* b) W. *c.* c) prelito *c.* d) *ita c.* e) ut *c.*

1) Henrico, cuius in Anglia remanentis expensa notatur in *Rot. de Liberate regnante Iohanne*, ed. Hardy p. 109 sq.; cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 152. 2) Hic error nec alibi invenitur, nec cum linea 33. convenit. 3) Nota scriptorem coaevum. 4) Iul. 16. 5) Romano diac. card. S. Angeli.

Wigorn.

Cruce signati proficiscuntur post pascha in subsidium Terre Sancte; sed, diu et frustra expectata transfretatione imperatoris Alemannie Friderici, in tribus portibus fame et intemperie aeris usque ad 40 milia probe iuventutis mortui sunt. . . . Alii[1] missi sunt in Austriam, ut peterent filiam ducis[2] in uxorem[3]; item missi sunt alii ad regem Galacie[4] pro assumenda filia eius regi in uxorem; sed omnes infecto negocio redierunt. Honorius papa in quadragesima, Hugo de Mortuo-mari obierunt.

1228. . . . Gravis discordia orta est inter dominum papam et imperatorem Fretthericum[a], ita ut dominus papa excommunicaret imperatorem, quia erat cruce signatus et noluit perficere peregrinationem suam. . . . . . .

1229. Ierusalem reddita Fretherico imperatori. . . . Imperator Fretthericus[a] desponsavit filiam regis Ierusalem et coronatus [est[b]] in Ierusalem. . . . . . .

1230. . . . Maxima tempestas inundacionis Rome, unde cives perterriti timore revocaverunt dominum papam a Perusio[6]. . . . Imperator reversus a Terra Sancta, movit guerram contra dominum papam; et postea concordati sunt. . . . . . .

1235. . . . Ysabella, soror regis, nupsit imperatori Fritherico. . . . . . .

Teokesbur.

Cruce signati proficiscuntur post pascha Apr. 11. in subsidium Terre Sancte; sed, diu et frustra expectata transfretatione imperatoris Fretherici, in tribus portibus fame et intemperie aeris usque quadraginta milia probe iuventutis mortui sunt. . . . . . .

1228. . . . Treuge capte sunt inter soldanum Babilonie Kemel et Fredericum imperatorem Rome ad 10 annos; itaque reddidit dictus soldanus christianitati civitatem sanctam Ierusalem cum sepulcro et Belleem et Nazareth et aliis civitatibus et cassalibus et liberum iter ad flumen Iordanis. Dicta vero pax et concordia facta est 15. Kal. Aprilis, in 1229. Mart. 18. qua portavit dictus imperator coronam regalitatis sancte civitatis Ierusalem[5].

1229. . . . Memorandum: 7. Kal. Aprilis dominus papa extorsit decimam omnium bonorum tam virorum religiosorum quam clericorum pro guerra sua sustinenda contra Fredericum Romanum imperatorem, licet parum contra eundem profecerit, denuncians eum excommunicatum per omnem occidentalem ecclesiam per literas suas missas ad omnes prelatos, scilicet archiepiscopos, episcopos, archidiaconos, ut eum per suas parochias talem denuntiarent, quia asserunt, dictum imperatorem contra formam et iura ecclesie pacem [fecisse[b]] cum soldano Babilonie, quod est contra opinionem multorum christianorum. . . . . . .

1230. . . . Dominus Petrus de Rupibus episcopus Wintonie multum elaboravit, ut pax reformaretur inter regem Anglie et regem Francie tam ad curiam Romanam quam alibi; et pacificavit dominum papam Gregorium et Fredericum imperatorem. . . . Pax vero facta est inter Romanum imperatorem Fredericum et papam. . . . . . .

1234. . . . Bellum fuit inter christianos et hereticos circa festum sancti Barnabe[7] in Iun. 11. insula que dicitur Stodinges; et occisi sunt de hereticis ad 5 milia tam virorum quam mulierum et infantum, agentibus advocato de Betune et Baldewine de Betune et Berthram Grosso et multis aliis. . . . . . .

1235. Dominus rex Anglie Henricus misit dominum Willelmum episcopum Exonie et

a) F. *c.* b) *deest c.*

1) Scil. legati Anglici. 2) Leopoldi VI; cf. epistolas Henrici III. et Leopoldi VI. de hac re a. 1224. et 1225. missas ap. Rymer, Foedera I, p. 176. 3) Scil. Henrico III. 4) 'De Premislao II. rege Bohemiae agi videtur' LUARD; de cuius filia ducenda scripsit Henricus rex archiepiscopo Coloniensi a. 1227, ap. Rymer I, p. 185. 5) Pax Febr. 18. facta est; v. epistolam peregrini Angli in Ann. Waverl. supra p. 461; cf. p. 429. 431. 6) Fere eadem tradit Ric. de S. Germano. 7) Potius d. 27. Maii; v. Schumacher, 'Die Stedinger' p. 143. 242.

Wigorn. | *Teokesbur.*

Teokesbur.: alios viros probe virtutis in Alemanniam cum sorore sua nomine Isabella circa festum sancti Pancratii[*,1] ('Mai 12.); que scilicet nupsit imperatori Frederico per voluntatem et provisionem domini pape Gregorii noni. . . . Circa festum sancti Barnabe[*] ('Iun. 11.) Isabella, soror regis Anglie, facta imperatrix Alemannie. Desponsatur autem civitate Warmacensi, id est Warmasia, ubi quondam Ricardus rex Anglie imprisonatus fuit; et fecit solempnitatem archiepiscopus Manguncensis[2]. . . . . . .

Wigorn.: 1236. Henricus rex duxit in uxorem Alienor, filiam comitis Provincie[3], sororem regine Francie, et eam coronari fecit die depositionis sancti Wlstani (1236. Ian. 20.). . . . . . .

Teokesbur.: Alienor, filia Randulphi[3] comitis de Provencia, nupsit Henrico regi et coronata est 13. Kal. Februarii apud Londoniam. . . . . . .

1237. . . . Dominus papa et Romani concordati sunt. . . . . . .

1239. . . . Frethericus imperator excommunicatur a domino papa propter contumaciam et quia, ut dicebatur, combussit clericos nuntios domini pape et fratres Minores et infestavit ecclesiam. . . . . . .

Wigorn.: 1240. . . . [Celestinus[a] quartus post Gregorium nonum sedit papa mense uno; et vacavit sedes per annum; post quem successit Innocentius quartus, qui sedit annis 11, mensibus 6. Ottobonus[4] recedens ab Anglia, captus est in mari ab hominibus imperatoris].

1241. . . . Tres legati et multi alii prelati capti incarcerantur[b] ab imperatore. . . . In octava assumptionis (Aug. 22.) mortuo Gregorio papa, successit Celestinus; et elapsis 17 diebus obiit.

Teokesbur.: 1240. . . . Venit[c] quedam gens que dicuntur Tartari, filii Ismael, egressi de cavernis ad 30 milia milium et amplius. Vastaverunt omnes provincias, per quas transitum faciebant. Sed dux Baverensis[5] multos interfecit et in fluminis rivo precipitavit.

1241. . . . Venerabiles patres, legati Francie nomine Prenestinus[6] et Anglie nomine Otto, circa inventionem sancte crucis ab imperatore Romano Frederico capti in mari et imprisonati sunt cum archiepiscopis, episcopis et aliis quam plurimis. . . . Dominus Ricardus comes Cornubie rediens a Terra Sancta, circa[7] nativitatem sancti Iohannis baptiste[*] ('Iun. 24.) Romam adivit, ut pacem inter ecclesiam et imperium reformaret. . . . Henricus[8], filius imperatoris Frederici, a Tartaritis occisus est, et magna strages hominum facta est in vigilia sanctorum Cosme et Damiani[*] ('Sept. 25.). . . . Obiit Gregorius papa circa festum sancti Bartholomei[*,d,9] ('Aug 24.); cui successit Celestinus, qui sedit tantum per 11 dies. . . . Obiit Celestinus papa nocte sancti Martini[*] ('Nov. 10.). . . . Scisma non modicum et dissidentia inter fratres cardinales fuit. . . . Circa festum sancti Nicholai[*] ('Dec 6.) obiit[e] Iohanna[10] imperatrix et sepulta est apud Barensem urbem. . . . . . .

a) *haec add. alia m.* b) incarcantur *c.* c) Obiit *c.?* d) Barethi *c.*, Marci *Luard.* e) obiit Iohanna imperatrix, soror domini Henrici regis Anglie *m. coaeva ad calcem paginae rubro iterum scripsit c.*

1) V. 'Geschichte von England' III, p. 616. 617. 2) Sigfridus III. 3) Raimundi Berengarii IV. 4) Otho, Mai. 3. a. 1241. 5) Otto II. dux Bavariae numquam Tartaros devicit. 6) Iacobus. 7) *In octavis s. Ioh. bapt. in Sicilia applicuimus,* epistola Ricardi apud Matth. Paris. IV, p. 144. 8) Confunditur cum Henrico II. duce Silesiae et Boloniae, qui in proelio prope Wahlstatt April. 9. a. 1241. interfectus est. 9) Aug. 22. 10) Isabella, Dec. 1. mortua, sepulta est Andriae.

Wigorn.

1242. . . . [*Innocentius[a] quartus post Celestinum sedit papa annis 9[b], mensibus 6; qui vacuas cardinalium sedes honestis replevit personis, fratrem Hugonem de ordine Predicatorum instituit cardinalem, qui totam bibliam postillavit et magnas super bibliam concordantias compilavit. Iste papa apud Lugdunum Gallie consilium celebravit, in quo sanctum Edmundum Cantuariensem septimo defunctionis sue anno canonizavit, rebellem imperatorem Fredericum deponendum decrevit].

1243. . . . Cum sedes Romana vacasset per annum et circiter per 8[d] menses, Senebaldus dictus Innocentius IIII. papatum suscepit dominica* post festum sancti Iohannis baptiste. . . . Bonefacius, avunculus regine[3], confirmatur in archiepiscopum Cantuarie. . . . Comes Ricardus, frater regis, duxit in uxorem[4] sororem regine. . . . . . .

1245. . . . Dominus papa celebravit concilium apud Lugdunum, et die sancti Kenelmi[7] degradavit imperatorem presentibus episcopis. . . . . . .

1248. . . . Cum Fretherícus imperator degradatus obsedisset civitatem Parmum[h], proditorie debellatus est a civibus, ipso absente, et villa Victoria dicta, quam edificaverat, solo tenus diruta, et bulla imperii et signa Sicilie et Apulie regnorum auctentica capta sunt, et strages exercitus sui facta est magna[8]. . . . . . .

1250. . . . Fredericus imperator degradatus obiit die sancte Lucie*.

1256. . . . Ricardus comes Cornubie electus est in regem Alemannie in crastino natalis*[10]. . . . . . .

Teokesbur.

1242. . . . Ricardus comes Cornubie adivit Tolosam, ut duceret uxorem filiam comitis Provincie S[anchiam[c]], sororem regine Anglie; et ibidem premunitus fuit per fratrem suum, filium comitis Marchie[1], quod parabantur ei insidie; quo audito, iter suum reflexit; et Angliam petens, licet cum magno labore, applicuit apud Pertusum-Muris[2] in occiduis partibus Cornubie. . . . . . . *Mart Oppav

1243. . . . Dominus Senebaldus catholice eligitur in summum pontificem ad festum sancti Iohannis baptiste[5], qui, mutato nomine eius, vocatus est Innocentius quartus. . . . *Iun. 28. Nuper postquam advenit Henricus rex Anglie de partibus transmarinis, advenit et comitissa Provincie[6], mater regine A[lienore[e]], in Novembri, adducens secum filiam suam virginem[4], quam Ricardus comes Cornubie duxit uxorem, accipiens secum honorem Richmundie; desponsavit autem apud Lundoniam die sancte Cecilie. . . . Nov. 22. In crastina conversionis sancti Pauli . . .; circa idem tempus recessit 1244. Ian. 26. comitissa Provincie ab Anglia, ut iret in locum suum. . . . . . .

[f]

1247. . . . Deposito Frederico imperatore, successit quidam alius per papam . .[g], quem Fredericus postea adnihilavit. . . . . .

1250. . . . Obiit . . . Fretherícus quondam imperator, ut dicitur, in vigilia sancti Luce[9] in habitu Cisterciensi. *Dec. 13.

1251. . . . Dominus papa recessit a Lugduno versus Genes circa pascha. . . . . . . Apr. 16.

1256. . . . Ricardus comes Cornubie, filius regis Iohannis, frater regis Henrici, electus est in regem Alemannie. . . . . . . *Dec. 26.

a) *quae hoc anno sequuntur post. manu c. a.* 1400. *inserta sunt c.* b) *emenda* 11 *e Martino.* c) S. *c.* d) *corr. e* VIIII. *c.* e) A. *c.* f) *duobus foliis perditis, a.* 1245. *deest c.* g) Henricus *suppl. est; nomini inserendo vacat spatium c.* h) *ita ed. Luard.*

1) Hugonis X. de La Marche, qui Isabellam a rege Iohanne viduam relictam, matrem Ricardi, duxerat. 2) Mousehole prope Penzance. 3) Eleonora, uxor Henrici III, erat filia Beatricis, filiae Thomae comitis de Sabaudia. 4) Sanchiam. 5) Potius Iun. 25. 6) Beatrix. 7) Dec. 13, quo die a. 1250. imperator mortuus est, qui d. 17. Iul. a. 1245. depositus fuerat. 8) Cf. Thomae Tusci Gesta imp. et pont., SS. XXII, p. 514. 9) *sancte Lucie* emendandum est. 10) *In festo innocentium* (Dec. 28) . . . *prebuit assensum electioni*, Cron. maiorum Lond. in Lib. de antiq. leg. ed. Stapleton p. 25.

Wigorn.

1257. Ricardus comes Cornubie, frater domini regis, electus in regem Alemannie, transfretavit in Alemanniam et applicuit die Mai. 1. apostolorum Philippi et Iacobi, et die ascen- Mai. 17. sionis coronatus fuit in regem Alemannie, et uxor eius in reginam . . . .

1258. . . . Ricardus rex Alemannie venit 1259. Febr. 2. in Angliam circa festum purificacionis beate Marie[1]. . . . . . .

1259. . . . Quidam Romani missi in Angliam a domino papa interfecti sunt Londonie in conspectu totius populi. . . . . . .

1261. Alexander papa obiit; successit ei Urbanus patriarcha Ierusalem. . . . Schenchia regina Alemannie obiit. . . . . . .

Teokesbur.

1257. . . . Ricardus comes Cornubie post pascha profectus est Alemanniam, diadema regni illius suscepturus, quod die ascensionis Domini sequente in regione illa suscepit. . . .

1258. . . . Quidam Romanus magister Haroldus nomine a domino papa missus, circa *Apr 23. festum sancti Georgii[a] Angliam arripuit, ex parte domini pape bullas et literas diversimode minatorias ad interdicendum capellam domini regis una cum tota ecclesia Anglicana secum deferens, nisi domino pape pecuniam mitteret et concito persolveret, quam pro honore regio terre Pullie filio suo Eadmundo a[a] papa concesso promiserat. . . . . . .

Ricardus rex Alemannie, filius regis Iohannis Anglie, frater Henrici regis Anglie, Angliam arripuit circa festum purificationis beate Marie. . . . . .[b.1].

1270. . . . Dominus[c] Henricus, filius regis Alemannie, interfectus fuit Viterbii ad missam suam a Guidone de Monte-forti; cuius ossa delata sunt in Angliam et sepulta aput Hayles iuxta Senchiam reginam, matrem suam. . . . . . .

App. Went. Waverl. e Matth. Westmonast. 1278. . . . Mense Augusti[d] rex Alemannie Radulfus[e] in bello campestri regem Boemie, suum adversarium capitalem, cum multis milibus hominum interfecit, regnum predictum sue subiciens ditioni. . . . . . .

1285. . . . In Alemannia apparuit Fredericus quondam imperator Romanus secundum opiniones [diversas[f]] Mart. 28. sophisticus sive verus — — expectando. 5. Kal. Aprilis Martinus papa obiit; cui successit Honorius. . . . . . .

1288. Febr. 1287. . . . 15. Kal. Martii[2] Ieronimus de ordine fratrum Minorum electus fuit in papam, qui Nicholaus IV. postea dicebatur. . . . . . .

1290. . . . Septimo Idus Iulii Iohannes, filius ducis Brabancie[g], duxit uxorem Margaretam, filiam regis Anglie. . . . . . .

1291.[3] . . . *Edwardus Dei gratia rex Anglie . . . conventui Wygornie salutem. Mittimus vobis . . . transcripta . . .: 'A tuz iceaus ki ceste lettre verrount ou orrunt Florenz counte de Horlaunde, Robert de Bruiz . . . Come nous entendoums aver droyt en le reaume* Iun. 5. *de Escoce, . . . grantoums de receyvere dreit devaunt luy*[4]. *. . . A Norham le mardy procheyn apres la ascenciun le an de grace* 1291'. *'A tuz iceaus ki ceste presente lettre verrunt ou orrunt Florenz cunte de Hoylaunde*[h], *Robert du Bruz . . . Nus . . . grantoms, ke il come* Iun. 6. *sovereyn seignur . . . eit*[i] *la seysine . . . d'Escoce. . . . A Norham le mekredi apres la ascenciun le an de grace* 1291'. *Unde vobis mandamus, quod eadem faciatis in cronicis vestris* Iul. 9. *ad perpetuam rei geste memoriam annotari. . . . Nono die Iulii anno regni nostri* 19. . . . . . .

1293. . . . Viri de portu Genuensi, premuniti de classe paganorum veniente, obviaverunt eis in fide et de infidelibus 15 milia peremerunt et reliquos ad reges christianorum Sept. 20. sub custodia transmiserunt, quos rex noster nec aspicere dignabatur. . . . Duodecimo Kal. Octobris apud Bristolliam Edwardus rex Henrico comiti de Barres Elianoram, filiam suam primogenitam, dederat in uxorem. . . . . . .

Gallorum levitas Germanos iustificabit.
Italie gravitas Gallos confisa[k] necabit.
Gallus succumbet aquile, victricia signa
Mundus adorabit[l]. Erit Urbs vix presule digna.

a) dicto *add. c., sed expungitur.* b) *Ann. Teok. desinunt a.* 1263. c) Dominus — suam *rubro c.* d) Augusto *ed. Matth. West.* e) Rodulphus *ib.* f) *deest c.; suppl. ex B et West.* g) Brancie *c.* h) Boyl. *c.* i) e *c.* k) confusa *Bart. Cott.; App. Petri de Langtoft; Walt. de Cov.* l) aborrebit *Bart. Cott.*

1) Potius a. 1259, Ian. 28. vel 29. 2) Potius Febr. 22. 3) Vide supra p. 464. 4) Edwardum I.

Constantine[a], cades, et equi de marmore facti
Et lapis electus et[b] multa palatia Rome.
Terremotus erit. Que[c] non procul[d] auguror esse.
Mille ducentenis et nonaginta sub annis
Et tribus adiunctis[e] consurget aquila grandis. 1293.
Papa cito moritur, cesar regnabit ubique,
Sub quo cessabit tunc[f] vana gloria cleri[1].

Anno Domini 1294. . . . Quinto die Iulii in civitate Perusina frater Petrus de Murone, Iul. 5. qui longo tempore in regno Apulie vitam heremiticam sanctam et honestam duxit, vocatus exstitit ad papatum; et est nacione Parmensis et vocatur Celestinus. . . . . . .

Rex noster per nuntios solempnes misit regi Alemannie 60 milia librarum, ut eius esset amicus et inimicis eius totaliter inimicus[2]. . . . . . .

1294. . . . Celestinus papa quintus resignavit papatum, ut liberius possit contemplationi vacare; et dominus papa, cardinalibus constitucionem domini pape Gregorii decimi factam super electione papali approbatam et roboratam per ipsum Celestinum observantibus, electus fuit Neapoli in vigilia nativitatis Domini reverendus pater dominus Benedictus Dec. 24. titulo Sancti Martini presbiter[g] cardinalis, qui vocatur Bonefacius VIII. . . . Die sancti Iohannis apostoli papa revocavit omnes provisiones de vacaturis factas tempore Celestini Dec. 27. pape et Nicholai predecessorum suorum et etiam per ipsum et dominum Gerardum in Francia; suspendit omnes episcopos et archiepiscopos et alios habentes dignitates per papam Celestinum, sive consilio cardinalium sive non factas in consistorio, ut fieri consuevit. Et 23. die Ianuarii fuit Rome coronatus; scripsit etiam regibus Francie, Anglie, 1295. Ian. 23. Alemannie, Hispanie et aliis magnatibus transmarinis, quod nullus eorum contra alium insurgat hostiliter, et quod compareant per procuratores sufficientes coram eo ad certos dies, ut vicinum tempus generalis passagii versus Terram Sanctam communi consilio maturetur, quia proponit in persona propria transfretare. . . . . . .

1295. . . . Ad vincula sancti Petri rex tenuit parliamentum Londoniis, ubi uterque Aug. 1. cardinalis[3] pro guerra, [que[b]] orta est inter regem Anglie et regem Francie, de pace publice predicavit. Quibus rex respondit, quod adquiesceret paci, que idonea sibi et suo esset regno; sed quia confederatus fuit regi Alemannie, ideo sine eius assensu contra suum honorem esset pacem concedere sive treugam. Deinde, auditis gravaminibus regis Anglie, cardinales cum clericis Anglie ad regem Francie redierunt; et alii nuncii regi Alemannie mittebantur[4]. . . . . . .

1296. . . . Die purificationis beate Marie in capella de Walsingham iuraverunt pro 1297. Febr. 2. rege de pactis tenendis Hugo le Despenser et dominus Walterus de Bello-campo, et pro comite Flandrensi dominus de Bomund[5] et dominus de Cuc[6] de certis articulis[7]. Et maritagium inter Edwardum, filium regis, et filiam comitis[8] factum est; et habebit centum milia marcarum, ut ducat filiam comitis Flandrie in uxorem. . . . . . .

1297. . . . Papa Bonefacius VIII. deposuit duos cardinales de Columpna, Iacobum videlicet et Petrum, qui fuerunt viri nobiles et famosi, et beneficiis ecclesiasticis cum suis nepotibus et consanguineis clericis ac omni dignitatis honore privavit, et ne ulterius in perpetuum ad papatum vel cardinalium[h] ascendant vel ad aliam quamlibet dignitatem assumantur, firmissime statuit et decrevit; domus ipsorum et palatia, que habebant in Urbe pulcherrima, non sine multorum nece destruxit et bona omnia confiscari precepit, castris

a) Constantini cedes *Bart. Cott.* b) *deest c.* c) erunt quos *App.; Walt. de Cov.* d) prius *Bart. Cott.* e) Milleque ducentis nonginta sub tribus annis Merlini dictis *App.*; Millenis ducentenis nonaginta *Walt. de Cov.* f) tunc vana cessabit *App.; Walt. de Cov.* g) presbiteri *c.* h) *sic c.*

1) Eadem vaticinia, versibus quidem quodam modo transpositis, apud alios eiusdem temporis auctores Anglos, Bartholomaeum Cotton. ed. Luard p. 239, in Appendice chronici rhythmici Petri de Langtoft II, p. 450. et in Memoriali Walteri de Coventria I, p. 26. ed. Stubbs inveniuntur; cf. 'Gesch. v. England' IV, p. 89. 2) V. foedus cum Adolfo Nassoviensi initum ap. Barth. Cotton. p. 240. 3) Simon Praenestinus et Beraldus Albanensis episcopi cardinales, a Bonifacio VIII. in Franciam et Angliam missi; cf. Rymer, Foedera I, p. 817. 4) V. Rymer, Foedera I, p. 824, Aug. 14. 5) Henricus de Bello-monte. 6) Iohannes de Cuik. 7) V. conventiones inter Guidonem de Dampierre comitem Flandriae et Edwardum I. regem Angliae Ian. 7. a. 1297. ap. Winendale et Ipswich factas ap. Rymer, Foedera I, p. 850—852. 8) Isabellam.

eorum, civitatibus et villis usibus ecclesie deinceps applicatis. A cuius sentenciis et processibus dicti quondam cardinales pro se et sibi adherentibus solempniter et in scriptis ad futurum verum papam et consilium generale tamquam a non suo iudice provocantes appellarunt, nichilominus cardinalatus insignia portantes et ipsum non pastorem, sed mercennarium protestantes, symoniaca et aliis criminibus, que non licet homini loqui, miserabiliter irretitum. Que omnia contra ipsum se offerunt probaturos[a] locis et temporibus oportunis sub pena certe capitali. Et ipse eos publice scismaticos et hereticos pronunciando, omnes consilio vel ausilio vel favore sibi adherentes excommunicavit et ad ipsorum totalem destructionem multos faciens apparatus et exercitus armatorum. Papa monachos non diligit nec quoscumque alios religiosos, quia, hiis depositis, in ecclesiis nobilibus plantat contra statuta euangelica seculares. . . . . . .

Aug. 23 1297. . . . Rex in vigilia sancti Bartholomei cum 350 navibus portantibus mille equites et multa milia Walensium a Wynchelese[1] navigavit et in portu Flandrensi applicavit qui Shuyne[2] ab incolis nominatur. Cito post comes de Holvestene[3] cum mille armatis et 150 [navibus[b]] navigavit versus Flandriam in regis nostri adiutorium et succursum. . . . . . .

20. die Octobris Edwardus, filius regis, secundum quod a patre acceperat ita scripsit pro ducatu Aquitannie et pro comitatu Flandrie et aliquibus locis aliis: *Reges concesserunt et*
1298. Ian. 6. *ceperunt sufferenciam*, id est treugam, *de regno ad regnum, de terra ad terram, de gente ad gentem, per terram et per mare usque ad festum epiphanie Domini proximo futurum quantum*
1297 Dec. 7. *ad ducatum Aquitannie et quantum ad alias terras usque ad octabas festi sancti Andree*[4]. . . .

1298. . . . Die quo sol rubeus videbatur rex Alemannie et dux Ostrisii cum suis exercitibus ceciderunt. Et ex utraque parte ita acriter fuit pugnatum, quod de tribus milibus militum cum sequela vivi non evaserunt nominati milites nisi . .[c] . . . . .

Nov. 30. Die beati Andree apostoli in civitate Reatina, dum apostolicus indueretur papalibus, ut missarum solempnia celebraret, supervenit terremotus; que tempestas ultra quadriduum perseverans, usque Romam inclusive per adiacentes provincias se extendit, saxa dirupit durissima, evertit habitantes et tecta, columpnas concussit, palacia dissipavit, turres contrivit et menia, castra contrivit fortissima et omnes utriusque sexus loca campestria querere coegit, excepto papa et quibusdam potentibus, quibus pavilonum provisio[d] solacium aliqualiter promittebat. Tunc papa curiam transferi[e] decreverat usque ad Romam. Et dum Romam tenderet, ymbres quasi diluvium proruperunt, aer tenebrosus apparuit, coruscationes
Dec. 14. et terribilia tonitrua miscebantur. In crastino sancte[f] Lucie Romam venit, et dum ingrederetur ecclesiam beati Iohannis et turbam coram se incurvatam benediceret, crux magna corruit in eadem. Et plurimos admiratio non immerito stupefecit. . . . . . .

1302. . . . 6. Idus Iulii[5] inter Curthay[6] et Lile isti nobiles Francie cum multis aliis corruerunt: comes de Arthoys[7], comes de Ew[8], comes de Aumarle[9], dominus Iohannes de Henaud[10], dominus Godefridus de Braban[11], Iohannes, filius constabularii Francie et marescallus Francie, et dominus Wale Payel, dominus Petrus de Flote, dominus Iohannes de Seint
Aug. 10. Pol et dominus de Fens. . . . Quarto Idus Augusti rex Francie misit mille et quingentos armigeros versus castrum de Lile; quibus Flandrenses obviantes, omnes pariter peremerunt.
Aug. 18. Decimo quinto Kal. Septembris exierunt Flandrenses cum triginta milibus loricatis et urbem que vocatur Caleys cum omnibus habitantibus in ea concremarunt et patriam similiter per
Sept. 21. septem leucas funditus destruxerunt. . . . Undecimo Kal. Octobris rex Francie cum multa populositate venit contra Flandrenses, quia a 12 annis et supra usque ad sexaginta annos habuit exercitum congregatum, et Anglos habitantes in illa terra esse in prima fronte ante alios Franci coegerunt. Et Angli querebant a Flandrensibus, si contra Francos se verterent, si eos reciperent; at illi promiserunt, si Angli hoc facerent, eos reciperent ut amicos. Et Angli vice versa contra Francos pugnaverunt et regem Francie cum suis usque ad Aras fugaverunt. . . . . . .

a) prolaturos *ed. Luard.* b) *deest c.* c) *lacuna c.* d) proviso *c.* e) *sic c.* f) sancti *c.*

1) Winchelsea in littore Cantiano. 2) Swyne. 3) Henricus I. de Holstein-Rendsburg a. 1290—1304. 4) Cf. Rymer I, p. 879; eandem chartam excerpsit Barthol. Cotton. 5) Potius Iul. 11. 6) Courtrai. 7) Robertus. 8) Iohannes II. 9) Iohannes I. 10) Filius Iohannis comitis. 11) Filius Henrici III. ducis.

Anno ab incarnatione Domini 1303, anno ab origine mundi 5 milia 507. et ab incar- 1303.
natione Domini 1303. et regni regis Edwardi 31. et Willelmi de Gaynesburhu[1] primo pridie Apr. 4.
Nonas Aprilis apud Sanctum Omerum inter Flandriam et Franciam venit maximus exercitus
Francie contra Flandrenses et de illis magnam partem prostravit de prima acie; sed due
acies supervenientes Francigenas totaliter incluserunt et eos pariter peremerunt. . . . . . .

Ultimo die Aprilis venit exercitus Francie cum magna multitudine contra Flandrenses;
quorum multitudinem non timebant, sed susceperunt eos sicut leo paratus ad predam, et Ps. 16, 12.
divisi in tres partes, Francorum exercitum includebant et ut lutum platearum deleve- cf. Es. 10, 6.
runt. . . . . .

Hec sunt verba Bonefacii pape, que inter alia protulit in confirmatione Alberti regis Romanorum anno papatus sui nono, mense Aprili:

Rex Romanorum omnes universaliter reges precellit. Et hoc dicimus signanter, non obstante superbia Gallicana, qui dicunt, quod non debent subici Romano imperio; sed mentiuntur per gulam, quia subesse debent sicut omnia alia regna. Et nos promittimus, quod cum omni auxilio et consilio iuvabimus regem Romanorum ad tollendam superbiam Gallicanam, et ipsum Albertum approbamus et exnunc confirmamus in regem Romanorum et in imperatorem promovendum secundum tamen gradus suos. . . . . . .

Item electus est rex Alemannie in imperatorem. . . . . . .

Anno Domini 1340. fuit bellum in mari iuxta Exclus[2] inter regem Anglie[3] et Francie[4]; 1340.
200 Francorum naves erant capte, 30 milia Francorum interempta.

Anno Domini 1346. fuit grande bellum de Creci; in quo bello reges Francie et Maiori- 1346
carum[a. 5] fugerunt, rex vero Boemie[6] cum 1100 militibus fuit interfectus preter vulgus. . . . . .

a) Marioricarum *ed.*

EX ANNALIBUS BURTONENSIBUS.

Annales monasterii Burtonensis, a. 1004. *in comitatu Staffordensi a Wulfric Spot, nobili quodam Anglo-Saxonico, conditi, inde ab a.* 1066. *usque ad a.* 1201. *ex Chronico praecipue Rogeri de Hoveden sumpti sunt. Postea similia fere addita sunt ac in saec. XIII. annalibus monasticis Anglicis plerumque inveniuntur. Burtonenses autem multas relationes, literas, cartas regias, actiones de pace institutas, leges, bullas pontificum Romanorum magni momenti inseruerunt, quarum perpauca apud annalistas aequales, neque apud Rogerum de Wendover et Matthaeum Parisiensem reperis. Documenta igitur praestantissima contentionis acerrimae inter reges Angliae et pontifices Romanos ex una et barones Anglicos ex altera parte agitatae, usque ad a.* 1263. *notulis exilibus annis singulis a monacho coaevo*[7] *adscriptis inter se coniuncta, hoc libro servata sunt. Deprompsi quae in concilio Lugdunensi de situ et moribus Tartarorum promulgata sunt atque nonnulla quae de Edmundo, Henrici III. filio, ad Manfredum expellendum rege Apuliae electo, et omnia quae de Ricardo rege Romanorum inter curiam Romanam et aulam Anglicam, episcopos et barones Anglicos scripta et rescripta Burtonensibus in promptu fuerunt.*

Codicem C o t t o n i a n u m *Vespasianus E III, membr.* 4°, *si prima folia aevo XIII. attribuenda excipis, saec. XIV. in. una manu columnis geminis satis eleganter exaratum cum editione Luardiana*[8], *Annales Monastici t. I. Londoniae* 1864, *contuli.*

R. P.

1) Episcopi Wigorniensis a. 1302—1307. 2) Sluys. 3) Edwardum III. 4) Philippum VI. 5) Iacobus. 6) Iohannes. 7) Vide infra a. 1255: *regem Henricum qui nunc est.* 8) Primus Ann. Burtonenses ediderat Fulman, Rerum Angl. SS. I, Oxoniae 1684.

. . . .

1211. Venientes nuncii domini pape Innocentii tertii[a] coram domino rege Iohanne Anglie apud Norhampton, convocatis omnibus comitibus et baronibus Anglie, dominum regem in hunc[1] modum allocuntur: . . . Ad hec rex: 'Vos profertis minas? Creditis, me sic subicere vobis sicut nepotem meum Othonem imperatorem? Ego enim ab ipso recepi, quod alium fecistis eligere imperatorem in Alemannia'. Magister Pendulfus[b]: 'Verum est. Et credit dominus papa et certus est, se ita istum facere imperatorem, sicut fecit alium, et sic te subicere sibi, ut fecit alium'. . . . . . .

1214. . . . Eodem anno fuit congressus Francorum et Flandrensium, in quo comes Flandrie nomine Ferrant et comes Bolonie et Willelmus Longus-ensis, frater regis, comes Saresbyrie, capti sunt. . . . Concilium Lateranense Rome celebratum fuit. . . . . . .

1235. Fredericus Romanus imperator duxit Isabellam, sororem regis. . . . . . .

1236. Henricus rex duxit in uxorem Alyenoram reginam, filiam comitis de Proventia[2]. . . . . . .

1239. . . . Ricardus comes Cornubie, frater regis, profectus est Hierosolymam. . . . . . .

1243. . . . Ricardus comes duxit sororem regine in uxorem, nomine Schench. . . . . . .

1244. . . . Isto anno misit dominus Innocentius papa quartus litteras per orbem universum pro pecunia extorquenda ab universali ecclesia contra imperatorem Fredericum. . . . . . .

1245. Innocentius quartus papa celebravit concilium apud Lugdunum, in quo canonizavit sanctum Edmundum Cantuariensem archiepiscopum et dampnavit et deposuit Fredericum Romanorum imperatorem ob causas magnas et multiplices. . . . . . .

Examinatio facta de Tartaris apud Lugdunum per dominum papam.

Inter ceteros mundi prelatos venit ad concilium apud Lugdunum archiepiscopus Ruthenus nomine Petrus, qui, prout quidam asserebant de concilio venientes, neque Latinam neque Grecam neque Hebraicam novit linguam et tamen per interpretem peroptime coram domino papa exposuit euangelium. Ipse etiam seorsum vocatus cum domino papa ceterisque prelatis in divinis, sacris vestibus indutus, set non eo modo quo ipsi, divinorum assistebat celebrationi. Requisitus Petrus archiepiscopus de Russia super factis Tartarorum, primo de origine, secundo de modo credendi, tertio de ritu colendi, quarto de forma vivendi, quinto de fortitudine, sexto de multitudine, septimo de intentione, octavo de observancia federis[c], nono de nunciorum receptione, respondit[d] sic: Primo de ipsorum origine dicit: Quod reliquie Madianitarum fugientes a facie Gedeonis usque ad remotas partes orientis receperunt se in quodam deserto quod dicitur Ethreu. Illi autem habebant 12 duces, quorum maior dicebatur Tatarkan, a quo Tartari dicti sunt. Ab illo autem descendit Chyrcam, qui habuit tres filios: nomen primogeniti Thessirican, nomen secundi Curthican, nomen tertii Bathatarcan. Qui quamvis essent montibus eminentissimis et quasi immeabilibus circumdati, provocati tamen a Curzeusa, nepote[e] Salbatin, domini cuiusdam magne civitatis que vocatur Ornac, exierunt, pater scilicet et tres eius filii, cum magna multitudine armatorum, et interfecto Salbatin, et Ornac civitate eius occupata, Curzeusam, nepotem eius, per multas provincias insecuti sunt. Provincias vero ipsum recipientes devastaverunt, inter quas pro magna parte devastata est Russia, iam sunt 26 anni elapsi. Mortuo vero patre, tres fratres ab invicem sunt divisi. Tessirican autem ivit contra Babilonios[f], Curthican contra Thurcos, Bathatarcan remansit Ornachi et misit principes suos contra Russiam, Poloniam et Hungariam et alia multa regna. Qui quidem tres cum suis exercitibus modo circa partes intimas Sirie sunt coniuncti. Et iam, ut dixerunt, transierunt circiter 34 anni, ex quo exierunt de deserto Ethreu. De modo credendi respondit: Quod unum dominatorem mundi credunt, unde, cum legationem emitterent ad Ruthenos, mandaverunt in hec verba: *Deus et filius eius in celis, Chyrcan in terris.* De forma vivendi respondit: Quod carnes comedunt iumentinas, caninas ac alias quascumque, humanas

Examinatio de Tartaris. De Tartaris.

a) quarti c. b) P. c. c) fideris c. d) r. s. *rubro* c. e) nepte c. f) Babilonis c.

1) Eiusmodi dialogus eisdem fere verbis ab annalista Waverleiensi, qui tamen alia minus recte legit, alia et haec quoque omisit, iam saec. XIII. medio receptus nihil est nisi confictio monastica; cf. 'Gesch. v. England' III, p. 365. 2) Raimundi Berengarii IV.

etiam in necessitate, non crudas tamen, sed coctas. Aquam bibunt et lac. Graviter puniunt scelera, scilicet fornicationes, furta, adulteria, homicidia, ultimo supplicio. Uxores habent unam vel plures. Ad convictum familiarem vel ad negotiorum tractatus vel ad consiliorum secreta alias nationes non admittunt. Seorsum ab omnibus aliis divisi castra metantur, quibus si quis alienorum irrepserit, confestim trucidatur. De ritu colendi respondit: Quod quolibet mane manus ad celum levant. Comedentes primum moysellum[1] in aera faciunt. Bibentes prius partem in terram fundunt in veneratione Creatoris et dicunt se habere sanctum Iohannem ductorem. In novilunio multum gaudent. De fortitudine respondit: Quod fortiores et agiliores nobis sunt. Mulieres more masculorum equitant, militant et sagittant. Arma[a] habent de corio multiplici et vix penetrabilia ad muniendum. Arma habent ferrea ad impetendum. Machinas habent multiplices et certe iacientes. Sub divo iacent, de intemperie temporum quasi non curantes. De multitudine non dedit certum responsum; tamen dixit, quod quasi de omnibus nationibus et sectis universis sunt illis populi multi aggregati. De intentione respondit: Quod intendunt totum mundum sibi subiugare, et quod insinuatum est divinitus, quod debent totum mundum per 40 annos uno minus vexare, asserentes, quod, sicut olim animadversio divina purgavit mundum per diluvium, sic in presenti ipsorum depopulatione purgabit ipsum mundum per vastationem gladii. Item credunt se habituros durum congressum cum Romanis et aliis Latinis, et est eis ambiguum, utrum vincant vel vincantur; quodsi vincant, debent dominari toti orbi. De observancia federis respondit: Quod satis observant federa illis qui se sponte illis tradunt, accipientes ab eis bellatores, artifices ad varias servitutes, nullatenus eis parcentes qui eorum insultus expectant. De nunciorum receptione respondit: Quod benigne eos admittunt, expediunt et remittunt. In fine requisitus de transmeatione fluminum et marium dixit: Quod flumina transeunt in equis et quod in tribus locis parant navigia super mare. Dixit etiam: Quod quidam de Tartaris nomine Kalalidin, gener Chyrcan, exulatus est in Russia, quia deprehensus fuit dixisse mendatium; cui quidem ob gratiam uxoris sue parcitum est, ne occideretur. Super factis Tartarorum eum plenius non instruxit. . . . . . .

1250. . . . Isto anno obiit Fredericus quondam Romanorum imperator.

Isti articuli subscripti extracti de testamento[2] eiusdem Frederici devenerunt ad dictum[b] regem Anglie:

Ego Fredericus in primis relinquo pro anima mea centum milia untiarum auri pro Terra Sancta[c] ecclesie recuperanda et expendenda ad voluntatem Conradi filii mei. Item volo, quod omnia male illata Templariis et Hospitalariis et dampna per me illata restituantur. Item omnes captivos de regno et imperio relinquo liberos, exceptis proditoribus tantum. Item relinquo totam terram ecclesie liberam et volo, quod omnia iura ecclesie restituantur. Item meum heredem relinquo Conradum in regno Cicilie et imperio Rome. Item relinquo Henrico, filio meo, regnum Ierusalem et[d] regnum Arly et centum milia untiarum auri secundum voluntatem Conradi. Item nepoti meo[3], filio filii mei Henrici, relinquo ducatum Strelie[e] et decem milia untiarum auri. Item Heynfredum[f], filium meum, [relinquo[g] ballivum] Conradi in imperio et regno Cicilie usque ad decem[h] annos, excepto quando Conradus sit presens. Item sepulturam meam eligo apud Palermum, ubi iacuit rex Willelmus[i], pater[k] meus.

1251. Litere de pastoribus[4]. *Venerabilibus in Christo fratribus suis Ade de Marisco[5] et fratribus Minoribus Oxonie frater . .[l] dictus custos ordinis fratrum Minorum Parisius salutem. Nuper in festo resurrectionis . . . venit quidam hereticus[6]. . . . Undique pastores ex diversis mundi partibus catervatim[m] concurrerunt in parvissimo temporis spatio, ipsum perditum hominem secuntur. . . . Dicitur autem hoc eorum fuisse comentum, ut primo clerum extirparent a terra, secundo religiosos abraderent, postmodum in milites et nobiles irruerent, ut sic terra desolata omni presidio facilius pateret erroribus et incursibus paganorum. Quod veri simile*

a) scuta *emend. videtur.* b) dominum *fortasse legendum est.* c) sancte *c.* d) vel *emend. est.* e) Austrie *Matth. Par.*; Austrie et Stirie *emend. est.* f) Manfredum *Matth.* g) r. b. *des. c., ubi lacuna; suppl. e Matth.* h) 12 *Matth. Liber Additam.*; 70 *Matth. Cron.* i) et *supplendum videtur.* k) p. m. *des. Matth.* l) *spatium vacat c.* m) carvatim *c.*

1) i. e. morsellum. 2) V. testamentum LL. II, p. 357, et simili modo extractum ap. Matthaeum Paris. V, p. 216. 3) Friderico. 4) Simili relatione usus est Matthaeus Paris. a. 1251. 5) Qui istam epistolam cum Roberto de Grosseteste episcopo Lincolniensi communicavit; cf. Monum. Franciscana ed. Brewer p. 109. 6) De Rogero Bugro cf. SS. XXVI, p. 605.

videtur; presertim cum quedam multitudo militum ignotorum qui albis induti sunt in partibus Alemannie[1] *ceperit manifestari. Hec usque hodie, ut a fide dignis auditum est, ita se habent. Datum Parisius anno Domini* 1251. . . . . . .

1253. . . . Isto anno Flandrenses et Franci, quorum non erat numerus, capti sunt ab Alemannis et occisi ob discordiam inter comitissam Flandrie[2] et Iohannem de Avennes, filium suum uterinum, quem ipsa nitebatur bastardire et exheredare de . .[a, 3] . . . .

1254. . . . Apud Parisius iidem reges[4] sibi mutuo obviaverunt; . . . fuerunt etiam ibi presentes comitissa de Provencia mater[5] et quatuor sue filie — due regine, videlicet Francie[6] et Anglie[7], et due comitisse, uxores nobilium comitum, scilicet[8] Ricardi comitis Cornubie, fratris regis Anglie, et[5] Karoli comitis Provencie, fratris regis Francie — . . . et Burgundie[9] et Lovanie[b, 10] duces . . . .

Dec. 7. Eodem tempore Innocentius papa quartus in crastino sancti Nicholai obiit apud Neapolim. Alexander papa quartus[c] — episcopus Hostiensis — statim successit. . . . . . .

1255. . . . Innocentius papa quartus post mortem Frederici imperatoris regnum Cicilie multoties et non semel fratribus regis Francie singulatim aliisque diversarum terrarum magnatibus quam plurimis ex dono optulit; quod quidem universi et singuli singulatim admittere penitus recusarunt, timentes potenciam Conradi, filii predicti Frederici imperatoris, qui predictum regnum post mortem Henrici fratris sui, nepotis Henrici regis Anglie, optinuit et possedit. Postea vero prefatum regnum Ricardo comiti Cornubie, fratri regis Henrici, multoties fuit oblatum, quod et ipse similiter refutavit. Tandem vero astuciam et potenciam regis Henrici Anglie summus pontifex et cardinales considerantes et agnoscentes, prenominatum regnum Edmundo, prefati regis filio, de communi fratrum consilio dominus papa dedit et concessit, diversas literas diversis temporibus super huiusmodi negocio transmittendo, quarum una ab Alexandro summo pontifice isto anno sub hac forma emanavit:

Alexander episcopus servus etc. *Henrico illustri regi Anglie* etc. *Regale genus Anglie* — — *pro his que sibi ad prosecucionem predicti negocii fuerint opportuna*[11]. . . . . . .

Eodem tempore Petrus de Egeblanche[12], avunculus regine[13], episcopus Herefordensis, qui longo tempore antea a domini regis latere pro eiusdem negociis ad Romanam curiam fuerat destinatus, rediit in Angliam, deferens secum Anglicane ecclesie depressionem, prout inferius in literis patebit apertius apostolicis per eum impetratis. Duxit etiam secum episcopum Bononiensem[14], a summo pontifice destinatum, qui filium regis Edmundum de regno Cicilie de dono domini pape et mandato per quendam anulum investivit. Quod quidem domino regi et regine, patri et matri eiusdem, valde complacuit; et supra quam dici potest gaudentes effecti et hilares, quasi filio tanti iam regni in veritate potito regimine, tante dignitatis et honoris collatori condigna festinavit dominus rex munera recompensari. Misit igitur domino pape quinquaginta mille marcas sterlingorum pro expensis suis factis in werra contra Meinfredum, qui dictum regnum occupavit et possedit, obligando per cartam suam 200 milia marcarum sterlingorum de regno Anglie eidem pape in subsidium predicte terre perquirende infra certum tempus solvendarum, seque personaliter in pecunia et manu mili-
Sept. 29. tari copiosa statim post festum sancti Michaelis proximo sequentis, sacramento prestito in prefati episcopi presentia, ibidem profecturum promittendo et per cartam suam[15] similiter obligando una cum sigillo suo, eisdem cartis quorundam signis appensis episcoporum et etiam plurimorum regni magnatorum, propter quod, cum esset ex longo tempore, videlicet a primo coronacionis sue anno, cruce signatus occasione et causa in Terram Sanctam Ieru-

a) *lacuna c.;* Flandria *suppl. Luard.* b) et *add. c.* c) tertius *c.*

1) Nescio, an forte haeretici de Hallis Suevorum dicantur, de quibus cf. Alb. Stad., SS. XVI, p. 371. 2) Margaretam. 3) De proelio in Walacria insula commisso, quo Flandrenses a comite Hollandiae victi sunt, v. Chron. Hanon., SS. XXV, p. 461. 4) Angliae et Franciae. 5) Beatrix. 6) Margareta. 7) Eleonora. 8) Sanchia. 9) Hugo IV. 10) Henricus IV. 11) Nota chronologica deest. Potthast, Reg. Pont. nr. 15785, diei Apr. 9. hanc bullam attribuit, qua papa regi gratiam refert eumque hortatur, ut Edmundum filium ad regnum Siculum obtinendum adiuvet. 12) Aigueblanche in Sabaudia. 13) Hunc Petrum Eleonorae fuisse avunculum, alibi non inveni. Forsitan, ut reginae sectator et Sabaudensis, confusus sit cum Petro comite Richmundiae, avunculo reginae. 14) Octavianum Ubaldinum, cardinalem presb. tit. S. Mariae in Via Lata, qui legatus in Sicilia contra Manfredum fuerat, sed sedem Bononiensem iam a. 1244. resignaverat. 15) Qua tractatum ab Alexandro IV. d. 9. Apr. propositum d. 6. Nov. Londoniae confirmavit; v. 'Gesch. v. England' III, p. 700.

salem peregrinandi, ab eodem voto a domino papa qualemqualem optinuit absolucionem. Ad hoc etiam negocium melius prosequendum et celerius concessit papa domino regi decimam ecclesie Anglicane per triennium, ut supra dictum est, recipiendam.

Venit etiam cum eodem episcopo Herfordie quidam clericus nomine magister Rostandus, natione Burdegalensis, a domino papa specialiter destinatus ad mandata apostolica per diversas literas exsequenda, sicut patebit inferius. . . . . . .

Alexander episcopus etc. *venerabili archiepiscopo Cantuariensi*[1] *et dilecto filio magistro Rostando capellano nostro salutem et apostolicam benedictionem. Pia matris ecclesie studia circa prosecucionem negocii regni Cicilie, quod tamquam speciale et precipuum residet cordi nostro reliquiarum quondam Ierusalem, olim Romanorum imperatoris proterva temeritas et superba rebellio impie impedire conabatur. Nam Meinfredus, ipsius Frederici filius, eidem ecclesie ad evacuandam eius in hac parte sollicitudinem suorumque labores fidelium non veritus cum infidelibus obviare, Saracenis Nucherie*[2] *detestabiliter et impudenter adhesit eisque nefando federe copulatus, eorum precipue contra christianos preelegit et assumpsit auxilium, propugnatores ecclesie et defensores libertatis et fidei dampnabiliter cum illorum viribus in iniuriam christiani nominis oppugnando nobisque in tam boni execucione propositi se cum inimicis crucis et fidei christiane obicem opponendo. Profecto, si bene a fidelibus et diligenter attenditur, in quantum animarum dispendium, detrimentum catholice fidei et ecclesie obprobrium id redundet, non iussi, non rogati, nec moniti, animis deberent promptis consurgere ac in unum omnes in ipsius Nucherie*[a] *suorumque habitatorum exterminium potenter congerere vires suas, ut nullis amplius in nocumentum ecclesie ac suorum rebellium refugium esse posset. Cum igitur apostolica sedes pro ipsius defensione fidei eamque inpugnantium debellatione salubri ad remotiora mundi climata copiosa subsidia consueverit destinare, suffragantibus ad hoc largas remissiones et indulgentias concedendo, nos attendentes, quod pestis huiusmodi Romane ecclesie matri fidelium tam vicina pestilentior esse posset, si ad eandem radicitus extirpandam, ne deterius graviusque circumposita loca corrumpat, provisionis appositione opportuna consilia sueque ulterius ipsa ecclesia conflare differret molimina potestatis, publice apud Neapolim in celebrato generali colloquio contra prefatos Meinfredum et Saracenos quam plurimos crucis signaculo insignivimus post propositum a nobis congregatis ibidem populis verbum Dei et tam per fratres nostros quam per ecclesiarum prelatos et viros religiosos iam innumeros alios eodem signaculo mandavimus et fecimus insigniri. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus tam per vos quam per alios, quos ad hoc ydoneos esse noveritis, proponentes iuxta datam vobis a Deo prudentiam per regnum Anglie ac alias terras carissimi in Christo filii nostri, illustris regis Anglie, fidelibus verbum crucis, eos, ut contra Meinfredum et Saracenos tamquam contra ipsius hostes fidei signum crucis assumant, et in nostrum et ecclesie adiutorium viriliter exurgentes, ad convertendam ipsorum insollertiam et pestem tam noxiam de medio fidelium auferendam absque tarditate procedant, studeatis sedulis monitis et studiosis inductionibus exhortari. Nos enim de omnipotentis Dei gratia et beatorum apostolorum Petri et Pauli eius auctoritate confisi, ex illa, quam nobis licet indignis Deus ligandi atque solvendi contulit potestatem, omnibus, qui ecclesie in persecucione instantis negocii predicti regni Cicilie ac prefato regi, cui huiusmodi negocium commisimus fideliter exsequendum, efficax in personis vel bonis iuvamen impenderint, illam . .*[b] *suorum peccaminum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, indulgemus ipsosque illo privilegio eaque volumus immunitate gaudere, que Terre Sancte subvenientibus in generali concilio sunt concessa. Datum ut supra*[3]. . . . . . . 1255. Mai. 7

Decimationes bonorum . . . in regno Anglie per summos pontifices et regem Henricum qui nunc est . . . hoc in loco duximus inserendas:

. . . Anno Domini 12[35.[c]] rex cepit scutagium vetus et novum ad sororem suam imperatori Frederico maritandam. . . . Anno gratie 1240. Otto legatus convocavit omnes abbates et priores proprios abbates non habentes totius regni Anglie apud Londonias et singulatim super universos et singulos ad opus domini pape contra Fredericum imperatorem tallagium pro voluntate sua imposuit et contribucionem; nec erat diocesanus aliquis sive alius, qui se pro eis murum opponeret contra eum. Abbates etiam, qui personaliter coram eo compa-

a) Nicherie *c.* b) *lacuna in c.* c) MCC. *c., spatium post numerum vacat.*

1) Bonifacio. 2) Luceriae. 3) Praecedit quidem bulla: 11. *Kal. Iunii, pontificatus nostri anno primo* data; sed ista ap. Rymer Foedera I, c. 195. *Mai.* 7. datur; cf. Potthast nr. 15841.

ruerunt, supra modum gravati fuerunt; qui vero per procuratores, facilius evaserunt, redempcione eis imposita minori et leviori. . . . . . .

1255. His igitur et proximo prescriptis[1] lectis et intellectis, rex rescripsit eisdem, ut videbatur, telam[a] vitream verbis verisimilibus contexendo; perplexus enim circa negocia regni Cicilie et Appulie, ad hoc totis nisibus intendebat, ut filius[b] suus Edmundus, cui idem regnum, ut superius manifeste continetur, per summum pontificem collatum fuerat, eiusdem regni dominium adquireret, expulsis in manu forti adversariis, et eorum principe debellato.

1256. . . . De electione comitis Ricardi. Isto anno fuit Ricardus comes Cornubie, frater regis Henrici, electus in regem Alemannie.

Litera de convocatione prelatorum:

1257 Febr. 12. *Henricus*[2] *Dei gratia rex Anglie* etc. *dilecto sibi in Christo abbati*[3] *de Burthonia super Trentam salutem. Cum dilectus frater et fidelis noster Ricardus comes Cornubie in regem Alemannie, benedictus Deus, sit electus et citra transfretationem ipsius ad partes predictas, que*
Mart 18. *statim post mediam quadragesimam erit, Domino concedente, necesse habeamus vobiscum . . .*
Mart. 16. *habere tractatum, . . . sitis ad nos Londoniis die Veneris proxima ante mediam quadragesimam. . . . Teste me ipso apud Westmonasterium* 12. *die Februarii anno regni nostri* 41.

De archiepiscopo Messenensi et magistro Rostando[c]. Venerunt etiam tunc temporis archiepiscopus Messenensis[4] et magister Rostandus a summo pontifice destinati pro negotio regni Cicilie et Apulie, diversas litteras deferentes domini pape ad confusionem magis cleri et populi et depredacionem quam profectum et etiam totius regni, prout manifeste ex earundem tenore in sequenti apparebit: . . . *Venerabili in Christo fratri domino* . .[d][5] *Dei gratia Coventrensi et Lychfeldensi electo frater Iohannes miseracione divina archiepiscopus Messenensis salutem in Domino. Noveritis, nos sanctissimi patris et domini summi pontificis habere literas in hec verba: 'Alexander*[6] . . . *universis. . . . Archiepiscopum Messenensem in eundo, morando et redeundo de necessariis et securo conductu liberaliter condigna honorificentia pertractantes, sibi pro se suaque familia — — providere curetis. . . .*
1256. Nov. 11. *Datum Anagnie* 3. *Idus Novembris pontificatus nostri anno secundo'*. . . . . . .

1257. Mart. 25. Recitatio mandati domini pape. Die dominica post dominicam qua cantatur *Letare Ierusalem*[7] in capitulo Westmonasterii coram prelatis, clero et populo in magna multitudine congregatis exposuit archiepiscopus Messenensis negotium Cicilie, pro quo venit. . . . Tam a clero quam populo fuerat contradictum per rationes infra scriptas, tam domino regi quam dicto archiepiscopo traditas Gallice et Latine:

Rationes magnatum contra regem. *Subscripta de negotio Apulie nos reddunt desperatos: Inprimis regni illius*[8] *distantia; item transitus districtus potentum domino regi adversantium et forsitan faventium adversanti; item occupatio Laboris*[9] *et aliorum locorum, per que patebat aditus ad alias regni partes; item roboratio principis*[10] *in regno; item confederatio eiusdem cum indigenis et habitatoribus vicinis; item detentio et occupacio fere omnium civitatum, castrorum et aliarum municionum; item habundantia divitiarum, quas cotidie percipit princeps de regno; . . . item minoratio potestatis regni Anglie in consilio, pecunia et personis per recessum Ricardi comitis Cornubie. . . .*

Debitum domini regis domino pape: 135 milia marcarum sterlingorum propter inpensas iam per summum pontificem factas circa regnum Cicilie. Petit dominus rex, quod, cum ipse ex communi consilio tocius Anglicane ecclesie se obligaverit domino pape propter regnum Cicilie Edmundo filio suo concessum, ad expensas circa idem regnum perquirendum iam factas et faciendas universus clerus et populus in totum, vel iam ad usuras et penas, ad quas se astrinxerit, in totum se obliget. . . . . . .

Rationes episcoporum et cleri contra petitionem domini regis. *Inprimis, quod petitio domini regis nullum potest sortiri effectum, eo quod tanta summa pecunie inutiliter est expensa et expresse*[e] *perdita, sicut apparet evidenter et notorium est. Item, cum*

a) tenam *c.* b) filium suum Edmundum *c.* c) R. *c.* d) *spatium vacat c.* e) expressa *c.*

1) Scil. literis magnatum Ierosolymitanorum, *Acconie a. D.* 1254, *die Mercurii mense Septembri*, ac Boemundi principis Antiochiae *Tripolis* 14. *die mensis Maii a. D.* 1255. datis, quas Rymer, Foedera I, p. 308. 321. ex isto codice Burtonensi sumpsit. 2) Ex istis annalibus ap. Rymer I, p. 354. 3) Laurentio. 4) Iohannes. 5) Rogero. 6) Deest Potthast; cf. tamen Reg. nr. 16610: Nov. 9, ubi papa regi Angliae Messanensem commendat, e Rymer I, p. 351. 7) Minus recte *a.* 1256, *Apr.* 2. Luard in marg. 8) Scilicet Apuliae. 9) Terrae di Lavoro. 10) Manfredi.

ad solutionem istius pecunie ab initio non essemus requisiti nec aliquo modo obligati, nec con- 1257.
traxit dominus rex, consentientibus tacite nec expresse, immo penitus nobis ignorantibus, ad consummationem propositi negocii nullatenus urgeri volumus nec debemus. Item, cum nichil habeamus nisi de patrimonio Crucifixi, cuius sumus dispensatores, illud quod erogare tenemur pauperibus divine legi constricti, illud dare regibus non possumus, nisi Deum offendamus et bona ecclesiastica in usus prohibitos convertamus, quod nulla ratione volumus vel debemus. Item, ad tantum onus non sufficit totum regnum Anglie, etiam si de luto fabricaretur aurum, precipue cum illud regnum Cicilie sit inexpugnabile et cum exercitu de nostris quasi inaccessibile. Et si milites haberemus stipendiarios et conducticios de terra illa, de fide ipsorum posset merito dubitari propter familiaritatem cum Frederico et suis diu contractam. Item si militia Anglicana ad partes illas duceretur cum tanta pecunia, quanta eis foret necessaria, possemus timere, quod regna finitima et vicina regnum nostrum invaderent et nos gladio exponerent; et sic posset utrumque regnum amitti, regnum scilicet possessum et regnum appetitum et desideratum, precipue cum dominus rex Romanorum abfuturus[a] sit, secum magnam partem militie nostre ducturus. Item, oculata fide videmus Walenses terminos suos egressos et terminos nostros per multa miliaria ingressos, nec rebus nec personis parcentes; et esset pernecessarium, ut eisdem fortiter resisteretur, priusquam oculos nostros in aliena regna dirigeremus. Item, dicitur, quod compositio intercessit inter ecclesiam et Meinfredum super regno Cicilie et omnibus eius adiacentiis, prout fama publica refert et testatur.

Litera Ricardi comitis Cornubie, Romanorum in regem electi, ad archiepiscopum Messenensem[1]. *Venerabili patri in Christo et amico carissimo,* Ian. 31.
fratri Iohanni Dei gratia Messenensi archiepiscopo, Ricardus eiusdem gratia Romanorum in regem electus, semper augustus, salutem et intime dileccionis affectum. Sciatis, quod hac die Ian. 30.
Martis post prandium accepimus rumores per nuncios Alemannicos, quod de novo venerunt nuncii solempnes a rege Bohemie transmissi usque Covum[2] cum literis suis patentibus, et ibidem ex parte sua publicaverunt, quod in electionem nostram totaliter consentit, et cum venerimus in Alemanniam, ad mandatum nostrum veniet, fidelitatem et homagium nobis prestiturus, cum sexdecim milibus scutis ad servitium nostrum preparatis. Et hoc communicetis cum fratre Iohanne de Dya, ut ibi talia exponat quo est iturus, quia, si talia scivissemus, quando ab eo recessimus, sibi exposuissemus. Datum apud Walingforde 2. Kal. Februarii. Ian. 31.

1257. . . . Isto anno rex tenuit parliamentum suum in quindenam a pascha apud Apr. 22.
Westmonasterium; in quo fuit tractatum de negotiis Apulie, pro quibus archiepiscopus Messenensis ibidem interfuit; et responsum fuit tam a clero quam a populo sicut anno precedenti[3]. Dominus Ricardus comes Cornubie, Romanorum in regem electus, versus Alemanniam ab eodem recessit parliamento.

Litera Ricardi regis Romanorum de transfretatione sua et prosperis eventibus et coronatione sua[4]. *Ricardus Dei gratia Romanorum rex* Mai. 18.
semper augustus Edwardo, illustris regis Anglie primogenito, carissimo nepoti suo, salutem et felices ad vota successus. Libenter votivos et celebres nostre felicitatis eventus ad nostrorum specialium amicorum corda transferimus et ad aures precipue vestre dileccionis, cui sic nos identitas sanguinis counivit, ut ipsas ex zelo naturalis affectus circa ea que augmentum status nostri respiciunt non immerito confidimus esse sollicitas et attentas, per nuncios nostros et literas libentissimi tripudii nostri derivamus, arbitrantes in nobis tunc augmenta congaudii geminari, cum vos, quem reputamus preciosam corporis nostri partem, senserimus a gaudiorum nostrorum participio non exclusos, que procul dubio delectasset nos pocius vobiscum presentialiter celebrasse, quam interpretis scripture ministerio nunciare, ut presentie vestre vicinitas iocundius patrui desiderium refecisset et nostre sublimationis diffusius generasset tripudium in nepote. Verum cum ea leta et prospera, que circa nos acta sunt ab eo tempore quo de partibus Anglie recessimus, non sit possibile, nisi vobis fuerint intimata, dileccionem vestram scire, presentem paginam omnium eventuum nostrorum ostensivam vobis duximus destinandam, ut ad vos plena eorundem eventuum et certa notitia perferatur. Dominica enim proxima post festum sancti Marci euangeliste nobis navem cum tota nostra conscen- Apr. 29.

a) affut. *c.*

1) V. Rymer, Foedera I, p. 353. 2) Canvey vel Sheppey-isle in aestuario Tamesis. LUARD. Coloniam FICKER, Reg. Imp. V, nr. 5291. 3) Id est eiusdem anni mense Martio, qui, ut ante pascha, a. 1256. tunc attribuebatur. 4) V. Rymer, Foedera I, p. 356; Ficker nr. 5294.

dentibus comitiva et extra portum de Gernemuth venientibus occurrit ventus contrarius, qui ad figendam anchoram in vicinia littoris Anglicani sui impetus violentia nos artavit. Sed in Apr. 30. *sequenti die, prospero vento nostris processibus aspirante, iter navigationis assumpsimus, et* Mai. 1. *continue navigantes, die Martis proximo subsequenti, in festo videlicet beatorum apostolorum Philippi et Iacobi, circa nonam, salvis omnibus et nostris et totius nostre familie ac etiam comitive personis et rebus, sani et hilares applicuimus apud Durdrech, in oppido videlicet ad comitatum Hoylandie pertinente, ubi post tot laborum ac turbationum molestias, quas in mari* Mai. 3. *pertulimus, requiem capescentes, moram protraximus biduanam. Inde die tertio recedentes aliisque diebus sequentibus per Hoylandie et Gelrie comitatus gressus nostros feliciter diri-* Mai. 11. *gentes, die Veneris proxima ante festum ascensionis dominice venimus Aquisgranum, occurrentibus nobis in dicte civitatis introitu clericis et laicis, nobilibus et ignobilibus, militibus et aliis universis civibus eiusdem, qui nos cum honore magno et amplo tripudio leti et hilares sine cuiuslibet difficultatis obstaculo susceperunt. Nec credimus, quemadmodum vulgaris et communis fame testatur preconium, quod a ducentis annis et citra aliquis predecessorum nostrorum, imperatorum vel regum videlicet Romanorum, in sue novitatis principio, nobis dumtaxat exceptis, dictam civitatem Aquiensem sine gravis offensionis seu contradictionis obice sit ingressus. Cumque nostra serenitas moram in ea contraheret, ecce leta nova nostris affectata desideriis occurrerunt, videlicet quod venerabilis archiepiscopus Maguntinensis*[1]*, dilectus princeps noster, egregius fidei nostre cultor et nostrorum rebellium serius impugnator, adhibita sibi ex nostris fidelibus ingenti copia bellatorum, die Mercurii proxima post festum sancti Iohannis* Mai. 9. *ante portam Latinam cum archiepiscopo Treverensi*[2]*, nostri culminis inimico, qui in nostri nominis et honoris dispendium cum magna multitudine armatorum castrum nostrum et palatium Bopard vallaverat et ad expugnacionem ipsius multas machinas instaurarat, gloriose congressus in prelium contra eum, optinuit victoriam et triumphum, et ipso archiepiscopo Treverensi cum quibusdam ex suis vix per dedecorose fuge presidium evadente, ac nonnullis occisis, multos ex suis militibus et famulis et aliis suis complicibus captivavit. Ecce, quam animosos et bellicosos archiepiscopos et episcopos habemus in Alemannia, non multum vobis inutile reputantes, si tales in Anglia crearentur, quorum ministerio uti possetis secure contra importunos rebellium vestrorum incursus. Denique ipso castro per auxilium dictorum nostrorum fidelium ab obsidentium et impugnantium insultibus liberato, ipsoque a dicto archiepiscopo Maguntinensi victualibus aliisque omnibus necessariis ac strenuis defensoribus, prout ad securam defensionem ipsius opportunum extitit, communito, idem archiepiscopus Maguntinensis apud Aquisgranum ad presentiam nostram venit, ubi in festo ascensionis dominice, ipso et archiepiscopo* Mai. 17. *Coloniensi*[3] *presentibus et aliis multis comitibus, baronibus, magnatibus et nobilibus nostris fidelibus, in sede Magni Karoli cum sollempnitate qua decuit, in illius nomine qui superbos* cf. Iob 5, 11. *deicit et ponit humiles in sublimi, sacri Romani regni sceptrum recepimus et coronam, carissima consorte nostra similiter eo die nobiscum sollempniter coronata; dileccionem vestram rogantes attentius, quatinus, in his nobis piis affectibus congaudentes, attentius Altissimo super his gratias exsolvatis, ipsum suppliciter exorantes, ut, qui ex sue abundantia pietatis, merita supplicum excedens et vota, etatem vestram tanta felicitate beavit, quod ad patruum vestrum Romani regni sceptrum perduxit, ad honorem sui nominis feliciter dirigat gressus nostros! Festo itaque coronacionis nostre sollempniter prout decuit celebrato, ecce, principum et aliorum fidelium nostrorum super agendis nostris communicato consilio, viribus nostris e diversis partibus instauratis, ad humiliacionem nostrorum rebellium potenter et patenter intendimus dirigere castra nostra, et precipue ad confringenda elati archiepiscopi cornua Trevensis, ut, sicut se primum in nostris negociis non tam iustum quam voluntarium posuit turbatorem, ita primo experiatur et discat, quid et quantum contra eum possit et valeat manus nostra. De hoc autem precipue certos esse vos volumus, quod tantam iam ex auxilio fidelium nostrorum et fautorum in Alemannia habere confidimus potestatem, quod, eis in fidei nostre cultu et in devocionis nostre zelo durantibus, nullius viventis sit nobis potentia formidanda.*
Mai. 18. *Datum Aquisgrani 18. die Maii, anno regni nostri primo.*

De Assasinis. Eodem tempore a curia Romana domino regi Henrico fuit literatorie intimatum, ut sibi caveret, quoniam Assasini fuerunt in Angliam transmissi, ut eum et duos filios suos, videlicet dominum Edwardum et dominum Edmundum, interficerent.

1) Gerhardus I. Wildgravius. 2) Arnoldo II. ab Isenburg. 3) Conrado I. comite de Hostaden.

Eodem etiam tempore in quadam litera, quam Ricardus rex Alemannie domino Edwardo transmisit, sic mandavit: *Noveritis etiam, quod Meinfredus misit in Angliam Assasinos, ut te et fratrem tuum interficiant, et in partes Alemannie, ut interficiant me et filium Conradi, estimans firmiter, quod, si nos interempti fuerimus et de medio sublati, nullus sit in mundo, quem necesse habeat ulterius formidare.* . . . . . . 1257.

De nuncio Cicilie. Isto anno venit Londonias quidam nuntius nobilis et magne auctoritatis vir, ex parte quorundam magnatum de regno Cicilie destinatus, domino Henrico regi Anglie deferens literas in hec verba[1]. . . . . . .

1258. . . . Eodem anno fuit parliamentum apud Cambrey inter reges Francie, Anglie et Alemannie[2] super certa pacis forma inter eos et eorum heredes facienda et per scripta roboranda in perpetuum duratura, de Normannia et quibusdam aliis terris domini regis Anglie transmarinis; ita quidem, quod penes regem Francie pars melior remaneat, que non auferetur ab eo vel suis in sempiternum.

Ricardus rex Alemannie circa festum sancti Michaelis[3] venit in Angliam et, occurrentibus eidem apud Cantuariam baronibus, super eorum ordinacionibus factis et faciendis una cum communitate regni per eum fideliter observandis in eorum presentia prestitit sacramentum. . . . . . .

De pace inter reges Romanorum, Francorum et Anglie[4]. *Imperfectum meum sentiens, onus mihi impositum libenter declinarem, nisi rei necessitas me urgeret, sed, quia his interfui que dicentur, sociis meis et dominis, quibus reverenter et humiliter me obedire oportet, placet, ut ego proponam. Nuncii pacis sumus et pacis gaudia nunciamus. Quoniam ecce, 'reges terre congregati sunt', convenerunt in unum Romanorum, Francorum et Anglorum* Ps. 47, 9.
reges, dici possunt autonomaice 'reges terre'; nam ipsi iudicant terram, et eos metuunt fines terre. Ipsorum namque iurisdictio, dominium et potestas protenditur 'a mari usque ad mare Ps. 72, 8.
et a flumine usque ad terminos orbis terrarum'. Ceteri quoque reges eis coniuncti sunt vel subiecti, et idcirco reges terre merito possunt dici. Isti reges, licet coniuncti sanguine et vinculo parentele, tamen hactenus divisi fuerunt loco et voto. Sed nunc congregati sunt, quia convenerunt in unum. . . . Multi enim summi pontifices super hoc totis viribus laboraverunt, non potentes multis laboribus optinere, quod ad nutum tuum est divina favente gratia expeditum. Item tua, quia ad honorem Dei et exaltationem fidei christiane et sempiternam memoriam tui nominis, celebrata huius rei memoria non relinquetur in secula, quomodo tempore Alexandri pape IV. facta est regum concordia; ecce enim, quod omnes isti tres reges congregati sunt, convenerunt, ut tibi serviant in timore et obediant ex amore. . . . . . .

Ricardus[5]*, Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, petit iustitiam et sacrosancte Romane ecclesie, matris sue, implorat gratiam et favorem. Canonica electio, que precessit, sequens coronacio debita et sollempnis, sacramenta prestita homagiaque recepta a fidelibus imperii et vassallis, iusta et plena possessio civitatum et castrorum ad coronam imperii spectantium veritatem huius satis probant; utilitas vero commendatione non indiget, nam se ipsam satis ostendit. Princeps enim noster utilis est omnibus et nemini onerosus, ut magis amari studeat quam timeri. Et sic paucorum stipatus obsequio adversus innumerabiles prevalebit. Zelatur insuper commodum singulorum, incolumitatem rei publice et augmentum. Dicitur enim augustus, non quia semper augeat, sed quia semper augere affectat. Quod scripsi, scripsi. Hic enim gloriosus titulus digito Dei scriptus est in matricula imperialium nominum, a qua non delebitur in eternum, cum iam sit per diversa mundi climata divulgatus. Unde qui de ipsius integritate aliquid imminuit vel immutat aut ipsum sibi calumpniose imponit anathema sit! Dei enim et principis nostri maiestatem offendit. Certe audio, quod vix credo, nam communis usus abhorret et ratio credere contradicit, videlicet quod serenissimus rex Castelle*

1) Sequuntur hae epistolae: 1. Nobiles regni Siculi Iohannem de Monte-Fusculo nuntium, qui adventum Edmundi regis accelerari faciat, regi Henrico commendant; 2. Henricus rex hominibus Theani, 3. Iohanni de Ebulo, 4. Thomasio de Aquino comiti Acherrarum respondet, ad regnum Siciliae reformandum et Saracenos inde expellendos se aestate futura exercitum in Apuliam directurum esse. 2) Ricardum solum a. 1259. fere m. Ian. in. Cameraci fuisse, monet Ficker, Reg. Imp. V, p. 1003. 3) Potius a. 1259. mense Ianuario ex. 4) Relatio quaedam, ut videtur, Alexandro IV. pontifici Romano directa a nuntio, aut Arloto aut Rostando aut socio quodam eorum, qui a. 1257. in Angliam venerunt, *secum deferentes totius ecclesie Anglicane depressionem et confusionem*. V. Ann. Burton. ed. Luard p. 409. 5) Relatio altera fortasse nuntii eiusdem, magnopere commendans, ut pontifex Ricardum regem Romanorum electum acciperet et confirmaret.

gloriam huius tituli suis multis superscriptionibus superaddit, vocans se regem Romanorum, Castelle, Legionis et cetera nomina ruris. Que vero potest esse racio excusandi? Nam priusquam de ipso ad imperium nominando[a] *aliqua mentio haberetur, scivit vel scire potuit, dominum regem Ricardum in Romanorum regem fuisse electum et sollempniter coronatum. Absit ergo, ut talis princeps et tantus in honorem consanguineo suo debitum, quem rogatus etiam debet respuere et refugere invitatus, per ambitionem obrepat! Herenes enim, Anatholei filius, cum pater eius ageret in extremis, et a populo postularetur in regem, respondit, se nolle regni officium presumere, quamdiu pater eius vivere speraretur, vel alius inveniri posset, cuius prudentia esset in administratione rei publice comprobata. Decius imperator cum Decium, filium suum, imperiali diademate proponeret insignire, renuit Decius minor, dicens: 'Vereor, ne, si fiam imperator, dediscam esse filius; imperet igitur alius, meum sit imperium parere humiliter imperanti'.* Val. Max. VII, 2. 5 *Refert Valerianus*[b] *Maximus, quod, cum Serico cuidam approbate virtutis vestis imperialis fuisset oblata, ille vestem respuens, ait: 'O pannum nobilem pocius quam felicem*[c]*, quem, si quis attendat, quantis sollicitudinibus, periculis et miseriis sit refertus, etiam in luto iacentem non tolleret'. Rex regum etiam et dominus dominancium, cum turbe, quas paverat, vellent ipsum in regem eligere, affugit in montem. Gedeon etiam a filiis Israel invitatus, respuit dominatum. Isti norunt onera, que incumbunt honori domini et officio dominandi. Mihi ipsi moveo questionem, unde temptatio ista processit. Suppono enim sepedictum dominum regem Castelle iustum, magnificum et discretum. Si iustus: ubi est lex nature, qua regi Alemannie est astrictus? Ubi sacramenta, que prestitit domino regi Anglie, quod nec ipsum vel suos nequaquam offendat? Que est iustitia ambire non suum, sed invadere alienum? Si magnificus: ubi est ista magnificentia, quod solo nomine glorietur? Laborat in equivoco, rex Romanorum vocatus, sicut leo mortuus vel depictus. Si prudens: ubi est prudentia ista, altiora scilicet querere et in id contendere, quod habere non potest? Cum sapientis sit metiri vires nec quicquam ulterius proficisci. Audio*[d] *tamen ab aliquibus murmurari, sibi esse relevatum in sompnis, quod est futurus monarcha. Fateor siquidem, quod Gaius Cesar in iuvenili etate consistens in sompno visus*[e] *est matris sue cubicula incestare. Unde turpitudine corporis attonitus, cum rem ad mathematicos detulisset, universam terram subiciendam ditioni eius unanimiter responderunt*[1]*; et sic*[f] *magnanimi viri spes ad occupandum imperium est erecta. Getro etiam proficiscens ad bellum, aquila resedit in clipeo, ipsum significans victorem et regem futurum. Sed procul recedant sompnia et noctium phantasmata! Nam in sompnis legimus multis fuisse illusum. Et scimus oraculo Apollinis Alexandrum fuisse deceptum. Sed cur tempus detineo super istis? De inclito rege Castelle non habemus materiam conquerendi. Nam literis et procuratoriis, non armis et militibus nos impugnat.* Sueton. Octav. 51. *Nec exinde indignari debemus, sicut Antonius respondit Tiberio: 'Mi Tiberi, noli turbari, si quisquam de te mala loquatur; satis enim est, si tibi nocere non possit'. Et Socrates querenti, quomodo famam bonam haberet, respondit: 'Optime te geras et pauca loquaris'. Nunc quidem ergo finem habebunt verba ista ventosa, imo habent*[g]*. Nam petit rex Ricardus iustitiam et sacrosancte Romane ecclesie implorat gratiam et favorem.*

1259. Apr. 30. 1259. Litera domini pape Ricardo regi Romanorum directa[2]. *Alexander*[h] *episcopus, servus* etc. *carissimo in Christo filio Ricardo in Romanorum regem electo et coronato salutem et apostolicam benedictionem. Grande nostri*[i] *provenit gaudium ex filii bonitate, vixque aliquid est quod parentes*[k] *ita letificet sicut sapientia et probitas filiorum, in qua velud in thesauris optimis delectantur*[l]*. Unde quia Romana ecclesia in te conspicua devocionis insignia, evidencia prudencie*[m]*, et quicquid in perfecto et amabili filio exigitur, plenarie repperit, vehementi profecto exultat leticia. Et inter cetera que animum eius exhilarant hoc iocunditatem maximam affert ei, quod tam carum et tam placidum habet filium, sinceritatis quidem*[n] *puritate prefulgidum et virtutum gratia prepollentem. Propter quod ad personam tuam tota mentis affectione dirigitur, et assiduis te brachiis materni amoris amplectens, in tuis preclaris operibus tamquam in suavi odore aromatum*[o] *recreatur, cogitans semper et in cordis secreto*[p] *revolvens, quid gratie, quid favoris filio possit impendere tam precelso, et quibus honorificenciis*

a) nominandum *c.* b) *sic c.* c) solitum *c.* d) audet *c.* e) usus *c.* f) sic sic *c.* g) habebunt *c.* h) Papa Romanorum regi, commendando etc. *inscr. Baumgartenberg., ubi* Alexander — benedictionem *des.* i) matri *Baumg* k) i. p. *B.* l) delectatur *c.; emendavi ex B.* m) indicia *add. B.* n) *deest B.* o) delectatur et quodammodo *add. B.* p) secretario *B.*

1) Sueton., Divus Iulius c. 7.

2) Potthast, Reg. nr. 17549; ex hoc libro Burtonensi exstat ap. Rymer I, p. 382; mutatum et excerptum legitur in 'Baumgartenberger Formelbuch' ed. Baerwald (Font. rer. Austr. ser. 2. XXV) p. 119.

suum statum magnificum valeat insignire. Sane dilectos[a] *filios magistrum Arnoldum, capellanum nostrum prothonotarium*[b], *et fratrem Willelmum ordinis Sancte Trinitatis et captivorum familiarem, et nuncios tuos, viros utique industrios et prudentes et in commisso eis negocio sollicitos et fideles, quos ad sedem apostolicam destinasti, consueta benignitate recepimus et ea que iidem*[c] *nuncii ac*[d] *venerabilis frater noster episcopus et dilecti filii archidiaconus Rofensis ac Robertus de Baro, tui honoris tueque exaltacionis fervidi zelatores, nobis ex parte tua secrete ac publice retulerunt, intelleximus diligenter. Verum quia eximia caritatis et pietatis opera, quibus semper persona tua inter alios catholicos reges et principes orbis terre refulsit, pro te apud nos et Romanam ecclesiam, matrem tuam, sedulo ac efficaciter interpellant, nos hoc non indigne pensantes, considerantes etiam, quod semper*[e] *fuisti ecclesiarum amator precipuus et defensor libertatis*[f] *ecclesiastice singularis, fortissimus*[g] *catholice athleta fidei ac pervigil*[h] *iusticie gubernator, attendentes insuper, quod circa personam tuam inclitam et illustrem, electam utique dudum ad Romani culmen imperii, est*[i] *ad unctionem*[k] *et coronacionem etiam iam processum, nostrum ad te totaliter dereximus animum, firmo intendentes proposito et intencione stabili proponentes ad tui honoris cumulum*[l] *libenter assurgere tueque promocioni frequenter*[m] *intendere atque*[n] *ad omne bonum tuum impendere opem et operam efficacem. Et ecce dilectum filium fratrem Walterum de*[o] *Rogate, familiarem et penitenciarium nostrum, virum utique religione conspicuum, moribus et scientia preditum nobisque sue meritis probitatis acceptum tibique*[p] *valde devotum, ad regnum*[q] *Alemannie in*[r] *favorem tuum duximus*[s] *specialiter destinandum, universis predicti imperii principibus*[t] *ceterisque magnatibus, tam ecclesiasticis quam secularibus*[u], *tibi adherentibus et non adherentibus, mandantes*[v] *per nostras favorabiles literas et per ipsum, ut adherentes constanter in tua fidelitate*[w] *persistant, et non adherentes tibi studeant adherere firmiter ac prebeant omne quodcumque possunt per se, subditos et*[i] *consanguineos et amicos suos*[i], *consilium, auxilium et favorem. Super eo autem, quod dicti nuncii moram magnam in curia nostra protraxisse*[x] *videntur, tua serenitas non miretur; quia tam ardua tamque sollempnia negocia nec possunt nec debent cum festinantia*[y], *sicut a multis forte creditur, expediri; presertim cum*[z] *expediat, sicut nosti, in talibus cum multa providencia, deliberacione, gravitate*[a] *ac maturitate procedi. Ideoque celsitudinem tuam rogandam duximus attentius et*[b] *hortandam, quatinus predictum*[c] *penitenciarium nostrum, qui ad hoc de*[d] *mandato*[e] *nostro ad*[f] *tuam accedit presenciam, ut in commisso sibi negocio cum*[f] *tuo consilio dirigatur, et cui*[f] *in hiis que tibi dixerit*[g] *ex parte nostra adhibeas firmam*[h] *fidem, benigne*[i] *recipiens ac illa que pro te fecimus diligenter attendens, habensque*[k] *predictos nuncios super mora huiusmodi, cum*[l] *fructuosa valde et utilis fuerit, excusatos, conforteris*[m] *in Domino studiumque tuum circa magnifica et eximia probate constancie tue opera more solito, de divino et apostolico favore confisus*[n], *ad laudem Dei et exaltationem sedis apostolice exercere non cesses, ac*[o] *illa que pro te per nos in hac parte facta et ordinata consistunt, ad hoc, ut cautius et melius ad optatum perducantur effectum, secreta illa teneas apud te nemini revelando; quia, si secus fieret, plurimum negotio deperiret. Nos autem, qui ad personam tuam precipuum et intimum habemus affectum, quique vehementi desiderio cupimus, ut status tuus continuis, Deo*[p] *auctore, amplificetur commodis*[q], *concrescat augmentis, apud Regem regum devotis*[r] *pro te ac sedulis supplicationibus ferventer*[t] *insistimus, ut per suam clemenciam tuos*[s] *processus regat*[t] *et dirigat, detque tibi ex alto virtutem prosequendi laudabiliter inchoatum negotium illudque feliciter confirmandi*[u]. *Datum Anagnie 2. Kal. Maii pontificatus nostri anno quinto. . . . . . .*

1260. . . . Litera magistri Templi preceptori domorum Templi in Anglia de Tartaris. *Frater Thomas Berardi, Dei gratia pauperis*[v] *militum Templi magister humilis, dilecto suo viro religioso et discreto, fratri Amedeo, domorum Templi in Anglia magno preceptori, salutem et sinceram dilectionem. Quamquam vobis frequenter a multis precedentibus annis incognitum Tartarorum adventum terribilem et tremendum prenunciaverimus stilo solito,* 1261. Mart. 4.

a) dilectionis tue *B.* b) prot. — familiarem et *des. B., ubi tantum habentur* et eius socios. c) tui *add. B.* d) ac — Baro tui *des. B.* e) f. s. *B.* f) sing. eccl. lib. *B.* g) adletha f. kath. *B.* h) pugil *B.* i) *deest B.* k) inunctionem *B.* l) culmen *B.* m) firmiter et ferventer *B.* n) ac *B.* o) de R. f. et *des. B.* p) tibique v. d. *des. B.* q) regimen *c.*; *emend. ex B.* r) ad *B.* s) s. d. *B.* t) imp. fidelibus aliisque magn. *B.* u) mundanis *B.* v) per n. mand. lit., ut adher. tibi const. et in *B.* w) fid. et devocione permaneant et prebeant *B.* x) traxisse *B.* y) d. festinanter *B.* z) cum in talibus expediat, s. n., ut cum *B.* a) et gravitate maxima procedatur *B.* b) et h. *des. B.* c) predicto penitenciario nostro *B.* d) speciali *add. B.* e) n. m. *B.* f) *deest B.* g) ex p. n. dix. *B.* h) summam *B.* i) ben. rec. ac *des. B.* k) habeas *B.* l) tam f. et utili exc. *B.* m) *alinea* Confortare igitur in *B.* n) non cesses ad l. — exercere *B.* o) ac — deperiret *des. B.* p) a. Domino *B.* q) et oportunis crescat *B.* r) pro te dev. *B.* s) p. t. *B.* t) dirigat atque regat *B.* u) consumandi *B.* v) *ita ed.*

tamen, quia foris presentialiter pulsant ad ianuas, non est[a] *amplius locus, ut ipsorum exercitia abscondamus sub modio, sed pocius eorum stupenda et miranda facta, per que extrinsecus concutitur vehementer christianitas cismarina intrinsecusque nimii doloris et timoris confunditur et premitur gladio, visibiliter ostendamus. . . . Verum in cismarinis partibus Accon et Tyrus civitates, maxime septem domus nostre, castra tria, in Antiochia duo et in Apolitana*[b] *unum castrum domus Teutonicorum*[b] *et in Ierosolymitana provincia duo et in hospitali Sancti Iohannis duo, in terra Tripolitana*[b] *unum castrum domus Teutonicorum*[b]*, sicut nostis, ad resistendum eisdem Tartaris iuxta nobis datam a Domino potestatem sunt munita, et eadem proponimus cum Dei adiutorio ad christianitatis opus usque ad interniscionem novissimam viriliter reservare. Ceteras autem terras et loca propter christianorum paucitatem et impotentiam non videmus, nisi misericorditer a Domino procedatur*[c]*, retineri posse, quamvis super hoc instemus, prout facultates temporum et temporis malitia se optulerit, solliciti et attenti. Preterea quia penitus ignoramus, qualiter in flagellis, tribulationibus, angustiis et pressuris, quantas nec oculus vidit nec auris audivit, nos gerere debeamus, cum propter tantum negocium, quod dilationem non indiget, ante congruitatem temporum in galea quadam, que non potest multitudinem, prout res expetit, recipere nunciorum, dilectos fratres nostros, fratrem nostrum Stephanum ad partes Hyspanie, quendam Hospitalarium ad partes Francie, tertium dominum Teuthonicorum ad partes Alemannie cum literis domini legati et nostris et communitatis christianitatis cismarine duximus personaliter destinandos, excellentiam vestram, de qua plenius confidimus, humillimis precibus requirentes attentius et rogantes et aspersione sanguinis Iesu Christi multipliciter obsecrantes, quatinus ad terram eius cruore proprio specialiter dedicatam compassionis et pietatis oculos convertentes, auditis literis et propositis per prefatos fratres et nuncios, studeatis, quantum vobis Dominus dederit, super tanto negocio imponere consilium festinum et maturum, tenentes pro firmo, quod, nisi de partibus illis nobis velocius succurratur, adeo quod possimus resistere impetui et turbini multitudinis tante, nullum est medium, quin tota christianitas cismarina ipsorum dominio subiugabitur. . . . Datum Acconie quarto die mensis Martii anno Domini* 1261. . . . . . .

1262. . . . Ricardus rex Alemannie venit Londonias cum paucis videre dominum Henricum regem, fratrem suum, qui adhuc tunc temporis non plene convaluit de infirmitate sua; et dicebatur a pluribus, quod ad hoc venit, ut regnaret post eum, si contingeret humanitus de domino rege. . . . . . .

a) non est non est *c.* b) *bis scr. c.* c) procedat *c.*

EX ANNALIBUS OSENEIENSIBUS ET THOMAE DE WYKES CHRONICO.

In Osney insula, in oppido Oxoniensi sita, conventus canonicorum secundum sancti Augustini regulam a. 1129. *fundatus iam saeculo XII. annales condere coepit. Quorum codices principes Cottoniani, scilicet Vitellius E XV. annos* 1066—1179. *saec. XII. ex. conscriptos amplexus et Galba A VII. 'De eventibus ab a.* 1066. *ad tempora regis Iohannis'*[1] *flammis cum exusti sint, ex eadem bibliotheca, iam in Museo Britannico asservata, duo tantum libri mss. historias Oseneienses summi pretii continentes adhuc exstant.*

Alter enim, Tiberius A IX, prae aliis monasterii chronicis Annales Oseneienses *vulgo designatus, ab uno scriba saec. XIII. medio ab a.* 1066—1233, *postea a compluribus fere coaevis, versus finem fortasse ab ipsis auctoribus usque ad a.* 1293. *perductus est. Duae paginae de Edwardi Confessoris stemmate praefixae et auctarium usque a.* 1347, *saeculo XIV. medio vel ex. e Ranulfo Higdenio adiectum, ad nostrum propositum non attinent.*

1) Hardy, 'Descr. Catalogue' III, p. 37; cf. ib. p. 222: 'Willelmus de Sutton a. 1267—1285. abbas Oseneiensis (sic corrigendum est) scripsit de fundatione et terris monasterii sui', qui forsitan annalibus non alienus fuerit.

Annalistae, quibusdam de saeculo XII. notitiis imprimis domesticis insertis, vestigia quidem priorum commentariorum iam perditorum prodentibus, annales codicis Vitelliani, quoad ex eius reliquiis quae incendio evaserunt viris dd. Hardy[1] *et Luard*[2] *iudicare licuit, nonnunquam repetierunt; sed plerumque et ab ipso initio Radulfum de Diceto, Willelmum de Novoburgo, qui non ante a.* 1200. *historias absolverunt, Florentium et continuatores Wigornienses in auxilium vocaverunt. Unquam autem ad Malmesburiensis, Roberti de Monte, Hovedenii, Matthaei Parisiensis chronica eos accessisse, quod v. d. Luard contendere vult, probare vix ausim. Certe inde ab a.* 1235. *alienae opis haud indiguerunt.*

Alterum chronicon Oseneiense, Titus A XIV, liber ab uno scriba negligenti saec. XIV. in. mendose exaratus, annos 1066—1289. *continet. Cuius auctor, iam a Baleo nescio quibus argumentis fulto Thomas de Wykes vocatus, Luardo quoque editori quamvis dubitanti recte idem fuisse visus est, de quo chronicon haec habet ad* a. 1282: 18. Kal. Maii Thomas de Wykes assumpsit habitum canonicorum Oseneye. *Praeterea quamquam alii homines cognominati de Wykes vel Wyka, fortasse uno illorum locorum quibus hodie nomen est Wyke, saepius ibidem occurrunt, de Thoma tamen nihil neque alibi quidquam affertur. Nam cum Thoma de Wykes presbytero, qui iam ante a.* 1249. *Minorita fieri voluit, cur confundatur*[3]*, non video. Nuper autem F. Liebermann carmini de Edwardi I. gestis, fortasse iam ante regem coronatum secundum nostri chronici sententias, immo ipsa verba composito et saec. XIII. ex. exarato, in modum colophonis lineam hanc subiunctam animadvertit:* Expliciunt versus secundum Thomam de Wyca compositi de domino Eadwardo Anglie rege illustrissimo[4]. *Amodo igitur sine ullo dubio huius codicis chronicon Thomae de Wykes*[5] *attribuendum est.*

Qui, ut prologo ait, licet Venerabilis Beda, Willelmus de Newburge, Matheus de Parys et plerique predecessores nostri, historiographi famosissimi, gesta Anglorum sufficienter conscripserunt, nihil memorabile relinquentes, tamen propter minores, quibus non suppetit copia librorum, *ad res narrandas aliquanto postquam Matthaeus Parisiensis a.* 1259. *obiit se accinxisse videtur. Usque ad a.* 1258. *passim quidem cum Annalibus Oseneiensibus convenit, plerumque tamen sermonem amplificavit, alia in breve coegit vel omisit, alia accuratiore ordine explicavit. Nec raro de rebus tam externis quam ipsis Oxoniensibus, imprimis universitatem attingentibus, sive e codicibus conflagratis sive ex eisdem historiis quibus annalista usus est sive e memoria multa nova addidit. Cum enim uterque canonicus librorum, quos adhibuit, verbis immutandis consulto studuerit, quemnam auctorem prae se habuerit, non omni loco distingui potest*[6].

Annos vero 1258. *usque* 1278, *aevum belli civilis, Thomas non solum diverso modo, sed potius, mirum dictu, ex contrario iudicio atque adversa parte atque alter eiusdem monasterii canonicus, qui fortasse ex officio ecclesiastico Annales Oseneienses tunc continuavit, enarravit. Nam cum ille Annalista aeque ac fere omnis clerus Angliae regularis cum partibus baronum staret, hic animo fervido fideliter Henrico III. adhaesit et inprimis Edwardum, regis haeredem, laudibus extulit. Postea a.* 1278 *sq. Annales Oseneienses*

1) L. l. II, p. 416. 2) Ann. Monast. IV, p. XVI. 3) Ita Luard l. c. p. XI. e Monum. Francisc. ed. Brewer p. 350. 4) Edidit Wright pro Soc. Camdeniana inter 'Political Songs' p. 132; ubi minus accurate *Wyta* legitur; cf. tamen Hardy l. l. III, p. 38. 5) Econtra Coll. Corporis Christi Cantabrig. cod. 59 ei non deberi, docet Liebermann, 'N. Archiv' IV, p. 19. 6) Non pauca, quibus Luard editor in marg. *Matth. Paris.* apposuit, noster ab hoc mutuatus non est.

ad verbum retinuit, deinde a. 1280—1284. *paullo contraxit. Denique ultimis codicis annis* 1285—1289, *qui iterum plane cum Annalibus concordant, et postremo reliquis qui libro Tiberiano soli insunt annalibus* 1289—1293, *verbosus inflatusque iste sermo, qui Thomae de Wykes peculiaris videtur, tam manifesto apparet, ut ab a.* 1285, *unde codex Tiberianus usque ad finem una manu coaeva, fortasse ipsius auctoris, exaratus est, Thomam de Wykes Annalium Oseneiensium in libro conventuali continuandorum munus suscepisse, v. d. Luard argute coniecerit.*

Cum omnino rebus plene et diligenter collectis, sagaciter dissertis, vivido colore depictis, Thomas confratribus annalistis longe praestet, historiam etiam Germaniae plus uno loco clare illustravit. Inprimis de Ricardo Cornubiensi haud spernenda tradidit, quae monachi apud Hayles a principe congregati, amici Oseneiensium, vel vicini Franciscani Oxonienses, apud quos tertia Ricardi uxor, Beatrix Germana, sepulta est, cum eo forsitan communicaverint. Electioni regis narrandae fortasse eandem relationem atque Gestis Trevirorum ei usui fuisse, suspicatur Lorenz, 'Geschichtsquellen' II, p. 4.

Thomam de Wykes, confuse ex Annalibus Oseneiensibus annis 1289—1307. *adauctum et emendatum, Gale*[1] *inter Hist. Britann. Scriptores XV. t. II, p.* 21. *a.* 1687. *publici iuris fecit, e quo libro Böhmer, Fontes II, p.* 449—457. *quaedam excerpsit. Postea a.* 1869. *Luard inter Annales Monasticos t. IV. Annales Oseneienses adhuc ineditos in summa pagina, Wykesium ad calcem accuratissime et cum luculenta praefatione edidit. Codices a me et socio Liebermann iterum evolutos duabus columnis distinguere, exceptis partibus quibus congruunt, malui; cumque neuter alterius apographum dici possit, pauca verba quae in utroque inveniuntur, utpote quae fortasse e libris exustis oriantur, litteris minutis insignire nolui.*

R. P.

Annales Oseneienses.

. . . .

1133. Magister Robertus Pulein scripturas divinas, que in Anglia obsoluerant, aput Oxoniam legere cepit; qui postea, cum ex doctrina eius ecclesia tam Anglicana quam Gallicana plurimum profecisset, a papa Lucio secundo vocatus et in cancellarium sancte Romane ecclesie promotus est. . . . . . .*

1147. Lodovicus rex Francorum et Conradus imperator Alemannorum per Greciam ambulaturi, iter Ierosolimitanum arripiunt cum multis milibus, quorum quam plurimi in itinere ferro, fame perierunt, ita ut infecto negotio principes cum paucis vix evaderent[2]. . . . . . .

Thomae de Wykes Chronicon.

. . . .

1147.[3] Secunda transfretatio christianorum in Terram Sanctam, ut invaderent Sarracenos; in qua Conradus rex Alemannie et Lodowicus rex Francie cum turba plurima bellatorum, devia maris Mediterranei relinquentes, profecti sunt per terram, quousque pervenissent in Greciam in regionem Constantinopolitanam et nobilem illam civitatem Antiochiam, que a perfidis Sarracenis per dolum fuerat occupata, suis conatibus liberarent. . . . . . .

*) *Thomas Wright, Biogr. Britann. II, p.* 182, *ex Anon. contin. Bedae haec laudat, quae partim cum nostro conveniunt, partim postea interpolata videntur:* Venit magister Robertus cognomento Pullus de civitate Exonia Oxefordam, ibique scripturas divinas, que per idem tempus in Anglia obsoluerant — pre scolasticis quippe neglecte fuerant —, per quinquennium legit omnique die dominico verbum Dei populo predicavit; ex cuius doctrina plurimi profecerunt.

1) *Chronicon Salisburiense* falso inscripsit. 2) Luard marg. *Rob. de Monte* apponit, qui tamen nec Conradi mentionem nec similia verba exhibet. 3) Hoc loco Luard Willelmum de Novoburgo auctorem laudat, qui vix paucas syllabas cum nostro concordantes et rectius *Edessam* ubi noster *Antiochiam* habet.

Annales Oseneienses.

1148. . . . Eodem anno celebratum est concilium civitate Remis sub papa Eugenio. . . .

1151. . . . Eodem anno perrexit abbas Wigodus[1] Romam, provocatus a Roberto priore Sancte Frideswide[2]; . . sententia auctoritate apostolica confirmata et in registro pape[a] Eugenii tercii in gestis septimi anni litteris annotata est. . . . . . .

1155. Obiit Anastasius papa; cui successit Adrianus, genere Anglicus. . . . . . .

1160. Mortuo papa Adriano tertio[b], electi sunt duo in sede apostolica: Rollandus, qui postea Alexander dictus est, et Octovianus, qui Victor appellatus est. Maxima tamen pars curie Romane et tota Latinitas preter Teutonicos Alexandro parebat. Solus Fredericus imperator Alemannie Octoviani partes fovebat. Ortum est ergo scisma pessimum, quod[c] per 17 annos et 5 menses ecclesiam catholicam vehementer afflixit. . . . . . .

1163. Celebratum est concilium Turonis sub Alexandro papa tercio, ubi fuerunt omnes fere episcopi et abbates tocius Anglie[4]. . . . . .

1177. Venit Fredericus imperator Alemannorum cum multa devotione Venetiam[g] cum primoribus regni sui, et Alexandrum in

Thomae de Wykes Chron.

1148. . . . Eodem anno Eugenius papa veniens citra montes, celebravit generale concilium in civitate Remensi. Hic Eugenius et beatus Bernardus Clarevallensis dudum fuerunt socii speciales in scolis. . . . . .

1155. . . . Eodem anno obiit Anastacius papa; cui successit Nicholaus, natione Anglicus, natus apud Sanctum Albanum. . . . . — Will Neuburg.

1160. . . .[3] Eodem anno obiit Adrianus papa; quo defuncto, cardinalibus in electione discordantibus, electi sunt duo: Rollandus, qui et Allexander dictus, a maiori et saniori parte cardinalium canonice electus et consecratus est. Huius partem fovebat regnum Apulie, Sicilie et Calabrie, et tandem reges Francie et Anglie, ymmo etiam universalis ecclesia Latinorum, exceptis tantum Lombardis et Teutonicis, qui ditioni imperatoris Fretherici fuerant subiugati. A minoribus et paucioribus minus canonice electus est Octovianus, qui et Victor nuncupatus est. Huius partem fovebat solus imperator et provincie suo dominio subiugate[d]; et factum est cisma magnum in universali ecclesia catholica. . . . . . — id.

1163. Alexander papa per maris devia navigando, ut insidias Octoviani et Fretherici imperatoris, fautoris sui, declinaret, valedicens Appullie, devenit in Gallias et, accurrentibus et applaudentibus sibi regibus Anglie et Francie gratumque sibi favorem prestantibus, convocatis universis occidentalis ecclesie prelatis, generale concilium in civitate Turonensi magnifice celebravit. Interfuit autem eidem concilio venerabilis Thomas Cantuariensis archiepiscopus. . . . . . .

1173. . . . Rex igitur senior[5] . . ., evocatis 20 milibus stipendiariis robustissimis et doctis ad prelium, Brebancionibus, Rutariis et Avallensibus[6], stipendiis habundantissime ministratis, transfretavit in Galliam[7]. . . Comes Leycestrie[8] in ultionem destructionis Leycestrie, favente sibi Hugone[9], 10 milia Flandrenses navigio transvexit in Angliam, qui omnes, dum de Suffolchia[e] procedere cogitarent ad partes Leycestrie, comprehensi per regios, ad duo miliaria[10] prope Sanctum Eadmundum in vico qui dicitur Fourham[11] a[f] minimo usque ad maximum interfecti sunt. . . . . . .

1177. Frethericus imperator venit in Venetiam[h] et, relicto papa Victore scismatico, cui longo tempore tam potenter adheserat,

a) papa *c.* b) *ita c.* c) que *c.* d) subiugante *c.* h) Angliam *c.*

e) Cissolch. *c.* f) ad *c.* g) Venetitiam *ed. Luard.*

1) Oseneiensis. 2) Oxoniae. 3) Hinc Thomam et ad Neuburgensem et Oseneiensem librum accessisse, facile perspicies. Nescio, cur Luard marg. *Rob. Mont.* apposuerit. 4) Haec fortasse Dicetensi debentur: *Anglorum venerunt episcopi, abbates.* 5) Scilicet Henricus II. 6) Id est *Wallensibus.*

7) Error; rex prius quam filius descivit in Gallia fuit et remansit. 8) Robertus cum rege iuvene stans. 9) Bigoto comite Norfolciae. 10) *Ad 2 miliaria* alibi non inveni, nec video, cur Luard haec ad Hovedenium, quo noster nusquam usus esse videtur, reducere velit. 11) Fornham-St.Geneveve.

Annales Oseneienses.

papam catholicum, et Alexander illum in catholicum imperatorem recepit; sicque facta pace inter regnum et sacerdocium, factum est gaudium magnum in ecclesia omnibus amantibus pacem. . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

saniori concilio[a] ductus, Alexandro pape cepit propencius adherere; et sic cessante scismate, quod ecclesiam diu sciderat, factum est gaudium magnum in universali ecclesia catholica anno 1178. . . . . . .

Annales Oseneienses.

1179. Celebratum est concilium generale aput Lateranum sub papa Alexandro tercio tricentorum duorum episcoporum a diversis mundi partibus convocatorum. . . . . . .

1188. . . . Crucem . . . acceperat Fredericus imperator Alemannie cum optimatibus suis. . . . . . .

Will Neuburg 1189. . . . Fredericus imperator, Henricum, filium suum, regem Italie relinquens, Ierosolimam per terram profectus est; cui fuit impedimento imperator Constantinopolitanus, qui cum soldano in tantum fedus inierat, ut uterque sanguinem alterius biberit iuxta ritum legis sue. . . . . . .

1190. . . . Fredericus imperator et filius eius maior[1] et Baldewinus archiepiscopus[2] et plures alii tam nobiles quam plebei Ierosolimam profecti obierunt.

Thomae de Wykes Chron.

1190. . . . Henricus, filius Fretherici Romanorum[b], similiter cum proceribus Alemannie et Ytalie crucem accepit. . . . . .

Annales Oseneienses.

1191. . . . Reginaldus Bathoniensis episcopus electus in archiepiscopum Cantuariensem obiit; cui successit ad episcopatum Bathoniensem Savaricus, cognatus eius.

1192. Rex Ricardus Angliam . . . reversus est. Quem naufragio proiectum cepit Limpoldus dux Austrie et domino suo Henrico imperatori Alemannie custodie mancipandum tradidit. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1192. . . . Rex Anglie, ut declinaret insidias regis Francorum, quas liquido sibi comperiit nocituras, secreto per latibula transire volens per Alemanniam, prodentibus[c] eum Teutonicis, captus est a Lipoldo duce Austrie[d]. . . . . . .

Annales Oseneienses.

1193. . . . Assumpti sunt calices et thesauri ecclesiarum et quarta pars redditthe tuum de tota Anglia in redemptionem regis Ricardi, qui tum imperatori tum[e] aliis ducenta milia libras esterlingorum solvere tenebatur. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1193. Iohannes, frater regis, audita captivatione fratris sui regis Ricardi, autumans, ipsum de captivatione ipsa numquam posse evadere, proclivius aspirabat ad regnum Anglie. . . . . . .

Annales Oseneienses.

Will Neuburg 1194. Rex Ricardus, datis imperatori obsidibus, a custodia solutus, in Angliam reversus est. . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1194. Romanorum imperator Henricus, indignum iudicans, tam insignem captivum in alterius quam imperatoris custodia detineri, regem Ricardum de manibus ducis Austrie pro quadam summa pecunie sibi commissa extorsit et in carcere compedibus oneratum tutissime custodivit. Angli vero sui regis captivacionem non ferentes, pacti sunt imperatori solvere centum milia librarum argenti, quarum tercia pars cessit duci Austrie, qui eum primitus captivavit; unde factum est, ut per contributionem ad redemptionem regis impositam regnum Anglie sic oppressum fuerat et exhaustum, ut eciam ecclesiarum calices venderentur. Anno eodem, soluta peccunia, rex liberatus a carcere venit in Angliam. . . .

Annales Oseneienses.

1197. . . . Obiit etiam Henricus imperator Alemannie; cui successit in partem imperii citra Renum Otho, nepos Ricardi regis Anglie; in aliam partem successit Philippus dux Suavie, frater defuncti imperatoris. Qui duo invicem se debellaverunt. . . . . . .

1208. . . . Anno eodem[3] rex Francie cepit comites Bolonie[4], Flandorum[a, 5] et Saresberie[6]. . . . . . .

a) *sic c.* b) imperatoris *suppl. Luard.* c) procedentibus *c.* d) Alistrie. *c.* e) tam *c.?*

1) Fridericus dux Sueviae. 2) Cantuariensis. 3) Minime, sed a. 1214. 4) Reginaldum. 5) Ferrandum. 6) Willelmum.

Annales Oseneienses.

1210. . . . Magna discordia oritur inter papam Innocencium et Otonem imperatorem. . . . . . .

1214. . . . Hoc anno Iohannes rex transfretavit circa purificationem, inpugnaturus regem Gallie ex una parte per Pictavenses, ex alia per Flandrenses. . . . . . . Febr. 2.

1215. . . . Kal. Novenbris celebratum est generale concilium Rome sub papa Innocencio.

1216. . . . Obiit Innocencius papa 17. Kal. Augusti; et successit Honorius. . . .

1226. . . . Item eodem anno obsedit Ludovicus rex Francie civitatem Aviniensem ad instanciam domini pape[a] in odium et destitutionem comitis Sancti Egidii et ibi perdidit de exercitu suo circiter tria milia virorum. Tandem per magistrum Romanum cardinalem[2] legatum Francie, qui eidem exercitui et obsidioni intererat, reddita fuit civitas, non tam virtute obsidionis quam calliditate circumventionis, ut dicebatur, ex parte predicti legati. . . . . . .

1227. Obiit felicis memorie Honorius papa tercius, et successit ei Gregorius, quondam episcopus Hostiensis. In eodem anno obiit Guala tituli Sancti Martini presbiter cardinalis, quondam legatus Anglie; item obiit Gregorius de Crescentiis Sancti Theodorii diaconus cardinalis. . . . . . .

1229. Gregorius papa nonus pro tuendo statu ecclesie Romane contra Fredericum imperatorem Rome misit in Angliam Stephanum capellanum suum cum auctoritate sedis apostolice ad colligendum decimam redditum et proventuum clericorum et virorum religiosorum, qui etiam potestatem acceperat in Hybernia et Scocia hoc ipsum faciendi. . . .

1234. . . . Ipso anno Romani, ponentes in celum os suum et iniquitatem in excelso loquentes, levaverunt manum contra dominum papam; qui fretus auxilio Frederici imperatoris et aliorum, debellatis illis frequenter et turpiter confusis, factus est illis quasi clavus in oculis et lancea in lateribus. . . . . . . cf. Ps 72, 8 cf. Num. 33, 55.

1235. . . . Eodem anno misit imperator Alemannie Fretherícus magnos viros et nobiles ad regem Anglie Henricum quartum[3], filium regis Iohannis, petens sibi dari Ysabellam, sororem suam, in coniugem. Cuius petitioni annuens rex, remisit nuncios una cum sorore ad imperatorem, qui duxit eam in uxorem. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1216. . . . Obiit Innocentius papa 17. Kal. Augusti; cui successit Honorius. . . .

1220. . . . Celebratum est[1] etiam concilium Lateranense sub papa Innocentio. . . .

1227. [Obiit[b]] Honorius[c] papa; successit ei Gregorius Hostyensis[d] episcopus. . . . . . .

1229. . . . Omnes beneficiati in Anglia, Hibernia et Scotia[e] dederunt domino pape decimam partem reddituum suorum, necnon et omnes religiosi. . . . . . . cf. Matth. Paris

1235. . . . Fretherícus imperator Isabellam, sororem domini regis Anglie, duxit uxorem; et facta est imperatrix. Henricus rex Anglie Alienoram, filiam comitis[f], sollempniter sibi matrimonio copulavit, et facte sunt sic[g] nupcie in festo sanctorum Fabiani et Sebastiani cum sollempnitate inaudita apud Westmonasterium. . . . . . . cf. Matth. Paris. 1236. Ian. 20.

a) papa *c.* b) *deest c.* c) Honoras *c.* d) Hostyenes *c.* e) Scota *c.* f) Provincie *suppl. videtur.* g) sicut *c.*

1) Potius a. 1215. 2) Diac. S. Angeli. 3) Henrico III, primogenito Henrici II. regis filio, adnumerato.

Annales Oseneienses. — *Thomae de Wykes Chron.*

Annales Oseneienses: 1236. Duxit Henricus rex Anglie quartus Elienor, filiam comitis Provincie, in uxorem post natale. . . . . . .

Annales Oseneienses: 1239. . . . Eodem anno orta est dissensio inter papam Gregorium et Frithericum imperatorem. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.: 1239. . . . Orta est detestabilis discordia inter Fretherichum imperatorem et dominum papam, eo quod non permisit papam uti sua potestate et iurisdictione infra imperium suum sicut in aliis regnis; propter quod papa et cardinales decreverunt eum scismaticum et hereticum. Imperator siquidem sic eos artavit, ut vix auderent suspirare. . . . . . :

Annales Oseneienses: 1240. . . . Eodem anno Ricardus comes
Iun. 3. Cornubie, frater domini regis, iter arripuit
Iun. 17. versus Terram Sanctam 15. Kal. Iulii. . . .

Thomae de Wykes Chron.: 1240. Ricardus comes Cornubie die pentecostes apud Walingford arripuit iter in Terram Sanctam, adducens secum peccuniam innumerabilem, et transfretavit cum eo Baldewinus comes Insule et aliorum nobilium et mediocrium regni Anglie turba non modica; veniensque Accon, que quondam Tholomaida vocabatur, et aliquamdiu commoratus in Syria, omnes captivos christianos de universis mundi partibus, quos Sarraceni diuturno tempore tenuerant captivatos, data peccunia redemit, restituens pristine libertati. Tandem treugis initis cum soldano, reedificavit Aschalonem et alia castra non pauca, que per Sarracenos solo tenus fuerant complanata.
1241. Quibus actis, reversurus in Angliam, transiens per Appuliam, Siciliam et Calabriam, ab imperatore Fretherico summo cum honore susceptus est, indeque progrediens, ad curiam domini pape devenit. Sane dominus papa volens sibi gratiam facere specialem, totam peccuniam provenientem de crucesignatis per totam Angliam sibi concessit. Anno eodem repatriavit Otto legatus, et quatinus[a] per abdita diverticula pertransiret, ut imperatoris Fretherici declinaret insidias, captus est ab imperatore et omni peccunia, quam per fas seu per nephas adquisierat, spoliatus et carceri mancipatus. . . . . . .

Annales Oseneienses: 1241. : . . Fredericus imperator cepit Ottonem legatum et alios plures volentes adire Romam. Obiit Gregorius papa mense Augusti; cui successit Celestinus. . . . Ricardus comes, frater regis, venit in Angliam de
1242. Terra Sancta mense Ianuarii. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.: 1242. Rediit Ricardus comes Cornubie de Terra Sancta circa festum purificationis mense Ianuarii. . . . . . .

Annales Oseneienses: 1243. . . . Synebaldus cardinalis factus est papa et vocatus est Innocentius. Ricardus comes Cornubie desponsavit sororem regine
Nov. 22. nomine Sench die sancte Cecilie. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.: 1243. . . . Obiit papa Celestinus; electus est loco eius Sinebaldus cardinalis et vocatus est Innocentius IIII. Ricardus comes Cornubie duxit uxorem Senchiam, filiam comitis Provincie, sororem regine Anglie. . . . Facte sunt nuptie sollempnes domini comitis Cornubie et Senchie comitisse apud Walingford[1] in festo sancte Cecilie. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.: 1244. . . . Anno eodem Innocentius papa, metuens sibi, ne opprimeretur a Fretherico imperatore sicut predecessores sui, adductis secum cardinalibus, transferens se de finibus imperii, montes Alphium transgrediens, venit Lugdunum super Rodanum, ibique diutius morabatur in tuto consistens. . . . . . .

Annales Oseneienses: 1245. Innocencius papa celebravit generale concilium apud Lugdunum, in quo concilio excommunicavit Frethericum impera-

Thomae de Wykes Chron.: 1245. . . . Innocentius papa, convocatis universis ecclesie prelatis, celebravit generale concilium apud Lugdunum, in [quo[b]]

a) quamvis *fort. emend.* b) *deest c.*

1) Potius Westmonasterium.

Annales Oseneienses.

torem et degradavit, instituens quemdam Landegrave nomine imperatorem . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

sententialiter degradavit imperatorem Frethericum, decernens ipsum finaliter amovendum ab imperio, ipsumque et omnes fautores eius excommunicavit, asserens ipsum hereticum et rebellem ecclesie Romane, precepitque Coloniensi[1], Treverensi[2] et Maguntiensi[a, 3] archiepiscopis, ut Henricum dictum landgravium Thuringie[b], virum potentissimum et militem strenuissimum, eligerent in regem Teutonicorum; quod et factum est. Verumptamen nec ingressum civitatis Aquensis, in qua reges coronari consueverunt et in trono Karoli Magni consistentes ibidem ex consuetudine collocari, nec coronationis gratiam potuit obtinere. Fretherieus itaque dominium regni Allemannie parvipendens[c], quin etiam decretum concilii vilipendens, invito papa et cardinalibus, proventibus imperii potenter incubuit, videlicet Ytalie, Tuscie, urbis Romane, maioris Campanie et provinciarum adiacentium; insuper patrimonium suum Appuliam, Siciliam, Calabriam et totam Affricam, nullo sibi resistente, possedit in pace[d] quoad vixit. . . . . . .

1246. . . . Obiit Henricus landgravius Thuringus[4], qui fuit electus in regem Romanum, non tamen assecutus munus coronacionis. Quo audito, dominus papa iniunxit tribus archiepiscopis, ut Willelmum comitem Holandie, militem strenuissimum, eligerent in regem et ut ei totis viribus adhererent; quod et factum est. Et quia cives Aquenses non permiserunt eum ingredi civitatem Aquensem, ut coronacionis beneficium obtineret, eo quod fecissent homagium et fidelitatem imperatori Fretherico, a cuius fidelitate nullo modo vellent recedere ipso superstite, papa in odium imperatoris, misso quodam cardinali Capthia[5], civitatem supposuit interdicto, mittens in adiutorium electi omnes cruce signatos, qui profecturi fuerant in Terram Sanctam. Quorum fretus adiutorio, Willelmus, in regem electus, et archiepiscopi supradicti cum his qui electo adherebant civitatem ipsam obsidione concluserunt. Protractaque est obsidio per unum annum integrum et viginti dies, et quamquam estimaretur numerus obsidentium ad 50 milia hominum, obsessi tamen se et civitatem potentissime defendebant, donec, elapso obsessionis termino supradicto, certus ad eos devenit rumor, quod imperator in fata decesserat, unde sencientes[e] se ab eius hominio qui decesserat absolutos, regi Willelmo sub honestis conditionibus, salvis sibi vita et membris et omnibus bonis et possessionibus suis, civitatis aditum concesserunt. Rex civitatem ingressus, statim se fecit cum solempnitate qua potuit coronari. . . . . . .

Annales Oseneienses.

1250. Obiit Fredericus imperator Alemannie. . . . . ,

Thomae de Wykes Chron.

1250. . . . Obiit Fretherieus imperator circa festum sancte Lucie virginis. . . . Circa Dec. 13.
festum omnium sanctorum Innocencius papa recessit de Lugduno, Nov. 1.
transferens se ad partes transalpinas. . . . . . .

Annales Oseneienses.

1251. Dedicata est ecclesia de Heiles, quam fundavit Ricardus comes Cornubie. . . . Innocencius papa quartus recessit de Lugdunis versus Romam. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1251. Nonas Novembris dedicata est ecclesia de Heyles cum magna solempnitate, presentibus ibidem rege Anglie et regina, comite Ricardo, eiusdem monasterii fundatore, et universis regni comitibus et baronibus, militum et plebeiorum multitudine numerosa, 13 episcopis ipsam ecclesiam dedicantibus. Taceo de convivio, cuius apparatum vix lingua vel calamus sufficeret explicare. . . . . . .

a) Magicunt *c.* b) Thewig' *c.* c) perpendens *c.* d) possedit *iterum add. c.* e) seuventes *c.; credentes Luard*

1) Conrado. 2) Arnoldo II. 3) Sigfrido III. 4) A. 1247, Febr. 16. 5) i. e. Petro Carpoccio, diac. S. Georgii.

Annales Oseneienses.

1256. . . . Eodem anno electus fuit Ricardus *1257. Ian. 13. comes Cornubye, frater regis Henrici quarti, in regem Alemannie. . . . Eodem anno ex edicto regis Henrici convocato clero et populo ad parliamentum apud Londoniam circa mediam quadragesimam[1], pronunciatum 1256. fuit ex parte domini regis, quod, cum ipse rex de consilio et assensu totius Anglicane ecclesie se et regnum suum obligaverat domino pape propter regnum Cecilie, quod idem papa, videlicet Alexander nonus[a], concesserat Edmundo, filio suo, in hunc modum petit rex decimas a clero omnium beneficiorum suorum secundum novas taxaciones, nullis deductis expensis nisi perquam necessario faciendis, decimas dico per quinquennium a die istius peticionis ei faciendas sive solvendas. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1256. . . . Anno eodem in festo sancti Hillarii* electus est Ricardus comes Cornubie in regem Romanorum; et ut ad posterum[a] memoriam traducatur, qualiter electus fuit, et qui sunt electores, inutile non decrevimus, sed oportunum, rei geste seriem hic interserere. Interfecto rege Willelmo, quem papa prefici fecit regno Alemannie in odium Fretherici, de quo supra anno 1246. fecimus mencionem, a Frisonibus, quos suo proposuerat subiugare dominio, vacante aliquamdiu regno, missus est ad predictum comitem Ricardum ex parte quorundam de electoribus vir nobilis et prudens Iohannes de Avennis[b], dicens, quod, si negocium Alemannie voluisset assumere et electoribus super certam peccunie summam, quam petebant[2], satisfacere, ipsum in regem eligerent et ei sicut domino totis viribus adhererent. Cuius persuasioni comes fidem adhibuit et consensum et misit cum eo in Alemanniam nobilem virum Ricardum comitem Gloucestrie et dominum Iohannem Mancell, tribuens eis plenam potestatem componendi cum electoribus, recepta de eis securitate, quod eum eligerent. Sunt itaque septem principes Alemannie ad quos potestas eligendi regem specialiter pertinere dinoscitur, videlicet tres ecclesiastici et quatuor seculares: primus ecclesiasticorum archiepiscopus Maguntinus, secundus archiepiscopus Colonie, tercius archiepiscopus Treverium; primus secularium dux Bavarie, secundus dux Saxonie, tercius dux Austrie, quartus marchio Brandesburgi. Pepigerunt igitur nuncii supradicti cum principibus, primo cum Maguntino[3], ad cuius preeminentiam pertinet prima vox in electione, quique tunc temporis vinctus detinebatur in carcere cuiusdam potentis[4] illius provincie, qui eum paulo[c] ante in bello ceperat, cum quo pro liberacione sua pacem fecerat pro quinque milibus marcarum Coloniensium, videlicet quod comes daret ei 8 milia marcarum Coloniensium, de quibus 5 milia cederent captivatori pro liberacione sua, tria milia residua cederent usibus captivati. Deinde pepigerunt cum Coloniensi pro 12 milibus marcarum Coloniensium, cum duce Bawarie[5] pro 18 milibus marcarum sterlingarum, 12 solidos pro marca qualibet computando. Cuilibet ceterorum principum obtulerunt tantummodo 8 milia marcarum Coloniensium; nec tamen aliquis ipsorum tam modicum dignabatur admittere, petentes singuli 12 milia, prout archiepiscopus Coloniensis percepit, quo se inferiores[d] non reputabant. Prefixo die 1257 Ian. 13. electioni faciende in festo sancti Hillarii apud Frankeford[e], loco scilicet electioni faciende deputato, convenerunt dux Bawarie, archiepiscopus Colonie personaliter, archiepiscopus Maguntinus[f] per procuratorem habentem sufficiens mandatum et eligendi plenariam potestatem, et votis concorditer adunatis dominum Ricardum comitem Cornubie sollempniter elegerunt in regem, reliquis qua-

a) *sic c.* b) Attenuis *c.* c) pauli *c.* d) viliores *ediderunt Gale et Luard.* e) Frakeford *c.* f) Maguncium *c.*

1) A. 1257, Mart. 25. 2) Cf. infra a. 1267: *Rex Alemannie, cui semper, ut assolet, affluenter pecunia suppetebat.* 3) Gerhardo I. 4) Videlicet Alberti I. ducis Brunsvicensis; v. Ann. Magunt., ap. Jaffé, Bibl. III, p. 709; Chron. min. auctore minorita Erphord., SS. XXIV, p. 201; Gest. Trever. Cont., SS. XXIV, p. 412. 5) Ludovico II. comite palatino; v. 'Quellen u. Erörterungen' V, p. 159.

Annales Oseneienses. — *Thomae de Wykes Chron.*

tuor non consencientibus nec tamen impedire valentibus. Processu quoque temporis archiepiscopus Treverensis[1] solus sine ceterorum consensu, ut electionis negocium impediret, eoque quod 12 milia marcarum non potuit optinere sicut archiepiscopus Coloniensis, regem Hispanie elegit in regem Romanum, promittens ex parte regis Hispanie cuilibet trium principum 20 milia marcarum; qui tamen[a] nullo modo volebant in eius electione consentire, donec de promissa pecunia fecisset eis plenarie satisfactionem. Rex autem Hispanie, in tam frivola electione spem ponens et fiduciam, misit sollempnes nuncios ad curiam domini pape pro negocio pretaxato, qui diutinam in curia, sed inutilem moram facientes et innumerabilem pecuniam consumentes, in nullo penitus proficerunt[b], quin etiam demum confusi et vacui recesserunt. 1257.

1257. Die ascensionis* coronatus fuit Ricardus, frater Henrici regis Anglie, in regem Alemannie, et uxor eius in reginam; et Henricus, filius eiusdem Ricardi, recepit arma a patre suo; et factum est festum et gaudium magnum universis. . . . . . .

1257. Ricardus comes Cornubiensis in Romanorum regem electus, domino Coloniensi archiepiscopo, domino Leodiensi episcopo[2], domino Traiectensi episcopo[3], domino Florencio comite Holandie et aliis quam plurimis Allemannie magnatibus ipsum querere et in Alemanniam deducere venientibus[4], ascensis navibus apud Iernemutham penultimo die Aprilis, prospere velificando primo die Maii cum 48 magnis navibus et duabus naviculis applicuit in Hollandia in opido quod vocatur Durdreit infra regnum Alemannie, et in festo ascensionis dominice, quod eo anno contigit 16. Kal. Iunii, cum summa sollempnitate coronatus est, archiepiscopo Coloniensi Conrado sibi manus imponente; quippe Gerraldus Maguntinus archiepiscopus, qui ex preeminentie sue debito primam sibi manum imponere tenebatur, auctoritate summi pontificis excommunicationis vinculo fuerat innodatus, verumptamen in civitate que dicitur Aquisgranum, ubi ex antiquo iure universi reges coronari etiam consueverunt, presentialiter interfuit. Completo sollempniter coronacionis officio, rex regio venustatus diademate gloriosus effulgens, in trono Karoli Magni honorifice collocatus, dominum Henricum, filium suum, milicie cingulo decoravit. Coronata est cum eo serenissima coniunx sua Senchia, cuius inestimabilis pulcritudo sollempnitatem ipsam non mediocriter illustravit. Sequebatur tam sollempne convivium, quod iudicio principum et procerum, qui personaliter interfuerunt, modernis temporibus comparationem recipere dedignabatur. . . . . . .

*Mai. 17. Apr. 29. Mai. 1 Mai. 17.

1258. . . . Eodem anno in festo sancti Barnabe* factum est parliamentum Oxonie, presente rege et baronibus. . . . . . .

1258. . . . Magnates Anglie, prospicientes, Ricardum regem Alemannie ab Anglia recessisse, qui, dum esset in Anglia, regem et regni moderamina gubernaverat, ad cuius nutum universa regni negocia dependebant, credentes ipsum [numquam[c]] in Angliam reversurum, decernentes regem Anglie regni sui negociis disponendis inutilem et insufficientem, circa festum sancti Barnabe congregati sunt Oxonie. . . . . . . *Iun. 11.

In purificacione sancte Marie venit Ricardus rex Alemannie, frater regis Henrici, in Angliam. . . . . . .

Ante festum purificacionis beate Marie Ricardus rex Romanorum rediens de Alemannia, in Angliam remeare disposuit. 1259. Febr. 2.

a) cum *c. et edd.* b) *sic c.* c) *deest c.; suppl. Luard.*

1) Arnoldus II. comes Isenburgensis. 2) Henrico II. 3) Henrico I. 4) Venerunt Londoniam *in quadragesima et in septimana pasce*, Cron. Maiorum Lond. in Libro de antiquis legibus p. 26. ed. Soc. Camden.

Annales Oseneienses. | *Thomae de Wykes Chron.*

1259. Cum venisset apud Sanctum Audomarum, occurrebant ei ex parte baronum[1] ibidem Rogerus de Quenci comes Wyntonie, Walterus Wygorniensis episcopus, abbas Sancti Edmundi[2], abbas Sancti Augustini Cantuarie[3], Iohannes Mansell et alii quam plures, inhibentes eidem, ne quo modo in Angliam transfretare presumeret, nisi prestito prius sacramento, quod provisiones Oxonie observaret[4]; quibus ille respondit, quod extra regnum Anglie ad hoc compelli non debuit, adiciensque, quam cito venisset in Angliam, si dominus rex Anglie, frater suus, preciperet ei huiusmodi[a] sacramentum emittere, coram complicibus et comparibus suis faceret quicquid de iure facere debuisset. Nuncii siquidem tali sponsione non contenti, responderunt, quod ipsum in Angliam applicare non permitterent, nisi supradictum prius emitteret iusiurandum. Inhibuerant etiam, quod nullus eum sine licencia et assensu baronum navigio traduceret, comminatisque nautis in portubus, quod omnes qui eum transnavigarent capitis detruncatione punirentur. Habito igitur ibidem super hoc ipso tractatu continue per 11 dies, tandem ad hoc devenit, quod rex corporale prestitit sacramentum, quod, quam cito venisset in Angliam, rege sibi iniungente, in presentia parium suorum sacramentum ipsum emitteret in forma quam petebant; sicque transfretare permissus est. Cumque venisset Cantuariam, antequam pranderet, coram rege et regni magnatibus, qui pene omnes sibi occurrerant, sacramentum ipse publice et sollempniter adimplevit.
Ian. 28. Febr. 1 Quinto Kal. Februarii applicuit et primo die Februarii, scilicet in vigilia purificacionis, intravit Londoniam cum gaudio magno, civitate ipsa contra adventum ipsius inestimabiliter adornata. . . . . . .

1259. . . . Timuit tamen rex[5] et distulit in Angliam remeare. Quo audito, frater suus rex Alemannie, congregatis apud Londoniam universis regni magnatibus, fecit fieri litteras suas, quibus una cum sigillo suo sigillum domini Edwardi et omnium magnatum supradictorum fecit appendi, misitque regi, assecurans, quod audacter et confidenter nichil sibi metuens veniret in regnum suum. Quibus acceptis, rex mari se credidit et circa festum sancti Georgii in regnum suum securus applicuit. Rex Alemannie reversurus in
Iun. 17. Alemanniam 14. Kal. Iulii transfretavit, et regno suo visitato[b], iterum
Oct. 22. nono Kal. Novembris applicuit in Angliam. . . . . . .

Annales Oseneienses: 1259. . . . Rex Henricus cum regina
1260. Apr. 23. reversus est in Angliam ad festum sancti Georgii. . . . . . .

1260. Hic quia se prebet occasio, non inutile decrevimus annectendum, qualiter et qua occasione Petrus de Egeblanke Herefordensis episcopus, adiens curiam Romanam, obligavit regem et regnum Anglie ad solvendum domino pape centum quinquaginta milia quingentas et quadraginta marcas argenti. Hec itaque fuit
1250. causa. Mortuo Fretherico imperatore, quem dominus papa in concilio Lugdunensi, uti supradictum est, decrevit ab imperio amovendum, papa asserens, regnum Sicilie, Appulie et Calabrie utpote[c] patrimonium Petri ad sedem apostolicam pertinere, pro quo tuendo et conservando totam predicte pecunie quantitatem apposuerat, ut

a) q, *cum* i *superscr.* huius *c.*; ei huius *Luard.* b) et *iterum scr. c.* c) unpote *c.*

1) Qui mense Iunii in parliamentum convocati Henricum III. regem Angliae provisionibus, quae dicuntur Oxonienses, adhaerere coegerant; cf. Stubbs, 'Select Charters' ed. 3. p. 378 sqq. 2) Simon de Luyton. 3) Rogerius Cicestrensis. 4) Admonuit rex fratrem, ut provisiones iureiurando firmaret a. 1258, Nov. 4: *quod nondum per vos actum est, ut accepimus, cumque vos ipsi, licet regni Romanorum culmina Deo iubente teneatis, nobilissimi regni nostri membrum inter proceres eius existitis.* V. Rotulum Litterarum Clausarum a. 43 Henr. III. membr. 15 dorso; cf. 'Gesch. v. England' III, p. 730. 5) Henricus III.

Annales Oseneienses. | *Thomae de Wykes Chron.*

dicebat, optulit ipsum comiti Ricardo[1], priusquam regni Alemannie [1252] negocium assumpsisset, si predictam pecuniam sibi solvere voluisset. Comes utique premetiens negocii difficultatem, regnum ipsum sub ipsis condicionibus admittere recusavit. Papa igitur contulit illud domino regi Anglie ad opus domini Edmundi, filii sui secundogeniti[2]. Rex autem minus provide negocio se immiscuit, [1255.] mittens ad curiam supradictum episcopum Herefordensem pro negocio confirmando, qui regem et regnum ad solutionem ipsius peccunie obligavit. . . . . . .

Annales Oseneienses.

1261. . . . Dominus papa Alexander obiit in vigilia beati Augustini Anglorum apostoli*; hic prefuit annis 7 etc. . . . . . .

Eodem anno die Mercurii proximo ante festum beati Martini* apud Berchamstede obiit Schenchia regina Alemannie, soror Elianore regine Anglie, et translatum est corpus cum conductu venerabilis patris Bonefacii Cantuariensis archiepiscopi[4] et aliorum duorum episcoporum et domini Petri de Sauveya[4] et aliorum magnatum ad domum de Hayles, et ibi sepultum est. . . . . . .

1262. . . . Die Iovis proxima ante festum sancti Iohannis baptiste* anni prenotati transfretavit venerabilis Ricardus rex Alemannie in Alemanniam, et eodem anno circa purificacionem beate Marie rediit in Angliam. . . .

Thomae de Wykes Chron.

1261. . . . Obiit Allexander papa quartus apud Wyterber circa quindenam pasche[3]. . . . [*Mai. 25. Mai. 8.] Consecratus est Urbanus papa IIII. circa decollationem sancti Iohannis, prius patriarcha [Aug. 29.] Ierosolimitanus. Obiit domina Senchia Ro- [*Nov. 9.] manorum regina serenissima quinto Idus Novembris. Iterum circa purificacionem beate virginis factum est parliamentum apud [1262. Febr. 2.] Londoniam; et posuerunt se rex et barones supra dictum regis Francie et regis Alemannie.

1262. . . . Eodem anno 11. Kal. Iulii [Iun. 21.] dominus rex Alemannie recessit de Londonia [*Iun. 22.] ad transfretandum tertia vice in Alemanniam et tertia die sequente transfretavit. . . . Rediit [1263.] dominus rex Alemannie tertio in Angliam et applicuit in Angliam 4. Idus Februarii. . . . . . . [Febr. 10.]

1263. . . . Nec tamen pretermittendum esse censeo, quin ad noticiam[a] posterorum stili beneficio transmittatur, qualiter Londonienses turme, vesanie sue principiis agitate, prima die Lune qua- [1264. Apr. 1.] dragesime anni supradicti serenissimum Romanorum regem, qui communitatis eiusdem precipuus consuevit esse protector et contra domini regis Anglie motus voluntarios, cum eos preponeret gravare, clipeus defensionis, contra documentum euangelicum mali retribu- [cf. Rom. 12, 17.] cione beneficia compensantes, ceperunt impetere. Quippe duce Hugone[b] Dispensario, quem barones iusticiarium vocitabant, eique custodiam turris Londonie propria voluntate commiserant, furiose caterve Londonie, quas dinumerare nemo poterat, exeuntes diluculo ex paucis vexillis[5], usque Islewyche[6], manerium domini Romanorum regis, recto tramite procedebant ipsumque manerium, quod fossato et palo circumcinxerat, cum suis edificiis succendebant, universa mobilia, que ibidem inveniri poterant, sceleratis ausibus diripientes, suis usibus applicabant. Stagnum quoddam, quod rex presumptuoso opere fecerat preparari, confracto capite, quod aque meatum potissime retardabat, non solum aqua, sed et piscibus vacuabant. Et reversi Londoniam cum gaudio, sicut qui letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, tanto scelere non contenti, mansionem eiusdem regis, que in suburbio Londonie prope Westmonasterium sita fuerat, solo tenus diruebant, non relinquentes lapidem super lapidem, quem sibi necessarium decrevissent, eradicantes virgulta, lateres seu tegulas et lapides universos qui prodesse poterant turribus abducentes. . . . . . .

a) noticia *c.* b) H. *c.*

1) V. Rymer, Foedera I, p. 284. 2) Ib. p. 316. 3) Potius Mai. 25. 4) Avunculi reginarum. 5) i. e. subdivisiones civitatis Londoniensis, quae wardae dicuntur. 6) Hodie Isleworth, septemtrionem versus civitatis prope ripam Tamesis.

Annales Oseneienses.

1264. . . . Eodem[a] anno die sancti Marci Apr. 25. euangeliste et[b] ante et post combusserunt barones multa maneria regis Alemannie. . . . Dominus papa eorum[2] annuens peticionibus, misit dominum[3] Sabinensem legatum, virum in iure civili et canonico satis peritum, modestum, iustum et pium, qui volens terram intrare, satis durum invenit obstaculum et impedimentum. Qui post multas hinc inde nunciorum navigaciones et altercaciones, videns, se non posse propter barones suam legationem ad debitum perducere effectum, ad curiam Romanam quam cicius reversus est, et cito post in papam est electus[4] et postea consecratus. . . . . .

Eodem[c] anno circa festum sancti Michaelis obiit[5] Urbanus IIII; et electus est[d] episcopus Sabinensis et legatus Anglie; consecratus 1265 Febr. 5 autem in festo sancte Agathe, vocatus est Clemens quartus. . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1264. . . . Taceo, quod serenissimum regem Alemannie nunciis intermediis implorabat[1], quod regem Anglie fratrem efficaciter suum curaret inducere, ut quandam pacis formam, quam sibi ipse formaverat, dignaretur amplecti, promittens eidem marcarum milia quinquaginta, si ea pro sue voluntatis libito faceret confirmari. Sane rex memoratus prospiciens et perpendens regis Anglie, fratris sui, et heredum suorum manifestam exheredacionem et potentie sue depressionem efficaciter imminere, ipsam ultro admittere recusavit. Rex quidem Anglie, confidens in multitudine complicium suorum, et paucitatem partis adverse habens contemptui, estimans eos adversus ipsum nichil ausuros, universos singulos, minus sano fretus consilio, eius et fratris sui regis Alemannie homagiis diffidavit; unde comes et sui complices indignati, domino regi fidelitatem, qua sibi tenebantur, et sua prorsus homagia reddiderunt. . . . Interim reges Anglie et Alemannie, quos vere solos reliquerat[6], infinita multitudine circumcincti, post strenuam dimicacionem circumfuse multitudinis impetus non valentes diucius sustinere, fugientibus cunctis in ecclesiam conventualem[7], quos credebant sine fictione debita sibi subsidia prestituros, ut mortis pericula declinarent, proh dolor! ipsis prevaricatoribus se dedere sunt coacti. Quibus captivatis, omnes qui fugerunt in opidum, proiectis armis, ut regum ignominie communicarent, nulla prorsus facta rebellacione, supradictis se captivatoribus spontanee reddiderunt. Quippe dominus Edwardus cum domino Henrico, Romanorum regis primogenito, cognato suo, supradicta lassitudine sic quassatus, quod ulterius dimicare non poterat, videns, quod nullus superfuit coadiutor, paterno periculo communicare non erubuit. . . . . .

Regem Romanorum cum filio suo Edmundo adhuc impuberi captivatum in munitionibus tutissimis ignominiose tractavit[1] . . .; exceptis terris domini regis Alemannie quas tenebat, 18 baronias propriis usibus applicabat. . . . . .

Regina quidem cum Edmundo filio suo degens in Gallia, audito quod acciderat, infaustis nimirum sauciata successibus, accepta a creditoribus mutuo peccunia non modica, ex omnibus provinciis transmarinis stipendiarios lucri avidos accersivit, Teutonicos rutarios, Avalenses, Bribanciones, Flandrenses, Normannos, Pictavenses, Wasconenses, Gallicos et Burgundos, et innumeram illam multitudinem in portu quodam Flandrie, qui Dam vulgariter

a) *haec sententia ad calcem paginae c.* b) et ante et post *eadem manu alio atramento inter lineas add. c.* c) *haec manu coaeva stilo plumbeo in marg. exarata sunt.* d) eodem die *add. Luard, nescio unde.*

1) Scil. Simon comes Leicestriae. 2) Qui cum rege stabant. 3) Guidonem. 4) Clemens IV. a. 1265. Febr. 5. 5) Oct. 2. 6) Scil. Edwardus, Henrici III. primogenitus, in proelio Lewensi, Mai. 14. 7) Alii tradunt, Ricardum regem in mola quadam alata captum esse; v. Chron de Mailros, supra p. 442, et carmen populare coaevum ap. Wright, 'Political Songs' (Soc. Camden. a. 1839) p. 69:

Richard, thah thou be ever trichard,
Trichen shalt thou never more!
The kyng of Alemaigne wende do ful wel:
He saisede the mulne for a castel.
. . . . . . Makede him a castel of a mulne post,
Wende with is prude ant is muchele bost,
Brohte from Alemayne mony sori gost.

Annales Oseneienses. *Thomae de Wykes Chron.*

appellatur, datis affluenter stipendiis, conglobavit, innumerabili quoque classe parata, proponens, nacta temporis oportunitatem, cum eisdem militaribus copiis in Angliam transfretare, dominum suum de manu comitis et baronum, si posset, eripere, pristine potestati restituere illatasque sibi iniurias vindicare. . . . . . .

Verum circa festum beati Michaelis[1], priusquam legatus[2] venisset ad curiam, venerabilis papa Urbanus diem clausit extremum, regno celesti pontificium temporale commutans. Cardinales itaque supradictum legatum in summum pontificem unanimiter elegerunt; quique sollempniter consecratus, de Guidone vocatus est Clemens IIII, Non. Februarii, in festo sancte Agathe virginis consecratus, pro 1265. Febr. 5.
ignominia sibi ab Anglis illata apostolice celsitudinis dignitatem, disponente Domino, reportavit, assecutus tam potentiam puniendi reprobos et remunerandi devotos. . . . . . .

Dominus Henricus de Monte-forti, comitis Leycestrie primogenitus, ut indite sibi cupiditatis loculos adimpleret, militie sue primordia plurimum denigrabat, dum totam lanam regni, quam non solum mercatores Flandrie, sed Anglie et aliarum provinciarum ad portus adduxerant ad suas utique provincias navigio deducendas[a], arestari faceret suis usibus applicandas[a]. . . . . . .

1265. . . . Symon de Monte-forti . . . occubuit . . . quarto Aug. 4.
die mensis Augusti; . . caput capitanei . . . usque Wygemore[3] ignobiliter est delatum, filio suo Symone prospectante, qui . . . serenissimum regem Romanum, patruum suum[4], cum filio postumo, qui in castro de Kenillevurthe[5] minus honeste quam regiam deceret honestatem diutine captivitati mancipatus extiterat, sine qualibet condicionis adiectione liberum et solutum abire permisit. Quique die Mercurii in crastino nativitatis beate virginis venit Wallingford, Sept. 9.
ubi, occurrentibus familiaribus et amicis, cum nimia iocunditate sicut decuit est receptus. . . . . . .

1268. . . . Eodem anno obiit Clemens papa quartus in vigilia sancti Saturnini martyris*·[6]; post cuius obitum vacabat ecclesia Romana per duos annos et a festo sancti Saturnini usque ad festum sancti Egidii abbatis*; quo die electus fuit quidam archidiaconus de Leges, nomine Theardus, in Terram Sanctam proficiscens tunc temporis, et vocatur Gregorius decimus. . . . . . .

1268. . . . Romanorum quoque rex illustris, detersa iam captivitatis ignominia, fla- *Nov. 28.
granti desiderio gestiens videre Teutonicos et regni sui negocia, que diuscule, captivato principe, pendule vacillaverant, salubrius or- *1271. Sept. 1.
dinare, secundo Nonas Augusti, Anglia pro 1268. Aug. 4.
tempore derelicta, iam quarta vice post electionem de eo factam in Alemanniam transfretavit, rebus pro voto dispositis in Angliam reversurus. . . . . . .

Eodem anno circa festum sancti Andree[b] apostoli[6], ante- Nov. 30.
quam legatus noster[7] venisset ad curiam, venerabilis papa Clemens, carnis mole deposita, hominem terrenum exuit, eorum, ut sane credi poterit, collegio sociandus in celis, quorum ministerio fungebatur in terris. De quo rem memorabilem ad posterorum memoriam transmittere dignum duxi, quod, dum in vite presentis incolatu pontificio fungebatur, nec prece nec pretio per quoscumque flecti potuit, ut cuiquam de mundo dispensationem de pluribus beneficiis optinendis concedere dignaretur. . . . . . .

1269. . . . Eodem anno dominus Henricus, filius domini Ricardi regis Alemannie,

1269. . . . Romanorum quoque rex illustris, inferioribus et superioribus Alemannie

a) *sic c.* b) Andrie *c.*

1) Oct. 2. 2) Guido card. episc. Sabinensis. 3) Wigmore com. Hereford. 4) Eleonora, mater istius Simonis, erat soror Ricardi regis Romanorum. 5) Kenilworth com. Warwick. 6) Potius Nov. 29. 7) Ottobonus card. diac. S. Adriani, postea Hadrianus V. papa.

Annales Oseneienses.

1269. despónsavit filiam Gasti de Bierne apud
Mai. 19. Windesowre in die sancti Dunstani, patre suo in Alemannia moram faciente. Eodem anno et eodem tempore idem Ricardus rex Alemannie quinto Idus Iunii duxit in uxorem quandam nobilem puellam et decoram valde nomine Beatricem de Falkestan[1], que propter eius pulchritudinem vocabatur gemma mulierum, et eam eodem anno duxit in Angliam
Aug. 10. circa festum sancti Laurencii; et magno gaudio recepti sunt a clero et populo.......

Thomae de Wykes Chron.

partibus peragratis, perpendens, quod, dum in Anglia pro fratris sui regis Anglie iuvamine morabatur, furiosa Teutonicorum insania, quorum municiones inexpugnabiles super alveum Reni[a] consistere dinoscuntur, quietis inpaciens et exquirende peccunie, sed potius extorquende tam avida, quod pro ea congerenda nullum genus facinoris exhorrescat, de singulis puppibus, que per crepidinem[b] fluminis supradicti victualia seu quecumque mercimonia deferebant et per municiones antedictas, quas evitare non poterant, descendere cogerentur, insolita[c] prorsus et intollerabilia pacagia[2], que vulgo thelonea nuncupantur, nec Dei timore nec regie dignitatis reverencia coherciti, singuli singulariter extorquebant; unde factum est, quod vili precio venderentur — morbo tam pestifero salubre studuit adhibere remedium. Et facta statim in urbe Wormacia principum et magnatum Alemannie convocatione non modica, cepit cum eis mutuo pertractare, qualiter salubrius et melius desolate provincie posset oppressionibus obviari, ut, pertusa vispilionum rabie pertinaci, succederet optata tranquillitas super Renum, et necessarium incolis commeatum non contingeret impediri[3]. Sane prospiciens, tam salubre propositum sagacitate pocius quam viribus ad effectum posse perduci, cives vicinarum urbium, qui de mercimoniis vivere consueverant, et potentiores regni unanimi federe colligatos iurisiurandi cautione prestita counivit, quod, si quis in posterum, quantecumque foret preminentie, supradicta thelonea[d] presumeret extorquere, statim omnes et singuli contractis undequaque viribus invicem conglobati sub multa intollerabili irruerent in rebellem, municiones ipsius solo tenus complanando, terris et possessionibus ipsius usque ad exterminium depopulationis extreme crudelissime devastandis, excepto dumtaxat Bopardiensis et Werdensis[4] opidorum consueto thelonio, quod ex antiquo iure Romanorum regibus incumbere consuevit. Igitur Teutonici, sublato tante oppressionis incommodo, glorificabant regem et ipsius sapientiam multipliciter comendabant. Quin etiam rei geste divulgacio per universas orbis provincias regie maiestatis titulum mirabiliter illustrabat. Gavisa est universaliter bellicosa Germania, excusso iugo diutine servitutis, et omnimodarum rerum mercimonia faciliori precio vendebantur. Rex igitur, hiis et aliis regni negociis pro voto[e] dispositis, illud apostolicum:
1. Cor. 7, 9. *Melius est nubere quam uri,* sana mente combibens[f], et ut, ut regiam condecet maiestatem, lumbos suos castitatis baltheo coartaret, caute prospiciens, quod, si de indigenis regni sui sibi copulasset uxorem, regnicolarum suorum animos potissime complacaret, nobilem quandam, filiam clarissimi viri domini Theodorici de Falkemonte[g], non ambitu dotalicii, sed incomparabilis forme ipsius captus illecebra,
Iun. 16. 16. Kal. Iulii, scilicet dominica proxima post festum sancti Barnabe apostoli, sollempni sibi connubio copulavit et imperiale palacium suum de Lutre[h.5], quod diversis in regnis comparacionem recipere dedignatur, nupciali sollempnizacione, convocatis ibidem non paucis Germanie magnatibus, illustrabat. Statimque nove nupte decor

a) rē *c.* b) crepedine *c.* c) insoluta *c.* d) theloneo *c.* e) devoto *c.* f) *sla c.* g) Falkemorite *c.; emend. Böhmer.* h) Lucre *c.?;* Lutro *Gale.*

1) Potius Falkenburg; v. Böhmer-Ficker, Reg. V, p. 1021. 2) i. e. passagia vel pedagia. 3) V. chartas Richardi regis LL. II, p. 382. et quae collegit Böhmer, Reg. l. l. p. 1019. 4) Kaiserswerth. 5) Kaiserslautern.

Annales Oseneienses. *Thomae de Wykes Chron.*

ingenuus sic regii cordis intima transfigebat, ut nec eam unica[a] nocte cuiuscunque rationis pretextu a suo permitteret latere separari. Evolutis quoque non multis diebus, idem rex non solum natalis soli, ut plerique, illectus dulcedine, sed ut auguste sue, in[b] qua sibi, ni fallor, ita complacuit, quod pro ea complacanda nichil sibi videri posset laboriosum, prediorum et possessionum suarum, quibus in Anglia multipliciter habundabat, gloriam et magnificenciam ostentaret, versus fines Anglie recto tramite festinatisque gressibus procedebat, et tertio Nonas Augusti[1] iam quarta vice post coronacionem suam applicuit Dovorie, occurrentibus sibi non paucis regni magnatibus, quorum singuli, prout decuit, regem et reginam pro suarum possibilitate virium singulariter honorabant. . . . . . . Aug. 3.

Annales Oseneienses:

1270. . . . Eodem anno in crastino sancti Gregorii pape dominus Henricus, primogenitus domini Ricardi regis Alemannie, fuit interfectus apud Witerbium in quadam capella inter missarum solempnia a dominis Symone et Widone, filiis domini Simonis de Monte-forti quondam comitis Leicestrie. . . .

Thomae de Wykes Chron.:

1270. . . . Sane rex Alemannie[2], tranquillitatis regni zelator ferventissimus, studiose satagens suscitatas inter dominum Edwardum[3] et comitem supradictum[4] penitus anullare discordias. . . . 6. Kal. Iunii dictum suum protulit. . . . Dominus Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus, qui diucius in partibus Sabaudie, prout consueverat, moram traxerat longiorem, mole carnis deposita, diem clausit extremum, appositus ad patres suos, quorum vicem gerere consuevit in terris; erat enim vir mire simplicitatis, licet minus litteratus, sobrie tamen degebat, sapientissimorum concilio[c] se regebat, humilis, pudicus, modestus, egenorum profusissimus recreator. . . . . . . 1271. Mart. 13.

Erat quoque rex Tunicii armis strenuus, prepotens viribus gencium et thezauro[c] predives, vir sapientissimus, sed gentilis; idem vero Fretherico imperatori dum vixerat subditus fuit, pro regno suo annuum sibi tributum exsolvens; sed, imperatore defuncto, cessavit a solucione tributi et successori suo Karolo usque hactenus solvere denegabat. . . . Porro rex Sicilie[5] cum nepote suo[6] rege Francorum et herede excusatorias sibi contexuit ratiunculas, ne proficiscerentur in Syriam[7], causando[d], nepoti suo non modicum iminere periculum, nisi festinatis gressibus remearet; remeantes quoque per Campaniam[e], cardinales, qui tunc in Viterbio morabantur, una cum domino Henrico, filio regis Alemannie, similiter remeante, decreverunt, consultum esse et honestum, si forte discordantes in electione futuri pontificis inducere possent ad electionem concorditer faciendam. Dum autem essent Viterbi super predictis mutuo tractaturi, cardinalium votis iam pene concorditer adunatis, ut, eorum adiuti consilio et assensu, Romane[f] sedi multo tempore pastoris solacio viduate de ydoneo presule providerent, ecce protinus instigante humani generis inimico, Symon de Monte-forti cum Guidone fratre suo necnon comite Rufo, cuius filiam duxerat in uxorem, non sine assensu credi poterit Emerici fratris eorundem, quodam die satis mane, non modica loricatorum stipati caterva, subito ingredientes ecclesiam quandam civitatis eiusdem, ubi do-

a) unicam *c.* b) *pro* in qua sibi *Luardus legit:* coniugi cui. c) *sic c.* d) causanti *c.* e) *ita Luard;* cãm (causam) *c.* f) Romano *c.*

1) 9. *Kal. Septembris dominus Ricardus rex Alemannie . . . venit Wyntoniam,* Ann. Winton., supra p. 456. 2) Ricardus partes arbitri inter aulam regiam et barones Angliae saepissime egit; imprimis a nostro paullo infra laudatur *sagacitatis et prudentie non ignarus, studiose satagens contentionibus finem imponere necnon universas enervare calumnias, sano ut assolet fretus consilio.* 3) Filium Henrici III. regis. 4) Gilbertum Gloucestrensem. 5) Carolus. 6) Philippo III. 7) Cum Edwardo herede Angliae.

Annales Oseneienses. — *Thomae de Wykes Chron.*

minus Henricus, [regis[a]] Romanorum primogenitus, eorum ex avunculo cognatus, peractis iam missarum sollempniis quas audierat, orationi devotius incubabat, evaginatis gladiis inhumaniter irruerunt in ipsum, proditorem ac patris eorum interfectorem eum, licet mendaciter, proclamantes; at ipse nimirum tam tumultuoso clamore perterritus, velociter ab oratione prosiliens, cucurrit ad altare, super quod paulo ante Deo Patri unigenitus Filius redemptor mundi fuerat immolatus. Sed lictores crudelissimi, consanguinitatis federe violato, spreta loci sacri ac temporis reverentia, adherentem altari mucronibus confodientes, inflictis vulneribus letiferis inhumanissime peremerunt, vulnera vulneribus imprimentes, donec spiritum exalaret. Facta quidem fuit hec inaudita sceleris perpetratio die
1271. Mart. 13. Veneris crastino sancti Gregorii, videlicet tertio Idus Marcii [in[a]] civitate Viterber in ecclesia sancti Blasii, presentibus tunc in eadem civitate toto cetu cardinalium, rege Sicilie et nepote suo Philippo in regem Francorum protinus promovendo; quibus ignorantibus vel forte conniventibus, Sathane satellites urbe statim egressi, in suis munitionibus se receperunt. Porro cardinales, ne nil agere viderentur, et ne tam horrendum scelus penitus remaneret inultum, dictos maleficos excommunicacionis sententia protinus innodabant. . . . . . .

1271. 12. Kal. Iunii delata fuerunt ossa domini Henrici, filii regis Ricardi Alemannie*, in Anglia et honorifice sepulta in abbacia de Hayles ante maius altare. . . . . .

Eodem anno in festo sancti Egidii abba-
Sept. 1 tis, omnibus cardinalibus in unum convenientibus, solempniter et unanimiter elegerunt in papam dominum Theardum archidiaconum . .[c] in Terram Sanctam tunc temporis proficiscentem. Electione facta, missi sunt nuncii in Terram Sanctam cum litteris cardinalium, nunciantes ei de electione de se facta, et quod cum celeritate veniret ad curiam; qui refe-
*Sept. 1. rens Deo gratias pro honore sibi divinitus, ut creditur, collato, venit ad curiam in festo
1272. Febr. 2. purificationis beate Marie[1], et cito post in presbiterum ordinatur et in papam consecratur. . . . . . .

1271. . . . Tertio Idus Maii, pridie ante ascensionem Domini delatum est corpus domini Henrici[b], filii regis Alemannie, apud Londoniam, quod Viterbio, sicut supra tetigimus, per cognatos proprios crudelissime fuerat iugulatum. Corde vero apud Westmonasterium in vase quodam, satis prope scrinium in quo beatissimi regis Edwardi reliquie reconduntur, non ignobiliter collocato, corpus ipsius usque Heyles honorifice deportatum, ibidem iubente patre traditum est sepulture. . . . . . .

Succedente continuo primo die Septembris, in festo scilicet sancti Egidii*, Romani cardinales non ferentes diuciorem sedis apostolice vacacionem, convenerunt in unum et votis concorditer adunatis virum venerabilem magistrum Theobaldum archidiaconum Leodiensem, quem vulgus consueto vocabulo vocitabat Tyardum, quique tunc temporis cum domino Edwardo peregrinacionis gratia morabatur in Syria, in summum pontificem unanimiter elegerunt. Attendens itaque per sceleres[d] nuncios ad tante celsitudinis dignitatem se fuisse vocatum, Syrie valedicens, obtenta tamen a domino Edwardo licencia, maris Mediterranei discrimina non tabescens[d], partes Viterbii, ubi tunc cetus cardinalium morabatur, festinanter adiit, consecrationis munus parvo[e] tempore recepturus. . . . . .

Dec. 12. Pridie Idus Decembris, scilicet die sabbati in vigilia sancte Lucie virginis, Ricardus Romanorum rex illustris apud Berkhamstede sibi fecit minui[f]. Nocte sequente invasit eum paralysis acutissima,

*) *Regis imago depicta est in marg. c. Sed est ut ita dicam typica.*

a) *deest c.* b) *H. c.* c) *spatium vac. c.;* de Leges *supplet Luard ex a.* 1268. d) *sic c.* e) par *c.* f) muniri *c.; suppl.:* sanguinem.

1) Gregorius X. electus venit Viterbium Febr. 10; Potthast, Reg. p. 1652.

Annales Oseneienses. | *Thomae de Wykes Chron.*

qua protinus ingruente, ad motum membrorum partis dextre et ad usum lingue et raciocinacionis pene factus est inhabilis, et sic, egritudinis incommodo prevalente, languescens, mortis terminum, que nulli parcere consuevit, inconsolabiliter lamentatus, heu proh dolor! expectavit. Huius anni lugubris[a] exaracio iam quiescat, in quo tot nobiles firmissimas regni nostri columpnas mors, parcere nescia, de presentis vite sustulit incolatu!

1272. Dominus papa Gregorius X. pro arduis et variis universalis ecclesie negotiis, habito cum cardinalibus diligenti tractatu, generale firmiter statuit celebrare concilium, et precipue super unitate fidei Grecorum et Latinorum et de subsidio Terre Sancte et de pape creacione, ne de cetero papa decedente diu vacaret ecclesia sive sedes Romana. Missis igitur nunciis, fecit vocare generaliter omnes prelatos tocius christianitatis, ut in Kal. Maii anno Domini 1274. veniant apud Lugdunum ad concilium super premissis et aliis arduis negotiis universalis ecclesie tractaturi et secundum quod divina concederit[b] clementia ordinaturi.

Eodem anno quarto Nonas Aprilis* apud castrum de Berkhamestede obiit Ricardus rex Alemannie et sepultus est in abbacia de Hailes, quam a fundamentis sumptibus suis construxerat.

1272. Anno, quo visibilium et invisibilium Plasmator almificus, nostre condolens miserie, Filium suum misit in terris propitiatorem pro peccatis nostris 1272, Ricardus Romanorum rex illustris, ingravescente morbo, devotissima penitudine retroacta deplorans, testamento condito, sacrosancto roboratus viatico, quarto Nonas Aprilis, die Apr. 2
scilicet sabbati proxima ante mediam quadragesimam, migravit a seculo, gloriam mundi transitoriam pro celesti regno commutans, gleba corporis sui in ecclesia conventuali monasterii sui de Heyles, quod sumptibus suis a fundamentis exstruxerat, non ignobiliter collocata. . . . Consecratus est apostolice sedis electus magister Tyardus, *1272. Apr. 2.
de quo supra tetigimus, et sortitus cum nova celsitudine nomen novum et de Theobaldo vocatus est Gregorius decimus. . . . . . .

1273. . . . Quinto decimo die post idem festum sancti Michaelis[1] comes Radulfus de Halesberewe, dictus Ruphus, de provincia Alemannie, coronatus fuit in regem Romanorum apud Aquisgranum. . . . . . .

1274. . . . Eodem anno celebratum est concilium Lugdunense Kal. Maii, in quo concesse sunt decime omnium proventuum tam de temporalibus quam de spiritualibus in subsidium Terre Sancte per sex annos continuos, unde non modicum gravamen fuit universe christianitati et perturbatio. . . . . . .

1274. . . . Consequente primo die Maii cepit papa Gregorius decimus, evocatis tocius mundi prelatis, apud Lugdunum super Rodanum sollempne pariter et generale concilium celebrare. . . . . . .

1275. . . . Eodem anno 11. die Ianuarii[2] obiit Gregorius papa decimus; cui successit frater Petrus Tharentensis, quidam frater Predicatorum, vir magne literature[c], et vocatum est nomen eius Innocencius V. . . . . . .

1275. . . . Anno ipso post transacta nativitatis dominice sollempnia decimo die mensis Ianuarii Gregorius papa decimus pre- 1276.
senti seculo valedixit. . . . Circa principium quadragesime[3] electus est quidam frater de ordine fratrum Predicatorum, Petrus nomine, ad papatus celsitudinem, et assecuto munere consecrationis, mutato Petri nomine, cui successit in celsitudinem dignitatis apostolice, vocatus est Innocentius quintus.

1276. . . . Eodem anno circa festum sancti Botulfi[4] obiit Innocentius V; cui successit Octobonus, qui fuit legatus in Anglia, et vocatum est nomen eius Adrianus. Eodem

1276. . . . 11. Kal. Iulii obiit Innocentius papa quintus; electus est ad papatus celsitudinem dominus Octobonus, qui nunc ultimo, sicut supra tetigimus, in partibus Anglie

a) annis lucubri *c.* b) *sic c.* c) leter. *c.*

1) Potius Oct. 24. 2) A. 1276, Ian. 10. 3) A. 1276, Ian. 21. 4) Iun. 17. Obiit d. 22. Iunii.

Annales Oseneienses.

Aug. 10. anno circa festum sancti Laurentii[1] martiris obiit papa Adrianus; cui successit papa Iohannes vicesimus primus. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

legacionis officio fungebatur, et pristino nomine transmutato, vocatus est Adrianus; qui tandem, consecrationis munere non obtento, transitoriam mundi gloriam brevi perdidit intervallo; ipsum vero vite longioris spes infida fefellit, dum mors, parcere nescia, paucorum dierum labente curriculo, temporalis vite transitoriam sibi iocunditatem maturius quam credebatur adimeret. Quo defuncto, post modicum temporis fluxum ad eandem celsitudinem electus est quidam cardinalis dictus Hugo[2] Hispanus et de Hugone vocatus est Iohannes. . . . . . .

Annales Oseneienses.

1277. . . . Eodem anno in crastino sancti
Mai. 20. Dunstani obiit papa Iohannes XXI; post hunc vacabat ecclesia Romana usque ad festum
Nov. 25. sancte Katerine propter dissensionem cardinalium, et tunc nutu Dei electus fuit quidam cardinalis nomine Iohannes Gaytan, et vocatum est nomen eius Nicholaus tertius. . . . . .

Eodem anno in vigilia sancti Luce ewan-
Oct 17. geliste obiit Beatrix de Falkestan, regina Alemannie, uxor regis Ricardi, et sepulta est in ecclesia fratrum Minorum Oxonie ante maius altare; cuius anime propitietur Deus! . . .

Thomae de Wykes Chron.

1277. . . . Circa festum pentecostes[3] proximo sequens venerabilis papa Iohannes in presentis vite fallibilitate transitoria concipiendo fiduciam, cum competentem sibi cameram construisset[a], nihil sibi metuens, cum in eadem solitarius perstitisset, domus ipsa, de qua nichil timebatur, inopinate corruit et solum papam, qui in ea fuerat, subito conquassavit, quo transitoriam mundi gloriam planctuoso fine conclusit. Quo defuncto, modico temporis elabente curriculo, dominus Iohannes dictus Gagytanus apostolice celsitudinis dignitatem, ad quam desideriis sitibundis diutius aspiraverat, a fratribus concorditer electus, obtinuit et de Iohanne vocatus est Nicholaus. . . . . . .

Annales Oseneienses.

Aug. 15 1280. . . . Circa assumptionem beate Marie[4] obiit Nicholaus papa, inprovisa, ut dicebatur, morte preventus, qui ante papatum dicebatur Iohannes Gagitanus. . . . . . .

Thomae de Wykes Chron.

1280. . . . Circa assumptionem beate Marie obiit Nicholaus papa inprovisa morte, ut dicebatur, qui ante papatum dicebatur Iohannes Gagitanus. . . . . . .

Annales Oseneienses et Thomae de Wykes Chron.

1285.[b] In septimana pasche obiit[5] Nicholaus papa III[c]; electus est loco ipsius dominus Iacobus de Sabella, vir sapientissimus, set etate decrepitus; consecratus in festo sancte
Mai. 20. Trinitatis proximo sequenti et dictus est Honorius IV. . . . . . .

Apr. 3. 1287. . . . Eodem anno in septimana pasche obiit Honorius papa, vacante post mortem eius sede apostolica tempore diuturno, prout in sequentibus audietis. . . . Cum per frivolam et derisibilem inter cardinales discordiam, pro eo forsitan, quod singuli singillatim ad papatus celsitudinem aspirabant, iam fere per biennium vacasset sedes apostolica, tempore vacacionis interlabente, prevalente mortis incommodo, sic iminutus est numerus cardinalium, ut ad novenarium devenirent; ut saltem paucula grana remanerent in horreo, propter quod pendula nimirum sine capite catholica vacillabat ecclesia. Tandem vexacione dante intellectum, convenientes in Urbe sex cardinales — nam tres eorum, ut dicebatur, in
1288. Febr. legacionem missi fuerant —, saniora meditantes, votis pariter adunatis 15. die Februarii huius anni, scilicet 15. Kal. Martii, fratrem quendam de ordine fratrum Minorum nomine Ieronimum in patrem et pastorem universalis ecclesie concorditer elegerunt, virum, ut fertur, supereminentis litterature et sanctitatis eximie, quique disponente Domino in festo cathedre
Febr. 22. sancti Petri sollempniter consecratus, iam Petri successor effectus, eodem die in eadem cathedra, qua princeps apostolorum Petrus sedere promeruit, summo cum honore collocatus, mutato nomine[d] pristino, de Ieronimo vocatus est Nicholaus quartus. . . . . .[e]

a) *sic c.* b) *hinc codices congruunt.* c) secundus *Osen.* d) *deest Osen.* e) *anno* 1289. *desinit codex Thomae de Wykes.*

1) Aug. 18. 2) Immo Petrus. 3) Mai. 20. 4) Aug. 22. 5) Potius Martinus IV. obiit Mart. 28.

Annales Oseneienses.

1290. . . . Sexto Non. Iulii, scilicet dominica in crastino octavarum sancti Iohannis baptiste, ingenuus adolescens[1], filius et heres ducis Braybant[2], patre volente et presente, apud Westmonasterium serenissimi regis Anglorum filiam clarissimam nomine Beatricem[3] coniugali sibi federe copulavit, et facte sunt nupcie apud Westmonasterium et convivium incomparabile. . . . . . . Iul. 2.

Anno 1292. . . . Invaluit rumor per Angliam, quod dominus papa Nicholaus IV. fatale debitum carnis exsolvens, circa festum pasche, quod eo anno contigit sexto die Aprilis, papatus celsitudinem transitoriamque mundi gloriam celesti palatio commutavit. . . . . . .

1293. . . . Circa idem tempus venit in Angliam comes de Baro[4], vir magne nobilitatis et potentie, et habito tractatu cum rege Anglorum, subaravit filiam eius primogenitam[5], et dominica proxima ante festum sancti Micaelis, convocatis apud Bristolliam Anglie magnatibus, celebratoque splendidissimo convivio, celebrate sunt inter eos nupcie famosissime et solempnes[a]. . . . . . . Sept. 27

APPENDIX.

Nonnulla adiungere mihi libet, quae in codice Cottoniano *Caligula A. X, scilicet in chronica quadam a Bruto, rege Britonum conficto, usque ad annum* 1289. *producta, ex Baedae, Willelmi Malmesberiensis,* magistri Petri Pictaviensis cancellarii Parisiensis, Martini domini pape penitenciarii et capellani, Iohannis de Porta *libris compilata, aut saeculo XIII. exeunte aut XIV. ineunte exarata, inveni, ubi in prologo legitur:*

Nonnulla et interserui, que diebus istis novissimis acciderunt, sicut ex relatu virorum fide dignorum accepi necnon et oculis propriis contemplatus fui.

Ricardus rex Alemannice. Anno Domini 1256. Ricardus, filius Iohannis regis Anglie, comes Cornubie et frater Henrici quarti[6] regis Anglie, electus fuit in regem Alemannie, coronatus autem fuit apud Aquisgranum anno Domini 1257. Hic, sicut supra dictum est, anno Domini 1240. versus Terram Sanctam cum magna comitiva iter arripuit. Hic fundavit monasterium de Hayles anno Domini 1247. Hic fuit erga omnes mulieres cuiuscumque professionis seu conditionis luxuriosissimus, tesaurorum collector cupidissimus et avidissimus, pauperum oppressor violentissimus. Hic fundavit item monasterium de Burnham[7]. Hic obiit anno Domini 1271. . . . . . . f 60.

De decollatione sagittariorum in Waldia ante bellum de Lewes. Anno Domini 1264, feria sexta, videlicet in vigilia invencionis sancte crucis[8], circa horam 6. decollati fuerunt 300 sagittarii[9] et 15 in Waldia in parochia sancte Marie de Tichesherst[10] in loco qui appellatur Flemenewelle coram rege Henrico quarto, qui omnes, dolose vocati ad pacem regis per consilium Ricardi regis Alemannie, predictam mortem incurrerunt. . . . Mai. 2.

a) *quae a.* 1293 – 1347. *sequuntur alia manu s. XIV. med. e Ranulfo de Hygden addita sunt.*

1) Iohannes. 2) Iohannis. 3) Minime, sed Margaretam. 4) Henricus. 5) Eleonoram. 6) V. Ann. Oseneienses a. 1235. 7) De Burnham, abbatia monacharum Augustinensium in comitatu Buckinghamensi a Ricardo rege condita; v. eius diploma, dat. apud Cippeham 18. April., indict. nona, a. D. 1266, *regni vero nostri anno nono,* in Monast. Anglic. VI, p. 546. 8) Die 14. Maii proelium Lewense commissum est. 9) V. Chron. Thomae de Wykes a. 1264. ed. Luard p. 147: *Veruntamen provincias Surreie et Cantie montuosas exercitus regius libere transire non potuit, dum Wallenses sagittarii* etc. 10) Ticehurst in com. Sussex ad confinium Cantii.

EX ANNALIBUS DUNSTAPLENSIBUS.

Prioratus Dunstaplensis in comitatu Bedfordensi tempore regis Henrici I. conditus, sancto Petro dedicatus, canonicis Augustinianis commissus fuit. Saepe reges Angliae in itinere ibi quieverunt. Annales ibidem compositi, a Christo nato usque ad a. 1297. *ineuntem producti, extant in codice autographo Cottoniano Tiberius A. X. in* 89 *foliis, usque ad fol.* 66 *duabus columnis, deinde una tantum exarato, a.* 1731. *igne quidem multum adusto, sed iam antea a v. d. H. Wanley transcripto, cuius exemplar inter codices Harleianos nr.* 4886. *Thomas Hearnius a.* 1733. *Oxoniae accuratissime excudi fecit. Annales eosdem recensuit iterum ac de eis optime disseruit v. d. H. R. Luard inter Annales Monasticos in serie Magistri Rotulorum editos Vol. III. a.* 1866. *Nuperrime autographum denuo ipse evolvi et quaecumque in finem nostrum spectare videbantur cum recensione Luardiana contuli.*

Prior Ricardus de Morins, vir strenuus atque in regno et ecclesia aeque nominatus, qui domui suae ab a. 1202. *usque ad diem mortis* 9. *April. a.* 1242. *instantem praefuit, ut satis constat, annales hosce ex Radulfi de Diceto Ymaginibus Historiarum usque ad a.* 1201. *breves excerpsit indeque, sicut ipse dicit,* usque ad octavum annum nostrum, *i. e.* 1210. *produxit, ubi prima manus cessavit (cf. p.* 3. 158. *ed. Luard). Postea scripserunt alii, ut apparet, plerumque rebus gestis coaetanei*[1] *et simili studio ac auctor primus commoti usque ad a.* 1297. *ineuntem. Nonnulla quae ad fratres Dunstaplenses attinent etiam saeculis XIV. et XV. vel marginibus libri vel paginis quibusdam vacuis inserta sunt. Annales praecipue res monasterii, ecclesiae, regni Anglorum accurate referunt, crebro tamen etiam attingunt quae canonici Augustiniani suo tempore de imperio et sacerdotio vehementer concussis cognoverunt. Itaque multos locos excerpendos invenimus. Notandum vero, quod iam multos ante annos monui, auctorem, qui primus post Ricardum priorem Iohanne regnante annales continuavit, ita errasse, ut omnia non suo, sed praecedenti singula anno ascriberet; cf. 'Geschichte von England' III, p.* 369, *n.* 4. *R. P.*

1207. . . . Monachi Sancte Trinitatis Cantuarie missi sunt in exilium[2] et in Flandria et Francia honorifice sunt suscepti. . . . . . .

1209. . . . Eodem anno Otto[3], filius ducis Saxonie, venit in Angliam; qui postmodum
Oct. 4. eodem anno, quarto Nonas Octobris apud Romam factus est imperator, qui eadem ebdomada gravem guerram movit domino pape. . . . . . .

1209. 1210. . . . Eodem anno rex Otto fit imperator per Innocentium papam. . . . . . .

1213. 1211. . . . Et tunc mense Martio venerunt ad regem in Angliam Henricus, frater im-
1212. peratoris Otonis[4], et comes de Hotlande[5] et comes Bolonie[6]. . . . Eodem anno Otto imperator miserabiliter fugatus est a Frederico rege Sicilie[7]. . . . . . .

1213 1212. . . . Iterum idem rex[8] navalem exercitum fecit de mille trecentis navibus, in quibus duces fuerunt comes Salesburie[9], comes Bolonie cum multis baronibus; qui iuxta

1) Cf. infra a. 1294: *qui modo vocatur Bonefacius VIII.* 2) A rege Iohanne. 3) Potius a. 1207; a. 1209. Ottonis frater maior natu Henricus comes palatinus in Angliam venit; cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 152. 4) De Henrico comite palatino cum sociis minime hoc anno, sed anno 1213. ineunte in Angliam profecto cf. Winkelmann p. 357, n. 3. 5) Wilhelmus I. comes Frisiae et Hollandiae a. 1203—1222. 6) Reginaldus de Dammartin. 7) Immo regem iuvenem Fridericum a. 1212. fugavit. 8) Angliae Iohannes. 9) Willelmus Longa-spata.

Flandriam apud Dam insecuti naves regis Francie, ceperunt ex eis circiter trecentas naves 1213 cum victualibus et ferramentis multis; sed qui in navibus fuerunt aufugerunt. Comes vero Bolonie terram Flandrie cum multis Flandrensibus adiit; ubi cum Francigenis congressus, fere suos omnes perdidit, et ipse cum paucis vix evasit[1]. . . . Interim rex Francie cepit totam Flandriam, et comes Flandrie[2] cum comite Bolonie diverterunt ad comitem de Hotland[3]. Qui tres simul associati, recedente rege Francie, posteriores exercitus sui graviter leserunt et totam Flandriam usque ad Sanctum Audomarum recuperaverunt mense Iunio. . . . Interim misit rex[4] archiepiscopis et episcopis et monachis in Flandriam octo milia marcarum in preparationem adventus sui. . . . Eodem anno dux Lovanie[5], gener regis Francie, uxorem suam[6] regi patri remisit et confederatus est cum rege Anglie una cum episcopo Legionensi[7] et comitibus Flandrie et Bononie. Qui comes Flandrie veniens in Angliam[8], fecit homagium regi Anglie de tota Flandria, reddendo ei annuatim mille libras Artenien- 1214. sium. . . . . . .

1213. . . . Eodem anno mense Augusti congressus est rex Francie iuxta Cambrey cum 1214. Iul. 27. Otone quondam imperatore tunc excommunicato[a] die dominico; quo die facta est magna strages utriusque partis. Et tunc rex Francie cepit comitem Flandrie et comitem Salesbirie et comitem Bolonie et filium Rogeri Bighot et comitem Wilkinum de Hotlonde[9] cum trecentis militibus; et superveniente nocte terminatum est bellum. . . . . . .

Anno 1215. celebratum est concilium Lateranis, quod incoavit in crastino omnium Nov. 2. sanctorum et solutum est in crastino sancti Andree, sub domino Innocentio papa tertio; cui Dec. 1. interfuerunt patriarcha Constantinopolitanus[10], Ierosolimitanus[11], Aculegensis[12], Venetianus[13]; et Alexandrinus[14] fratrem suum[15] procuratorem destinavit. Interfuerunt etiam quadringenti episcopi et octingenti abbates et priores; et inter ceteros Ricardus prior Donstaplie interfuit; et rediens, Parisius in scolis theologie eodem anno integro remansit. Sed alii redeuntes insidias vix evaserunt; quidam etiam intercepti sunt, alii apud Redecofne[16] gravem redempcionem subierunt. . . . . . .

1218. . . . Quo anno Otto imperator Alemannie obiit, imperialibus signis in custodia fratris sui[17] relictis; cui successit Fredericus, filius Henrici imperatoris. . . . . . .

1219. . . . Eodem anno obsessa est civitas Damiete ab exercitu christiano, scilicet duobus cardinalibus Romanis[18] et rege Iherosolimitano[19] et rege Ungarie[20] et duce de Ostriz[21] et civibus Romanis et aliis circumquaque fluentibus. . . . . . .

1223. . . . Factus est terremotus mangnus diversis locis in Italia et Apulia, ita quod 1222. civitas Brissiensis demollita est. In qua pleraque milia hominum sub muris et palatiis perierunt, alii autem fugientes novam civitatem iuxta situm veteris fundaverunt. Venetiis autem adeo terra tremuit, quod ecclesiarum campane ex solo terre motu tamquam hominum tractu sonuerunt. In quadragesima etiam Rome quadam die ab hora prima usque ad sextam 1223. pluit aer pulverem rubeum; ita quod itinerantes viderunt singuli cappas suas subrubeas et celum quasi sanguineum conspexerunt. . . . Eodem anno rex Ierosolimitanus venit in Apuliam, et provisum fuit eius consilio, ut fieret concilium generale apud Veronam, ad quod vocati sunt senescalli omnium regum christianorum. Verumtamen, quia nec papa nec imperator interfuit, dilatum et translatum est dictum concilium in Campaniam Apulie. Cui interfuerunt summus pontifex et imperator et rex prefatus, qui dedit filiam suam[22] dicto imperatori, scilicet Federico, in uxorem. Et ibidem prolocuti sunt de transitu cruce singnatorum et singnandorum in Terram Sanctam, cum treuge defecerint, que capte fuerunt apud Damiatham. Inde vero divertit imperator subiugando sibi rebelles[a] Sicilie. Rex vero Ierosolimitanus profectus est Romam; cui papa contulit donaria multa et pro expeditione Terre Sancte plura promisit. Inde profectus est in Franciam. . . . . . .

a) et *add* c.

1) A. 1213, Iun. 1; cf. SS. XXVI, p. 709. 2) Ferrandus Portugalensis. 3) Willelmum. 4) Angliae Iohannes, poenitentiam cleri expulsi agens. 5) Henricus I. dux Brabantiae a. 1186—1235. 6) Mariam, Philippi Augusti et Agnetis Meranensis filiam, quam dux a. 1213. uxorem duxit. 7) Leodiensi Hugone II. 8) Cf. 'Gesch. v. England' III, p. 391, n. 4; Winkelmann p. 365. 9) De hoc erravit annalista; cf. Winkelmann p. 507, n. 2. 10) Gervasius. 11) Radulfus. 12) Wolfgerus. 13) Angelus. 14) Nicolaus. 15) *diaconum* addunt Albricus, alii. 16) Radicofani. 17) Henrici comitis palatini. 18) Pelagio et Roberto de Courçon. 19) Iohanne. 20) Andrea. 21) Leopoldo VI. 22) Isabellam; cf. Ficker, Reg. Imp. V. 1, nr. 1454 a.

1225. . . . Eodem anno miles quidam simulans se comitem Baldewinum, qui quondam imperator Grecie fuerat constitutus, a multis in Flandria receptus est in dominum. Et per multa argumenta intersignorum et cicatricum corporis pro vero domino fere ab omnibus est approbatus, et quingentis militibus stipatus, ita dominabatur in Flandria, quod comitissa filia sua[1], que noluit eum in patrem agnoscere, non potuit ei resistere, sed compulsa ad regem Francie confugere, pro multa pecunia ei data eius auxilium habitura. Unde rex mandavit dicto comiti, quod ad eum accederet, tamquam avunculus ad nepotem, omnimodum honorem recepturus, si verba sua condigna assercione probaret; et si forte timeret Parisius accedere, saltim ad marchiam communem regi occurrere non tardaret. Quo[2] cum venisset et minus efficaciter regi fidem de persona sua faceret, metuens capi, unius noctis spacium ad deliberandum petiit; quo ei concesso, media nocte sequente aufugit. Mense vero sequenti in marchia Teutonie interceptus est et multis tormentis cruciatus et in maioribus burgis Flandrie in eculeo extensus est, et duo canes hinc inde suspensi. Tandem vero de nocte ad mandatum comitisse capite truncatus occubuit. Populares tamen usque hodie credunt, ipsum verum comitem fuisse Baldewinum et per invidiam filie fuisse occisum; unde multa miracula in locis sue passionis postmodum acciderunt[3]. . . . . . .

Nov 7. Eodem anno archiepiscopus Coloniensis[4], imperatoris iusticiarius, interfectus a quodam consanguineo suo et vassallo[5] in insidiis, quia archiepiscopus dimittere noluit satellites illius militis, qui quoddam monasterium[6] fuerunt depredati. Eodem anno, cum rex Dacie[7] ducem Saxonie in bello cepisset, et partem terre sue pro liberatione sua ei dedisset et de
1202. parte residua ei homagium fecisset, rex ille quievit in Domino. Cui filius suus[8], miles etatis adolescentis[a], volens sibi baronum suorum gratiam comparare, solempne festum celebravit. Ad quod archiepiscopos et episcopos, comites, magnates et nobiles et ducem nominatum[9] inter ceteros invitavit et pre omnibus in convivio ei honorem exhibuit. Festo vero finito, volens tantam multitudinem declinare, assumpto secum duce prefato, in quandam insulam[10] divertit navigio galearum, ubi preter pocula patrie tantum unum vini dolium invenit. Rex vero tanto magis duci inebriando intendebat, quanto paucioribus intendere habebat. Dum vero ipsum inebriare nitebatur, ipsemet inebriatus est et multi de familia sua cum eo. Unde factum est, ut, dum ipse et sui crapulati a vino sopirentur, dux cum familia sua galeas regis mari submersit et vigilem regis interfecit et regem dormientem,
1223. pannis propriis involutum, in galeas suas iniectum in provinciam suam propriam asportavit. Quo comperto et per magnates regni congregato concilio, quidam miles strenuus, consanguineus regis et heres[11], factus est dux exercitus omnium amicorum regis. Qui terram dicti ducis invasit et tum rerum depredatione, tum villarum incendiis, tum castrorum occupatione duci dampna intulit infinita. Dux autem quandam arcem[12] inexpugnabilem habebat, in qua cum rege furato residebat. Et licet de corpore suo sibi non timeret, rerum tamen dampna non patiens, obtulit primatibus regis, si vellent cum exercitu in Daciam remeare, ipse reduceret eis regem eorum cum magno honore. Et iuravit, quod statim regem eorum interficeret, si hoc facere recusarent. Et tunc omnis exercitus rogavit ducem Dacie, quod cum conditione premissa ad propria remearet. Dux autem ad hec respondit: 'Quamvis sciam, quod animo fallendi hec proferat, tamen, ne videar magis regnum quam vitam eius diligere, faciam quod hortamini'. Et sic exercitu redeunte, et duce veritatem prophetante, delusa fuit simplicitas popularis. . . . . . .

1226. . . . Rex[13] autem cum legato[14], clero et populo Provinciam ingressus, obsedit civitatem de Avinun. Alii vero de Valle et Carcasun et de Nerbona et de Bedes[15] et de Monte-Pessolano et de Marsilia et de Sancto Egidio et populi interiacentes mandatum legati iuraverunt. Et sic ad communionem sunt et officium restituti. Civitas vero obsessa

a) succedens *vel simile aliquid supplendum videtur*.

1) Iohanna, Ferrandi uxor. 2) Peronae 30. Mai. a. 1225; v. Chron. Turon., SS. XXVI, p. 470. 3) V. similia apud Matth. Paris. Chronica Maiora III, p. 90; cf. Chron. reg. Colon. p. 255; Alb. Staden. a. 1228, SS. XVI, p. 358. 4) V. Ficker, 'Engelbert d. heilige' p. 161 sqq. 5) Friderico comite de Isenburg. 6) Asnidense. 7) Canutus VI. potius Adolfum III comitem Holtsatiae a. 1201. ex. cepit; v. Arnold. Lubec. VI, 14; cf. Usinger, 'Deutsch-dänische Geschichten' p. 101 sqq. 8) Immo frater Waldemarus II. Res valde turbatae sunt. 9) Minime, sed Henricum comitem Suerinensem. 10) *In insula Lynthe* (Lyoe) ad litus australe Fioniae; v. Ann. Ryenses, SS. XVI, p. 406. 11) Albertus de Orlamünde, sed non haeres regis. 12) Castrum Dannenberg. 13) Ludovicus VIII. 14) Romano card. diac. S. Angeli. 15) Beziers.

et multis angustiis oppressa, aliquando mulieres cum pueris nudas usque ad cingulum, aliquando senes et canos ad regem emiserunt, talem misericordiam postulantes, ut, omnibus relictis, nudi abire sinerentur. Sed non exauditi, in castra redeuntes, tam diu se deffenderunt, donec dominus papa mandavit legato, ut, salvis personis et rebus, reciperet civitatem suam, ita tamen, quod universitas de parendo mandatis pape iuraret. Quo facto, admissa est in proteccionem ecclesie, hoc excepto, quod muri civitatis destruerentur et 40 palacia meliora; et si fuerint inventi male credentes, aut catholice doctrine adquiescerent aut[a] sicut heretici punirentur. Et sic cessavit. Rex autem Francie, relicto ibi Philippo fratre suo ad diruendum muros, in Franciam tetendit. Quo per quatuor dietas abeunte, dictus comes Remundus cum viribus suis venit Avinonam et excercitum Philippi destruxit et ipsum Philippum cepit graviter vulneratum. Rex autem, hoc audito, cepit excercitum revocare, sed, sive angustia turbatus sive veneno potatus, ut quidam opinantur, in Alvernia diem clausit extremum; et cum eo archiepiscopus Remensis[1] et comes de Sancto Paulo[2] et multi alii principes et insignes; et preter hec de excercitu quidam gladio, quidam aeris intemperie, circiter 30 milia perierunt. . . . . .

1227. . . . Eodem anno, cum Phedericus imperator simulasset se velle transire in Terram Sanctam, Angli et Franci et alie multarum gencium nationes, cruce signati, in Apulia et in portubus marinis tam diu moram fecerunt, quod, bonis omnibus defraudati, in miseria perierunt circiter triginta milia, et alii ad propria remeantes vix evaserunt. Pro hoc autem peccato et aliis excessibus excommunicatus est imperator et per omnes regiones fidelium denuntiatus. Imperator vero econtra litteras excusatorias[3] per omnes provincias destinavit. Sed Deus non irridetur.

1228. . . . Eodem anno papa Gregorius nonus Fredericum imperatorem Romanum solempniter excommunicavit, quia non solum Ierosolimitanum, sed etiam populum christianum illuc tendentem dolose decepit et votum peregrinationis sue fregit, ita quod per eius dolum quadraginta milia christianorum et amplius decesserunt. Idem autem excommunicatus populum Romanum adeo corrupit et in favorem suum illexit, quod dictus papa coactus est Urbem exire et Perusium proficisci. Interea defuncta imperatrice, assumpsit sibi imperator in concubinam sororem soldani Babilonie[4], et postmodum versus Ierosolimam transfretavit. . . . . .

Anno gratie 1229. papa Gregorius absolvit tenentes imperii ab homagio et fidelitate Federici, tum quia transfretare Ierosolimam noluit, ut iuravit, tum pro crudelitate, quam exercuit circa Templarios et Hospitelarios[b] eorum personas puniendo et eorum bona auferendo. Ipse vero post intervallum cum quadraginta galeis, ut iuramentum servare videretur, [navigavit[c]]. Sed postquam venit Acram, pro excommunicato se gessit, sed nec ipse guerram movit nec alios movere permisit. Deinde mandavit pape, ut ipsum absolveret. Papa vero respondit, se hoc facere non debere, nisi primo satisfaceret Templariis et Hospitelariis et aliorum iniuriis sibi obiectis. Nuntii vero in recessu suo ob hanc repulsam statim moverunt guerram pape, castra et burgos ipsius ardentes et depredantes. Papa vero, collectis viribus, fecit insultum in eos et expulit eos de finibus suis per dominum Iohannem de Columpna, apostolice sedis cardinalem[5] et legatum, et per dominum Iohannem quondam regem Ierusalem, marscallum exercitus sui, et per quendam comitem Apulie nomine Thomam[6]. Lumbardi autem concesserunt pape in auxilium mille milites per annum unum; et alii amici sui secundum affectionem quam erga eum habuerunt auxilium ei prestiterunt; unde Gallicana ecclesia concessit ei decimam reddituum et proventuum suorum, quam prius concesserant regi Francie contra Albigenses. . . . . . .

Eodem anno archiepiscopus Luddunensis[7] rediens a Parisius et legato[8] captus fuit a comite Campanie[9] cum multis nobilibus; qui post gravissimam redempcionem liberatus est per legatum. . . . . .

a) aud *c.* b) *ita c.* c) *deest c., supplevit ed. Hearn.*

1) Willelmus. 2) Guido II. 3) Quas Rogerus de Wendover exhibet. 4) V. eundem rumorem in epistola, quam Henricus dux Lotharingiae (Henricus IV. Limburgae) Henrico III. regi Angliae direxit: *intelleximus, quod dominus imperator filiam soldani Babilonis cum quinquaginta nobilibus domicellabus duxit in uxorem, et totam terram, quam unquam christiani habebant, dicto domino nostro imperatori restituit;* ap. Shirley, 'Royal and Historical Letters' I, p. 343. 5) Presb. S. Praxedis. 6) De Celano. 7) Robertus. 8) Romano card. diac. S. Angeli. 9) Theobaldo.

1229. Eodem anno Bononia cum amicis suis obsedit castrum de Bazaham[1] in episcopatu Mutinensi, Mutina tamen presente et resistente cum omnibus amicis suis. Et cum cepisset castrum et destruxisset illud, misit inde Bononiam magnam aciem militum suorum cum captivis illuc ducendis. Quibus abeuntibus, Mutinenses et sui, pre nimio dolore quasi furiosi, invaserunt exercitum Bononie, fluvium[2], qui dividebat exercitus, transvadantes. Et facta est strages magna, et ceciderunt multi ex utraque parte, et plerique capti hinc inde. Nocte vero superveniente divisum est bellum. Bononienses vero eadem nocte retraxerunt carogium, ne forte ab hostibus furtive caperetur. Plebei vero hoc consilium ignorantes, relictis tentoriis, Bononiam redierunt. Mane vero facto, cum misissent circiter ducentos armatos ad sarcinas colligendas[a] et mortuos suos sepeliendos, supervenerunt hostes et ceperunt universos et currus et victualia eorum et spolia et duxerunt Mutinam et Cremonam. Processu vero temporis episcopi Bononiensis[3] et Mutinensis[4] cum quibusdam aliis ceperunt treugas inter partes, maxime metu Federici imperatoris de transmarinis partibus redeuntis. Et ideo sumpte sunt treuge usque ad octo annos sequentes.

Eodem anno facte sunt treuge inter Federicum imperatorem et soldanum Babilonie usque ad decem annos sequentes, ita quod civitas Ierusalem cum suburbiis et pertinenciis suis restituta est nobis et via libera usque ad fluvium Iordanis et multa castra et caselle, ita quidem, quod intra treugas licebit nobis inforciare civitates et castra nostra, paganis vero nequaquam. His treugis non consenserunt Templarii nec comes Tripolitanus[5]. Et propter hoc orta fuit dissentio inter imperatorem et Templarios, unde graviter persecutus est eos. Deinde rediens in Siciliam, deinde in Apuliam, infra paucos menses recuperavit terram suam, quam exercitus pape occupaverat eo absente. Postea vero sumpte sunt treuge inter eos sub spe pacis habende.

Eodem anno post recessum imperatoris a Syria orte sunt ibi multe dissentiones. Nam soldanus Babilonie obsedit Damascum et cepit eam, ita quod soldanus Damasci vix aufugit. Postea soldanus victor movit guerram comiti Tripolitano et aliis exceptis a prioribus treugis. Preterea mota est guerra inter Veterem de Montanis et principem sibi vicinum. . . . . . .

1230. . . . Eodem anno applicuit in Anglia dux Saxonie[6], qui moram fecit Londonie usque ad reditum regis; a quo multis muneribus honoratus, in suam rediit regionem.

Eodem anno facta est concordia inter Gregorium papam et Federicum imperatorem post infinita dampna utrique ab altero illata. . . . . . .

1231. . . . Eodem anno Petrus episcopus Wintoniensis reversus est a partibus Ierosolimitanis, ubi adeo se strenue habuit, quod tam apud Romanam ecclesiam quam apud Fredericum imperatorem gratiam promeruit et favorem. Et cum essent adinvicem adversarii, inter eos esse meruit mediator et quasi lapis inter parietes oppositos angularis. Cuius auxilio precipuo reparata est civitas Ascalona, et tam castrum Iope quam castrum Sagitte[7] viribus pristinis restituta. . . . . . .

Eodem anno Cincius Romanus et alii Romani plerique capti sunt[8] et post aliquot menses liberati. Nuntii etiam domini pape literas eius portantes capti sunt, et uno eorum interfecto, alii vulnerati abierunt. . . . . . .

1233. . . . Eodem anno Federicus imperator concessit Lombardis omnes libertates, quas habuerunt tempore Federici avi sui, et quod Lombardiam non intrabit ipse vel filius eius nisi cum centum militibus ad plus. Ipsi vero pro hoc restituerunt ei omnia castra regalia que de suo habebant et promiserunt trecentos milites ei ad sumptus suos per triennium in Terra Sancta. Et sic pax inter eos est facta[9].

Eodem anno Iohannes, quondam rex Ierusalem, applicuit apud Duracium et vi obtinuit locum. Inde profectus Constantinopolim, pacifice susceptus est in imperatorem; cui papa Gregorius nonus in novitate sua egenti de thesauro ecclesie auxilium ministravit. . . . . . .

Obiit Ferandus comes Flandrie. . . . . . .

a) collig c.

1) Bazanum, Bazzano; cf. Ann. Placent. a. 1228. 1229, SS. XVIII, p. 444 sqq. 2) Scoltene, Ann. Placent. p. 447, hodie Samoggia. 3) Henricus. 4) Willelmus Sabaudiensis. 5) Boemundus IV. 6) Otto Puer, dux Luneburgensis, de cuius adventu in Angliam v. 'Gesch. v. England' III, p. 620, n. 3. 7) Sidon. 8) Ab Anglis in praebendarios Italos iratis. 9) V. quae Gregorius IX. Frederico imperatori scripsit Non. Iunii LL. II, p. 299.

Eodem anno quidam frater Predicatorum nomine Iohannes de Vicencia apud Boloniam miracula multa operatus est, sanans omnem languorem; etiam mortuos dicitur suscitasse, volucres silvestres et volantes ad manum suam descendisse, flumen super capam suam transisse et verbum Dei cum multa efficacia predicasse. . . . . . .

1235. . . . Eodem anno facta est predicacio crucis generaliter per Angliam. Set per imperatorem prorogate sunt treuge per quadriennium.

Eodem anno dominus papa et imperator communi consilio per marscallos suos et 1234.
exercitum suum obsederunt civitatem Romanam, sed a remotis. Unde civibus exeuntibus versus Bitervium, et adversariis eis obviantibus[a], multi interfecti sunt ex utraque parte, ita quod duo comites Theutonici[1] et alii nobiles occisi sunt, et preter multitudinem civium interfectam plerique cives capti sunt et in carcerem domini pape detrusi. In cuius auxilium Petrus Wintoniensis episcopus grandem exercitum de militibus et balastariis usque ad Perusium perduxit. Tandem Romani necessitate ducti cum domino papa composuerunt de 1235.
dampnis resarciendis ecclesie, cautionem idoneam prestantes.

Eodem anno Fredericus imperator Alemannie duxit in uxorem Ysabellam, filiam Iohannis regis Anglie, accipiens pro dote triginta milia marcarum[2]. Pro quibus petitum et concessum fuit generale scutagium duarum marcarum per totam Angliam, non solum de feodis habitis in capite de rege, sed etiam de aliis cultis. Domus etiam religiose tam de fundatione regis quam alie ad hoc suum auxilium prestiterunt. Dictus autem imperator consilium et auxilium in adquisitione et defensione iuris sui regi Henrico promisit. . . . . . .

1236. . . . Eodem anno Eliensis[3] et Herfordensis[4] episcopi, procuratores et nuncii regis Anglie, duxerunt ei in uxorem Ysabel[5], filiam comitis Provincie[6], cum promisso 10 milium marcarum nomine dotis. . . . . . .

Anno gratie 1237. venit electus Valencie[7], avunculus regine nostre, in Angliam et factus est consiliarius regis principalis. . . . Idem etiam electus procuravit, quod frater suus[8], qui fuit et frater comitis de valle Moriana[9], duxit in uxorem comitissam Flandrie[10]; et sic factus est comes Flandrie. . . . . . .

Anno gratie 1239. Gregorius papa nonus excommunicavit Fredericum imperatorem, et proinde crevit werra inter eum et Lumbardos. . . . . . .

Eodem anno mortuus est electus Valentinus[7]. . . . Eodem anno profecti sunt in Terram Sanctam . . . comes Barrensis[11] et multi alii, quorum numerus est ignotus. Sed antequam pervenirent ad metam, deficientibus treugis, et metu fugientibus christianis, pagani sine contradictione intraverunt Ierosolimam, solo Ricardo de Argentem in turri David cum viginti militibus remanente. Quem cum vellent capere, supervenit nuncius imperatoris cum litteris precatoriis de treuga proroganda. Quibus auditis, pagani eos in pace dimiserunt. . . . . . .

1240. . . . Eodem anno in festo sancte Trinitatis comes Ricardus, frater regis, pro- Iun. 10.
fectus est Ierosolimam. . . . Qui fecit moram in Francia, donec imperatorem consuleret. . . . . . .

Eodem anno imperator Federicus filium suum[12], quem genuit de filia Iohannis regis 1237.
Ierusalem, fecit regem Allemanie; cui sumpsit uxorem filiam regis Dacie[13], ut facilius posset optinere regnum Anglie. Alterum vero filium[14], qui prius fuerat rex Almanie et pro regina habuit filiam ducis Austrie[15], quem longo tempore habuit in carcere, fecit regem Arelatensem[16]. Et scripsit comiti Tholosano[17] et Dalfino Alverne comiti[18], quod ei tribuerent auxilium et solamen. Comes autem Provincie, pater reginarum Anglie et Francie, movit 1239.
ei guerram et civitatem Arelatensem violenter intravit. Quod comes Tholosanus audiens, civitatem, in qua fuit comes Provincie, cum multa virtute obsedit. Hiis ita peractis, imperator divertens a Lumbardia et profectus versus Romam, cepit castrum Montis-Fasconis et 1240.
civitatem Bitervie cum castris et villis circumiacentibus. Sed ad preces senatoris et populi Romani pepercit Sutrine civitati. Et inde profectus in Apuliam, cepit castrum de Monte-

a) clamantibus *edd.*

1) Gaufridus (vel Conradus) de Vaihingen tunc cecidit; cf. Winkelmann p. 453. 2) V. Rymer, Foedera I, p. 223; LL. II, p. 309; cf. 'Gesch. v. England' III, p. 618. 3) Hugo. 4) Radulfus. 5) Potius Eleonoram. 6) Raimundi Berengarii IV. 7) Willelmus. 8) Thomas. 9) Amadei III. de Sabaudia. 10) Iohannam. 11) Henricus II. 12) Conradum IV. 13) Minime, sed a. 1246. Elisabetham, Ottonis ducis Bavariae filiam. 14) Henricum VII. 15) Margaretam, filiam Leopoldi VI. 16) V. de hoc errore Reg. Imp. V, p. 795. 17) Raimundo VII. 18) Wilhelmo Dalfino I, comiti Clari-montis et Montis-ferrati.

1240. Cassino et civitatem Beneventanam[1]. Summus autem pontifex, talibus et tantis angustiis circumseptus, timens, ne imperator civitatem Romanam, in qua multos fauctores habuit, violenter invaderet, de sancta sanctorum sancta capita apostolorum cum ieiunio, fletu et planctu assumpsit et cum solempni processione ad ecclesiam sancti Petri profectus, populo publice predicavit, dicens: 'Hec est ecclesia, et hee sunt reliquie Romanorum, quas usque ad mortem tueri[a] debetis, quas protectioni Dei et vestre committimus. Ego autem non fugio, sed hic misericordiam Dei expecto[2]'. Romani autem tunc, hiis et aliis moti, universi crucem assumpserunt et, quod Romanam ecclesiam tamquam matrem suam usque ad mortem defenderent, firmiter promiserunt. Dum autem hec agerentur, patriarcha Ierosolimitanus[3] et episcopus Dunensis[4] inter papam et imperatorem de pace tractaverunt, sed non profecerunt. Hinc est, quod papa ad subsidium Romane ecclesie fecit taylagium per omnes ecclesias provinciarum, ita quod archiepiscopi et episcopi et maiores abbates et priores pro se singulariter promiserunt. . . . Et dum hec agerentur, mediante Iohanne de Columpna cardinali et quibusdam aliis, prolocuta pax inter ecclesiam et imperium. Et ut prolocucio maiorem sortiretur effectum, convocatum est concilium Rome, ad quod convenirent procuratores principum secularium et ecclesie prelatorum. Ad quod etiam profectus est Otto[5], legatus Anglie. . . . . . .

Eodem anno Helias, summus minister fratrum Minorum, in generali capitulo Rome celebrato depositus est, papa approbante; qui per apostasiam transtulit se ad imperatorem, tunc hostem ecclesie, et ideo tamquam scismaticus condempnatur.

Eodem anno tam monasteria quam ecclesie solverunt tallagium summo pontifici per Angliam, Hiberniam et Scotiam. Et nos inter alios tunc solvimus viginti marcas pape et pro hospitio legati quatuor marcas in recessu suo. Qui cito postea cum legato Francie[6] et cum archiepiscopo Rotomagensi, natione Romano[7], et cum abbatibus multis tendentibus 1241. ad concilium Rome celebrandum captus est et omnibus bonis spoliatus, per imperatorem incarceratus.

1241. . . . Consecratus est . . . Petrus de Akelblanche[8] in episcopum Herfordensem. . . . Cantuarienses . . . monachi . . . quendam Bonifacium, regine consanguineum[9], in archiepiscopum postularunt; pro quo Romam duos monachos transmiserunt cum nuntiis domini regis; set monachis in itinere captis, nuntii regales evaserunt. . . . . .

1243. . . . Comes Ricardus sororem[10] regine desponsavit infra octabas sancti Martini apud Cantuariam. . . . . . .

Eodem anno Senobaldus . .[b] cardinalis creatus est papa, die sancti Laurencii[11] consecratus, vocatus Innocencius quartus, pace nondum formata inter ecclesiam Romanam et imperatorem. . . . . . .

Nov. 14. In crastino sancti Bricii applicuit comitissa Provencie[12], mater regine, cum filia sua iuniore[13], pro qua vocavit rex, sicut in adventu suo, omnes magnates Anglie, ut ei amplius, si possent, quam regi munera darent et honores inpenderent. Que nichil voluit accipere 1244. Febr. 2. nisi a rege et a comite Ricardo. Et sic circa purificationem ab Anglia recessit; et in recessu nunciata est ei mors viri sui[14]. . . . . . .

Aug. 1. 1244. . . . Eodem anno in festo sancti Petri ad Vincula fuit dominus rex apud Novumcastrum super Tynam[15] cum omni excercitu suo et cum comite Flandrie[16], qui venerat cum quater viginti militibus ei in subsidium contra regem Schocie[17]. . . . . . .

Nov. 30. Eodem anno circa festum sancti Andree venit papa Innocencius quartus per multas tribulationes apud civitatem Leonas auxilio Baldewini de Sauveye, qui fuit electus in archiepiscopum illius civitatis; quem statim cassavit. Et confluxit ad ipsum multitudo regionum cismontanorum. . . . . . .

1245. . . . Eodem tempore et anno dominus papa celebravit concilium Lugdunense et petiit auxilium Terre Sancte et regi Constantinopolitano, scilicet de quolibet beneficiato

a) tuere *c.* b) *lacuna in codice, quae, ut videtur, nomine* de Flisco *(Fiesco) explenda est.*

1) Cf. Ryc. de S. Germano a. 1240, SS. XIX, p. 379. 2) Cf. Ann. Placent. a. 1240, SS. XVIII, p. 483. 3) Guido episcopus Namnetensis. 4) Num Thomas de Down in Hibernia dicatur, dubitatur. 5) Diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. 6) Iacobo Peccoria, episcopo cardinali Praenestino. 7) Petro de Colle-medio. 8) Aigueblanche ad Isère fl. 9) Fratrem Amadei III. comitis Sabaudiae. 10) Sanchiam. 11) Minime, sed 28. aut 29. Iun. Fuit autem Sinibaldus cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina. 12) Beatrix. 13) Sanchia. 14) Raimundi Berengarii IV. 15) Newcastle. 16) Thoma de Sabaudia. 17) Alexandrum II.

quantum habebat ultra reditum centum marcarum, et hoc ad tres annos. Francigene consensum prebuerunt, Anglici vero contradixerunt per procuratores ad hoc specialiter destinatos. . . . Eisdem anno et concilio dominus papa communi consilio excommunicavit imperatorem Fredericum et ipsum sententialiter imperio et fidelitate omnium abiudicavit et electoribus dedit potestatem eligendi. . . . . . .

1250. . . . Eodem anno die sancte Lucie Fredericus quondam imperator mortuus est Dec. 13. et filium suum Conradum paterni sceleris imitatorem reliquid; qui domino pape et suis dampna plurima et iniurias infinitas intulit. . . . . . .

1254. . . . Eodem anno venit papa Innocentius quartus Romam, qui per plures terras per decem annos exulaverat. . . . . . .

1255. . . . Eodem anno facta est pax inter dominum papam et Manfredum, filium Frederici, regem Apulie, ita quod Manfredus retinet Apuliam et omnes terras que fuerunt patris sui, solvendo magnam annuam pecuniam. Et sic exinanita est spes regis Anglie, qui credebat omnes predictas terras filio suo Edmundo pro se perquirere. Sed quia de maxima pecunia solvenda terminos statutos rex pape non observavit, nec papa eidem de regno promisso fidem observare curavit. . . . . . .

Anno gratie 1256. magister Rustandus[1] et magister Gilo de Brideport et Ricardus abbas Westmonasterii et dominus Henricus[2] ad instantiam domini regis adierunt curiam Romanam pro negotiis suis expediendis contra clerum et populum Anglie. Quibus in Angliam redeuntibus, petiit dominus rex a clero et populo omnes sumptus, quos tunc posuerat pro terra Sicilie filio suo Eadmundo perquirenda, scilicet centum milia marcarum et triginta sex milia et quinque milia, que omnia in vanum expenderat et male perdiderat. Petiit etiam, quod clerus et populus terram Sicilie sumptibus suis filio suo Eadmundo perquirerent et ipsum ibidem sumptibus suis salvo perducerent et terram cum munitionibus traderent. Ad que magnates primo et postea clerici, quasi impossibile reputantes, responderunt, quod petita facere nec voluerunt nec potuerunt, precipue propter pecunie penuriam et propter locorum distantiam et inimicorum per vias numerositatem et propter Mamfredi potentiam, qui tunc regnum Sicilie et Apulie tenebat et thesauros infinitos possidebat. Et preterea premissa facere nec voluerunt nec potuerunt propter terre Anglicane desolationem; que si consilio et auxilio magnatum foret destituta, rex et regina et sui et tota terra Anglie maximo periculo exponerentur, tum propter Walenses, qui tunc totam terram vicinam, quam dominus rex domino Edwardo filio suo tradiderat, hostiliter devastabant, tum propter regem Francie et Francigenas terras suas in Anglia vendicantes. Qui si viderent terram Anglie desolatam, eam hostiliter impugnarent. Et alias plures causas clerus et populus assignabant. . . . . . .

Eodem anno Ricardus comes Cornubie in regem Allemannie est electus. . . . . . .

Anno gratie 1257. in principio anni fecit rex convocari omnes magnates Anglie, scilicet episcopos, comites, abbates et priores, Londonie, ut tractatum haberet cum eis de statu regni et de recessu fratris sui comitis Cornubie, qui tunc in Allemanniam erat recessurus; pro cuius conductu venerunt in Angliam archiepiscopus Coloniensis et episcopus de Legis et duo alii episcopi[3], quos omnes comes Ricardus maximis donariis honoravit et ab eis homagium et fidelitatem recepit et post consiliis et fidelitati eorum se plurimum commisit. Et die pasche statuit eos qui de Allemannia venerant in officiis suis, unumquemque ad Apr. 8. officium ex feudo sibi deputatum; et sic versus mare iter arripuit et navigio suo apud Gernemutham[4] preparato appropiavit. Et cum tempus optimum adveniret, vela ventis et mari, Deo gubernante, commisit; et sic sanus et incolumis pervenit. Multi vero magnates de Alemannia et de partibus adiacentibus ei obviam venerunt et de adventu suo et incolumitate gratias Deo reddiderunt. Ipse vero apud Hese-capellam et comitissa die ascensionis Mai. 17. coronati sunt, et Henricus, filius eius, in crastino miles est effectus. Speciales quosdam, Mai. 18. quos de Anglia secum adduxit, ut Iacobum de Auditheleye[5] et Stephanum de Cheyndunt et alios sibi familiares, consiliarii sui de Allemannia statim in Angliam remiserunt. . . . . . .

Eodem anno rex Alemannie Ricardus misit literas suas in Angliam, ut bosci sui venderentur propter defectum denariorum inopinatum. . . . . . .

1) Nuncius ab Alexandro IV. in Angliam missus. 2) De Mara. 3) Praeter Conradum de Hochstaden et Henricum III. ep. Leodiensem venerunt Henricus ep. Traiectensis et Florentius comes Hollandiae; cf. 'Gesch. v. England' III, p. 709. 4) Yarmouth in littore Norfolcensi. 5) Audley in com. Stafford.

Mai. 14. 1264. . . . Eodem die pridie Idus Maii, domino rege Anglie et domino Ricardo rege Alemannie et domino Edwardo cum toto suo exercitu apud Lewes existentibus, . . . comes[1] et qui cum eo erant ceperunt regem Anglie et regem Alemannie et Edwardum[a], filium regis, et Henricum, filium regis Alemannie[a] . . .; rege Alemannie apud turrim Londoniarum custodito, postea apud Walingford transmisso. . . . . . .

1267. . . . Post pascha statim Iohannes de Deywilla cum exercitu magno egredi debuit Londoniis et irruere in regem repente tunc prope Cantebrugge[2] constitutum. . . . Et dominus rex et rex Alemannie inde discendentes[b], per Dunstaple transitum fecerunt et apud Wyndeleshores abierunt. . . . . . .

1271. . . . Ricardus rex Alamannie, frater regis Anglie et comes Cornubie, obiit mense
1272. Februarii[3] et in abbatia de Hayles, quam ipsemet nobiliter construxerat, honorifice est sepultus. . . . . . .

1273. . . . Gwydo[4] . . . a Karolo rege Sicilie honorifice est susceptus. Iste Gwydo propter vassalagium suum, procurante rege Karolo, filiam et heredem comitis del Abere[5] duxit in uxorem et magnus effectus est in partibus illis; sed propter occisionem Henrici, nepotis[6] sui, filii regis Alemannie, quem apud Witerbiam occidit in ecclesia, multum humiliatus est. . . . . . .

Iun. 24. 1274. . . . Eodem anno in festo nativitatis sancti Iohannis baptiste sub Gregorio papa X. concilium generale celebratum est Lugdunum Gallie. In eodem concilio concessa est a clero decima sex annorum in subsidium Terre Sancte, scilicet de omnibus proventibus indistincte. In eodem concilio fuit ordo fratrum de Sacco reprobatus, ita quod extunc neminem admitterent ad suam professionem; plures etiam alii ordines, qui de novo pullulaverant et possessiones non habebant, simili modo sunt prohibiti; unde multi ex eis ad alias religiones convolarunt. Ordo fratrum sancti Augustini et ordo fratrum de Carmello propter sui antiquitatem a concilio sunt accepti. . . . . . .

1275. . . . Eodem anno obiit Gregorius papa X, sub quo ipsa decima est concessa. Post hunc fuit quidam de ordine fratrum Predicatorum et vocatus est Innocentius quintus; post hunc Octobonus, qui fuit legatus in Anglia, et vocatus est Adrianus; post hunc Petrus Hyspanus et vocatus est Iohannes vicesimus primus. Et hi tres ultimi vix per duos annos duraverunt; et dicitur, quod merito, quia noluerunt dictam decimam relaxare. Post hos Iohannes le Geytel nobilis, ab Urbe natus, et vocatus est Nicholaus. . . . . . .

Aug. 24. 1280. . . . Eodem anno die sancti Bartholomei[7] obiit Nicholaus papa; et successit ei Martinus papa quartus, cismontanus. . . . . . .

1284. . . . Eodem anno obiit Martinus papa IV, qui predicto Karolo regi patrocinium prestitit contra predictum Petrum de Aragun.

1285. . . . Honorius papa IV, ab urbe Romana oriundus, predicto Martino successit. . . . . .

Anno gratie 1287. inchoante obiit papa Honorius quartus; et cum per contentionem cardinalium vacasset sedes[c] fere per annum, successit Nicholaus quintus[d], qui fuit frater de ordine Minorum et prius Ieronimus vocabatur. . . . . . .

1290. . . . Eodem anno, nono die Iulii dedit dictus rex[8] Margaretam, filiam suam tertio genitam, filio[9] ducis de Braban, ipso duce tunc presente. Et celebrate sunt utreque nuptie Londoniis cum omni gloria seculi et ornatu, nec fuerunt ita solempnes nuptie ibidem facte a die qua ipsa civitas condebatur. . . . . . .

1291. . . . *A touz qui ceste presente lettre verrunt ou orrunt Florenz counte de Hoylande*[10]. . . . . . .

1292. . . . Eodem anno infra passionem Domini[11] obiit Nicholaus papa quintus[d], et successit ei Celestinus papa quintus; sed propter dissentionem cardinalium diu vacabat ipsa sedes, sicut patebit infra folio secundo[12]. . . . . . .

Anno gracie 1294. Celestinus papa quintus. Hic vitam agens heremiticam quinto die
Dec. 13. Iulii electus est in papam et consecratus. Hic[13] etiam eodem anno die sancte Lucie coram cardinalibus venit in consistorio indutus papalibus et dixit: ‘Fratres, vos me elegistis in

a) Edwardum - Alemannie *deleta sunt c.* b) *ita c.* c) sedis *c.* d) *ita c.; lege* quartus.

1) Simon de Monte-forti. 2) Cambridge. 3) Potius Apr. 2. a. 1272. 4) De Monte-forti. 5) Margaretam, filiam comitis Rufi Aldobrandini. 6) Error; Eleonora, Guidonis mater, erat amita Henrici. 7) Potius Aug. 22. 8) Edwardus I. 9) Iohanni II, filio Iohannis I. 10) Sequuntur epistolae de Scotia quas excerpsimus supra p. 470. 11) April. 4. 12) Vide a. 1294. 13) V. quae profusius eandem relationem secutus Bartholomaeus de Cotton ed. Luard p. 257. narravit.

papam, et scio, quod aliqua bene, aliqua minus bene feci, que nolo[a] revocare, quia nescio decernere, que bene facta sunt et que non, sed successori meo relinquo'. Postea extraxit desub manto quandam cedulam, quam legit, sic inter alia continentem: *Ego Celestinus papa quintus, considerans me insufficientem ad onus istud, tum ratione iustitie, tum quia senex et impotens corpore, tum quia vite contemplative, sicut consuevi, volo vacare, quod in officio isto facere non possum, resigno papatui, oneri et honori.* Et statim ipsemet descendit de cathedra et accepit coronam de capite suo et posuit super terram. Et postea mantum et anulum et omnia alia usque ad togam albam, cardinalibus omnibus mire existentibus stupefactis. Et tunc ipse solus ivit in camera sua et induit se habitum ordinis sui et iterum rediit solus in consistorium et sedit super scabellum infimum cathedre et dixit eis cum lacrimis: 'Fratres, vos videtis, quod ego resignavi isti oneri et honori. Adiuro vos per sanguinem Iesu Christi et per matrem suam, ut cito provideatis ecclesie de bono homine, qui sit utilitati ecclesie et christianitati et maxime Terre Sancte'. Et sic ivit in cameram suam. Cardinales vero rogaverunt eum, ne discederet, donec providissent ecclesie de pastore, et promisit. Die Iovis ante nativitatem Domini cardinales elegerunt in papam Dec. 23.
dominum Benedictum, qui modo vocatur Bonefacius papa octavus. Iste Bonefacius die sancti Iohannis revocavit omnes vacaturas factas tempore Celestini et Nicholai predecesso- Dec. 27.
rum suorum et etiam per dominum Geronimum[b] de Parmania in Francia, exceptis dignitatibus que plene fuerunt collate ante quartum decimum diem Decembris. Suspendit etiam omnes archiepiscopos, episcopos et alios qui[c] habuerunt dignitates per papam Celestinum sine consilio cardinalium sive non factas in consistorio, ut consuevit. Suspendit etiam totam familiam et capellanos pape et camerarium et cancellarium eiusdem Celestini. Suspendit etiam omnes mercatores camere eiusdem, sed solum restituit tres societates, scilicet Spumas, Mores et Clarentes. Revocavit etiam omnes commissiones causarum factas per scriptores, sargentes et corerios et notarios dicti Celestini, sed pro certo non scribit nisi de domino Bartholomeo de Capua. Et ordinavit, quod curia vadat Romam. Et vicesimo tertio die Ianuarii fuit dominus papa apud Romam coronatus; ante quod tempus nulla bulla 1295. Ian. 23.
per ipsum exivit a curia, quia statuit, quod de cetero nulla dimidia bulla exiret a curia. Scripsit etiam regibus Francie, Anglie, Allemanie, Aragonie et Hispanie et aliis magnatibus transmarinariis, quod nullus eorum contra alium gwerrando faciat vel attemptet. Et quod compareant per procuratores sufficientes, habentes plenum mandatum; de die non fit mentio. Et nimis solicitat[d] festinare passagium Terre Sancte et in propria persona vult transfretare. Causa autem, quare Celestinus papa papatui resignavit: quia ipse comperit, quod quidam fratres sui, sanam non habentes conscientiam, decipiebant eum cotidie; et invente fuerunt plures albe bullate sine scriptura. . . . . . .

Et rex Francie ultra condictum inter ipsum et regem Anglie Wasconiam retinuit, nolens restitutionem facere, quamvis super hoc pluries foret per proceres requisitus. Rex autem Anglie se seductum sentiens, conduxit in sui auxilium regem Allemanie, regem Aragundie, regem Hispanie et duces, comites et affines, ut vi et armis recuperaret quod quasi amiserat fraudulenter. . . . . . .

Eodem anno dux de Brabon[1], vir magni nominis, fecit rotundam tabulam in partibus suis, ubi interfuerunt ex Anglis, Francis et aliis nacionibus milites infiniti. Et ipse dux in primo aggressu a quodam milite Francie[2] percussus lancea, obiit ipsa die. . . . . . .

Anno gratie 1295. et anno regni regis Edwardi vicesimo tercio Bonifacius papa octavus revocavit omnes provisiones et dispensationes et gratias, quas Celestinus papa, predecessor suus, minus circumspecte fecerat quibuscumque. . . . . . .

Transitus autem marinus singulis mercatoribus cum vino et aliis mercibus penitus fuerat interdictus, exceptis illis de Braban, qui lanas Anglie emptas libere asportabant, eo quod dux[3] eorum filiam regis Anglie habuit in uxorem. . . . . . .

1296. . . . Item in parliamento ipso apud Sanctum Edmundum Iohannes, filius comitis 1297.
de Hoylond, filiam regis Anglie[4] duxit in uxorem, et ipso repatriante, ipsa remansit in patris custodia sicut prius. Soror autem eius, que dudum duci de Brabon nupserat, ad virum suum honorifice mittebatur. . . . . . .

a) volo *c.?* b) *rectius* Gerardum *Barth. de Cotton.* c) que *c.* d) solicita *c.*

1) Iohannes I. dux Brabantiae. 2) Petro de Beaufremont. 3) Iohannes II, qui iam a. 1290. Margaretam, Eduardi I. filiam, in matrimonium duxerat. 4) Elisabetham.

ANNALES DORENSES.

Annales abbatiae de Dore, a. 1147. in dioecesi et comitatu Herefordensi secundum regulam Cisterciensem fundatae[1], *a Christo nato usque ad a. 1283. uno tenore eademque fortasse ipsius auctoris manu conscripti, a posteris monachis, qui tamen priori quoque operi nonnulla minoris momenti inseruerunt, paucis notulis saec. XIV. adiectis, ad a. 1362. producti sunt. Altera paginarum columna, fastis paschalibus a dextra apposita, papae, archiepiscopi, sancti, altera sinistra imperatores et reges tractantur.*

Princeps annalista e fontibus qui adhuc exstant fere omnia hausit. Quod ex eo lucide apparet, quod, sententiis auctorum saepe in breve contractis et, chronologia minus accurate servata, falsis annis attributis, verba eorum pleraque retinuit. Adhibuit autem initio Isidorum, Sigebertum a Roberto de Monte, Marianum a Wigorniensibus continuatos, Annales Normannicos[2] *in Anglia meridionali saec. XII. medio adauctos; deinde ad saec. XII. et XIII. gesta prosequenda prae aliis vicinos annalistas, scilicet Benedictinum de Tewkesbury et Cisterciensem de Margan vel forte eorum auctorem communem, monachum de Gloucester, in auxilium vocavit. Alia quaedam, quae nec cognitionem nostram multum augere possunt, notis Cisterciensibus, catalogis paparum et praelatorum suae abbatiae et dioecesis et adiacentium debuit. Quae postremo ipse et continuatores a saeculo XIII. medio propria attulerunt partim Doram confiniumque Walliae partim notissimas Angliae vel ecclesiae res attingunt, raro ad exteros, vix umquam ad Germaniam spectant.*

Cum tamen hi annales nondum in usus historicos versi viderentur, nos aestate a. 1877. Cheltenhamiae degentes, eos in codice 12200, quaternionibus XVI, XVII, XVIII. inventos a Karolorum aevo describere et hoc ultimo loco annalibus in Angliae monasteriis vel ecclesiis conditis, quos excerpsimus, integros addere placuit. ***R. P.***

	Imperatores et reges.	Pape, archiepiscopi et sancti.
	. . . .	. . . .
Ann. Norm. * Flor. Wig	687. Obiit Theodericus[a]. Pipinus maior domus efficitur. Fiunt anni ab initio mundi secundum Ysidorum 5998.	687. *Sanctus Cuthbertus obiit.
Ann. Norm.		688. Sergius papa.
Flor. Wig.		693. Beda a Iohanne Eboracensi archiepiscopo diaconus ordinatur.
Ann. Norm	694. Obiit Iustinianus. Imperat Leo.	
		695. Obiit Ansbertus archiepiscopus Rothomagensis.
* Flor. Wig.	697. Obiit Leo. Imperat Tyberius.	697. *Sanctus Guthlacus renunciat seculo; et corpus sancti Cuthberti incorruptum invenitur.
Ann. Norm.	698. Obiit Theodericus. Imperat Clodoveus.	
Flor Wig. * cf. Vit. s. Guthlaci		699. Sanctus Guthlacus ad anachoreticam vitam ducendam Cruland pervenit, *ubi innumerabiles et inauditas demonum perpessus est infestationes.
Ann. Norm.	700. Obiit Chlodoveus. Imperat Childebertus.	
Flor. Wig.		703. Beda minorem de temporibus librum componit. Idem a Iohanne episcopo presbiter ordinatur.
Ann. Norm	704. Obiit Tyberius.	
		706. Sanctus Beda vita et doctrina clarus habetur.

a) *gl.:* vel Childericus.

1) Cf. Janauschek, Orig. Cistert. I, p. 92; de Henrico II. et Waltero Map Dorae commoratis v. Giraldi Cambr. Spec. ecclesiae IV, p. 220. 2) Eiusdem stipitis ramos habes SS. XXVI, p. 490. et apud Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 31.

Imperatores et reges.	Pape, archiepiscopi et sancti.

708. Iohannes papa. *Ann. Norm.*

710. Obiit Iustinianus. Imperat Philippicus. — 710. Iohannes papa.

711. Obiit Philippicus. Imperat Anastasius. — 711. Sisinnius papa.

712. Constantinus papa.

714. Obiit Anastasius. Imperat Theodosius.

715. Obiit Theodosius. Imperat Leo. — 715. Sanctus Guthlacus obiit. A secundo anno, quo heremum habitare ceperat, mane vespereque semper angelum consolationis ad suum colloquium huic mittebat Dominus, qui misteria, que non licet homini narrare, sibi monstrabat, quique duriciam laboris sui celestibus oraculis sublevabat et absentia ut presentia presentiebat. *cf. Vit. s. Guthlaci.*

716. Obiit Childebertus. Imperat Dagobertus. *Ann. Norm.*

717. Karolus, filius Pipini, maior domus fit.

718. Pugna in Vinciaco. — 718. Gregorius papa.

720. Obiit Dagobertus. Franci vero Danielem clericum regem levaverunt. — 720. Sanctus Egidius veniens a Grecia sanctitate claret in Provintia.

721. Obiit Iohannes Eboracensis episcopus. *Flor. Wig.*

724. Obiit Leo. Imperat Constantinus. *Ann. Norm.*

725. Beda maiorem compoti librum componit. *Flor. Wig.*

731. Gregorius 88vus. Hic instituit[a] post primam commemorationem sanctorum in canone misse a sacerdote ita dicendum: *et eorum, quorum solempnis hodie in conspectu glorie tue celebratur triumphus, domine Deus noster, toto orbe terrarum.* Quam institutionem in oratorio Rome tabulis lapideis conscribi fecit. *Sigeb. auct. Belvac.*

741. Obiit Karolus. Karolomannus et Pipinus maioratum domus adipiscuntur. *Ann. Norm.*

743. Zacharias papa.

746. Karolomannus Romam perrexit et monachus effectus in monte Sarepte, ubi ecclesiam in honore sancti Silvestri construxit et inde ad Montem Cassinum monasterium Sancti Benedicti se transtulit.

752. Pipinus rex efficitur. — 752. Stephanus papa.

756. Benedictus est Pipinus a sancto Stephano papa Parisius et filii eius Karolus et Karolomannus et filia Sigila[1] inter sacra missarum solempnia, precipiente sancto Petro et sancto Paulo et beato Dionisio. — 756. Paulus papa.

757. Organum[2] primitus venit in Franciam, missum a Constantino rege Grecorum Pipino imperatori.

763. Constantinus imperator Pipino donaria mittit.

765. Stephanus papa.

766. *Constantinus imperator et Habdallas pari vesania in orthodoxos deseviunt multosque eorum pro Christo perimunt. Constantinus insuper egre ferens gloriam sanctorum miraculis choruscantium, et lipsana eorum ubique iubet effodi et iactari in profundum. — 766. In presentia Pipini regis inter Grecos et Romanos celebratus synodus de sancta Trinitate et sanctorum ymaginibus. **Sigeb. Sigeb.*

768. Stephanus papa venerationem sanctarum ymaginum confirmat earumque prophanatores anathematizat.

769. Obiit Pipinus 8. Kal. Octobris. Initium regni Karoli regis. *Ann. Norm.*

771. Obiit Karolomannus, frater Karoli[b], nono[3] Decembris.

774. Karolus Romam vadit, inde reversus, Papiam cepit cum rege Desiderio, captis civitatibus Ytalie et direptis universis. — 774. Adrianus papa.

776. Interiit Constantinus. Imperat Leo. — 776. Constantinus imperator plaga pessimi incendii divinitus percutitur et clamans adhuc vivus: 'Igni sum inextinguibili traditus' miserabiliter moritur. *Sigeb.*

777. Conversio Saxonum. *Ann. Norm.*

778. Karolus Hispaniam intravit. Karolus Papiloniam urbem destruxit, apud Cesaraugustam exercitum coniunxit, et acceptis obsidibus subiugatisque Saracenis, per Narbonam et Vasconiam Franciam rediit.

a) institutum *c.* b) *gl.* frater regis *c.*

1) V. Ann. Normann., SS. XXVI, p. 490. 2) Haec quamquam ad Marianum Scotum recedunt, nostro e Florentio (cuius tamen editioni desunt) innotuisse videntur. 3) 2. *Nonas* Ann. Utic.; Rotom.

Imperatores et reges. / **Pape, archiepiscopi et sancti.**

Ann. Norm. *Petr. Com H. Euang. 6. 780. Karolus Saxoniam venit, et Saxonia capta est.

780. *Dicitur[1], quod preputium Domini delatum est ab angelo Karolo Magno et templo Domini et translatum ab eo Aquisgrani, et postea a Karolo Calvo positum in ecclesia sancti Salvatoris apud Karonfium.

Ann. Norm 782. Karolus Romam vadit.

Sigeb. 790. 783. Alquinus, de Britannia oriundus, magister et deliciosus regis Karoli, scientia litterarum prepollet in Gallia[a], cuius precipue magisterio ipse rex omnes liberales artes didicit. Hic multa scripsit, inter que eminent libri de sancta Trinitate scripti ad ipsum regem. Hic etiam iussu ipsius regis divinam hystoriam correxit.

Ann Norm. 786. Signum crucis in vestibus apparuit.

787. Iterum Karolus Romam perrexit, deinde ad Sanctum Benedictum et Capuam.

789. Karolus per Alemanniam venit ad fines Bawarie.

789. Synodus facta est Franconovurt, presidentibus apostolice sedis legatis Theophilato et Stephano episcopis, et auctoritate sanctorum patrum Felix episcopus, qui dogmatizabat, dominum Iesum non proprium, sed adoptivum Dei esse filium, dampnatus est et perpetuo exilio relegatus.

791. Tassilo[b] dux venit in Franciam, et Bawaria capta est.

793. Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur Vulti.

794. Karolus rex Hungrorum regnum vastat.

Sigeb. 799. 796. Leonem papam celebritatem letanie maioris agentem Romani capiunt et linguam ei oculosque evellunt. Cui voce et visu reddito divinitus, iterum ei oculos et linguam eruunt radicitus. Qui de manu eorum erutus, ad Karolum fugit quantotius[c].

Ann. Norm. 799. Karolus rex imperator factus est et a Romanis appellatus augustus; qui illos qui Leonem papam dehonestaverant morte dampnavit, sed precibus pape morte indulta, exilio retrusit. Ipse enim papa Leo imperatorem eum sacraverat.

Sigeb. 800. 801. Karolus rex Leonem papam in sede sua recollocat. Ipse quoque Romam properat, causas examinat, reos legaliter dampnat, sicque omnes Romanorum motus sedat.

Karolus per omne imperium suum iusticias facit et legis capitularia viginti novem instituit.

Ann. Norm. 804. Leo papa in Franciam venit et in Carisiaco villa nativitatem Domini cum Karolo imperatore celebravit.

Sigeb. 807. 805. Karolus per manum Pauli diaconi sui decerpens optima queque de scripturis catholicorum patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes per circulum anni in ecclesia legendas compilari fecit.

808. Transitus sancti Ludgeri episcopi et confessoris, capellani ipsius Karoli.

Ann. Norm *Sigeb 810. Karolus cum Niceforo imperatore Constantinopolitano pacem fecit.

810. *Karolus in tres partes regni sui tres exercitus misit, et ubique sibi victoria provenit.

812. Stephanus papa.

Ann. Norm. 813. Karolus apud Aquisgranum palacium Ludowico filio suo coronam imperii impertivit. In quinque partibus regni sui, scilicet Moguntiaco, Remis, Turonis, Cabilone et pro utilitate christianitatis concilia celebrari fecit.

Sigeb. 814. Karolus imperator gloriosus moritur, qui pro magnitudine operum agnominatus est Magnus, cuius vitam Enardus descripsit. Ludowicus, filius eius, imperat annis 26.

Ann. Norm. 819. Imperator Ludowicus perrexit in Britanniam, interfecto Mormanno.

819. Bernehardus rex Longobardorum excecatus et mortuus est.

821. Paschalis papa.

Sigeb. 824. 822. Rabanus sophista et sui temporis poetarum nulli secundus fit abbas Vuldensis; qui multa de sanctis scripturis disseruit, qui etiam librum de laude sancte crucis, figurarum varietate distinctum, difficili et mirando poemate composuit et Sergio pape sancto Petro offerendum misit.

Ann Norm. 823. Visio Vetani. Natus est Karolus, filius Ludowici, in Franconovurt Idus Iunii; in quo palacio novo illo anno hiemavit, et a papa Paschali in die pasche Rome coronatus est et imperator factus.

Sigeb. 827. 826. Hamelarius librum de officiis ecclesiasticis ad imperatorem Ludowicum scribit.

Ann. Norm 828. Eugenius papa.

Sigeb. 827 829. Agelomus ad imperatorem Ludowicum tractatus in libros Regum edit.

831. Valentinus papa.

a) *primum:* Britannia *sed expunct. c.* b) Bassilo *c.* c) quam totius *c.*

1) Cf. Gervas. Tilber. III, 24, supra p. 386.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

832. Hoc anno, qui est annus ab inicio mundi[a] 4888, finitur nonus magnus annus ab inicio mundi, qui est annorum 532. Sigeb. 829.

834. Gregorius papa. Ann. Norm.

835. Monente Gregorio papa, et omnibus episcopis assentientibus, Ludowicus imperator statuit, ut in Gallia et Germania festivitas omnium sanctorum in Kal. Novembris celebraretur, quam Romani ex institutione Bonefacii pape celebrabant. Sigeb.

836. Herio insula translatio sancti Philiberti 7. Idus Iunii, quando Normanni vastaverunt Britanniam et alias terras. Ann. Norm.

840. *Obiit Ludowicus imperator. Droco, frater eius, detulit eum ad sepeliendum Mediomatricum civitatem.

840. Corpus sancti Benedicti[b] Beneventum delatum est. *ib. Flor. Wig.

842. Translatio sancti Audoeni episcopi, quando Normanni vastaverunt Rothomagum et succenderunt monasterium illius Idus Maii. Ann. Norm.

843. Bellum inter tres fratres, scilicet Ludowicum, Lotharium et Karolum, filios Ludowici, haut procul ab urbe Autisiodorensi, in quo christianus utrimque populus mutua se cede prostravit 7. Kal. Iulii, diviso regno.

848. Sergius papa. Rabanus Fuldensis abbas ordinatus Mogontie archiepiscopus, celebrata synodo Mogontie, iussu Ludowici regis multa ecclesie utilia decrevit. Sigeb.

851. Hoc tempore venerunt Normanni in Sequanam, et iterum venerunt alii Normanni. Ann. Norm.

853. Leo papa.

855. Chlotarius imperator, filius Ludowici, [obiit[c]].

856. Rabanus egregie vite et scientie archiepiscopus obiit. Sigeb.

860. In isto anno cepit gelare pridie Kal. Decembris et finivit Nonas Aprilis. Ann. Norm.

861. Benedictus papa.

862. Hoc tempore venit[d] Angliam Iohannes Scottus, vir perspicacis ingenii et multe facundie. Hic cum sedisset ad mensam cum rege[1], increpuit rex et dixit ei: 'Quid distat inter sottum et Scottum?' Respondit ille: 'Tabula tantum'[e]. Hic rogatu Karoli ierarchiam Dionisii in Latinum de Greco transtulit, quo fit, ut vix intelligatur. Will. Malm. G. pont. V, 240.

863. Paulus papa[2].

866. Venerunt Normanni Franciam medio Iulio. Ann. Norm. 865.

867. Stephanus papa[2].

868. Fames valida.

868. Nicholaus papa. Ann. Norm.

869. Item fames et mortalitas hominum et pestis animalium.

871. Ventus validus.

876. Obiit Ludowicus. Iterum Karolus Italiam ingreditur, et eandem terram Karolomagnus per aliam viam intravit. Inde Karolus territus fugit et in eodem itinere mortuus est.

878. Adrianus papa.

880. Ludowicus rex Saxonum, adhuc fratre suo Karolomagno vivente, Bawariam ingreditur.

882. Inicium belli contra paganos. Ludowico, filio Ludowici regis, primum exeunte ad pugnam, Deoque donante, potiti sunt victoria, et pars eorum innumerabilis cecidit.

882. Iohannes papa.

885. Sedes Normannorum in Diusburgio.

888. Obiit Karolus. Arnulfus rex imperator efficitur.

891. Marinus papa.

892. Adrianus papa.

893. Inicium regis Karoli Pueri. Huius miles Hagano.

893. Stephanus papa.

895. Claruit hoc tempore Remigius Autisiodorensis in exponendis scripturis divinis et humanis studiosus. Sigeb.

897. Formosus papa. Ann. Norm.

a) IIII. *manu recentiore add. c.* b) Bartholomaei *Flor. Wig.* c) *deest c.; supplevi ex Ann. Norm.* d) in *add. manus recentior in c.* e) tamen c.

1) Karolo Calvo. 2) Error.

Imperatores et reges.

899. Hungari Italiam ingressi multa mala fecerunt, et Arnulfus imperator obiit.

901. Zendebaldus rex filium Arnulfi occidit.

[* Sigeb.] 904. Bellum inter Conradum et Aldabertum Francos, in quo Conradus cecidit.

[Ann. Norm.] 908. Hungari Saxoniam et Thuringiam vastant.

911. Obiit Ludowicus, filius Arnulfi. Burcardus dux occiditur. Conradus, filius Conradi, in regem elevatur.

913. Hoc anno baptizavit Franco Rollonem.

914. Facta est pax inter Karolum et Rollonem, deditque Karolus ei filiam suam nomine Gislam, de qua nullum habuit filium.

917. Obiit Rollo primus dux Normannorum; cui successit Willelmus, filius eius.

[Ann. Norm.] 919. Obiit Conradus rex, et Henricus successit.

922. Obiit Karolus. Imperat Ludowicus.

[* Sigeb. 929; Ann. Norm.] 927. Hoc tempore firmata est amicicia inter regem Francie Ludowicum et Henricum regem Theotonum, in quo placito fuit Willelmus dux Normannorum et Ricardus dux Burgundie. Willelmus vero rediens de placito filium Ludowici Lotharium Lugduno de sacro fonte levavit.

934. Obiit Henricus. Otho successit.

935. Hoc tempore factum est prelium inter Willelmum comitem et Rithulfum fraudulentum ceterosque infideles Willelmi comitis in loco qui dicitur Pratum-belli.

942. Occiditur Willelmus dux Normannorum, filius Rollonis; cui successit Ricardus, filius eius, qui Vetus dicitur.

951. Otho rex Italiam ingressus, eam sibi subiugavit.

[* Flor. Wig.] 957. Otho puerulus in regem elevatur in Aquisgrani palatio

Pape, archiepiscopi et sancti.

[Ann. Norm.] 898. Hoc tempore Rollo cum exercitu suo Carnotensem civitatem obsedit, sed episcopus eiusdem urbis Waltelmus nomine, vir religiosissimus, Ricardum Burgundie ducem et Ebalum Pictaviensium comitem in suo auxilio[a] provocans, tunicam sancte Marie virginis in manibus ferens, Rollonem ducem divino nutu fugavit et civitatem liberavit.

904. * Bonefacius papa

913. Stephanus papa.

914. Hoc tempore relatus est beatus Audoenus de Francia in Normanniam.

915. Mortua Gisla, accepit Rollo Popam uxorem, filiam comitis Silvanectensis Widonis, de qua genuit Willelmum.

[Sigeb.] 918. Theodorus papa. Iohannes papa.

919. Hoc tempore obiit Franco; cui successit Gunbardus episcopus[1].

920. Benedictus papa.

924. Leo papa.

925. Christoforus papa[2].

926. Sergius papa.

927. * Lanceam mirandi operis et clavis Iesu Christi crucifixi sanctificatam, que dicitur primi et Magni Constantini imperatoris fuisse, donatam Rodulfo regi Burgundie et Italie a Samsone comite, rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte provincie Suevorum, a Radulfo comite extorquet et hanc ad insigne tutamen imperii posteris relinquit.

932. Anastasius papa.

934. Leo[3] papa.

935. Iohannes papa.

937. Hoc tempore baptizavit Henricus presul sanctissimus Baiocensis ecclesie primum Ricardum, filium Willelmi.

939. Leo papa.

940. Stephanus papa.

942. Iohannes papa.

946. Leo papa[4].

949. Stephanus papa[5].

952. Marinus papa.

955. Agapitus papa.

957. * Obiit Coenwaldus Wigorniensis episcopus; cui successit Dunstanus Glastoniensis abbas, ab Odone Dorobernie archiepiscopo consecratus.

959. Sanctus Dunstanus Wigorniensis episcopus Dorobernensi ecclesie preficitur.

a) exilio *c.*

1) Rotomagensis. 2) Similem paparum seriem habes in Ann. S. Edmundi ed. Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 124. 3) Potius Lando a. 913. 4) Leo VII. a. 936—939. 5) Stephanus IX. a. 939—942.

Imperatores et reges.

Pape, archiepiscopi et sancti.

963. Iohannes papa[1].

971. Leo papa.

972. *Obiit Otho imperator.

972. Benedictus papa. *Ann. Norm.

973. Hoc tempore[2] venit Aigroldus rex Danorum consilio Normannorum fidelium Ricardi pueruli in Normanniam et pugnavit contra Ludowicum regem. In quo prelio occisus est Herlewinus comes Musterioli, et rex Ludowicus captus est. Sed Getberga regina consilio Hugonis Magni filium suum Lotharium in obsidem et duos episcopos Hildicrum Belvacensem et Gidonem Suessionensem pro observanda fide misit, et rex a captione liberatus est, et Ricardus in patria comes firmiter est corroboratus. ib.

974. Iohannes papa.

978. Benedictus papa[3].

Edwardus rex occiditur. Flor. Wig.

979. Hoc tempore Danis, qui Christum Iesum et ydola colebant, similiter cum Popone clerico in convivio altercantibus super cultura Dei et deorum, Danis assentientibus, Iesum Christum quidem esse deum, deos vero maiores et antiquiores esse illo, Popone econtra affirmante, Iesum Christum solum esse Deum verum, unum in substantia, trinum in personis: rex Danorum Haraldus condixit clerico, ut fidem propositam a se probaret testimonio veritatis. Quod annuente clerico, ingentis ponderis ferrum valde ignitum manibus illius ferendum imponitur. Quod cum clericus usque ad placitum omnium tulisset absque ulla lesione, rex, penitus abiecta ydolatria, se suosque ad colendum verum solum Deum convertit. Clericus vero ad episcopatum promotus est. Sigeb. 966.

980. Ignee acies vise sunt per totam noctem 5. Kal. Novembris. Sigeb. 979.

981. Hoc anno complentur 1000 anni a nativitate Christi secundum veritatem euangelii, qui secundum cyclum Dionisii anno abhinc 21. finiuntur. Sicque in anno dominice passionis veritati euangelice contraitur.

983. Obiit Otho iunior. Imperat Otho, filius eius infans. Ann. Norm.

986. Obiit Ludowicus. Imperat Lotharius, filius eius.

988. Hoc tempore Lotharius rex Francorum terram Arnulfi invasit, quia sibi servire noluit, et Atrebatensem urbem pluresque municiones cepit, sed Ricardus eum regi placavit.

988. Obiit Dunstanus archiepiscopus Dorobernensis. Flor. Wig.

989. Iohannes papa[4].

990. Iohannes papa[5].

991. Iohannes papa.

992. Obiit Lotharius, in quo progenies Karoli Magni a regno funditus destruitur. Filii enim regis Lotharii capiuntur, et Hugo Magnus, filius Hugonis, Roberti ducis filii, in regem elevatur. Ann. Norm

994. Robertus rex Francie.

996. Obiit Ricardus primus dux Normannorum, filius Willelmi; cui successit Ricardus secundus, filius eius.

999. Anno Iesu Christi millesimo secundum supputationem Dionisii multa prodigia visa sunt. Terremotus factus est permaximus. Cometes apparuit 19. Kal. Ianuarii circa horam nonam fisso celo quasi facula ardens cum longo tractu; instar fulguris illabitur terris tanto splendore, ut non modo qui in agris erant, sed etiam in tectis irrupto lumine ferirentur. Qua celi fissura sensim evanescente, interim visa est figura quasi serpentis capite quidem crescente cum ceruleis pedibus. Sigeb. 1000.

1000. Gregorius papa.

1001. Iohannes papa[6].

1002. *Obiit Otho imperator. Imperat Henricus.

1002. Silvester, qui et Girebertus, papa. *Ann. Norm

1005. Hoc anno Hilpericus librum de ratione compoti scripsit, ut apparet ex argumento ad inveniendos annos Domini per indictiones. *Si vis*, inquit, *scire, quot sint anni incarnati Christi*, 66 *ordines indictionum, qui fluxerunt ab eius incarnatione, multiplica per* 15, *fiunt* 990. *His adde* 12, *quia tercia indictione natus est Christus. Adde et indictionem presentis anni, id est* 3, *et ecce habes hoc anno annos Christi* 1005. Sigeb.

1006. Iohannes papa[7].

1007. Iohannes papa.

1008. Sergius papa.

1) Iohannes XII. a. 955—963. 2) Quae omnia ad a. 945. referenda sunt; v. Flodoardi Ann., SS. III, p. 392. Cf. Freeman, 'History of the Norman Conquest' I, p. 243. 3) Benedictus VI. a. 973. et VII. a. 974—983. confunduntur. 4) Iohannes XIV. a. 983 sq. 5) Potius Bonifacius VII. 6) Iohannes (XVI) antipapa a. 997 sq. 7) Iohannes XVII. a. 1003.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

1011. Benedictus papa.

Flor. Wig. 1012. Archipresul Aelfegus a Danis lapidatus perimitur.

Sigeb. 998 Hoc tempore quidam religiosus ab Ierosolimis rediens, in Sicilia reclusi cuiusdam humanitate aliquamdiu recreatus, didicit ab eo inter cetera, quod in illa vicinia essent loca eructantia flammarum incendia, que loca vocabantur ab incolis olle Vulcani, in quibus anime reproborum luant diversa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi demonibus, quorum se crebro voces, iras et tortiones, sepe etiam eiulatus audisse dicebat plangentium, quod anime dampnatorum eriperentur de manibus eorum per elemosinas et preces fidelium, et hoc tempore magis per orationes Cluniacensium orantium indefesse pro animarum requie. Hoc per ipsum abbas Odilo comperto instituit per omnia monasteria sibi subiecta, ut, sicut primo die Novembris solempnitas omnium sanctorum agitur, ita sequenti die omnium in Christo quiescentium celebretur.

1022. Iohannes papa.

Ann. Norm. 1024. Obiit Henricus imperator. Imperat Conradus augustus.

1026. Obiit Ricardus secundus dux Normannorum. Successit Ricardus tertius, qui eodem anno mortuus est; cui successit Robertus, frater eius.

1028. Marianus cronographus Hibernensis Scottus natus est, qui cronicam cronicorum composuit.

1030. Benedictus papa.

1031. Obiit Robertus rex Francie. Imperat Henricus, filius eius.

1034. Obiit Cnut rex Anglorum.

1035. Obiit Robertus dux Normannorum; cui successit Willelmus, filius eius, in puerili etate, qui postea Angliam conquisivit.

1039. Obiit Conradus imperator. Imperat Henricus, filius eius.

1042. Edwardus in regem levatur Wintonie primo die pasche[1].

Flor. Wig. 1043. Henricus imperator Romam perrexit et papam Benedictum, quia papatum emerat, eiecit et pro eo Clementem constituit.

1043. Silvester papa[2].

1044. Gregorius papa.

1046. Clemens papa.

1047. Bellum apud Vallium-Dunas.

1047. Damasus papa.

Ann. Norm 1048. Leo papa.

1049. Hoc anno Leo papa Remis concilium habuit.

1052. Marianus cronographus seclum reliquit.

Flor. Wig. 1053. Victor papa.

1054. Bellum apud Mortuum-mare.

Ann. Norm. 1055. Stephanus papa. Maurilius Rothomagensis archiepiscopus ordinatur.

ib. 1056. Obiit Henricus imperator. Imperat Henricus, filius eius.

1056. Benedictus papa.

1057. Nicholaus papa.

1059. Alexander papa, prius Lucensis episcopus.

1060. Obiit Henricus rex Francie; cui successit Philippus, filius suus.

1061. Marianus chronographus claret, qui apud Mogontiam reclusus fuit.

Sigeb. Ann. Norm. *Sigeb. 1063. Hoc anno subiugata est Cenomannis comiti Normannie Willelmo. *Cyclus magnus annorum 532, bis a nativitate Domini exactus, tertio incipit.

1063. *Hoc anno finitur magnus cyclus annorum 532, continens cyclos decennovales 28. Qui ad omnem rationem paschalis compoti omnino utiliter ab evo in evum in semet ipsum sine errore revolvitur. Sed hoc in eo reprehensibile videtur, quod annis dominice incarnationis ei inconsiderate prescriptis discordat a veritate euangelii in anno dominice passionis, preferens 14. lunam Aprilis eo anno in prima feria fuisse; quod omnino falsum est, quia secundum fidem euangelii eo anno luna 14. Aprilis fuit in quinta feria; et in sexta feria, luna 15, 8. Kal. Aprilis Dominus passus est.

1066. Obiit Edwardus rex Anglorum; cui successit Haraldus, qui pridie Ann. Norm Idus Octobris a Normannis in bello perimitur, et illorum comes Willelmus Nothus Ann. Angl. Merid. in regem levatur die natalis Domini apud Londoniam, Anglorum maximam urbem. Aldre- Ann. Norm. Flor. Wig. 1068. dus Eboracensis archiepiscopus, qui et Willelmum in regem consecraverat, die

1) A. 1042. *Eadwardus Lundoniae levatur in regem;* a. 1043. *prima die paschae ungitur in regem Wintoniae* Florentius; quae noster perperam confudit. 2) Silvester (III) antipapa a. 1044 sqq.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

pentecostes Matildam Normannie comitissam consecravit in reginam; que eodem anno peperit Henricum seniorem[1]. Nam prius pepererat Willelmum Ruffum, qui patri successit in regnum. Flor. Wig. 1068.

1070. Thome Eboracensis et Lanfranco Cantuariensis datur archiepiscopatus[2]. Ann. Teok.

1071. Lanfrancus et Thomas Rome pallium ab Alexandro papa susceperunt. Flor Wig.

1072. *Serlo abbas Gloecestrensis ordinatur.

1072. Gregorius papa, prius Hildebrandus vocatus. *Ann. Teok. Ann. Norm.

1073. *In hoc anno duobus magnis annis a 15. anno Tiberii cesaris revolutis, omnia secundum cursum solis et lune concordant illi anno, quo baptizatus est Christus, id est 8. Idus Ianuarii die dominica epiphanie, initium ieiunii eius in secunda feria, temptatio eius 15. Kal. Martis in sexta feria.

1073. Aldredus Eboracensis archiepiscopus obiit. Et Dani, duobus castellis Eboraci fractis, plus quam tria milia Normannorum trucidavere. Rex quoque Anglie Willelmus Normanniam adiit et Cenomannii provinciam Anglorum adiutorio sibi subiugavit. *Sigeb. Flor Wig. 1069. ib. 1073.

1078. Obiit Hermannus Wigorniensis[3] episcopus; cui Osmundus successit.

1079. *Anni ab origine mundi secundum septuaginta interpretes 6664.

1079. Robertus de Bethunia[4] Herefordensis efficitur episcopus. *Rob. de M Flor. Wig.

1080. Hic fuit ventus validissimus in natali Domini. cf. Ann. Margan.

1081. Wintonia concremata est, et Kaerdif edificata sub Willelmo rege.

1081. Marianus Scotus cronicam suam a Christi nativitate inchoatam usque ad hunc annum produxit, qui erat etatis sue annus 56, multum laborans errorem corrigere de annis Domini qui inveniuntur in cyclo Dionisii, quod[a] facile est videre hinc positis ab eo annis Domini secundum cyclum Dionisii, altrinsecus autem secundum veritatem euangelii. Sigeb. 1082.

1083. Obiit Matildis regina prima de Normannis. Ann. Angl Merid.

1084. Victor papa.

1085. Urbanus papa.

1087. Obiit Willelmus Nothus[b] rex Anglie; cui successit Willelmus Ruffus, filius eius, genitus ante patris coronationem.

1088. Rex Willelmus expulit Odonem Baiocensem episcopum, patruum suum, ab Anglia. Et corpus sancti Nicholai de Mirrea usque ad Barum translatum est. A. Margan.

1089. Factus est terremotus in Anglia 3. Idus Augusti, et secuta est tarda maturitas frugum, ita ut ad festum sancti Andree vix fruges reconderentur. Et Alanus comes obiit.

1089. Obiit Lanfrancus archiepiscopus Cantuariensis, et ecclesia sancti Petri Gloucestrie inchoata est. A. Teok.

1091. Ventus horribilis; fulgurum tumultus et turbinum motus.

1091. Hic fuit natus Bernardus Clarevallensis, et Remigius episcopus Lincolniensis obiit. A. Ang. Mer. A. Margan

1092. Apud Salesberiam fulmen tectum turris ecclesie deiecit.

1093. Magna tempestas ymbrium et congelatio fluviorum dirissima.

1093. Anselmus ad archiepiscopatum Cantuariensem est electus et consecratus.

1094. Fames et mortalitas hominum maxima per Angliam.

1095. Nascitur Malachias archiepiscopus Hybernie. Sanctus Wlstanus episcopus Wygorniensis obiit et Robertus episcopus Herefordensis; cui Roberto successit Girardus, postea Eboracensis archiepiscopus. Flor. Wig.

1096. Urbanus papa concilium tenuit et iter Ierosolimitanum predicans hortatur. Et Sampson Wygorniensis consecratus est episcopus. A Margan.

1097. Christiani Niceam civitatem ceperunt. A. Teok.

1098. *Antiochia capta est a christianis, et lancea qua Dominus vulneratus fuit inventa est.

1098. Hic incepit ordo Cisterciensis. *Sigeb.
Obiit Walkelinus Wintoniensis episcopus. A. Teok.

1099. *Hoc anno capta est Ierusalem a christianis[c] 15. die mensis Iulii. Ab hoc vero die computatis 21 diebus inventa est crux a supradictis christianis[c] 2. Non. Augusti.

1099. Paschalis papa. *A. Margan
Obiit Osmundus Salesberiensis episcopus. A. Teok.

a) quia *c.* b) *gl.*. Bastard *c.* c) *gl.:* peregrinis *c.*

1) Similiter, fortasse ex eisdem Ann. Angliae Merid., narrant Ann. Winton.: *Matildis consecrata . . post non multos dies Henricum protulit;* Ann. Wentano-Waverlei.: *Henricus rex Anglie senior natus est.* 2) Iam fortasse de communi horum annalium et aliorum in margine indicatorum fonte cogitandum esse, in praefatione dictum est. 3) Potius: *Salesberiensis.* 4) Perperam noster Robertum de Losinga a. 1079—1096. cum Roberto de Bethunia ep. Herefordensi a. 1131—1148. confudit.

Imperatores et reges. | **Pape, archiepiscopi et sancti.**

Flor. Wig. A. Margan. 1100. Obiit Willelmus rex Ruffus, in Nova foresta venando sagitta percussus; cui successit Henricus I.ª, frater eius, pacificus, qui filiam Malcolmi regis Scotie accepit uxorem. Et hoc anno in Bercheschire in villa Hantestude fons sanguinis emanavit, ita ut vicinum vadum inficeret.

1100. Thomas Eboracensis episcopus obiit; cui successit Girardus Herefordensis episcopus.

ib. 1101. Radulfus Dunelmensis, quem rex Henricus in compedes miserat, de custodia egressus est et cum exercitu Hamptesiram depredatus est.

Flor. Wig. A. Margan. 1102. Rogerus ad episcopatum Salesberie electus est et Remelinus ad Herefordensem. Et Wyntonia combusta est necnon Gloucestria cum monasterio.

Flor. Wig. 1104. Obiit Serlo abbas Gloucestrie. Corpus sancti Cuthberti cum capite sancti Oswaldi regis et martiris incorruptum inventum est. A Margan. Mirabileque signum apparuit in sole[1] ab hora 6. usque ad 9. Et Herwaldus Landaviensis episcopus, 100 annorum senex, obiit; cui successit Urbanus.

ib. Flor. Wig. 1105. Henricus rex Baiocas civitatem incendit[2] et ecclesiam sancte Marie, que intus erat.

A Norm. A. Margan. 1106. Obiit Henricus imperator Alemannie; cui successit filius eius Henricus. Hoc anno apparuit stella perlongum ex se mittens radium mense Februario.

Flor. Wig. *A. Margan. 1107. Hoc anno bellum gessit Henricus rex apud Tenelchebi contra fratrem suum Robertum Curthuse ducem Normannorum cepitque eum et custodivit in vinculis usque ad mortem, Normanniam obtinuit.

1107. *Rogerus episcopus Saresberiensis ordinatur.

A. Norm. *A. Margan. 1108. Obiit Philippus rex Francorum; cui successit Ludowicus, filius eius.

1108. Obiit Hugo Lugdunensis archiepiscopus[3] *et Ricardus[4] Eboracensis.

1109. Obiit sanctus Anselmus Cantuariensis archiepiscopus.

Flor. Wig. *A. Margan. 1110. Fluvius qui dicitur Trenta apud Snotingeham a prima usque ad tertiam exsiccata est.

1110. Thomas II.ª Eboracensis efficitur archiepiscopus. Cometa apparuit in Iunio mense. *Et papa Honorius obiit; cui successit Innocentius.

Rob. de M. 1118. *Flor. Wig. 1111. Alexius imperator Constantinopolitanus obiit, et Iohannes, filius eius, successit.

1111. *Paschalis papa Rome captus est.

1112. Obiit Sampson Wygorniensis episcopus. *Cont. Sigeb. *Sigisbertus quoque modo auctor chronicarum obiit[5].

A. Margan. 1113. Rex Anglie Henricus I.ª cum exercitu magno Walliam properat contra Griffinum et Oweyn.

1113. Bernardus Cistercium ingreditur, et cum eo plures.

Flor. Wig. 1114. Radulfus Rofensis episcopus eligitur ad sedem Cantuariensem, et Thomas II.ª Eboracensis archiepiscopus obiit; cui successit Thurstanus. A. Margan. Et Tamesis exsiccata est.

Flor. Wig. 1115. Discordia mota est inter Henricum I.ª regem Anglie et Ludowicum regem Francie. Et cometa apparuit

1115. Theulfus Wygorniensis consecratus episcopus.

A. Teok. 1116. In mense Maio in terra Ierosolimitana locustarum multitudo tam vineas quam segetes necnon et arbores devoraverunt.

Rob. de M. A Margan. 1117. Yvo Carnotensis obiit et Mauricius Londoniensis.

Cont. Flor. Rob. de M. 1118. Willelmus, filius regis Henrici I.ª, et Ricardus, frater eius, et Ricardus comes Cestrie et Otuel, frater eius, et multi alii nobiles et 16 clerici et 12 femine naufragio perierunt[6].

1118. Gelasius papa.

ib. 1119. Calixtus papa. Malachias presbiter ordinatur. *A Margan. *Et terre motus fuit in Anglia in festo sancti Michaelis. Et filius regis accepit coniugem[7] filiam comitis Andegavie[8]. Et comes Henricus de Warewic et Herebertus episcopus Norwicensis obierunt.

ib. 1120. Obiit Baldewinus rex Ierusalem et Matildis regina Anglorum et Robertus comes de Mellentie[9]. Rob. de M. Cont. Flor. 1121. Hec Matildis uxor fuit Henrici I.ª regis et sanctissima mulier. Qua defuncta, quia heredem non habuit — filius enim suus naufragio periit, et filia facta est imperatrix Romanorum —, accepit Adelitham coniugem, de qua tamen nullum potuit habere heredem.

a) *supra lineam c.*

1) Tria verba Marganensi addidit e Florentii narratione: *circa solem mirati sunt.* 2) Hoc verbum fortasse ex Ann. Angl. Merid. ap. Liebermann p. 47. sumpsit. 3) Ann. Cadom., SS. XXVI, p. 511. 4) Potius *Girardus.* 5) Cf. SS. VI, p. 372—374. 6) Evenit a. 1120; istos numeros mersorum alibi non inveni. 7) Mathildem. 8) Fulconis. 9) Meulan; recte a. 1118, sed falso nomine *Belesme* Ann. Margan.

Imperatores et reges.

1121. *Rex Anglie regem Francie expugnavit et fugavit[1]. Et Gloecestria cum abbatia Sancti Petri iterum igne consumpta est.

1122. Terremotus media nocte 8. Kal. Augusti.

1123. *Hic capti sunt comes de Mellent Wallarius et Hugo de Munfordia. Iohannes Bathoniensis episcopus et Radulfus Cestrensis[2] episcopus obierunt.

1125. *Hic vendebatur sextarium frumenti in Anglia 20 solidis. *Et omnes monetarii totius Anglie mancipati fuerunt et genitalibus privati.

1126. *Obiit Ricardus episcopus Londoniensis; cui successit Gilebertus Universalis.

1128. *Omnes episcopi et barones Anglie fidelitatem iuraverunt Matildi III.[a] imperatrici, filie regis Henrici. Huius filius fuit Henricus necdum natus, qui postea cum multo labore et industria regnum adeptus est.

Pape, archiepiscopi et sancti.

1121. Calixtus papa cepit Gregorium antipapam. A. Margan. *A. Angl. Merid.

1122. Obiit Radulfus Cantuariensis archiepiscopus et Robertus Lincolniensis. Godefridus dictus Rufus efficitur cancellarius regis pro 7000 libris argenti.

1123. Malachias Hyberniensis ordinatur episcopus et Alexander Lincolniensis. *Rob. de M. A. Margan.

1124. Theulfus episcopus Wygorniensis obiit; cui successit Symon, et Willelmus factus est Cantuariensis archiepiscopus. Cont. Flor.

1125. Hoc tempore floruit Hugo de Sancto Victore doctor eximius. Hic librum sacramentorum aliaque plura utilia edidit opuscula. *A. Margan. * Cont. Flor.

1126. Honorius papa. Rob. de M. * Cont. Flor.

1127. Malachias episcopus Hyberniensis et apostolice sedis legatus sanctitate et miraculis inclitus fuit.

1128. Obiit Willelmus Wintoniensis episcopus; cui successit ex abbate Glastoniensi Henricus, nepos regis Henrici I.[a] et frater regis Stephani. * Cont. Flor. A. Margan.

1129. Ludowicus rex Francie Philippum, filium suum, coronavit. Philippus obiit, et frater eius Ludowicus ab Innocentio papa in regem unctus est, patre superstite. Rob. de M.

1130. *Cometa 8. Idus Octobris per 5 dies apparuit.

1130. Innocentius papa et Petrus Leonis scismaticus. * Cont. Flor. A. Margan.

1131. Robertus prior Lantoniensis factus est episcopus Herefordensis. A. Teok.

1132. Bernardus abbas Clarevallensis sanctitate, doctrina, signis et virtutibus mirabiliter enituit. Et Nigellus factus est Heliensis episcopus. Et 4. Nonas Augusti facta est eclipsis solis circa mediam horam diei. Subsecutus est terre motus 2. Nonas Augusti. Et Robertus Curthuse obiit in vinculis apud Kaerdif. Rob. de M. Cont. Flor.

1133. Natus est Henricus II[a], filius Galfridi comitis Andegavensis de imperatrice, postea rex Anglie. Imperatrix enim Matildis, primi Henrici regis filia, mortuo imperatore, nupsit Galfrido comiti Andegavensi. Rob. de M.

1135. *Obiit Henricus rex Anglie, qui regnavit annis 35 et mensibus 4. Quo anno grave fuit bellum inter Normannos et Walenses apud Goher, cesis 1516[4]. Henrico I.[a] successit Stephanus, nepos eius.

1135. Hoc tempore magister Robertus Pullonus vita et doctrina clarus emicuit[3]. *A. Teok. et Cont. Flor.

1137. Ludowicus rex Francie senior obiit. Lotharius imperator Romanorum obiit; cui successit Conradus, nepos eius[5].

1137. Obiit Willelmus Cantuariensis archiepiscopus; cui successit Theobaldus abbas Beccensis. Rob. de M.

1138. Grave bellum apud Kardegan et tanta strages, ut de captivis mulieribus mille[6] remaneant ad decimam. Cont. Flor.

1139. Theobaldus abbas de Becco factus est Cantuariensis archiepiscopus. Thurstanus archiepiscopus Eboracensis obiit.

1139. Rogerus episcopus Salesberiensis et Alexander Lincolniensis capiuntur a Stephano rege apud Oxoneford. Rob. de M.

1140. Obiit Rogerus episcopus Salesberiensis. Et Gilebertus Folioth, postea Herefordensis et post Londoniensis episcopus, factus est abbas Gloucestrie. Cont. Flor.

1142. Stephanus rex capitur in bello apud Lincolniam in purificatione sancte Marie a Roberto comite Gloucestrie, qui etiam cum multis eodem anno captus est fugiens a Wintonia. Imperatrix vero, soror eius, cum[7] eo fugiens, vix evasit. Sicque rex pro comite liberatur. Rob. de M. A. Teok.

1142. Iocelinus episcopus Salesberiensis consecratus est. A. Margan. 1141.

a) *supra lineam c.*

1) *fugato Ludovico* Ann. de Bello ap. Liebermann p. 52. 2) Falso, sicut iam Marganensis; lege *Cicestrensis.* 3) Cf. supra Ioh. Haugustald. a. 1135. 4) 516 *corruerunt* Cont. Flor. 5) *Henrici IV.* Rob. 6) *decies centum decimae remanerent, maritis trucidatis* Cont. Flor. 7) Error.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

A. Teok. 1143. Innocentius papa obiit; [sedit[a] annos 7]. Celestinus[b] papa [mensibus[a] 5]. Stephanus rex et legatus, frater eius, fugati sunt de Wiltonia.

1144. Obiit[1] Milo comes Herefordensis sagitta percussus in venatione vigilia natalis Domini.

1144. Celestinus obiit. Lucius papa [anno[a] 1].

1145. Cometa apparuit mense Maio.

1145. Lucius obiit. Eugenius papa.

A. Teok. 1146. Imperator Alemannie et rex Francie Ludowicus ad Terram Sanctam perrexerunt.

Rob. de M. *A. Teok. 1147. Ludowicus rex Francie et Conradus imperator Alemannie Ierusalem per Constantinopolim proficiscuntur. Quorum exercitus numeratus est mille milium et quadringentorum milium. Qui tamen, peccatis exigentibus, vix cum paucis sine effectu reversi sunt.

1147. *Alexander episcopus Lincolniensis et Robertus comes Gloucestrensis* obierunt. Hoc anno inchoata est abbatia de Dora.

A. Teok. 1148. Gilebertus Folioth factus est episcopus Herefordensis ex abbate Gloucestrensi. Et Malachias episcopus Hybernensis et Robertus episcopus Herefordensis obierunt. Rob. de M. Et Eudo hereticus in concilio dampnatus et in carcere retrusus est.

A. Teok. 1150. Symon episcopus Wygorniensis obiit; cui successit Iohannes de Pagaham.

Rob. de M. *A. Margan. 1147. 1151. Galfridus comes Andegavensis obiit. Henricus, filius eius, non multo post tempore Anglie rex futurus ducatum suscepit Normannie.

1151. Sigerius abbas Sancti Dionisii et Algarus episcopus Constantiensis obierunt. *Hic fundata est abbatia de Margan.

Rob. de M. 1152. Conradus imperator Alemannie obiit; cui Fredericus successit. Et Theobaldus comes Blesensis, vir bonus, obiit. Hoc anno rex Stephanus et Henricus dux Deo inspirante concordati sunt.

A. Teok. 1153. Anastasius papa. Obiit Bernardus abbas Clarevallensis et Eugenius papa et Henricus Eboracensis archiepiscopus et Eustachius, regis Stephani filius.

A. Teok. *Rob. de M. 1154. Obiit Stephanus rex pius; cui successit Henricus II[a], nepos Henrici prioris ex filia imperatrice.

ib. Hic in inicio regni sui opida, que tempore Stephani regis ad destructionem patrie constructa fuerant, destruxit et diruit. Terremotus pluribus locis per Angliam.

1154. *Anastasius papa restituit Willelmum in sedem Eboracensem post mortem Henrici episcopi; quem Eugenius papa deposuerat. Qui reversus in Angliam, cum[c] divina misteria consummat, hausto** in calice, ut aiunt, veneno, moritur; ad cuius tumbam crebra fiunt miracula. Cui successit eodem anno Rogerus archidiaconus Cantuariensis. Dux quoque Henricus cum uxore Alienora pregnante reversus in Angliam, consecratur in regem. Et Thomas postea sanctus successit Rogero in archidiaconatum Cantuariensem.

A. Teok. 1155. Adrianus papa.

1156. Willelmus, regis Henrici de Alienor primogenitus ante regnum trans mare natus, obiit. Et regina peperit filiam suam Matildem.

1157. Hoc anno regina peperit Ricardum, postea regem Anglie.

1158. Iohannes episcopus Wygorniensis obiit; cui successit Alwredus, clericus regis.

1159. Rex Henricus II.[a] inauditam prius census exactionem per terras sibi subiectas fecit[2]. Dehinc Tolosam versus copiosum movens exercitum, frustratis principalis intentionis nisibus, regressus est, Ludowico Francorum rege urbem tuente. Et de summa pace summa suborta est inter eos discordia[3]. A. Teok. Eodem etiam anno Adrianus papa obiit, et duo pape Rome facti sunt, Alexander catholicus, Octovianus scismaticus, qui dictus est Victor, quem Fredericus

1159. Alexander papa III.

*) *supra lineam manu saeculi XIII. add.:* filius bastard Henrici primi et frater Matildis imperatricis.
**) *in margine:* Fertur, quod archidiaconus huius sancti Willelmi ei ad missam in calice venenum pro vino infuderit[4].

a) *supra lineam add. c.* b) Clestinus *c.* c) de *c.*

1) Potius a. 1143. 2) Scutagium dicit. 3) Nescio, num haec quoque ad Robertum de Monte recedant. 4) Cf. Will. Neuburg. I, c. 26.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

Romanus imperator cum 153[1] episcopis in Papiensi concilio in papam suscepit. De cuius susceptione Ludowico regi Francorum et Henrico regi Anglorum spectabiles legatos cum litteris misit. Sed reges partibus et obedientie catholici pape Alexandri cesserunt. Et defuncta regina Francie[2], filia scilicet imperatoris Hispanie[3], rex Ludowicus filiam Theodberti comitis senioris[4] in matrimonium sibi iunxit. Et Henricus III, filius Henrici II. regis Anglie, nondum sexcennis, filiam regis Francie[5] nondum biennem desponsavit. Tamisia quoque fluvius apud Londoniam[6] exsiccatus est, ut siccis pedibus transiretur. A. Teok.

1160. Alwredus Wygornensis episcopus obiit.

1161. Theobaldus Cantuariensis archiepiscopus obiit.

1162. *Imperator Fredericus Mediolanum inclitam urbem Italie subvertit. *Et facta est fames magna per universum orbem.

1162. Thomas Cantuariensis archidiaconus et regius cancellarius octavis pentecostes Cantuariensis consecratur archiepiscopus ab Henrico Wintoniensi episcopo, cooperantibus sibi omnibus Cantuariensis ecclesie suffraganeis preter Londoniensem, Wigorniensem et Bathoniensem[7]. *Rob. de M. *A. Margan. Iun. 3.

1163. Alexander papa III. in regno Francie navibus advectus appulit. A. Teok.

1164. Octovianus scismaticus obiit; cui successit in scismate Wido Cremensis, dictus in apostatu Paschalis; et rex Henricus apud Norhamptonam concilium celebravit; et gravi discordia inter eum et Thomam Cantuariensem archiepiscopum orta, archiepiscopus a curia latenter recedens, metu regis ad exilium compulsus, mare transivit et a Ludowico rege Francorum honorifice susceptus est. Et Rogerus, filius Roberti comitis Gloucestrie, a sancto Thoma ante exilium Wigorniensis consecratur episcopus.

1165. Terremotus factus est in Anglia nocte conversionis sancti Pauli[8]. *Et rex Henricus in Walliam exercitum ducens, parum profecit. Et Ludowico regi Francie nascitur filius nomine Philippus, toti Francie expectata leticia. *Et Alexander papa a Galliis rediens, honorifice a Romanis susceptus est.

1165. Alexander papa Turonense concilium celebravit. Et Gilebertus Herefordensis episcopus ad sedem Londoniensem transfertur, et Robertus de Melun factus est episcopus Herefordensis. ib. *A. Margan. *A. Teok.

1166. Robertus episcopus Bathoniensis obiit. ib.

1167. Robertus de Melun Herefordensis episcopus obiit. A. Margan.

1170. Hoc anno coronavit Henricus II. rex filium suum Henricum. Et sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis cum pace et voluntate domini regis Henrici circa octavas sancti Martini Angliam rediit. 1171. Qui in proximo 4. Kal. Ianuarii crudeliter interfectus est, anno scilicet gratie 1171. Et sanctus Godricus de Finchehale obiit. 1170. Dec. 29. A. Margan.

1173. Mota est discordia inter regem Henricum patrem et filium suum regem Henricum III. A. Teok

1174. Obiit Willelmus Norwicensis episcopus; et Ricardus Cantuariensis archiepiscopus consecratus, et Reginaldus Lumbardus Bathonie, Ricardus Pictaviensis archidiaconus Wintonie, Gaufridus Ridel Hely, Robertus archidiaconus Oxonofordensis Herefordie consecrantur episcopi. ib.

1175. Rex Henricus fecit pacem cum filio. Et fames fuit valida. A. Margan.

1176. Iohanna, filia regis Henrici ex Alienora, regi Sicilie desponsatur. Mortalitas et fames magna. ib.

1177. *Facta est concordia inter papam Alexandrum et Fredericum imperatorem, et scisma ecclesie cessavit.

1177. Facta est in crepusculo, scilicet aurora, mira choruscatio aeris per omnem terram 4. Kal. Decembris. *A. Teok. A. Margan.

1) Numerus 153 in epistola concilii habetur quae exstat LL. II, p. 127. 2) Constantia. 3) Alfonsi. 4) Alam de Campania. 5) Margaretam. 6) In Ann. Teokesbur. spatium nomini inserendo vacat. 7) Emendandum est *Bangoriensem;* Robertus enim Bathoniensis affuit; *episcopatus vacabant Londoniensis, Wigorniensis et Bangornensis* Gervas. Cant. ed. Stubbs I, p. 171. 8) *A.* 1166. *Terremotus fuit in Anglia media nocte conversionis sancti Pauli* Ann. Cantuar. ap. Liebermann p. 6.

Imperatores et reges. — **Pape, archiepiscopi et sancti.**

A Margan. 1178. Eclipsis solis Idus Septembris

A Teok. 1179. Ludowicus rex Francie orationis gratia perrexit Cantuariam ad sanctum Thomam et sequenti solempnitate omnium sanctorum filio suo Philippo coronam regni imposuit. Ipse vero monachus factus ordinis Cisterciensis, sequenti anno obiit.

1179. Alexander papa Rome magne glorie concilium, 300 scilicet episcoporum, celebravit, in quo multa ecclesie utilia instituit. Eodem anno Rogerus Wygorniensis episcopus Turonis obiit.

ib. 1180. Baldewynus Wygorniensis efficitur episcopus ex abbate Fordensi.

1181. Alexander papa obiit; cui successit Lucius III. Rogerus Eboracensis archiepiscopus obiit.

ib. 1183. Henricus rex iunior 3. Idus Iunii obiit.
ib. Et Willelmus comes Gloucestrie obiit 9. Kal Decembris Et fames valida.

*A. Margan. 1183. *Nicholaus Landavensis episcopus obiit.

A. Teok. 1184. Ricardus Cantuariensis archiepiscopus obiit.

A Margan. 1185. Hoc anno circa nativitatem sancti Iohannis baptiste feria 6. per tres horas de quodam fonte lac pro aqua erupit in pago cui est nomen Gower iuxta castellum de Neth. Et ecclipsis solis fuit Kal. Maii circa horam nonam. Et post elipsim sol conversus in colorem sanguineum.

*A Teok. 1185. *Lucius papa obiit; cui Urbanus successit. Et Baldewynus Wygorniensis episcopus ad sedem Cantuariensem transfertur.

A Teok. 1186. Obiit Urbanus papa; cui successit Gregorius, qui nec uno mense sedit. Et Willelmus de Norhale archidiaconus Gloucestrie episcopus efficitur Wygorniensis et Willelmus de Ver Herefordensis.

ib. 1188. Gregorius VIII. papa obiit; cui successit Clemens III. *Et in Anglia nocte circa gallicinium lux terribilis emicuit, et nox quasi dies efficitur, et mare preter solitum[a] ascendens diversi generis animalia evomuit[1].
*A Margan.

1189. Obiit rex Henricus II. pridie Nonas Iulii; cui successit Ricardus, filius suus, qui unctus est dominica 3. Nonas Septembris.

1190. Rex Ricardus Ierusalem proficiscitur et Cyprum insulam cepit et Acon[b] et Aschalonem civitates, non tamen hoc anno.

1190. Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus obiit et in civitate Acon[b] sepultus est.
*ib. *Fredericus quoque imperator obiit. Et Hugo Cestrensis episcopus monachos expulit de Conventria et clericos substituit. Et Willelmus Eliensis legatus est in Anglia.

1191. Clemens papa obiit; cui successit Celestinus III. Hoc etiam anno Glastonie inventa sunt ossa Arthuri regis.

1192. Obiit Reginaldus episcopus Bathoniensis; cui successit Savaricus. Et rex Ricardus captus est a duce Austrie et postea in Alemannia ab Henrico imperatore detentus.

A Teok. 1193. Robertus Wigorniensis episcopus obiit; cui anno sequenti successit Henricus abbas Glastoniensis.

ib. 1194. Ricardus rex a custodia liberatus Angliam venit 4. Idus Marcii et 15. Kal. Aprilis[2] apud Wyntoniam in magna gloria coronatur.

*A Margan. 1194. *Herebertus factus est episcopus Saresberiensis et Henricus Marescallus Exonie.

A Teok. 1195. Henricus Wigorniensis obiit 8. Kal. Novembris et Hugo Dunelmensis.
A. Margan. Quo anno pre nimietate pluviarum pene segetes perierunt.

ib. 1196. Iohanna, relicta Willelmi regis Apulie, soror Ricardi regis, desponsatur comiti Sancti Egidii.

1196. Oct. 20. 1197. Iohannes episcopus Wigorniensis consecratur Londonie 13. Kal. Novembris.
ib. Et Willelmus Eliensis episcopus et Willelmus comes Saresberiensis obierunt.

ib. 1198. Henricus imperator obiit; cui successit Otho, nepos Ricardi regis ex sorore.

1198. Celestinus papa obiit; cui successit Innocentius III. Hic quoque obiit Iohannes episcopus Wigorniensis et Willelmus Herefordensis[3].

A Teok. 1199. Obiit Ricardus rex; cui successit Iohannes[c], frater eius, tunc comes Pictaviensis.

a) solidum *c.* b) *gl.:* Acres *c.* c) *gl.:* dux Normannie *c.*

1) Marganensis habet: *fluctus div. g. animalia merserunt.* 2) Potius *Maii* Ann. Teokesbur. 3) Hic obiit a. 1199.

Imperatores et reges. | **Pape, archiepiscopi et sancti.**

1200. Facta est concordia inter Philippum regem Francie et Iohannem regem Anglie. Et cedes Walensium facta est in Eleueyn, et cumbustio Bristolli horrenda. Eodem anno duxit rex Iohannes Ysabellam, filiam comitis Engolamensis, cuius regis neptem[1] Ludowicus rex Francie duxit uxorem. ib. A Margan.

1200. Sanctus Hugo episcopus Lincolniensis obiit. Egidius de Breuse episcopus Herefordensis consecratur. A Margan. A. Teok.

1201. Rex Iohannes apud Cantuariam coronatur cum regina sua.

1202. Arturus de Britannia capitur et gladio transfoditur[a] apud castrum Mirabel, cum quo etiam cepit Savaricum de Mauleone et multos alios milites 200 et eo amplius.

1202. Abbas de Firmitate[2] cum quibusdam monachis Cistercii per preceptum regis veniens in Angliam, accepit seisinam de Ferendone[3] ad abbatiam construendam.

1204. Philippus rex Francorum Normanniam occupat et Andegaviam et castrum de Chinone et civitatem Pictavis. Et Alienora regina obiit.

1204. Abbatia Belli-loci constructa, et Petrus de Rupibus consecratus est[4].

1205. Hubertus Cantuariensis archiepiscopus et capitalis iusticiarius Anglie obiit 3. Idus Iulii, et Savaricus Bathoniensis et Godefridus de Luci Wintoniensis episcopus; quo anno eidem ecclesie Petrus successit.

1206. Iocelinus Troteman consecratur in episcopum Bathoniensem.

1207. Regina Ysabel peperit Henricum III, primigenitum regis Iohannis, apud Wyntoniam Kal. Octobris.

1207. Stephanus de Langedonia consecratus est a domino papa in archiepiscopum Cantuariensem; pro cuius consecratione orta est discordia inter dominum papam et regem. Interdictum generale latum per totam Angliam et Walliam, scilicet per provincias Cantuariensem et Eboracensem, 9. Kal. Aprilis; et Anglia Rome subiugatur. A. Teok.

1208. Willelmus prior de Golclive electus est ad sedem Landafensem et Hugo ad sedem Herefordensem. Willelmus de Breuse, pater et filius, cum uxoribus et infantibus in Hyberniam fugerunt. A Margan 1219. ib. 1208.

1209. Hugo Troteman archidiaconus Wellensis electus est in episcopum Lincolniensem. [Hic incepit ordo fratrum Minorum[b]]. A. Margan

1210. Hic transfretavit Iohannes rex in Hyberniam, et Willelmus de Breose et Hugo de Lascy inde redierunt, Hugo quidem fugiens et Willelmus cum muliere et uxore et filiis apud Windelesoram deducti. Ibi in carcere fame perierunt. A. Margan.

1211. Rex Iohannes duxit exercitum usque Snaudoniam contra Lewelinum, a quo 32 obsides accepit, quos omnes rex suspendi fecit.

1212. Gaufridus Eboracensis archiepiscopus et Maugerus Wigorniensis episcopus obierunt.

1214. Relaxatio interdicti pridie[c] Nonas Iulii, quod duraverat per 6 annos et 3 menses et 17 dies.

1216. *Rex Iohannes obiit 14. Kal. Novembris apud Newerc*; cui successit Henricus III, filius eius, puer 9 annorum, in festo Symonis et Iude* apud Gloucestriam coronatus per Walonem legatum. *A Margan. *Oct. 28.

1216. Innocentius III. papa obiit 17. Kal. Augusti apud Perusium; cui successit Honorius III.

1219. Translatio sancti Thome archiepiscopi et martiris Nonas Iunii. ib 1220

1220. Fuit maximus ventus proxima nocte post festum sancte Lucie, qui etiam domos multas fregit. Eodem anno terremotus magnus in partibus transmarinis urbes cum habitatoribus subvertit. ib 1222

1224. Iuxta Rofam in aqua que dicitur Medeweya tres viri submersi, et post tres dies exanimes inventi, in ecclesia beate Marie virginis de Kaversham[d] meritis eiusdem domine suscitati sunt.

1225. In Hispania congregati plus quam 15 reges Saracenorum contra populum christianum, adventu sancti Iacobi apostoli et sancti Georgii martiris a facie christianorum fugati sunt et prostrati, et quidam capti.

1226. Emissio conventus de Dora ad Gratiam-Dei[5] 8. Kal. Maii, scilicet in vigilia sancti Marci euangeliste.

1228. In nocte beati Georgii martiris tellus contremuit. Et Fredericus imperator Alemannie, nondum tamen domino pape reconciliatus, circa nativitatem beate Marie piratico navigio Tyrum applicuit et postea in civitatem Acon a fratribus Templi deductus est. Ad cuius instanciam cathedra sancti Petri terra Ierosolimitana christianis est reddita, et pax decem annis confirmata. ib

*) *recentiore manu add. c.:* iuxta Wigorniam, et postea in ecclesia Wigorniensi sepultus.

a) *gl.:* apud Rothomagum *c.* b) *manu recentiore suppl. c.* c) *supra lineam:* vel V. d) *sic etiam Margan., emend.* Faversham.

1) Blancam. 2) Nicolaus. 3) Farringdon in com. Berks. 4) Episcopus Wintoniensis; v. a. 1205.
5) Grace-Dieu prope Monmouth.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

A. Margan. 1229. Fredericus imperator cum patriarcha et Petro Wyntoniensi episcopo et Willelmo Exoniensi episcopo dominica in palmis civitatem Ierusalem cum gaudio intraverunt et muros eius a paganis dirutos construxerunt. Et in vigilia pasche ante sepulcrum Domini ignis de celo descendit. Ipso anno obiit Willelmus Landavensis episcopus; cui successit Elyas, antea thesaurarius Herefordensis. Ricardus Cantuariensis archiepiscopus rediens de Roma obiit.

ib. 1230. 1232. Henricus III. rex Anglie transfretans in Pictavis multum expendit, parum profecit et multos de suis amisit. Ipso anno Willelmus de Breuse iunior suspendio periit per Luelinum principem Wallie. Eodem etiam anno obiit Gilebertus de Clare comes Gloucestrie et Herefordie.

Anno 1233. post trium monachorum electionem Cantuariensium cassatam a Gregorio octavo[a] electus est magister Edmundus de Abedonia, tunc canonicus Saresberiensis, vir valde venerabilis et omni morum honestate preditus et tam in sacris quam in secularibus litteris eruditus; et ipso anno consecratus est dominica qua cantatur *Letare Ierusalem* in leticia et exultatione. [1234 Apr. 2.]

1234. Anno regni regis Henrici III. 17. apparuit mirabile signum circa solem a mane usque ad horam sextam. Quo tempore orta est gwerra inter regem et comitem Marescallum[1] propter alienigenas. Quo anno Hubertus de Burgo comes Cantie, paulo ante iusticiarius totius Anglie, de carcerali custodia apud Divisas[2] evadens, in proximam parochialem ecclesiam se recepit. Sed inde horribiliter per pedes tractus, carceri tenebroso crudelissime flagellatus mancipatur, tamen per censuram ecclesiasticam, agente episcopo diocesano, eidem ecclesie redditur[3]; ubi cimeterio fossa et vallo circumdato, custoditur a 50 militibus et mille viris aliis, fame cruciandus. Tandem Dei nutu mittente dicto Ricardo Marescallo militariam manum armatam, de eadem ecclesia, cunctis fugientibus qui eum custodiebant, est ereptus et non sine magno timore et periculo ad eundem Marescallum usque ad Striguil[4] est deductus; et sic manus iniquorum evasit.

A Margan. 1231. 1235. Obiit Willelmus iunior Marescallus; cui successit Ricardus, frater eius, vir strenuissimus et acer nimis. Et Ricardus, frater Henrici regis, comes Cornubie, accepit uxorem[5] relictam Gileberti comitis de Clare.

1239. Natus est Edwardus primogenitus Henrici regis 14. Kal. Augusti[6].

1240. Nov 16. 1241. Obiit sanctus Edmundus archiepiscopus Cantuariensis 16. Kal. Decembris sepultusque est apud Pontiniacum, ubi florent virtutes eius magne et mirande[7].

1242. Hoc anno rex Anglie Henricus III. contra regem Francie transfretans in Gasconiam, omnes terras quas prius habuit amisit, excepta Gasconia; ubi per totum annum et eo amplius commoratus est cum regina sua, que ibidem peperit[8].

1243. Papa Innocentius IV.

1247. Febr. 20. Febr. 21. 1246. Hoc anno 10. Kal. Marcii[9] factus est terremotus per Angliam et Walliam hora diei nona, item 9. Kal. eiusdem ante crepusculum.

1247. Translatio sancti Edmundi Cantuariensis archiepiscopi.

1248. Obiit Radulfus de Mortuo-mari, pater Rogeri de Mortuomari. Et natus erat Radulfus, filius Rogeri.

1249.[b] Lodowycus rex Francie Damietam cepit.

a) *sic c.* b) *ab hoc fere loco scribarum manus saepe variant in c.*

1) Ricardum. 2) Devizes in com. Wiltensi. 3) Haec cum captivitate priore in capella de Brentwood confusa sunt. 4) Castellum in pago Monemuthensi; cf. Ann. Teok. a. 1233. 5) Isabellam, filiam Marescalli. 6) Potius Iun. 16. 7) Cf. Ann. Winton.– Waverl. a. 1240. ap. Liebermann p. 192. 8) Beatricem. 9) *Feria* 4. addunt Ann. Teok.; itaque a. 1247.

Imperatores et reges.	Pape, archiepiscopi et sancti.
1250. Lodowycus rex Francie captus est a paganis.	
1251. Apud Eboracum duxit rex Scotie[1] Margaretam, filiam regis Henrici, in uxorem.	
1252. [Annus qui dicitur hote somer[a, 2]].	
	1253. Passio beati Petri martiris de ordine Predicatorum[3].
1254. Transfretatio regis Henrici et regine ac Edwardi ad celebrandum matrimonium cum[4] sorore regis Hispanie[5].	
	1255. Puer Hugo a Iudeis apud Lincolniam crucifixus est. Eodem anno translatio sancti Petri[6].
1256. Ricardus comes Cornubie electus erat in regem Alemannie.	
1257. Hoc anno idem Ricardus in regem coronatus est.	1257. Kalendis[b] Aprilis obiit Reginaldus abbas 6. Dorensis.
1258. Eiecti sunt fratres regis Henrici[7] et multi alienigene per commune consilium baronum.	
1259. Transfretatio regis Henrici ad tractandum de pace cum rege Francie super quibusdam iniuste detentis.	
1260. Proditum fuit castellum de Buelt[8] et destructum per Walenses die beati Kenelmi regis et martiris. Iul. 17.	
1263. Hoc anno incepit gwerra Simonis de Monte-forti.	
1264. Capta est villa de Norhampton. Bellum de Lewes 2. Idus Maii eodem anno. Mai. 14	
1265. Bellum apud Evesham in vigilia sancti Oswaldi. Aug. 4	
1266. Bellum apud Chestrefeld[9], et captus est comes de Fereriis[10].	
1267. Orta est controversia inter regem et comitem Gloucestrie[11]. Eodem anno magnus ventus erat[12].	
	1268. Obiit Petrus de Aqua-blanca episcopus Herefordensis; cui successit Iohannes de Brutone. Octobonus legatus recessit de Anglia, qui postea Adrianus papa vocabatur[13].
1269. Terremotus magnus in crastino sancte Lucie virginis*. *Dec. 14.	1269. Memorandum[c], quod Petrus episcopus Herefordensis obiit apud Mugwas die Marcii proxima post festum beate Katerine virginis anno Domini 1268. et sepultus fuit Herefordie die Veneris sequenti, videlicet in festo beati Andree apostoli. Et Iohannes le Bruton electus fuit in festo epiphanie Domini eiusdem anni. Et die Lune proxima post festum sancti Marci euangeliste anno Domini 1269. recepit temporalia. 1268. Nov 26. Nov. 30 1269 Ian. 6. Apr. 29.
1270. Edwardus, filius regis Henrici, iter arripuit versus Terram Sanctam die beati Iacobi apostoli cum pluribus aliis. Iul. 25.	
1271. Vulneratus fuit dominus Edwardus a quodam Saraceno.	
1272. Obiit rex Henricus die beati Edmundi archiepiscopi. Nov. 16.	
1273. Rediit dominus Edwardus de Terra Sancta in Gasconiam.	1273. Obiit[b] abbas Henricus 7. 12. Kal. Decembris. Kal. Ianuarii electus est Willelmus de Herefordia in abbatem. 8. Kal. Februarii emissus est conventus apud Dernehale. Nov. 20. 1274. Ian. 1. Ian. 25.
1274. Coronatus est dominus Edwardus, filius regis Henrici, 14. Kal. Septembris post adventum suum de Terra Sancta. Aug. 19.	

a) *add. alia manus in margine superiore c.* b) *manu s. XIV. med. add. c.* c) *ad a. 1269. in margine inferiore add. c.*

1) Alexander III. 2) i. e. aestas calida; cf. Ann. Waverl. a. 1252, ap. Luard II, p. 344. 3) Siculi, qui d. 29. Apr. a. 1252. interfectus est, Vita in AA. SS. sub die. 4) Eleonora. 5) Alfonsi X. 6) Cf. Ann. Waverl. l. l. 7) Willelmus et Amalricus. 8) Builth arx in pago Walensi qui Brecknock vocatur. 9) Chesterfield in com. Derby. 10) Robertus; cf. Ann. Waverl., ap. Luard II, p. 370. 11) Gilbertum. 12) 19. Kal. Febr. a. 1268; Ann. Winton., ap. Luard II, p. 106. 13) Hadrianus V. a. 1276.

Imperatores et reges. — **Pape, archiepiscopi et sancti.**

1275. Terremotus prout patet subitus. [Terremotus[a] erat die Mercurii in festo
Sept. 11. sanctorum Prothi et Iacincti circa horam terciam anno Domini 1275].

1275. Obiit Iohannes le Brutun episcopus Herefordensis; successit Thomas de Cantilupo.

1276. Innocentius papa obiit. Successit Octobonus, qui Adrianus vocabatur. Eodem anno obiit.

1281.[b] Hoc anno insurgebant Walenses contra regem Edwardum, procurante David
1282. Mart. 24. ac incipiente 9. Kal. Aprilis.

1281.[b] Abbas Willelmus [9.[c]] Wrohz obiit, indole almus,
Dore prelatus, Rypatorio[1] tumulatus.

1282. Hoc anno interfectus est Lewelinus princeps Wallie
Dec. 11. prope Buhelt 3. Idus Decembris.
Oct. 2. 1283. Item anno sequenti 6. Nonas Octobris apud Salopiam tocius regni concilio discerptus est ac suspensus, postea decolatus supradicti principis frater David necnon et, intestinis combustis, membratim per quatuor partes regni Anglie transmissus.

1284. Memorandum, quod Edwardus, filius regis Edwardi, nascebatur apud Kaernarvan anno Domini 1284.

1287. Ossa beati Thome episcopi Herefordensis translata sunt a loco ubi primum sepulta fuerunt.

1289. Rediit dominus Edwardus rex a Gasconia. Fertilitas frumenti in Anglia[2] et iuvenum mortalitas.

1291. Pro dolor! anno isto capta est civitas Acon, que alio nomine quondam dicta fuit Tholomaida. Et tota Terra Sancta a Saracenis est occupata, et non multum post eorum dicioni regnum Armenie subicitur.

1292. Obiit dominus Robertus Burnel episcopus Bathoniensis et Iohannes de Peccheham Cantuariensis archiepiscopus.

1293. Tractanda Gasconie[3].

1294. Orta est gwerra Madoci et Morgani.

1296. 4. Idus Marcii obiit Willelmus de Herefordia, quondam abbas vallis Dore 10.

Anno Domini 1305, 5. Kal. Decembris natus est Iohannes, filius Iohannis de la Ware, apud Ewyas.

1307. Princeps invictus Edwardus rex benedictus
Iul. 7. Hic Nonis Iulii transfertur ad ardua celi.

1310. Ian. 31. 1309. Anno Domini 1309. fuit eclypsis solis vigilia sancte Brigide virginis circa meridiem, die sabbati.

1310.[d] Obiit Iohannes de Grosso-monte, quondam abbas istius domus 11.

Anno 1312.[d] Obiit Hugo Cromus, quondam abbas huius domus 12.

1312. Hoc anno pridie Idus Aprilis magister Ricardus de Straddel dominus et abbas domus Dore Cysterciensis ordinis Herefordensis dyocesis apud Oxoniam, non solum honorifice, immo, Deo secum sic disponente et clerimonia adminiculante, digne quidem in sacra incepit theologia.

1318. Hoc anno ostendit Deus manum suam, scilicet miracula ostendendo in loco isto et hoc per virtutem

a) *haec in imo margine suppl. c.* b) *anni* 1281. 1282. 1283. *manu eadem quae maximam partem Annalium exaravit scripti sunt.* c) *superscr. c.* d) *haec manu eadem ac annales* 1257. *et* 1273. *scripta*

1) Ripatorium, hodie L'Arrivour (dép. Aube), duas leucas distans a civitate Trecensi, cuius episcopus Hatto a. 1140. monasterium Cisterciensis ordinis condidit; v. Manrique, Annales Cistercienses I, p. 396, et Janauschek, Originum Cisterc. I, p. 59. 2) V. Ann. Waverl. a. 1288. 3) Cf. 'Gesch. v. England' IV, p. 82.

Imperatores et reges. | Pape, archiepiscopi et sancti.

sancte virginis, quam quidem gracie[a] dedit venerabilis matrona Matildis Burnel, que iacet coram magno altari.

1321. Anno Domini 1321, pridie Nonas Octobris et die tunc Oct. 6.
Martis venit Dore dominus W[illelmus] de Grauntsoun et portionem ligni sancte crucis, auro lapidibusque preciosis perpulcre adornatam, secum deferri fecit et in crastino in honore sancte Trinitatis ob gra- Oct. 7.
ciam et favorem dompni Ricardi de Straddel dicte domus abbatis monasterio contulit, scilicet debitum, quod sibi debebatur, cancellata obligatione, dicto domino Ricardo abbati totaliter condonavit.

1347. 4. Kal. Augusti obiit magister Ri- Iul. 29.
cardus de Straddull, sancte theologie doctor eximius et abbas istius domus 12.

1362.[b] 10. Kal. Iulii obiit Robertus Iun. 22.
Wroth abbas istius domus 13.

a) *sic c.* b) *haec eadem manu quae p. 530, n. d. notata est scripta c*

ADDENDUM.

EX AMBROSII CARMINE DE RICARDI I. ITINERE SACRO.

Cum O. Holder-Egger socius vere a. 1884. *in bibliotheca Vaticana moraretur, ex Ambrosii carmine Francogallico quod a Ricardo Londoniensi ad Itinerarium peregrinorum describendum adhibitum esse, b. m. Pauli supra p.* 193. *docuit, partes quae imperium attingunt accuratissime, etiam siglis libri scripti retentis, transsumpsit. Codex* C h r i s t i n a e *reginae nr.* 1659[1], *membr. fol. min.*, 90 *foliis, duabus columnis, quarum singulae fere* 34 *versus continent, distinctis constat. Scriba saec. XIII. ex., haud semper quantum oportebat attentus, litteras* n *et* u, ui *et* iu, ni *et* m *minus perspicue exaravit, modo vocales, modo consonantes figuris* v *et* u *designavit, verba minus accurate distinxit, saepe singula verba, interdum*[2] *versus omisit.*

Auctor, qui plus semel[3] *Ambrosium se nominavit, reges Franciae et Angliae a.* 1188. *in confinio Normanniae collocutos*[4], *Ricardum I. Sept.* 1189. *Londinii coronatum*[5], *a.* 1190. *peregrinos mense Iunio Verzeliaco Lugdunum profectos*[6], *autumno Messanae moratos*[7] *se vidisse, professus est. Sed quamvis nonnisi Ricardi I. iter sacrum tractare sibi proposuisset, tamen non ante a.* 1196[8], *vel forte etiam postea, opus absolvit. Normannos 'nostros antecessores' vocavit*[9], *et omnino sermone carminis Neuster prodit*[10]*; forsitan cum Ebroico*[11] *civitate nescio quo usu coniunctus fuerit. Fortiter quidem stetit cum rege suo contra hostes et fallaces expeditionis socios, tamen in Gallos (quantum ex his frustulis iudicarim) non tam acri odio quam qui eum vertit Londoniensis invectus est.*

Quamvis tam tenui indole praeditus esset, ut carmen sola rhythmica oratione eaque satis libera et levi a chronica ieiuna et arida differat, tamen, ut versuum extremas syllabas consonas redderet, res epithetis adinventis exornavit. Multa quae ipse sine dubio vidit, velut principem discordiae cum Siculis exortae causam, plane omisit. Alia autem tam concorditer cum Gestis Ricardi et Hovedenio congruunt, ut Ambrosium non sola memoria fultum, litteras quoque et relationes epistolis traditas inspexisse putarim. Certe autem poeta adhuc fere ignotus iam inter principes tertii itineris sacri auctores habendus erit.

Brevia fragmenta publici iuris fecit Keller, 'Romvart' p. 411 *sqq. Integram editionem, ut supra l. l. dictum est, parant VV. Cll. G. Paris et G. Monod. Quae hoc loco exhibemus V. Cl. A. Tobler benigne recensere et explanare voluit.*

F. L.

1) Minus recte supra p. 193. semel nr. 814. indicatur. 2) Cf. v. 171. 994. f. 89. 3) V. 171. 727. f. 24. 4) V. 133. 150. 5) V. 190. 6) V. 399: *jo voi ci tanz*, scil. eorum qui peregrinis valedicebant. 7) V. 517. 539. 618. 727. 1088. 8) V. 828. et cf. finem carminis; certe tamen Philippo II. superstite; cf. v. 826. 9) V. 617. 10) V. 221 sqq. de rege in Anglia commorato cis mare scripti videntur. 11) V. 259. 1006.

f. 1. Qui[a] longue estoire ad a traitier,
Mult lui covient estreit guaitier
Qu'il ne comenst[b] pur[c] sei grever
Oevre[d] qu'il ne puisse[e] achever;
Mais si la face e si l'empraine
Que[f] a dreit[g] maint iço qu'il enpraine.
E por ço ai comencié briefment;
Que la matire valt[h] griefment.
Vers la materie me voil traire,
Dont l'estoire est bone a retraire,
Ki retrait[i] la mesaventure
Qui nos avint, e par dreiture,
1187. L'autre an en terre de[k] Sulïe
Par nostre[l] surfaite folïe,
Que Deus ne volt plus consentir
K'il ne la nos fëist sentir.
Sentir la nos fist senz dotance
Et en Normendïe et en France
Et par tote cristïenté;
U que poi en ot ou[m] plenté,
La fist il sentir en poi d'ure
Por la croiz, que li monz äure[n][1],
Qui a cel tens fud destornee
Et des paens aillors tornee
Del[o] päis ou ele selt estre,
Ou Deus deigna morir et nestre,
Del Hospital et del seint Temple
Dont fud tröee[p] mainte temple[2],
f. 1, col. 2. Del sepulcre, ou Deu fu posez,
Dont pechiez nos ot deposez[q].
Nel fud, ne feit pas a retraire[3],
Mais por Deu, qui volt[r] a sei traire
Son poeple, qu'il aveit raient,
Quil serveit lores de neient[s].
D'ainsifaite descovenüe
Fud la grant gent e la menüe
Par tot le mont desconfortee,
Que a paines fud confortee.
Laissees furent les charoles[4]
E sons e chançons[5] et paroles
E tote joie teriane
De tote la gent cristiane;
Tant que l'apostoille de Rome,
Par cui Deus salua maint home —
Ço fud le uitismes[6] Gregoires,
Com il[t] est trové es estoires —
Cil fist un pardon sucurable[u]
Por Deu, el despit al diable,
Que de toz pechiez sereit quites[7]
Qui ireit sor les genz herites[8],
Qui aveient desherité
Le digne rei de verité.
E por ço tant rei et tant conte,
Tant altre gent qu'il n'[en[v]] est conte,
Se croiserent por Deu requere
f. 1'. En Sulïe, la luintaine[w] terre[x];
Croiserent sei comunement
Tote la plus proisïe gent.
Li cuens de Peitiers, li vaillanz
Richarz, n'i volt estre faillanz
Al besoing Deu et sa clamor,
Si se croissa por süe amor;
Premiers fu de toz les hauz homes
Des terres dont nos de ça sumes.
Puis mut li reis en son servise,
Ou il mist grant peine e grant mise[9].
Ne remanoit a la croiz prendre
Nus por son heritage vendre;
Ne li viel ne li bachelier
Ne voleient lor cuers celer,
Qu'il ne mostrassent lor pesance,
Et qu'il ne prëissent venjance
De la honte qui esteit faite
A Deu, qui ne l'[y] avoit forfaite,
De sa terre qui ert guastee,
U sa gent lui fud si hastee,
Qu'ele ne se sot conseillier.
Mais nuls ne se deit merveiller,
S'ele fud lores desconfite:
Ke ço esteit bone gent eslite,
Mais Deus voleit que cil murussent,
Et qu'autres genz le sucurrusent[z].
Cil furent mort corperelment[a],
Mais il vivent celestielment:
Autresi font [tuit[b]] cil qui moerent
Qui el servise Deu demuerent[c][10].
. . . .

a) *litterae quibus strophae incipiunt variis coloribus pictae sunt.* b) convist *c.; emend. Tobler.* c) pour *minus recte ed. Keller.* d) Devie *c.; emend. Tobl.* e) peusse *c.; em. T.* f) Qui *Keller.* g) en *add. c., sed expunctum est.* h) nalt *K.* i) retint *c.; em. T.* k) desulie *K.* l) vostre *K.* m) or *K.* n) avre *K.* o) Quel *c.* p) tiree *c.; em. T.* q) *corr. ex* depechiez *c.* r) velt *c.; em. T.* s) denent *K.; em. T.* t) Cil *c.* u) sucorable *K.* v) *suppl. T.* w) luitaine *K.; forsan scribendum* en luintaine *T.* x) *iterum add. versus:* Quil aveient desherite, Le digne rei de verite, *sed expuncti sunt.* y) uel *K.* z) *corr. ex* suturrusent *c.* a) *corr. ex* corperalment *c.* b) *suppl. T.* c) temuerent *c.; em. T.*

1) adorat. 2) percussa multa tempora (capitis). 3) Non fuit — non oportet dicere — (sc. crux expulsa v. 23) nisi per Deum. TOBLER. 4) choreae. 5) *silent cantiones, sopiuntur iurgia* Ricardus, Itin. peregr. II, 2. ed. Stubbs p. 139. 6) *ad exhortationem pape tunc Gregorii octavi,* ib. p. 138; bulla data est a. 1187, Oct. 29; cf. supra p. 109, n. 3. 7) *sub obtinenda peccatorum omnium venia*, Ricardus. 8) haereticas. 9) sumptum. T. 10) Quae sequuntur (Keller p. 414 sq.) attingunt *parlement entre Gisorz et Trie,* ubi auctor (a. 1188) reges Franciae et Angliae ab archiepiscopo Tyri reconciliatos et ad crucem

f. 3
1190. E asemblerent[1] devant Dreues,
Qui est a set lieues d'Evreues.
[a] Issi[2] come[b] li rei parlouent[c]
De lor eire qu'il devisouent[d],
Esteme vos[e], c'uns messagiers
Veneit a mult grant desirers
Al rei de France, teste encline,
Et dist que morte ert la rëine[3].
Et par icel [grant[f]] descomfort
Et par un autre et fier et fort —
Del rei de Puille[4], qui mort ert,
Dont [tres[f]] granz dols parut et piert —
Fud tote[g] gent desheritee[5].
. . . .
E lors[h. 6] mut le rei de Paris
E prist congié a Seint Denis.
Maint chevalier ot eslëu
Qui n'ierent pas uncor[i] mëu:
Ke li plus des barons Franceis
Esteient la mëu ainçois.
Et lors[h] mut li dux de Burgoine[7]
Ovec le rei en sa besoigne.
Li cuens de Flandres[8] eralment
Mut, ne demora pas grantment[9].
. . . .
f. 4. A Leons[10] fu l'ost arestee
Sur le Rogne, l'eve crestee[11].
Li dou rei iloc se teneient
Por la gent qui oncor[k] veneient.
Tel merveille ne fud veüe,
N'onques tele gent esmeüe.
E furent bien esmé cent[l] mile,
Dont li plus gisoit par la vile.
Li rei ne furent herbergié
Ne en vile ne en vergié[12]:
Oltre le Rogne firent tendre
Lor paveillons pur[m] l'ost atendre.
E atendre les coveneit,
Ke meint home encore veneit.

f. 4, col. 2. E illoc tant les atendirent,
Qu'asemblez[n] e venuz les virent.
E quant orent tant atendu,
Sëu de veir[o] et entendu,
Que tote l'ost esteit venüe,
Mult furent lié de lor venüe.
Lors firent lor tres[p] desfichier,
Qui ierent si bel et si cler
Fet[q] devant par [la[r]] sablonerre[13]
Por l'ost qui veneit grant deriere.
Li dou rei s'entreconvoierent
Tant com lor veies s'aveierent[14];
Puis ala chescon[s] a son port
A grant joie et a grant deport.
Li reis Filippes des Franceis
S'esteit ja alöez[15] ainçois
As Geneveis de son passage,
Por ço qu'il en sunt[t] preu et sage;
E Richarz[u] li reis de Engletere
Costeia la mer terre a tere
Et s'en ala dreit a Marseille
De part Deu, qui toz biens conseille[v].
Quant l'ost sot que li rei errerent,
Tels i ot qui ainz jor leverent,
Li autre al plus matin qu'il porent,
Pur le Rogne qu'a passer orent.
Cil qui ainz jor furent levé,
Ne se tindrent point a grevé;
Le pont passerent premerement[w],
C'onques n'i ot arestement.
Mais cil qui al matin passerent
E qui sor le pont s'entasserent[16],
Cil durent estre mal bailli[x]:
K'une arche del pont [i[f]] failli,
Qui esteit haute a desmesure
f. 4'. De l'eve, qui n'iert pas sëure;
Plus de cent[l] homes ot sur[y] l'arche,
Qui de sap iert, trop [fu[f]] grant charge:
L'arche chäi[z], cil trebuchierent;

a) *duorum inter se consonantium versuum primus impari numero computari debuisset, nisi v. 171: Ambroise dit qui fist cest livre singulus duobus versibus qui extremis syllabis ivre consonant (forsitan postea) subiunctus esset.* b) com *c.; em. sic vel* com li dui *T.* c) parloirent *K.* d) devisorent *c.* e) Eth vos *(ecce vobis) c.; em. T.* f) *suppl. T.* g) la *add. c.* h) lores *c.* i) uncore *c.; em. T.* k) oncore *c.; em. T.* l) .c. *c.* m) pour *K.* n) *corr. ex* Quasesmblez *c.* o) deveir *K.* p) nes *(naves) c.; em. T.* q) Tot *c.; em. T.* r) *deest c.* s) chescons *K.* t) e *add. c.; del. T.* u) .r. *c.* v) *hic desinunt quae Keller p. 424. impressit.* w) *versus una syllaba longior T.* x) malvilli *c.; em. T.* y) desur *c.; em. T.* z) chili *c.*

sumendam inductos vidit (v. 133: *mult le vëimes entremetre;* 150: *vi ge iloc*). Henrico II. mortuo, Ricardum I. (1189, Sept. 3) coronatum vidit (v. 190: *a Londres vi ge des granz dons doner*). Haec et quae de reditu regis sequuntur fere omnia recepit Ricardus c. 3—6, sed multa ipse addidit. 1) Philippus II. et Ricardus I. 2) Haec vertit Ricardus c. 6, ed. Stubbs p. 146. 3) Isabella obiit a. 1190, Mart. 15. 4) Willelmus II. obiit a. 1189, Nov. 16. 5) *confracti sunt* Ricardus. 6) Postquam statuta fuit dies *a moveir a la saint Johan, as uitaves* (Iul. 1.), *a Vercelai.* Versus 286—295. vertit Ricardus supra p. 208. 7) Hugo. 8) Philippus. 9) V. 303—321. de classe Anglica Ricardus c. 7. et v. 342—375. de foedere Vezeliacensi c. 9 in. vertit. 10) A. 1190, m. Iul. medio. 11) violentam. Quae sequuntur habes supra p. 209, ubi l. 4–8. minoribus typis excudendae erant. 12) viridario. 13) litus sabulosum. T. 14) continuabant. 15) pactus erat. 16) Haec vertit Ricardus supra p. 309, l. 17—34, quae minoribus typis excudendae erant. Pontem ruptum esse, breviter commemorant G. Ric., supra p. 114.

Les genz crïerent et huchierent;
Chescons quidot, qui nel saveit,
Aveir perdu quant qu'il aveit:
Filz ou frere ou apartenant.
Mais Deus [i[a]] ovra meintenant,
Que de toz cels qui la chäirent
N'i ot mort que deus qui morirent;
Ge di que l'em pëust trover,
Mais nus ne l'osast esprover:
Ke l'ewe est si rade et si forte,
Poi i chiet riens qui en estorte.
Se cil perillerent[b] el monde,
Il sunt devant Deu net et munde;
Il s'esmurent en sa besoigne:
Si'n avront merci, ço besoigne!
L'arche del pont ert peçoiee,
E la gent tote desvoiee;
Ne saveient quel part aler
Ne en[c] montant n'en avaler,
Ne el[d] pont n'ot nul recovrer,
N'il [n'i[a]] troverent nul ovrer;
N'el Rogne n'avoit nes ne barges
Qui fussent prou granz ne prou[e] larges,
Nis cels n'i pöeient [il[a]] sivre,
Qui passé erent, n'acunsivre.
E quant autre conseil ne surent,
S'i firent le mielz qu'il [i[a]] porent[1]:
En bargettes assez estreites,
Ou les genz [mult[a]] erent[f] destreites,
Passerent oltre a mult grant peine;
Mais issi veit qui pur Deu peine!
f. 4', col 2. Treis jorz dura le passement,
Et s'i ot grant entassement;
E donc [et[a]] li fol et li sage
Alerent quere lor passage.
Al plus procein port, a Marsille,
Ala de genz une merveille;
Et al port des[g] Veneitïens
Rala[h] de mult preuz cristïens;
Tant en rala as Geneveis,
N'en[i] sereit nombre eneveis,
E a Barlete[k] e a Brandiz[2],
Tant que l'em en diseit granz diz.
A[l] Meschines mult en ralerent,
Tant que li dou rei[3] ariverent.
Meschines[4] est une cité
f 4', c. 2. Dont li auctor ont mult conté,
Et bien et bel assise vile,
Car el[m] siet el chief[5] de Sezille,
Desus le Far encoste Rise,
Que Agoland prist par s'emprise.
Meschines iert mult pleine d'aises;
Mais les genz trovames[6] malveises.
Lor reis si ot a nom Tancré,
Qui mult aveit or esmeré,
Que si ancesur äunerent
Qui tres[n] Guischart Robert regnerent.
Lors[o] ot une dame[7] en Palerne,
Ki sujorné i ot grant terme,
Rëine ot esté del realme,
Femme esposee[p] al rei Gillame.
Mais li proz, li bien entechiez
Murut sanz eir; — ço fu pechiez.
La rëine estoit suer le rei
De Engletere[q], ki prist conrei,
Qu'il lui fist son doaire rendre,
Si que onques ne l'osa defendre
f. 5. Tancrez, qui esteit en saisine
Del doaire e de la rëine.
Vos, qui avez sens et memoire,
Öistes bien coment, l'estoire!
La[8] merveille de [ses[r]] enekes
Vint par devant Espaine iloques.
A Meschines vint la navïe,
Onques[s] ne vi tele en ma vïe,
Que li reis Richart atendoit,
A cui Engletere apendoit.
La ot gent de maintes maneres
E tres et tentes et baneres
Fichees contreval la rive;
Car la cité[t] lor ert eschive[9].
Pres des nes s'estoient tenu,
Tant que li rei fusent venu:
Ke li burgeis, la Grifonaille[10]
De la vile et la garçonaille[u, 11],
Gent estraite de Sarazins,
Ramponoent[12] noz pelerins;
Lor deiz es oilz nos aportouent
[E[a]] chiens pudneis[13] nus apelouent.
[E[a]] chascon jor nos[v] laidissouent
E noz pelerins[w] mordrissouent
E les jetouent es privees[14],
Dont[15] lor oevres[x] furent provees.
Soignurs, costume[16] est et[y] usages

a) *suppl. T.* b) parillerent *c.; em. T.* c) Nen *c.; em. T.* d) Nel *corr. ex* Neal *c.; em. T.* e) p̄u *c.* f) orent *c.* g) de *c., em. T.* h) Kala *c.; em. T.* i) Ne *c.; em. T.* k) bairlete *c.;* r, *loco* i, *expunctum est.* l) Ma *c.* m) ele *c.; em. T.* n) tes *c.* o) Lores *c.; em. T.* p) espose le *c.; em. T.* q) *corr. ex* englentere *c.* r) des *c.; em. T.* s) Onqs *c.* t) citee *c.; em. T.* u) gaironaille *c.; em. T.* v) a *add. c., sed puncto del.* w) pelerns *c.* x) coures *c., em. T.* y) *supra lin. suppl. c.*

1) Pontis navalis efficiendi consilium suo regi attribuit Ricardus I. 28. 2) Brundisium. 3) Philippus II. et Ricardus I. 4) Ap. Ricardum c. 11, supra p. 210. 5) *in initio* vertit Ricardus I. 6. 6) Auctor igitur affuit. 7) Iohanna. 8) Ap. Ricardum c. 12. 9) inimica. T. 10) Griffonum (Graecorum) turba. 11) faex populi. T. 12) Deridebant. 13) putentes. 14) cloacas. 15) *super quo scelere* Ricardus. 16) Ricardi c. 13.

Que, quant princes de halt parages —
Si haut com est li rois de France,
Dont par le monde ad tel parlance,
Et com est li reis de Engletere,
Ki si grant henor ad en terre —
Entre en citié ou en vile
N'en tel[a] terre com est Sezille,
Qu'il i deit venir com halt sires
Por plusor genz et pur lor dires.
f. 5, c. 2. Car chescon home a son espeir[1],
Qui dit: 'Tel te voi, tel[b] t'espeir'.
Por ço [le[c]] di, quant li roi vindrent,
Que multes genz illoc sorvindrent.
Le rei de France premiers vint[2]
A Meschines, ou il survint
Plusors genz, qui veer l'alerent.
Mais onques son vis n'aviserent;
Kar il n'aveit c'une nef sole,
E el rivage ot presse et fule;
Et por cele presse eschiver
S'ala el paleis a armer.
Quant li rois Richart ariva[3],
Lors[d] fu assez qui estriva[4]
De veer [le[c]] desur la rive,
La sage gent et la jolive,
Qui ainz ne l'aveient vëu,
Si en eurent desirer ëu
De veer le por sa pröesce.
E il veneit o tel hautesce,
Que tote la mer ert coverte
Des galees o[e] gent aperte[5],
Combatanz od hardïes chieres,
Od penoncels et od banieres.
Issi[6] vint li reis el rivage,
Si ot encontre lui son barnage;
Ses biaus destriers lui amenerent,
Qui en ses dromonz venu erent.
Et il monta et sa gent tote.
Si diseit tels qui vit la rote
Qu' itels reis [bien[c]] deveit venir
Et bien deveit terre tenir.
Mais li Grifon s'en corucerent,
Et li Lomgebard en grocerent[7],
Por ço qu'il mut o tel estoire
Sor lor citié et od tel gloire.
f. 5'. Quant[8] li deu rei armé [se[c]] furent,
Li Grifon puis en pais s'esturent;
Mais li Longebard estrivouent
Et nos pelerins maneçouent,
Qu'en lor tres les[f] detrenchereient[g]
Et lor aveirs en portereient[h].
Car de lor femmes se douterent,
A qui li pelerin parlerent;
Mais tels le dist[i] por els grever[9],
Qui n'i deignast rien achever.
Li Longebard e la comune
Orent toz jorz vers nos rancune,
Por ço que lor pere[k] lor distrent,
Que nostre ancesur[10] les conquistrent,
Si ne[l] nos pöeient amer,
Ainz nos quideient afamer.
Nel firent por nus sushaucier,
Que[m] il firent lor turs haucier
E les fossez plus parfonz[n] faire:
Iço empeira[o] mult l'afaire,
Et les tençons et les manaces,
Qui levoient en plusors places.
Si[11] avint un jor[12] c'une fame,
Que l'en dist que aveit non Ame[13],
Portoit par l'ost son pain a vendre;
Uns pelerins vit chaut et tendre
Le pain, et si en bargaigna,
Et la feme se desdeigna
Del fuer[14] por qu'il le requereit[p],
Si que par poi que nel fereit,
Tant ert ele iruse et desvee.
Eth vos la barate[15] levee,
E tant que li burgeis s'i[q] mistrent;
Le pelerin iloques pristrent,
Sil batirent et chevelerent[16]
f. 5', c. 2. E laidement le demenerent.
Al rei Richard vint la clamor,
Cil requist [et[c]] pais et amor,
Pais entr'els quist et porchaça
Et ses gens ariere chaça.
Mais[17] diables, qui par nature
Het pais sor tote creature,
Resmut el demain[18] la meslee,
Ki a meschief fu desmellee.
Et li dou rei erent ensemble
A un parlement[r], ço me semble,
Et les justises de Sezille
Et des hauz homes de la vile.
Illoc parlöent de pais faire.

a) tele *c.; em. T.* b) te *c.* c) *suppl. T.* d) Lores *c.* e) la *add. c.; del. T.* f) lor *c.; em. T.* g) detrenchererent *c.; corr. T.* h) portereint *c.* i) fist *c.; em. T.* k) peres *c.; em. T.* l) nos ne poent *c.; em. T.* m) Quil *c.; em. T.* n) parfont *c.; em. T.* o) empeirei *c.; em. T.* p) *corr. ex* quereit *ab ipso scriba.* q) se *c.; em. T.* r) parleinī *c.*

1) aestimationem. 2) A. 1190, Sept. 16; cf. supra p. 116. 280. 3) Sept. 23; cf. ib. 4) contendebat. 5) exercitata, agili. 6) Haec vertit Ricardus supra p. 211. 7) murmuraverunt T. 8) Ricardi c. 14. 9) *irritarent* Ricardus. 10) Auctor igitur erat Normannus. 11) Ricardi c. 15. 12) Oct. 3. 13) Anna. T. Fort. Anima. 14) *de pretio* Ric. 15) clamor, rixa. 16) *capillis dilaceratis* Ric. 17) Ricardi c. 16. 18) 4. *die Octobris*, supra p. 117.

1190. Estesvos[a] en dreit cel afaire,
Issi com li dou rei parlöent
De la pais que faire quidöent,
La novele qui fud saillïe,
Que nostre gent [ert[b]] assaillïe;
Et vindrent par deus foiz message,
Que l'om en feseit grant damage;
Et li tierz mes qui vint après,
Dist al rei: 'Ci ad male pes,
Quant li home de ceste terre
Tüent [or[b]] les genz de Engletere
Dedenz et dehors la citié'.
Si fud donques la verité,
Que li Lungebard s'en partirent,
Qui as reis distrent — s'i mentirent —,
Que ço iert por la tençon desfaire,
Et ço n'esteit fors pur mal faire.
[c]Jordans lu Pins[d, 1] et Marguariz —
A cui toz mals seit escharíz[2]! —
Cil dou bracerent la braçaille[3]
Del mal et furent començaille[4].
f. 6. Le rei de France esteit illoques
Et li reis d'Engletere oveques,
Si fud o lui, quil reconta.
Li reis d'Engletere monta,
Qui la ala por departir
La mellee[5]. Mais al partir
De granz vilainïes li distrent
Cil de la vile et lui mesdistrent.
Et li reis se curut armer
Et les fist par terre et par mer
Assaillir tut a la röunde:
Kar[e] tel gerrier[f] n'aveit el monde.
Grant fu la noise et la barate,
Et la chose[g] en malveis estate.
Franceis vindrent lor seignur[6] quere
A l'ostel le rei d'Engletere;
Kar la vile iert si estormïe[7],
Qu'il n'en quiderent trover mïe.
Et il revint et retorna
El paleis ou il sujorna.
E li Lungebard a lui vindrent,
A l'estrier senestre le tindrent;
Si lui promistrent et donerent
Et le lor lui abandonerent

1190. Et preierent qu'il maintenist
Els en la vile et retenist
A son ues et en son demaine;
Si i mistrent e cust et peine,
Tant[8] que li rois s'arma en eire[h, 9].
Si nos[i] dist tels qui fist a croire[10],
Qu'il aida a cels de la terre
Plus qu'as genz le roi d'Engletere[11].
Eth vos la barate esmëue
Et la noise par l'ost crëue.
Li Franceis en la vile esteient[12]
f. 6, c. 2. Qui a aise se deporteient,
U li Lungebard se fioient.
Mais cil de l'ost ne s'en guardoient[k, 13].
Estes vos les portes fermees
E les genz de la vile armees
E montees as murs defendre;
[l]Mais puis lor en covint descendre.
Et cil qui erent hors sailli
Et qui avoient assailli
L'ostel seignur Hugun le Brun[14],
S'em combatoient tot comun.
Quant li reis d'Engletere i vint,
Si ne cuit pas, qu'il ëust vint
Homes od[m] lui al comencer.
Lors[n] leisserent le manascer
Li Lungebard; tres que il le virent,
S'en tornerent, si s'en füirent.
Et li pruz reis lor corut[o] sure;
Si vit Ambroises[15] a cele[p] hore,
Que, quant cil le virent venir,
K'adonc vos pëust sovenir
De berbiz qui fuient a lou.
Ausi com boef traient al jou,
Traieient[q] sus vers la posterne
Qui est de la devers Palerne,
U a force les embati
E ne sai quanz en abati.
L'ost s'esturmi, et tut monterent
Come cil qui assailli erent
Des Lungebarz par lor oltrage
Et des faus Grifons plains[r] de rage.
Mais teus genz orent l'ovre enprise
Qui mainte vile aveient prise:
Ço erent Norman et Peitevin,

a) Ethvos *c.; em. T.* b) *suppl. T.* c) A *add. c.* d) lupins *c.*, luppin *codd. Itiner. Ricardi.* e) k' *c.* f) gerreier *c., em. T.* g) noise *c.; em. T.* h) ueire *c.; em. T.* i) dist tels qui nos *c.; em. T.* k) guadoient *c.* l) p *praeponitur, sed expunctum est c.* m) oue *c.; em. T.* n) Lores *c.; em. T.* o) cort *c.; em. T.* p) icel *c.; em. T.* q) Traient *c.; em. T.* r) plain *c.; em. T.*

1) *de Pino* supra p. 117; *del Pin* p. 121. 280; *de Pin* p. 77. 2) destinatum sit. T. 3) 'brauten das bräu'. 4) *instinctu* Ricardus. 5) *sollicitum pugnantes separare* Ric. 6) Philippum II. 7) *commota* Ric. 8) Ricardus supra p. 212. 9) festinanter. T. 10) Verba quoque *ut veritatis conscius nobis referebat* Ricardus sibi assumpsit; cancellanda igitur est p. 212, n. 1. 11) Philippum II. Messanensibus contra Anglos favisse, alii quoque Angli narraverunt; cf. supra p. 118. 12) *civitatem intraverunt et per medium illorum ibant tutissime acsi domi essent*, G. Ric. p. 118. 13) *hoc ignorabant* Ric. 14) Cf. p. 118, n. 1. 15) Nota auctorem se testem rei professum.

1190 Gascon, Mansel[1] et Angevin,
f. 6' Et de Engletere en i aveit
Assez plus que l'em ne saveit.
Hardïement les assaillirent,
Quant en sum [les[a] murs] les choisirent;
Tot entor la cité cururent;
Ne finerent tant que enz furent.
E [cil[b]] jetoient et traioient[c]
E grant damage lor fasoient
En sum des murs d'ars, d'arbalestes[d],
Que[e] il avoient totes prestes,
Geterent pierres e caillos
Et feroient noz genz granz[f] cols;
Quarel, pilet iloc voloient,
Ki noz pelerins afoloient.
Treis chevalers nos afolerent
A une porte ou il entrerent.
Li uns fud Pieres Tireproie
Qu'il jeterent mort en la voie[g],
E Maher de Sauçoi[2] aveques
Regeterent il mort illoques,
E Raols de Rovroi trovez
I refu mort, c'est veir provez;
Mult furent pleint et regreté;
Deus lor otreit[3] sa salveté!
Si Lungebard fusent leal,
Comparé l'ëussent real[4].
Mais lor folïe lor dut nuire,
Que nus eschaufa pur els cuire[5].
Cil qui defendoient la vile
Erent plus de cinquante mile
Sor les murs et sor les toreles,
Et od targes et od röeles[6].
La vëissïez gent[h] assaillie
Durement et de grant baillie[7].
Devers les paleis les gualees[i]
f. 6', c. 2. Esteient assaillir alees;
Mais li reis de France i estoit,
Qui sor le rivage s'estoit
E fist les gualees defendre
Le port, qu'il nel pëussent prendre[k].
E il[8] traistrent tant qu'il ocistrent
Deus galioz[9], dont il mespristrent.
Mais de deça devers la terre
Assailloit li rois d'Engletere,

1190. Qui les Lungebarz enväi
[l]Issi que mult bien l'en chäi.
Lors[m] vëissiez ses genz monter
Et les montaines sormonter
E coper les flaels[n, 10] des portes;
La ot [granz[o]] genz prises et mortes.
Parmi les rües s'enbatirent;
Tels i ot qui s'en repentirent:
Car cil getoient et traioient
De lor soliers[11], ou il estoient.
Mais parmi[12] tote lor äie
Furent [mort[b]] a cele enväie.
Et qui que fust as daerains[p],
Li reis fud un des premerains,
Qui osast entrer en la vile;
Puis [en[b]] i entra bien dis mile.
Lors[m] öisiez noz genz hüer[q]
E desconfire et tempester,
Blecier, laidir et entester[13].
Plus tost eurent [il[b]] pris Meschines
C'uns prestres n'ad dit[r] ses matines.
Et mult i ëust[s] gent occise,
Si al rei n'en fust pitié prise.
Et bien pöez de fi savoir,
Qu'il [i[t]] ot perdu grant avoir[14],
Quant la grant presse fud entree:
f. 7. Car tost fud la vile pelfree[15];
Si furent lor[14] galees arses,
Qui n'ierent [ne[b]] povres n'escharses[16].
Si i ot femmes guaaignees[u],
Beles[v] [e[b]] pruz et enseignees —
Ge ne poi mïe tot savoir.
Mais — fust folïe ou fust savoir —
Ainz qu'il fust bien par l'ost sëu,
Eurent la li Franceis vëu
Nos penoncels et nos banieres
Sor les murs de plusors manieres;
Dont li reis de France ot envïe,
Qui lui dorra[w, 17] tote sa vïe.
E la fud la guerre engendree
Dont Normendïe fud gastee.
Quant[18] li rois ot Meschines prises
E ses banieres es turs mises,
Lors[m] lui manda le rei de France,
Qui aveit envïe et[x] pesance
De ço qu'il les i ot dresciees —

a) les murs *suppl. T.* b) *suppl. T.* c) tiruoient *c., em. T.* d, darblestes *c.; em. T.* e) Quil *c.; em. T.* f) *bis scr., sed semel puncto del. c.* g) ua (?) la proie *erasa c.; em. T.* h) genz *c.; em. T.* i) gualies *c.* k) pndre *c.; hunc versum a scriba ante* 782 *positum postponendum esse indicavit corrector.* l) Et *add. c.; del. T.* m) Lores *c.* n) fraus *c.; em. T.* o) *deest c.* p) derains *c.; em. T.* q) *versus huic consonans deest c.* r) *in marg. a scriba suppl. c.* s) ot *c.; em. T.* t) *deest c.* u) guaignees *c.; em. T.* v Belez *c ; em. T.* w) *fort.* durra *(durabit)* T. x) *super lin. c.*

1) Cenomannenses. 2) de Saliceto supra p. 212. 3) donet. 4) regii T.; *stragem nostris dedissent* Ric. 5) coquere, excidere. 6) clipeos. 7) vigore. 8) Scil. Franci. 9) Anglicos. 10) *flagella* Ric. 11) *a solariis* Ric. 12) non obstante. T. 13) occidere. T. 14) Messanensium. 15) expilata. 16) miserae. T. 17) dolebit. T. 18) Ricardi c. 17, supra p. 213.

1190. Ses genz en erent coreciees —,
Que ses banieres jus mëisent
Si home[a, 1], et les sües[2] fëissent
Drescier as murs de la citié —
Ço lui manda por verité —;
E de ço qu'il ensi[b] feseit,
Que a sa hautesce en mesfeseit,
Si lui desplaisoit durement.
Seignurs, si demant jugement,
Liquels les i deveit[c] mielz metre:
Cil qui ne se volt[d] entremetre
A l'assalt de la citié prendre,
Ou cil qui osa ço emprendre?
Li rois Richarz[e] öi l'afaire;
Si n'en deigna pas long pleit faire[3]
f. 7, c. 2. Vers l'autre rei de tel requeste,
Qui mult en iert en grant requeste;
Neporquant mult i ot paroles
Dites henviuses[4] e foles.
Mais l'en ne[f] deit pas metre en livre
Totes folïes ne escrivre.
Mais li haut clerc et li haut home
Parlerent tant — ço fu la some —
De la pais en plusors maneres,
Que chescons des reis ses baneres
Ot [mis[g]] en turs et en tureles.
Puis[5] pristrent conrei[h] des noveles
Tost mander au rei de Sezille,
De la comune de la vile
La vilainïe et le surfeit[6],
Qui ert a els e as lur feit.
Li messager le[i] rei Richard
Li distrent de la süe part,
Qu'il demandoit od sa clamor
Le doaire de sa sorur
Et del grant tresor sa partïe,
Ke lui fust a dreit departïe,
Que[k] dreture et raisons sereit,
Et quant que a la dame afereit.
Li messager furent nomé,
Haut gentil home et renomé
Et gent de mult [tres[g]]grant parage
E de mult [tres[g]]grant seignorage
E mult furent de grant affaire
Qui alerent en cel affaire:
Li uns fud li dux de Burgoine[7]
De cels qui quistrent la besoine,
1190. E l'autre Robert de Sabloil[8],
Halt hom, proz e de grant acoil;
E de autres en i pot avoir,
f. 7'. Dont jo ne poi les nons savoir.
Cist errerent et chevalcherent,
Et tant [par[g]] lor erre aprochierent,
Que tut lor message a brief terme
Conterent al rei de Palerne.
Li[9] reis Tancrez, qui mult ert sages,
Ot öi parler les messages.
Mult aveit öi aventures,
Si iert bons clers des escriptures.
E il saveit bien ja la chose,
Si ne pensa mïe grant pose[10]
A la response n'al respondre.
Si respondi sanz plus apondre
A la gent le rei d'Engletere,
K'en l'establïe[11] de sa terre
E des[l] barons de son rëaume
As costumes le rei Guillame
Si metreit de cele querele,
Si qu'en semblast a chescon bele;
E se li burgeis de Meschines
Orent fait foles aatines[m, 12]
N' il orent les reis coreciez,
Qu'il lor sereit bien adresciez.
Et quant li messager ço öirent
Cil[n] qui del rei Richard partirent,
Il i ot tel qui bien diseit,
Ke ja li reis n'en[o] plaidereit.
Mult i ot paroles partïes;
Maintes[p] bones copes[13] partïes[q]
I ot as messagers de France;
Li autre mistrent en soffrance[14].
Ore orez la grant descordee,
f. 7', c. 2. Qui lors[r] et puis fud acordee,
Que li reis de France dut faire,
Qui dut mander en cel afaire
Priveement[s, 15] al rei Tancré —
Ne sai qu'il aveit esperé —,
Qu'il [en[g]] fëist ço qu'il voldroit,
E que[t] il gardast bien son droit,
Ne ja por le roi d'Engletere
Ne se moveroit vers lui de gerre,

a) homes, *sed* s *puncto del. c.* b) en *c.*, *em. T.* c) deit *c.*; *em. T.* d) velt *c.*; *em. T.* e) R. *c.* f) *e corr. c* g) *suppl. T.* h) qrer (*pro* ꝯrei) *c.*; *em. T.* i) li *c.*; *em. T.* k) *v.* 871. *forte post v.* 872. *ponendus est. T.* l) ces *c.*; *em. T.* m) n *puncto del. c.* n) *deest hoc loco, suppl. e nota* p. o) nel *corr.* nen *c.* p) Mais *c.*; *em. T.* q) *iterum adduntur versus* 907 *sqq.*, *sed hic expuncti sunt:* Cil qui del rei Ricchard partirent | Quant cest message öirent, | Il i ot tel qui bien diseit | I le *[sic]* i ot tel qui bien diseit. r) lores *c.* s) ꝥ uerment *c.*; *em. T.* r) quil *c.*; *em. T.*

1) Scil. Angli. 2) Gallicas. 3) *nec etiam respondere curavit* Ric. 4) invidiosas. 5) Ricardi c. 18. 6) 'ausschreitung'. T. 7) Hugo. 8) V. supra p. 119. 9) Ricardi c. 19. 10) tempus. T. 11) statutum. T. 12) provocationes. T. 13) pocula. 14) alii (Angli) patienter tulerunt (se non esse donatos). T. 15) Cf. supra p. 126.

Qu'il ert a lui par sairement.
1190. S'issi fud, ç'ala malement;
L'estorie ne garantist mïe
Que li reis pensast[a] vilainïe;
Mais li poples diseit sanz faille,
Qu'il le manda, coment qu'il aille.
Cil qui nules copes n' [i[b]] eurent[1],
Repairerent a l'ainz qu'il porent;
Lur message mult bien retindrent
E a Meschines s'en revindrent.
Li[c, 2] reis Richarz[d] adonc feseit
Faire une ovre qui lui plaiseit,
Ço ert un chastel Mategrifon,
Dont furent dolent li Grifon.
Cil[3] vindrent al rei, si li distrent
Ço que al rei Tancré requistrent
E ço que[e] il[4] lui remandoit
De ço que[f] il lui demandoit:
Ço ert de sa terre l'establïe
A l'esguard de sa baronïe.
E li reis Richard respondi,
[g]Si que gueres n'i atendi,
Que ja a lui ne plaideroit
E que[f] il se porchaceroit[5].
Quant[h, 6] la novele fud sëue,
Que pais ne triwe n'iert tenüe,
f. 8 Eth vos la guerre en grant dotance
Por l'apoail[7] le rei de France;
Car li Longebard vezïé[8]
S'esteient[i] a lui alïé.
Eth vos la viande veee[k, 9],
Si qu'en l'ost n'en veneit denree;
E ne fust Deus et la navïe,
Meint i menassent povre vïe;
Mais es nez ot lor garnisture
Blez, vins [e[b]] chars e fornesture.
La vile esteit par nuit guaitee,
E l'ost esteit eschelgaitiee[10];
E li rei erent a descorde
Par envïe qui tot descorde.
Ço n'iert mïe [ne[b]] bel ne gent;
Mult se penerent haute gent
De metre entre els acorde[l] et pais
E chevalchöent al palais,
A Mategrifon, et ariere
Revenoient par la charere.
1190. Mais onques n'i porent fin metre,
Tant ne se sorent entremetre.
Si com testemoine la letre,
Tant ne [se[m]] sorent entremetre,
Devant que li reis[11] de Sezille,
Qui sot le surfeit de la vile,
Prist le filz d'un suen chanceler[n, 12],
E od lui ot un chevaler,
Mien escïent[o] son conestable,
Qu'il tint a preu et a estable,
Sil tramist al rei d'Engletere,
Si lui manda ço: que sa guerre
Ne quereit il nïent avoir,
Mais s'il en voleit prendre avoir
Por les quereles qu'il quereit,
f. 8, c 2. Que volenters pais en fereit;
Et doreit vint mile onces d'or,
Que[p] il prendreit de son tresor;
Et s'il voleit d'un mariage
Parler al los[13] de son barnage,
C'une[q] de ses filles, pucele,
Bel enfant et preu damoisele,
Dureit a Hertur de Bretaigne[r]
E por faire issifaite overaigne,
D'onces[s] durreit autre vint mile[t];
Ne mais que cel or lui rendroit,
Si Herturs l'emfant ne perneit;
E sa sorur encore oveques
Lui renveiereit[u] il illoques.
Quant li reis ot ço entendu,
Lors[v] n'i ad gueres atendu,
Qu'autres genz[w] renveia ariere
Por querre pais ferme et entiere:
L'arcevesque de Montreial[14],
Celui de Rise[15] le leal,
L'evesque d'Evreues Johan[16],
Qui soffri [maint[b]] cust e ahan,
Fist li[x] reis le message faire,
Qui saveient l'ovre et l'afaire;
E altres genz od els alerent.
Pais quistrent et pais aporterent
Et firent l'avoir aconduire[y],
Dont vos m'öistes orainz dire.
Et quant ço fud que[f] il revindrent,

a) de *add. sed expunct.*, tele *superscr. c.* b) *suppl. T.* c) Le *c.; em. T.* d) R. *c.* e) q̄uil, *sed* u *expunct. c.* f) Quil *c.; em. T.* g) O *add. c., sed expunctum est.* h) uant, *sed initiali litterae pingendae spatium vacat c.* i) Sestient *c.; em. T.* k) vee *c.; em. T.* l) p. et ac., *sed corr. c.* m) *deest c., suppl. e v.* 972. n) ch'a . . . . *c., litterae postremae erasae sunt.* o) oscient *c.; em. T.* p) Quil *c.; em. T.* q) Come *c.* r) b'retaigne *c.* s) Dous onces dor autre *c.; em. T.* t) *versus huic consonans deest c.* u) revereit *c.; em. T.* v) Lores *c.* w) ne *add. c.; del. T.* x) le *c.; em. T.* y) accondire *c.; em. T.*

1) Scil. legati Anglici. 2) Ricardi c. 20. 3) Argumentum v. 939—948. Ricardus iam c. 19. antecepit. 4) Tancredus Ricardo I. 5) suae rei se consulturum. T. 6) Ricardus supra p. 214. 7) auxilium (appui). T. 8) callidi. 9) Scil. Anglis. 10) custodita. 11) Ricardi c. 21. 12) *Ricardum filium cancellarii* Hovedenius supra p. 119. 13) secundum consilium. T. 14) Willelmum, de quo cf. supra p. 117. 119. 306 sq. 15) Willelmum; cf. supra p. 117. 119. 16) V. supra p. 119.

Trestuit lié de la pais devindrent.
1190. Lors[a] furent les chartres[1] lëues
E contrescrites e vëues,
E la pais cerchiee et juree,
Dont la gent fud assëuree,
E l'avoir vëu et pesé
f. 8'. Dont il n'ad point al rei pesé[2],
Qui mult fu coveitus del prendre
Pur[b] el servise Deu despendre.
E lui fud donc sa suer rendüe,
Qui dut estre mult chier vendüe.
Lors[a] volt[c] li reis que fust rendu[3],
Que plus n'i ëust atendu,
Quant que ses genz aveient pris
Des lur; ço lui torna a pris.
[d]Sur[4] escomunication
Fud rendu par confession[e];
Dont l'arcevesque de Röem[f, 5]
Dona [le[g]] halt conseil et boen.
Eth vos la vile en bone estate
E sanz tençon et sanz barate;
E quiconques l'i[b, 6] oseit faire,
Sil feseit l'om pendre ou desfaire.
E fud l'ost de mult grant justise;
Bien ait l'aume[7] qui l'i ot mise!
Lors[a] furent les voies errees;
Si rëumes[8] bones denrees
Et de chevals et de vitaille.
Issi ala l'ovre sanz faille;
E li burgeis se repaiserent
E les pelerins herbergierent.
E li dou rei lors[i] s'acorderent —
Mais mainte[k] feiz puis descorderent —
E partirent entr'els l'avoir;
E ot chescon qu'il dut avoir.
Li[9] chevaler[l] qui en l'esté
Aveient illoques esté,
Se dementouent[10] e plaignouent
f. 8', c. 2. Por la despense[m] qu'il faisouent.
Tant ala sus et jus la pleinte,
Qu'el fud al rei Richard ateinte;
Et il dist, que tant lor dureit,
Ke chescons löer s'en poreit;
E lor dona si granz dons riches
1190. Richard, qui n'est aver ne chiches[n, 11],
Hanas[12] d'argent, copes dorees,
K'en aportoit a devantees[13]
As chevalers, solonc ço qu'[o] erent,
Que de biaus dons [tuit[g]] le löerent
E grant et maien et menur;
E lor fist del suen tant henur,
Que nis[14] cil qui a pié estoient[p]
Cent solz del suen al meins avoient;
E as dames desheritees,
Qui[q] de Sulïe erent getees,
E as dames e as meschines[15]
Dona il granz donz a Meschines.
E li reis de France ensement
Redona a ses genz granment.
Eth vos tote l'ost en leesce
Por l'onor et por la largesce
E por la pais qui ert venüe.
Eht vos[16] la grant feste tenüe
1190. Dec. 25. Le jur de la nativité.
Li reis Richard, por verité,
Fist crïer que tuit [i[g]] venissent
Et que od lui la feste tenissent;
E le rei de France mena
Mangier o lui; tant se pena.
A Matesgrifon fud la feste
En la sale que par pöeste
f. 9. Ot feite li reis de Engletere
Sor le pois[17] a cels de la terre.
Ge[18] fui al manger en la sale;
Mais onc n'i vi [ge[g]] nape sale,
Ne hanap de fust ne escuiele[19];
Ainz[20] i vi si riche veisele
De ovre trifoire[21] soldëisce[r, 22]
E a ymages getëisce[23],
A riches pieres precioses,
Qu'eles n'ierent point enuioses[24];
E s'i vi [ge[s]] si bel servise
Que a chescon iert a sa devise.
Bele feste i ot e honeste,
Com afereit a tele feste.
Ne onques ne vi — ço me semble —
Tanz riches dons doner ensemble,
Come[t] li reis Richard dona

a) Lores *c.* b) þ *c.* c) velt *c.; em. T.* d) Et *add. c.; del. T.* e) confension *c.; em. T.* f) rem *c.* g) *suppl. T.* h) le *c., em. T.* i) lores *c.* k) main *c.; em. T.* l) ch'r *c.* m) despens *c* n) chuiches *c.* o) il *add. c.; del. T.* p) estient *c.* q) Q' *c.; em. T.* r) soldoisce *c.; em. T.* s) *deest c.* t) Com *c.; em. T.*

1) Litteras v. supra p. 119. 2) cuius minime regem piguit. 3) Scil. Messanensibus. 4) sub poena. 5) Walterus Rotomagensis. 6) Scil. contentionem. 7) anima eius qui exercitui iustitiam reddiderat. T. 8) iterum habuimus. 9) Ricardi l. II, c. 23, qui iam c. 22, ordine temporum parum servato, de m. Martio a. 1191. narrat. 10) *moleste ferebant* Ric. 11) illiberalis. 12) 'napf, humpen'. 13) 'schoss, schürze voll'. T. 14) etiam. 15) *virgines* Ric. 16) Ricardi c. 24, supra p. 215. 17) invitis Siculis. T. 18) Ambrosius. 19) 'schüssel'. 20) Ricardus p. 173, ed. Stubbs. 21) *coelata* Ric.; *mirandi operis anaglypha, vel lima rodente subtiliter celata, formatis imaginibus* Ric. 22) 'gelöthet'. 23) 'gegossen'. 24) ingratae.

Illoques et[a] abandona
Al[b] rei de France et a sa gent
De vaissele de or et de argent.
Li[1] termes vint de noz passages;
Qui se porvit, proz fud et sages!
1190. Sept. De la [mi[c]-] setembre, al mien esme,
1191. Mart. Jusqu'a l'issüe de quareme
Fu a Meschines a sujor
L'ost, qui mult desirot le jor
Que[d] il fusent a Acre prendre
O cels qui l'oserent enprendre:
Que granz mesaises i aveient,
Trop greignors que[e] il ne saveient;
Mult i[2] eurent peine et ahan
E travailz en cel demi an.
E quant tant eurent sejorné,
Que Deus ot lor erre atorné,
Si fud verité[f] sanz faillance,
f. 9, c. 2. Ke donc entra[3] li reis de France
En mer[g], il et sa compaignïe,
Un poi devant pasche florïe[4].
Li reis Richard ne pot movoir;
Kar n'ot prest [tot[c]] son estovoir[5],
Ses galees ne ses uissiers[6]
A porter ses coranz destriers
E s'armëure et sa vitaille
Por aler contre[h] la chenaille[7];
Por ço li covint demorer
E son erre mielz atorner.
Le rei de France conveia[8]
En gualees[i]. Puis s'avoia
Ultre le Far tot droit a Rise,
Dont novele li ert tramise,
Que sa mere[9] i esteit venüe,
Qui amenoit al rei sa drüe;
Ço estoit une sage pucele
E gentilz femme e preuz et bele,
Non pas fause ne losengere[10],
Si aveit a non Berengiere;
Le rei de Navare[11] ot a pere,
Qui l'aveit baillé a la mere
Le[k] rei Richard, qui s'en pena
Tant que jusque la[l] li mena;
Puis fud el[m] rëine clamee.
Et li reis l'aveit mult amee;
1191. Des que il esteit coens de Peitiers,
La coveita sis coveitiers.
Mener en fist dreit a Meschines
Sa mere, lui et ses meschines;
A la mere dist son plaisir,
E ele a lui, sanz rien taisir.
f. 9'. La pucele retint, qu'ot chiere;
E sa mere envoia ariere,
Sa terre guarder, qu'ot laissee.
. . . .
Lors[n] furent ses nes atornees
E chargees e aprestees,
E ses galees ensement.
Lors[n] n'i ot plus d'arestement:
En mer fist entrer le barnage;
E s'amïe, la preuz, la sage,
E sa sorur ovec s'amïe
E od els grant chevalerïe
Fist en un grant dromont porter[o],
Por l'une l'autre conforter.
Ses dromonz fist metre devant
Et sigler vers soleil levant.
Mais les enekes ne se murent,
Qui movanz et isneles[p] furent,
Devant que li reis ot mangié.
Lores murent del tut rengié
Cil de l'estoire merveilluse.
1191 Apr. 7 Ço fud la semaine penose,
—13. Que de Meschines mut l'estoire
Al sucurs Deu et a sa gloire;
Apr. 10. Le mescredi de la semaine
Que Deus soffri travail et paine
f. 9', c. 2. Nus reconvenoit travailler
E par peor et par veillier.
Si se pot Meschines vanter,
U l'em veit tantes nes hanter[12],
C'onques[13] nul jor qu'il ajorna
Si riche estoire n'en torna.
. . . .
1189. f. 20', c. 2. [q]Dejoste Sur l'ost s'ajosta[14];
Si sachiez bien, qu'il li costa:
Que la cité[r, 15] lui fud veee[s].
Mais ço fud chose purparlee
Del faus marchis de Monferant[16],
[t]Filz le vaillant et[u] preu Corant,

a) lor *add. c.; del. T.* b) A la, *sed* a *expunctum c.* c) *suppl. T.* d) Quil *c.; em. T.* e) quil *c.; em. T.* f) ver:e *non perspicue scriptum c.; em. T.* g) et *add. c.; del. T.* h) sor *c.; em. T.* i) *duae litterae* (si?) *erasae sunt.* k) Li reis *c.* l) *corr. ex* li *c.* m) ele *c.; em. T.* n) Lores *c.* o) monter, *sed expunctum et superscr.* porter *a scriba.* p) isnels *c.; em. T.* q) *hinc numeros versuum nescio.* r) citee *c.; em. T.* s) vee *c.; em. T.* t) Le *add. c.; del. T.* u) del *c.; em. T.*

1) Ricardi c. 26. 2) Scil. Messanae. 3) Mart. 30. 4) Dominica palmarum a. 1191. erat Apr. 7. 5) *necessarium* Ric. 6) *naves ad vehendum* Ric. [scil. ad vehendos equos portis armatae; cf. Rob. de Clary 43 (ed. Hopf) T.] 7) 'hundepack', iam Francogall. 'canaille'. T. 8) *prosecutus est* Ric. 9) Eleonora. 10) perfida. 11) Sanctium. 12) frequentare. 13) Ricardus supra p. 216. 14) Guido rex Hierosolymitanus; cf. Ricardi Itin. Ric. I, 26, ed. Stubbs p. 60. 15) Tyri. 16) Conradi filii Willelmi.

Qui fud pris en la grant bataille[1].
Cil ne li veast pas sanz faille;
Car il ert prodom et lïaus,
Mais li filz esteit deslïaus[2].
1189. Les genz de Sur qui Deu amouent
E qui par[3] Deu se reclamouent,
Guerpirent[4] la citié mult tost,
Si [en[a]] vindrent al rei[b, 5] en l'ost.
Ço furent li preu Aleman,
Qui grant liu i tindrent cel[c] an,
E li frere de Thabarïe,
La plus leial[d] gent de Sulïe;
Si i fu[e] la vaillanz genz de Pise,
Qui furent bien al Deu servise,
f. 21. Qui si laissierent lor maisons
E mult de lor possessions,
E femmes e emfanz menerent
Devant Acre[6], ou Sarazin erent.
. . . .
f. 21', c. 1. 1189. Issi furent[7] des le lundi
En peril[8] jusqu'al[f] vendresdi.
.[g] . . . .
Si com il erent en tel dote,
Li reis e[h] sa compaigne[i] tote,
En haute mer en loinz gardouent
E a Deu mult se dementouent,
Qu'il lor fëist alcon secors.
Eht vos venir tot le dreit curs
Une bele estorie d'enekes
De gent qui veneient illoques:
Ço est Jaches[9] d'Avesnes[k] en Flandres.
Si ne cuit c'onques Alixandres,
Hector, n'Achilles mielz valusent
Ne que meillor chevaler fussent.
Ço estoit Jakes, qui tot vendi
E enguaga e despendi,
Ses terres et ses heritages,
Et dona[l] — si fist mult que sages —
Cuer et cors et alme en äie
Al rei qui vint de mort a vïe.
Quatorze mile homes armez
Aveit bien o lui renomez,
Ço ert l'estorie de Danemarche
Et maint preu chastelain de Marche.
. . . .

f. 22, c. 2. 1189. Ne demora fors la quinzaine
Qu'illoques[m] vint li coens de Braine[10],
E ovec lui Andreu, son frere,
De bone dame et de bon pere;
Li seneschals de Flandres[n, 11] vint,
E o lui barons plus de vint;
E landegrave d'Alemaine[12],
Qui aveit bons chevals d'Espaine;
Si i vint l'evesque de Biauveiz[13],
Qui n'esteit ne vielz ne deffreiz[14],
E sis freres, li cuens Roberz[15],
Vistes chevalers e aperz[16];
Et si i vint li cuens de Bar[17] —
N'ot plus corteis de si qu'al Far —;
Et maint altre prodome[o] et sage
Vindrent en l'ost a cel passage.
. . . .
L'Ospital[18] fud sor la marine,
f. 22'. Ou trop aveit gent Sarazine;
E li Temples premierement —
Ço ert toz jorz le comencement.
Li coens de Braine o sa maisnee,
Qui enmi l'ost esteit rengiee;
Landegrave et cil d'Alemaine,
Qui furent gent de grant compaine,
Mestrent[19] a la mahomerïe[p],
Car bien lor dut estre merïe[20];
Li reis Guis[q] et la gent de Pise
Et altres genz de grant emprise
Furent sor le Thoron a destre
Por gueitier les Turs e lor estre.
. . . .
1190. f. 24, c. 2. E lors[r, 21] firent en cel quaresme[22],
Si com Ambroise dit e esme,
f. 24'. Li Aleman premierement
Le premerain[s] molin a vent[t],
Que[u] onques fust feiz en Sulïe,
Veiant la gent qui[u] Deus maudïe,
Que estrangement esguarderent
Et grantment s'en espöenterent[v].
En[23] l'ost Deu vint[24] une novele,
Ki de primes fud bone e bele
E puis fud pesanz et dolose
E deshaitiee[w] e enuiose:
Ço fud del bon emperëur

a) *suppl. T.* b) tei *c.; em. T.* c) icel *c.; em. T.* d) leiale *c.; em. T.* e) forent *c.; em. T.* f) ielqual, e *e corr. in loco raso c.* g) 5 *versus omisi.* h) *littera sequitur erasa c.* i) compainie *c.; em. T.* k) dauernes *c. semper.* l) f *add., sed expunctum c.* m) illoc *c.; em. T.* n) i *add. c., del. T.* o) prodom *c.; em. T.* p) mamhomerie, *sed* m *expuncto corr. c.* q) Gius *c.* r) lores *c.* s) premier *c.; em. T.* t) *postea perperam corr.* vient *c.* u) *sic c.* v) esponterent *c.* w) deshaitiez *c.; em. T.*

1) Hittinensi, a. 1187. 2) 'déloyal'. T. 3) Dei fideles se profitebantur. T. 4) reliquerunt. 5) Scil. Guidonem. 6) Guido rex Accon m. Augusto obsidere coepit. 7) Christiani Accon obsidentes m. Sept. in.; cf. Ric. Itin. I, 27, supra p. 206. 8) A Saladino. 9) Ricardi c. 28. 10) *Brenensis* Ric. c. 29; Erardus. 11) Hellinus de Wavrin. H.-E. 12) Ludovicus de Thuringia. 13) Philippus. 14) decrepitus. 15) Drocensis. 16) pernix. 17) Theobaldus. 18) Describitur exercitus christianus, quo modo die proelii Thoronensis dispositus fuerit; cf. G. Ricardi, supra p. 113. 19) restant. T. 20) 'vergolten'. T. 21) Ricardi c. 33, supra p. 208. 22) Febr. 7 — Mart. 25. 23) Hos versus habes supra p. 206. 24) Mense Iulio.

1190. De Alemaine, qui ot vigor
Ala al Sepulcre par terre
Por la merci de Deu requerre;
Ki murut[1] — ço fud grant[a] damage —
Al fluminaire en un passage,
A un gué qu'il n'ot pas tempté[a],
Si com Deu vint a volenté[a].
Dedenz[2] Acre tel joie en orent
Des noveles, quant il les sorent,
Qu'il trompouent[b] et thabórouent,
Si qu'autre rien ne laborouent,
Si veneient sor les toreles
A noz genz dire les noveles,
Que Salahadins bien saveit,
E que[c] mandé le lor aveit;
Si crioient a voiz hauciee
D'ensum[d] les murs meinte fïee
Et firent dire as reneiez[3]:
'Vostre empereres[e] est noiez'.
Lors[f] ot en l'ost tele tristesce
E tel deheit[4] et tel destresce,
Que de lur bien ne lor teneit
Fors del passage qui veneit.
. . . .
f. 28, c. 2. Li[5] Pisan qui en l'ost esteient
E gent qui de la mer saveient[6]
Firent un chastel sor gualees
E deus eschieles granz e lees[g, 7];
Toz lor veissels de cuir covrirent,
Et del chastel autretel firent:
La tur des Mosches asiegerent[8]
E mult i trestrent e lancerent.
. . . .
f. 28', c. 1. L'arcevesque[9] de Besençon[10],
De süe part le començ' on,
Fist devant Acre un moton[11] faire
As murs depechier et desfaire.
. . . .
f. 30', c. 1. Or[h] si orez del faus marchis[12],
Qu'il aveit porchacié e quis
Par hautes genz et par aveir
K'il voleit le rïaume aveir.
E tant fist et tant porchaça
Et tant par son engin braça[13],

1190. C'une serur de la rëine,
Ki ja ert morte a cel termine,
La femme[14] Raimfreiz del Thoron,
Qui iert tenu por halt baron,
Fud de cel Raimfrei departïe,
E qu'il la prist a sa partïe,
Par tel covent que sa bataille
Fereit[i] venir a l'ost sanz faille;
Si l'esposa en sa maison
Contre Deu e contre[k] raison.
Mult en grosça[15] li[l] arcevesques
De Canturbire[16]; e li evesques
De Biaveiz la lui esposa.
f. 30', c 2 Si ot grant tort qu'il le pensa[17];
Car li marchis aveit esposes
Deus beles dames, joefnes toses[18]:
L'une[19] [en[m]] iert en Costentinoble,
Bele femme, gentil e noble;
E l'autre esteit en sa contree;
E la tierce aveit encontree.
E por ço li boens arcevesques
E altrez genz, clers [e[n]] evesques,
Cest mariage contredistrent
E escomenjerent[o] e distrent,
Come[p] cil qui l'oserent dire,
Que[q] il ot feit treble avoltire[r, 20],
Ne Deus n'iert a lor esposailles
Ne a iteles assemblailles.
Quant li marchis ot esposee
Cele qu'[s] ot long tens golosee[21],
Ses noces fist et ses convives.
Ore en ot il treis totes vives:
Une en sa terre et l'autre en l'ost
E encor[t] la tierce en repost.
. . . .
1191. Apr 21. E[22] a icele pasche close
f. 33', c. 1. Que Deus ot fait icele chose,
Vint li reis Filippes de France
En l'ost, por veir et sanz dotance;
Si i vint o lui li cuens de Flandres,
De la cui mort[23] fud grant esclandres[24];
Si i vint li preuz[u] coens de Saint Pol[25],
Cui bien seeit escu al col;
Si i vint Guillames de Garlande,

a) *corrige supra p.* 206. b) tombovent *c.* c) qui *c.; em. T.* d) Desum *c.; em. T.* e) emperere *c.; em. T.* f) Lores *c.* g) liees *c.; em. T.* h) Ore *c.; em. T.* i) Freit *c.* k) encontre *c.* l) larc. *c.; em. T.* m) *suppl. T.* n) *deest c.* o) escomeiant *c.; em. T.* p) Com *c.* q) Quil *c.; em. T.* r) avolture *c.; em. T.* s) il *add. c., del. T.* t) encore *c.; em. T.* u) p̄uez *c.; em. T.*

1) Iun. 10. 2) Haec vertit Ricardus c. 24. postrema parte, supra p. 205, l. 37 sqq., quae minoribus typis excudi debuissent. 3) per eos qui christianitati renunciaverant. 4) molestia. 5) Ap. Ric. I, 58, ed. Stubbs p. 109. 6) *classis periti* Ric. 7) latas. T. 8) Sept. 25. 9) Ricardi c. 59, ed. Stubbs p. 111. 10) Theodoricus. 11) *arietem* Ric. 12) Conrado de Montferrat; Ricardi c. 63, ed. Stubbs p. 119. 13) molitus est. 14) Isabellam, uxorem Humfredi. 15) murmuravit. T. 16) Balduinus. 17) quod tale quid molitus est. T. 18) puellas. 19) Theodora. 20) *trinum adulterium* Ric. 21) desideraverat. 22) Ric. III, c. 4, supra p. 216. 23) Philippus obiit Iun. 1; cf. supra p. 127. 24) scandalum, perturbatio. 25) Hugo.

1191. Qui ot compainïe mult grande;
Si i vint Willames des Barres,
Bons chevaler e preuz e ares[1];
Si i vint missires Dreus d'Amiens,
Ou mult aveit pröesce e biens;
Si i vint Willames de Merlo,
Un chevaler dont jo me lo;
E si i vint li coens de Perche[2]
Qui[a] tut le suen i mist sanz merche[3];
E lores i vint li marchis
O les Franceis, si com jo enquis.
. . . .
f. 34', c. 1. Issi[4] fud l'ost en tele estate,
Triste e pensive e morne e mate
Des[b] deus reis qui malade esteient[5],
Qui la citié prendre deveient.
E li coens de Flandres[6] iert mort,
Dont l'ost iert en grant desconfort.
Que fereie[c] ici autre conte?
Li mals des reis, la mort del conte
Mistrent l'ost si en grant destresce,
Qu'il n'i ot joie ne leesce.
. . . .
f. 48', c. 2. Ha Deus! si grant descomfiture[7]
Et si laide mesaventure
Nos avint la ou [li[d]] noz erent,
Quant [li[d]] Sarazin recovrerent,
D'un prodome[e], cui il forsclostrent
En lor recovrer[f] et enclostrent:
Ço fu li preuz Jaques d'Avesne[g],
Dont Deus[h] face en son regne!
Car de lui trop nus meschäi
Par son cheval, qui lui chäi;
Mais il fist tant de sei defendre,
Que l'en nos dist et fist entendre,
Que après la fin de la bataille,
Quant il jut entre la chenaille,
Et l'en enveia[i] son cors quere,
Que en un poi [d'[d]] espace de terre
Entor le cors de lui troverent
Li prodome qui i alerent
Bien quinze Turs toz[k] detrenchiez,
Dont li prodom s'esteit vengiez.
Sei quart[8] de parenz i mururent,
Si que onques nes sucururent
Tels genz, dont il fud grant parlance:
Ço fud un des barons de France,
Ço diseient, li coens de Dreues,
Il et les gens qui erent sües;

1191. Si'n öi l'en tant gent mesdire,
Que l'estorie nel puet desdire.
Devant Arsur fud l'ost travee[9],
Qui ot la gent paiene avee[10],
f. 49. Et tote l'ëust el[l] feit mate,
Qui ëust dreit en dreite estate.
Eth[m] vos la novele espandüe
De nostre gent, qui iert perdüe,
Non[n] pas perdüe, mais trovee,
Qu'ele s'iert por Deu esprovee,
Jake d'Avesne[g] et sa maisnee,
Qui esteit morte et detrenchiee.
Eth vos l'ost Deu tote pensive
Et si troblee et si bäive,
C'onques de la mort un [sol[o]] home,
Pois que Adam morst [en[d]] la pome,
Ne fud öie si grant plainte
Ne tel regret ne tel complainte.
Et il feseit mult bien a pleindre,
Car mult bien servi Deu sanz faindre,
Qui[p] [en[d]] aveit ja esguardé[11]:
En paradis iert porguardé
Son liu o seint Jake l'apostre,
Qu'il teneit a suen[q] et a nostre
Jake d'Avesne[g] le martyr,
Qui des Turcs ne deigna partir.
Devant Arsur fud l'ost tendüe
[Et[d]] sur la rivere espandüe.
. . . .
Sept. 7. Un samedi fud la bataille,
Sept. 8. E le[r] dïemenge sanz faille
Fud la feste a la gloriose,
La mere Deu la preciose,
Cele que l'em feit en setembre;
f. 49, c. 2. Et l'estore issi le remendre[s].
Lors[t] s'armerent Hospitalier
Et del Temple li chevalier
Et des proz Turcoples menerent;
Et mult d'autres[u] genz i alerent.
Eth les vos el champ ou cil jurent
Qui mort en la bataille furent.
Par le champ quistrent et cerchierent;
Einz ne burent ne ne mangerent,
Devant ço qu'il orent trové
Le cors del vassal esprové
Jake d'Avesne[g], qu'il troverent.
Mais le vis anceis li laverent,
Ou ja meis ne fust conëuz,
Tant aveit mortels cops ëuz,

a) Q' *c.* b) De *c.; em. T.* c) freie *c.; em. T.* d) *suppl. T.* e) prodom q̇s *c.; em. T.* f) recourir *c.; em. T.* g) averne *c.* h) merci *vel simile verbum suppl. videtur.* i) veis *c.; em. T.* k) tot *c.; em. T.* l) ele *c.; em. T.* m) Etht *c.* n) Nont *c.; em. T.* o) *deest c.* p) Quil *c.; em. T.* q) son non *c.; em. T.* r) li dimeinge *c., em. T.* s) remembre *forte emendandum.* t) Lores *c.* u) des autres *c.; em. T.*

1) asper T. 2) Rotroldus. 3) sine limite, termino T. 4) Ric. c. 6. 5) Mense Iunio a. 1191. 6) Philippus obiit Iun. 1; cf. supra p. 127. 7) In proelio Arsufensi Sept. 7; ap. Ric. IV, 20, supra p. 216. 8) ipse quartus et. T.; *tres consanguinei eius* Ric. 9) castra posuerat. T. 10) [quasi in ludo scaccarii] devicerat. T. 11) iudicaverat. T.

1191. Issi com il se defendeit
Des[a] Sarazins qu'il atendeit.
Le cors covrirent et chargierent,
Et [a[b]] Asur s'en repairerent.
La vëissiez grant compaignïe
De gent et de chevalerïe,
Qui encontre le cors alerent
Et qui tel doel en demenerent,
Que soz ciel n'a riens quis vëist
Qui trop grant pitié n'en prëist.
Li un regretot sa pröesce,
L'autre retraiot sa largesce.
Le jor fud li reis d'Engletere
E li reis Guis al[c] metre en terre
El moster de la seinte Dame,
Qui deprit[d, 1] son [chier[e]] filz por l'ame,
Dont le cors fud la herbergiez.
Après la messe li clergiez
Refirent lor altre servise
Ententivement a lor guise;
f. 49'. Et li halt home le cors pristrent[f]
Entre lor braz, si l'entererent:
Ne demandez, s'il[g] plorerent!
. . . .
1192 f. 89, c. 2. Puis[2] que li rois[3] s'en partiroit,
Lors vëissiez mult gent plorer.
Et li rois sanz plus demorer,
Qui encore ert mult desheitiez[4],
Entra en mer a lor congiez;
Et fist al vent lever les veilles
Et curut la nuit as esteilles.
Al matin, a l'aube esclarcïe,
[h]Torna son vis devers Sulïe
Et dist, si que ses genz l'öirent
Et que li autre l'entendirent:
'He! Sulïe, a Deu te comant!
Et Dampnedeus par son comant
Me doinst encore tant d'espace,
Se lui plest, que secors te face!
Car encore te cuit secore'.
Lors[5] comença sa nef a corre;
Mais ne savoit pas les nuisances,
Les granz meschiefs ne les pesances
Qui devant les oilz li pendoient,
Et les tormenz qui l'atendoient[i]
Par la träison porpensee,
Que de Sulïe fud mandee
f. 89'. [k]En France al roi, des Hansasis,
Por quoi il fud jeté et pris
El conduit Deu et el veage;
Por quoi l'en prist son heritage
Et ses chastels de Normendïe
Par coveitise et par envïe.
1193. Puis fu räinz a fin argent,
Dont il tailla tote sa gent;
Et prist [et[e]] croiz et filatires,
Caliz[l] et veissels de matire
D'or et d'argent par les mostiers.
Et il en iert si grant mestiers,
Qu'onques [n'ot[e]] o Deu saint ne sainte,
Dont il i a ja maint et mainte,
Qui sanz morir onques soffrist
Plus mal por [lui[e]] que li rois fist
Dedenz la prison en Ostriche
Et en Alemaine la riche. —
De tot ice mot ne savoit.
Mais Deus, qui servi il avoit,
Et son sen et sa grant largesce,
Sa porveance, sa pröesce
Et li baron qui l'ostagierent,
Qui lor enfanz i envoierent[m], —
1194. Tant qu'il chalenja puis sa terre
Al rei de France et li mut gerre.
Et tant fist puis et tant ovra,
Que tant ou plus en recovra
Que l'om [ne[e]] li avoit toloite[6].
Ensi fait Deus [bien[e]] s'ovre adroite[7],
Qui que travailt en son servise,
Qu'il li rent [tot[e]] a sa devise.
Si[n] sachent tuit [cil[e]] qui sunt ore,
Et tuit [cil[e]] qui[o] seront encore,
Que en[p] tel point l'estoire fine!
Qui afiche por verté[q] fine,
Que l'an que la croiz fu conquise
Ot mil anz et cent [et[e]] uitante
1188. Et uit — et l'escrit le creante —
Desci qu'en la carnation
Que le filz Deu prist nation,
Qui od son pere vit et regne
Et qui nos toz mete en son regne!
Amen. Explicit.

a) Les *c.* b) *deest c.* c) de *c.; em. T.* d) deprist, *sed* s *expunctum c.* e) *suppl. T.* f) *versus huic consonans antecedens, ut videtur, deest c.;* en terre le mistrent *post. manus s. XIV. minus apte h. l. suppl.* g) i *forte suppl.* h) S *add. c., sed expunctum.* i) la tendoient *c.* k) a *add. c., sed cancellatum.* l) Calices *c.; em. T.* m) 2 *versus omissi videntur, quorum argumentum habes ap. Ric. supra p.* 218: libertati dimissus, dissidentia regni pacificavit. n) *hinc postremi versus exstant ap. Keller p.* 424. o) en *add. c.; del. T.* p) l'est. en tel p. *c.; em. T.* q) verite *c.; em. T.*

1) precetur. T. 2) Ap. Ricardum l. VI, c. 37, ed. Stubbs p. 442. 3) Ricardus I, Oct. 9. 4) *nondum perfecte recuperata sospitate* Ric. 5) Ric. supra p. 218. 6) Haec certe post primam pacem inter Philippum II. et Ricardum I. m. Ian. a. 1196. factam, fortasse post extremam a. 1199. constitutam scripta sunt. 7) iustitiam operatur. T.

INDEX.

SCRIPSIT L. DE HEINEMANN.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

B. *cf.* P.

C. *cf.* K.

D. *cf.* T.

E. *cf.* Ae.

F. *cf.* V.

K. *cf.* C.

L.

M.

N.

O.

Otto. Oto, Otho. Ottho, Octo, Odo.

P.

U.

V. *cf.* F. W.

W. *cf.* V.

X.

Y. *cf.* I.

Z

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT L. DE HEINEMANN.

admiralis, admiratus, ammiralus, mir I-dus, *admiral* 95, 5. 117, 35. 175. 461, 40. 463, 40.

affidare 402, 15

alba bullata 513, 35.

alcaiz, alcaie, algaida, *arabice princeps civitatis* 9. 10, 1. 279, 1.

alderman 146

allodii ius 272, 5.

angariare 218, 30. 459, 1.

anulus papae 513, 5, a. sponsalitius 259, 25

apoforeticum, *gastgeschenk* 381, 10

archiflamen — archiepiscopus 372, 5

archiscismaticus 263, 15.

archivum curiale publicum 52, 5; archiva papae 372, 5

arestare 497, 20.

argenteus, *nummus Francorum vetus* 30, 5. 32, 40.

assisa 273, n. 2; a. forestae 133, 1.

aubergellum, *minor lorica* 102, 10

austorius — astur 371, 35.

baco, *porcus ustulatus* 64, 20

baculus pastoralis 263, 5, episcopalis 428, 35.

baiulla, *'regentin'* 441, 15.

balastarius 509, 10

ballivus 475, 40. — baillia laicalis 168, 40.

banerium, *'banner'* 213, 5.

bannitus 275, 40.

barbacana, *Arab. 'barbakhun', promurlae* 273, 1.

barbarizare 299, 40

barga, *'barke'* 215, 45.

baro 23, 20. 57, 10. 74, 30. 88, 1. 89, 30. 92, 30. 93, 25. 100. 103, 40. 104, 10. 108, 40. 109. 116, 45. 146, 10. 148, 1. 157, 10. 162. 163. 168, 25. 169, 1. 179, 1. 220, 1. 270, 10. 281, 45. 282, 1. 311. 326, 25. 350, 45. 400, 40. 413, 50. 415, 25. 434, 40. 436, 10. 437, 25. 441, 45—444, 15. 455, 35. 459, 5. 474, 1. 481, 15. 491, 50. 493, 40—495, 15. 497, 5. 504, 40. 506, 20. — baronia 496, 35.

bastardire 476, 5.

baubellum, *'kleinod'* 179, 40.

beneficium 381, 30.— beneficiatus 489, 30. 510, 45. *Cf.* feudum.

bever, *'biber'* 388, 40. 407, 30

biblioteca, *Scriptura sacra* 322, 25.

bicameratus 368, 40.

bizantius, bisantius, *nummus* 208, 30. 280, 10. 348, 30. 349, 10.

bladium, *frumentum* 356, 30.

boscus, *silva* 86, 5. 511, 50.

in botris promittere 64, 25.

bractea tunica 271, 20.

brenna, *piscis, Gall 'brême', Angl. 'bream', Germ. 'brasse'* 23, 10.

breve 153, 30. 326, 15.

brom *Ital. 'bruma', Germ 'schiffswurm'* 152, 15

bulla 423, 40. 469, 35. 513, 25; b. aurea 94, 25. 162, 30. 163, 10. 190, 30. 350, 45; filum bullae 423, 40.— bullata sententia 424, 30.

bullitio — bullitus 389, 1

burgus 85, 25. 130, 40. 146, 25. 159, 15. 370, 30. 377, 10. 427, 30. 506, 10. 507, 35 — burgenses 40, 40. 285, 50. 286, 1. 326, 30. 427, 30

bursa, *Gall. 'la bourse'* 68, 5.

buscia, buccia, bucea, bucca, *navium species* 76, 20. 113, 15. 114, 5. 116, 40. 151, 25. 158, 15. 280, 45. 436, 20.

buscines, buccines — bucinae 116, 40. 151, 25

calephus = calipha 199, 5

calibs, *chalybs* 66, 1.

camera regis 93, 45. — camerarius 74. 171, 5. 177, 15.

camisia 71, 40.

campana ecclesiae 505, 35

campestre bellum, proelium 181, 5. 437, 20. 470, 25.

campus, *Germ. 'kämpe', Gall. 'champion', species falconum* 41, 15.

canapus, *fustis, Ital. 'canapo'* 419, 20.

cancellaria 17, 15. 263, 1. 374, 35

canonia 322, 35. — canonica vita 411, 25

capa, cappa 22, 35. 23, 35. 28, 5. 295, 15. 419, 15. 505, 35. 509, 1.

capella 24, 1. 40, 45; c. regis Angliae 470, 10.

capellus ferreus 102

capitaneus 452, 5. 497, 20

capitularia 516, 30. — capitularis forma 120, 20

caputium 302, 30.

carcer imperii 375, 25.

cardinalium — cardinalia 471, 40 — cardinalatus insignia 472, 1.

carogium 508, 5.

cartaredus = cantredus, *hundred* 414 *Cf.* gantref.

carucata 244, 25.

casella 508, 15

cassale 467, 10.

castellanus 127, 25. — castellania 275, 1.

catallum, *capitale* 102, 10. 355, 10

caudati, *cognomen Anglis inditum* 77, 5. *Cf.* 210, 20. 535, 40.

cavillare = cavillari 64, 5.

cedula — schedula 448. 513, 1

cellicola 323, 1.

cervisia 424, 45.

chamberlangus, *cubicularius* 119, 40.

character dominicus 237, 20. 241, 45. 247, 10.

charta, carta 90, 15. 103, 35. 127, 20. 131, 35. 143, 30. 147, 35. 188, 25 (Magna). 198, 15. 423, 40. 476, 40; c. miraculorum 35, 5

cheminus, *iter, Gall. 'chemin'* 461, 25.

christianare 175, 30

chronographia 256, 30

cifus, ciffus = scyphus 71, 30.

cilicium 64, 1.

cingulum militare 42, 1. 77, 30. 266, 40. 493, 35.

cirogrillus, *'igel'* 374, 40.

clamia, *Angl. 'claim'* 341, 15. *Cf.* quieta

claustralis clericus 51, 1.

clito, *'prinz'* 433

comitiva, *'gesellschaft'* 339, 1.

commenda 444, 1

comminatorie, *'drohend'* 314, 25

commissiones causarum 513, 20.

communitas, *'commune'* 495, 30

comprovincialis 35, 30. 40, 10

concambire denarios 158, 35

conclave 50, 25.

concurialis 370, 5.

consistorium 30, 15. 294, 20. 304, 15. 415, 10. 423, 30. 471, 20. 512, 50. 513.

constabularius 6, 15. 8, 45. 88, 20. 95, 5. 472, 35.

consul = marchio 146, 30.

conventualis ecclesia 464, 10

corerius 513, 25

creperum 390, 20

crux imperatoris 268, 10.

cubicularius 74, 35. 246, 25. 259, 15. 307, 25. 336, 5.

cuculla, *cucullus monachorum* 23, 35. 219, 25

cuppa argentea 118, 25.

curialissimus 425, 10.

cursarium, *navium species* 113, 15.

custuma 313, 10.

custus, *'kosten'* 382, 40.

danegeld, danegheld 343.

decima rerum mobilium 338, 20. decimatio 459, 1.

decretales causae 413, 25.

decrustare, *pretiosa crusta privare* 429, 15.

demanium = dominium 94, 20.

denarius 70, 30. 152, 1. 158, 35. 338, 20. 511, 50; d. vicesimus 443, 30; denarius S. Petri

dextrarius equus 429, 45; destrarius 85, 10.

dictator *sc. diplomatum* 17, 15.

dieta, *'tagreise'* 80, 20. 126, 15. 153, 30. 170, 15. 179, 30. 209, 1.

diffidare, defidare 442. 455, 35. 463, 10. 496, 20. — diffiduciatus 405, 30.

discus, *'teller'* 52, 1. 66, 20. 76, 35; d. argenteus 118, 25.

di(s)rationare = comprobare 153, 40.

dissaisire 402, 20. *Cf.* saisina.

distemperatus 39, 40.

dodarium, *'mitgift'* 76, 30—78, 35. 94. 118—120.

ADDENDA.

Ad p. 18, *n.* 18. Volumine nostro iam fere absoluto, E. Étienne evulgavit· 'La vie Saint Thomas . . par Garnier . Thèse pour le doctorat', Paris. 1883, qui p. 100. Garnerium praeter Benedicti opus perditum etiam Edwardum Grim, Rogerum Pontiniacensem. Alanum Tewkesburiensem, Willelmum Cantuariensem expilasse, sed rebus quas illi narraverant correctis et audauctis eos multo superasse, censuit

Ad p. 19. Guarnerii fragmenta sine auctoris nomine nuper inveni in cod. Bodleiano Rawlinson C 641, f. 10, iam saec. XII. ex., ut videtur, scripta

Ad p. 25. Guarnerii v. 641. 'Fons perditus' Étienne p. 78; v. 2031 - 2050. 'Ex Edwardo Grim, sed multo ampliora'; v. 2051—2065. 'Satis similia atque Grim'; de v. 2065 2099. fontem non notat id. p. 85.

Ad p. 26. v. 3766. 'Cf. Grim' id. p. 88; v. 4561—4565. fontem non notat; v. 4566. 'Fere ad verbum ex Willelmo Cantuariensi' id. p 89.

Ad p. 27. v. 5741. 'Fons ignotus'; id. p. 93.

Ad p. 224, *l.* 11. Nuperrime in Serie quae Rotulorum vocatur prodiit 'Chronicle of William of Newbury' ed. R Howlett.

F. L.

CORRIGENDA.

p 15, *l.* 13: cf. 1. Reg. 15, 23; *dele n.* 7. — *p.* 372. *dele n.* 4; *utrumque nomen Breslau indicat.* — *p.* 410, *l* 42. *lege:* Giaris; *cf.* Iuvenal. I, 73. — *p.* 438, *col.* 2, *l.* 51. *loco* 9. *lege:* 8; *n.* 9. *deest.* — *p.* 557, *col.* 2, *lin.* 11. *ab inf. lege* Huthredus. — *p.* 559, *col.* 1, *l.* 15. *lege.* Eldebrandinus.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.


GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00618 6825

